sibili. Sequitur. * Multa quidē ⁊ alia exhor=
tans euāgelizabat populo.] Ex quo patȝ/ q nō
oia facta ⁊ dicta Johānis scripta sunt: sed pau=
ca respectiue: sicut ⁊ de xp̄o dr̄ Joh. 20. g. Mul
ta quidē ⁊ alia signa fecit. ⁊c.
* Dicebat Johānes. ⁊c.] Mora. Hoc s'm sen=
sum lr̄alē dicebat ꝓpter phariseos ⁊ saduceos in
malū obstinatos: vt ptȝ Mat. 3. de q̄bus subdit̄.
* Genimina viperaꝝ. ⁊c.] Q. d. nullus: q2 su
perius erit iudex irat⁹: inferi⁹ horrendū chaos
inferni: a dextris pctā accusantia: a sinistris de=
monia ad interitū trahētia: foris mūdus ardēs:
intus ꝯscientia vrens: pctōr sic rep̄hēsus: q̄ fuge=
re poterit? latere erit impossibile: apparere auteȝ
intolerabile: ideo subdit̄. * Facite ḡ fructus di
gnos penitētie] Hec ē. n. via euadēdi mala p̄di
cta. * Et ne ceperitis dicere: patrē habem⁹ Abra
hā.] Nā sine fructu pnie null⁹ pctōꝝ p sua meri
ta poterit pctōres saluari. * Jā. n. securis ad radi
cē arboris posita est.] Ista securis dici pōt calor
naturalis: q̄ ꝯtinue ꝯsumit humidū radicale: q̄
cōsumpto arbor mala: per quā significat̄ pctōr/
excidit̄ p mortem: ⁊ q̄tum ad aīam mittit̄ in ge
hennaȝ. * Qui habet duas tunicas. ⁊c.] Per
quas possunt virtutes: q̄ sunt anime vestes: in=
telligi: nā habens eas debet eas applicare ad bo
nū ꝓximi. * Et q̄ habet escas similiter faciat.]
Spirituales esce sunt sacre scripture: q̄s habens
debet spiritualiter proximum pascere. * Vene
runt autē publicani. ⁊c.] Per quos possunt in=

telligi officiales ⁊ prepositi: qui nō debent a populo exigere nisi qđ constitutum est ſm ordinē ⁊ iusticie. ✳ Interrogabant autē eum ⁊ milites. ⁊c.] Per quos intelligi possunt pdicatores: qs armat Apl's Ephes. 6. d. dicens. Accipite armaturā dei. ⁊c. Et in fine dicit. Et gladium spiritꝰ/ quod est verbum dei. istis dicitur. ✳ Neminem concutiatis.] Nimis aspere predicādo: ⁊ sic ad desperationem inducendo. ✳ Neq₃ calumniā faciatis.] Predicationem subtrahendo: reputantes eos indignos exhortatiōis verbo. ✳ Et contenti estote stipendijs vestris.] Que stipendia sunt redditus assignati predicatoribus possessiones habētibus: ⁊ elemosyne date mendicātibus. ✳ Existimante autē populo de Johāne. ⁊c.] Per eius responsionē: qua se humiliauit: ⁊ xpm exaltauit/ informatur predicator euangelij vt de bonis operibus suis non querat laudē propriam sed diuinam.

I ✳ Dicebat Johānes. ⁊c.] vsq₃. ✳ Fugere a ventura ira.] Glo. Uentura enim ira est animaduersio vltionis extreme: quā tūc fugere peccator nō valet: qui nunc ad lamenta penitentie nō recurrit. ✳ Quis ostēdit. ⁊c.] Ambro. Quis ostēdit in prudentia miseratiōe dei infusa: vt penitētiā delictoꝝ agentes: terrorē iudicij puida deuotione metuatis? Ad generationē ergo nō ad successionē referenda est cōparatio viperaꝝ. Uel iō serpentibus cōparat: vt ostendat eos habere naturalē prudentiā puidendi futura. vnde Mat. 10. b. Estote prudētes sicut serpētes. Ideoq₃ monent operis potius q̄ generis claritatem querere: q₂ nō genus: sed sola fides valet: quā ad gentes transferendam prophetat. ✳ Dignos. ⁊c.]

Glosa (margin)

Nota (margin). Beda. Non debet esse par fructus boni operis eius: qui nihil vel minus peccauit: ⁊ eius q̄ grauis cecidit. ✳ Et ne ceperitis. ⁊c.] Beda. Ideo se peccatores cognoscere nolebāt: quia de stirpe Abrahe descenderant. vnde dicit. Ne ceperitis dicere. ⁊c. Quia non qui filij carnis: hi sunt in semine: sed qui fidei. vnde subditur. Potest deus de lapidibus. ⁊c. ✳ Dico enim vobis. ⁊c.] Ambro. Qui amisso sensu ratiōis: lapidibꝰ putant inesse alicuius rationē diuinitatis: ipsi in naturam lapidum: nō vsu corporis: sed mentis habitu vertūtur. Quos aūt lapidibꝰ comparauerat: q₂ ante deformes ad vsum: nudi ad ornatū: steriles ad fructum: irrationabiles ad psectum: iam arboribus comparat: quia pcessu rationis iam intelligit in illis aliquē clementiorem profectum/ ꝙ rationabili quodam munere nature iam sunt decori ad vsum: venusti ad aspectum: optimi ad fructū: surgunt cacuminibus: funduntur brachijs: replentur fructibus: vestiunt frondibus. ✳ Iā enim securis. ⁊c.] Beđ. Ideo agi-

K

te penitentiā: ⁊ nolite dicere patrē habemꝰ Abraham. Iā eñ securis ad radicē arboris posita ē. Faciet ḡ fructu₃: q̄ pōt gratie: q̄ debet penitētie. ¶ Beda. Arbor humanū genꝰ: securis redemptor: q̄ velut ex manubrio tenet ex humanitate: sed ferro incidit. i. ex diuinitate: qui si expectet p patientiā: videt tñ q̄d facturꝰ sit p iusticiā. Nec ad ramos: sed ad radicem positā dicit securim. Cu₃ eni filij maloꝝ tolluntur: q̄d aliud q̄ rami infructuose arboris abscinduntur? Cum tota pgenies cum parente tollitur: arbor radicitus abscinditur: ne q̄d remaneat: vnde iterū aliq̄d germinis oriatur. ☞ Quere de hac materia ſm alium sensum Annota. 2. secunde ptis. ser. Resurrectiōis. ✳ Qui hab₃ duas tunicas. ⁊c.] Beda. Tunica plus vsui necessaria q̄ palliu₃/ ad dignum penitētie fructum ptinet: vt nō exteriora minus necessaria: sed etiā ipsa valde necessaria cū pximis diuidamꝰ: vt escam/ q̄ viuimꝰ: ⁊ tunicā/ qua vestimur. Ecce q̄tum valent opera misericordie: q̄ ad dignum fructū penitētie p̄ ceteris precipiunt. vnde Luce. 11. f. Date elemosynam: ⁊ ecce oia munda sunt vobis. De duabus tunicis diuidendis datur p̄ceptum: q₂ si vna diuidatur: nemo vestit. In dimidia tunica ⁊ nudus remanet: q̄ accipit ⁊ qui dedit. Misericordia enim ipsius p possibilitate humane conditionis seruat mēsura: vt nō sibi vnusquisq₃ totū eripiat: sed qđ habet cum paupe partiat. ✳ Publicani. ⁊c.] Beda. Qui vectigalia publica exigunt: siue q̄ conductores sunt vectigalium fisci: vel rerū publicaꝝ. Nec nō ⁊ hi: qui huius seculi lucra p negocia sectātur: quos pariter vnūquēq₃ in suo gradu ab agēda iniuria coercet: vt dū primo ab alienoꝝ se temperarent appetitu tandem ad ppria cum pximis cōmunicāda ptingerent. ✳ Magister q̄d faciemus?] Beda. Magna vis in sermōe Johānis: q̄ etiā publicanos ⁊ milites ad ɔsiliū salutis sue cogit: qbꝰ p̄cepit ne vltra p̄scriptu₃ exigāt. ✳ Neminē ɔcutiatis. ⁊c.] Beda. Iusto moderamine eos pmouet: ne ab eis calumniādo predā requirant: qbus militando pdesse debuerant. Docens idcirco stipendia constituta militie: ne dum sumptꝰ queritur: predo grassetur: nullū officium: nullum genus: nulla etas ab agenda misericordia excluditur: omnes in commune monentur: vt cōferant non habenti. Misericordia enim plenitudo est virtutum. ✳ Existimante autem ⁊c.] Beda. ☞ Quere Annotamento. 9. quinte partis. sermonis Incarnationis. Fol. 10. Col. 1. ¶ Ambrosi. Uidebat Johannes cordis occulta: sed dei reuelantis gratia: qui prophetis palam fecit occulta cordis. ✳ Ego quidem. ⁊c.] Ambro. Cito pbauit se non esse xpm: qui visibili tantū ope

L (margin)

M (margin)

ratur officio. Aqua/non spiritu/baptizat: qḋ so
lius est xp̃i: nec verbo: sꝫ opere xp̃m se nõ esse de=
clarat. Ut sicut natiuitatē xp̃i: ita baptismum
quoqꝫ eius suo precurreret imitatione sacramē
ti non virtute. * Ueniet autem. ꝛc.] Ideo ba=
ptizo aqua: qꝛ ille venit/ qui baptizabit spiritu:
ꝛ oportet vt illi via preparetur. * Cuius nõ suꝫ
dignus. ꝛc.] Beda. ☞ Quere Annotam̃. 9.
quinte ptis. sermonis Incarnationis. Fol'. 10.
Col'. 1. * Purgabit areã suã. ꝛc.] Beda. Pur=
gat: dum vel in presenti ob manifesta peccata ꝑ=
uersus de ecclesia eijcitur: vel post mortē damna
tur. * Paleas autē. ꝛc.] Palee sunt: q̇ fidei sa=
cramentis imbuunꝫ: sed solidi non sunt. Ziza=
nia: qui ꝛ opere ꝛ ꝓfessione ab electis secernunꝫ:
q̇ hoc ventilabro nõ remouenꝫ: quia iã iudicati
sunt: sed palee ventilantur.
N Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de Annotamẽtis
sermo. Ferie. 4. Cinerũ. s. de hypocrisi pharisęo
rum. ¶ Et de Annota. serm̃. Prelatoꝝ. Fol'. 90.
sub the. * Genimia viperaꝝ. ꝛc.] vt. s̃. B. Qꝛ
sic debet predicator vitia reprehēdere: vt Johan
nes faciebat. vel sub the. * Cõtēti estote. ꝛc.] H.
¶ Et de Annotam̃. ser. Penitentie. Fol'. 211. sub
thema. * Facite fructus dignos penitẽtie.] B.
¶ Uel de Annotamentis ser. Epiphanie. ¶ vel
Fidei. Fol'. 59. sub thema. * Et ne ceperitis di=
cere patrē habem⁹ Abrahã.] B. vel sub thema.
* Qꝛ potest deus de lapidibus istis suscitare fi
lios Abrahe.] C. ¶ vel de Annota. ser. Pecca=
toꝝ. Fol'. 189. sub thema. * Iã securis ad radi
cem arboris posita est.] C. ¶ Et de Annotamen
tis ser. Judicij finalis. Fol'. 236. sub the. * Ois
arbor nõ faciēs fructum. ꝛc.] D. ¶ Et de annot'.
ser. Elemosyne. Fo. 173. sub thema. * Qui ha
bet duas tunicas. ꝛc.] D. Et de annota. ser. In=
carnatiõis. Fol'. 2. sub thema. * Ueniet fortior
me. ꝛc.] F. ¶ Et de annotam̃. ser. Penteco. sub
thema. * Ipse vos baptizauit i spũsancto. ꝛc.]
F. ¶ Et de annota. ser. Ecclesie. Fol'. 64. sub the
ma. * Purgabit aream suã. ꝛc.] F. ¶ Et de an
nota. ser. Funerũ. Fo. 305. sub thema. * Iã se=
curis. ꝛc.] K. ¶ Cetera predicabilia tu ipse ap=
plicato candide lector.

ferie. vj. dñice. ij. Aduẽt⁹.

¶ i. Ioh. i. A 
Ohãnes testimoniũ. ꝛc.] Ly
ra. Postq̃ euãgelista declara
uit qualiter ipse ꝛ alij apl'i ha
buerũt cognitionē vbi incar=
nati ꝑ visum: cũ dr̃. Uidim⁹
gloriã eius. ꝛc. ☞ vt inue=
nies annota. 1. G. quinte ptĩ.
sermo. Natiuitatis xp̃i) Hic cõsequenter ponit
secundũ modum: quo innotuit Johãni ꝛ apo=
stolis alijs verbũ incarnatũ: ꝛ hic modus fuit ꝑ
auditũ: qꝛ audiuit a Johanne testimonium de
xp̃o: qḋ erat efficax ꝓpter Johãnis mirabilē na
tiuitatem: ꝛ ꝓpter excellentē vite sue sanctitatē.
Et hoc est qḋ dicitur. * Johãnes testimoniũ ꝑ=
hibet de ipso.] Et bene dicit/ perhibet: ad osten=
dendũ ꝙ eius testimoniũ fuit continuatũ: qꝛ nõ
solum semel sed pluries testificatus est de xp̃o: et
ideo dicit: perhibet: ad denotandũ continuatio
nē huius testimonij. Secundo ostendit istud te
stimoniũ clarũ: cũ subditur. * Et clamat.] Qꝛ
Johãnes nõ loquebatur de xp̃o in occulto: sicut
faciunt illi: qui habent doctrinã suspectam: sed
in palã coram populo. Dicitur aũt hoc testimo
nium certũ ꝛ verũ: qꝛ eodē modo testificatus est
prius de xp̃o in absentia: ꝛ post in p̃sentia: quod
notatur cũ subditur. * Dicens. Hic erat: quem
dixi.] Scꝫ ante: ꝛ idē modo dico. vlterius osten
ditur qḋ de xp̃o dixit/ cum dicitur. * Qui post
me venturus est.] Patet ꝙ Johãnes nõ loquit B
de aduentu xp̃i in mundum: qꝛ iam erat natus
ꝛ fere triginta annoꝝ: sed loquitur de aduentu
ad predicandum: ꝛ mysteriũ nostre redemptio=
nis complendũ. * Ante me factus est.] Ex hoc
loco arguit Arrius: ꝙ verbum ſm naturã verbi
sit factum: qꝛ nõ est dubium ꝙ Johãnes p̃cessit
xp̃m ſm carnem: ꝛ iõ cũ dicit. Ante me factus ē:
de natura verbi intelligendum est: sed littera se=
quens hoc destruit ꝑ hoc qḋ subdit. * Qꝛ prior
me erat] Et ꝑ cõseq̃ns habuit esse ante Johãnē.
Ideo si de factiõe nature loqueret: alit ordinas=
set lr̃am/ dicens. Prior me erat: qꝛ ante me fact⁹
est: et ideo sic debet intelligi. Ante me factus est:
idest mihi p̃latus. Cui⁹ rationē assignat/ dicēs.
Qꝛ prior me est. Nõ ſm humanitatē: sed ſm di
uinitatem: in qua est ab eterno. Potest etiã alit
exponi referendo hoc ad xp̃m ſm humanã na=
turam. Ad cui⁹ intellectũ sciendũ/ ꝙ puer est in
fieri ſm cursum nature vsqꝫ ad natiuitatē. Xp̃s
aũt ab instanti cõceptionis habuit corp⁹ oibus
lineamẽtis distinctũ: ꝛ aiam oibus virtutibus ꝛ
scientijs ꝑfectã: q̃uis nondũ habuerit ꝑfectã cor
poris q̃titatē: ꝛ hoc fuerat p̃dictum Hiere. 31. d.
Nouũ faciet dñs sup terram: mulier circũdabit
virũ: qꝛ xp̃s ab instanti ꝯceptionis fuit vir ꝑfect⁹
modo dicto. Cõstat aũt ꝙ xp̃s fuit ante cõceptus
q̃ Johãnes fuerit natus. vt ptꝫ Lu. 1. Et ideo h̃
modo lr̃a predicta potest exponi. Ante me fact⁹
est: vt per factũ esse intelligat ꝑfectio: qꝛ hoc desi
gnat talis locutio: sicut fieri imperfectionē desi=
gnat. Qꝛ xp̃s etiã ſm humanã naturã ante ꝑfe
ctus fuit q̃ Johannes: vt patet per predicta. *
Et de plenitudine eius nos oẽs accepimus.] C
Positis duobus modis: quibus verbum incar=

natum eis innotuit: hic conſequēter vtrūq; mo=
dum manifeſtat. Et primo manifeſtat primū: ꝗ
eſt per viſum: vt dictum eſt. Secūdo: ſecunduz:
qui eſt per auditum. Ad intellectum primi ſciē=
dum/ ꝙ hec verba que ſequuntur: non ſunt ver
ba Johānis baptiſte: licet hoc dicat Origeū. ſed
ſunt verba Johānis euangeliſte declarātis mo
dum: quo cognouerunt verbū incarnatum ꝑ vi
ſum ſm̄ Auguſti. ⁊ Chryſoſt. Dixerat. n. ſupra:
vidimus eum plenuz gratie ⁊ veritatis. Poſſet
aliquis q̄rere: qualiter hoc vidiſtis? ideo decla=
rat q̄liter hoc cognouerīt: q̄ſi rn̄dens tacite q̄ſtio
ni: ⁊ iō primo declarat q̄liter cognouerūt eū plenū
gratie. Secūdo qualiter cognouerunt eū plenū
veritatis. Dicit igitur primo. Bene dixi ꝙ vidi
mus euz plenum gratie: q̄z de plenitudine eius
nos oēs accepimus. Hoc potiſſime apparuit in
ſpūſſancti miſſione ſuꝑ apoſtolos in die pente=
coſtes: ex cuius plenitudine linguis omniū loq̄
bantur: vt dicit Actu. 2. Et ideo experientia q̄=
dammodo cognoſcebant ipſum xp̄m eſſe plenū
gratie. Et hoc eſt qđ dicit. Et de plenitudine ei⁹
nos oīēs accepim⁹. Iſta dictio copulatiua: et:
nō continuat littere immediate p̄cedenti: q̄ con
tinet verba Johānis baptiſte: ſed verba Johan
nis euangeliſte: qn̄ ſupra dixerat. Et vidim⁹ eū
quaſi vnigenitū a patre: plenum gratie ⁊ verita
tis: q̄z hoc declarat modū per quē cognouerūt:
D vt dictum eſt. ſ. per acceptionez ſpirituſſancti de
eius plenitudine. ideo ſequitur. * Et gratiaz ꝓ
gratia.] Prima. n. gratia datur ſine meritis: q̄z
ante gratiā non poteſt hō mereri: ſed habita pri
ma gratia poteſt homo mereri de cōdigno aug=
mentum gratie: ⁊ ideo ſecūda gratia datur quo
dammodo ꝓ prima: q̄z datur ꝓ meritorio opere
precedenti ex ipſa. ¶ Aliter poteſt exponi ⁊ ma=
gis ꝓprie ad litteraz de lege noua ⁊ veteri: ita ꝙ
lex vetus dicit gr̄a prima: magna. n. gratia fuit
dare legez ſpecialez populo dure ceruicis: ⁊ alia
beneficia populo collata. ꝓpter quod dr̄ in p̄s.
147. b. Nō fecit taliter omni nationi. ⁊c. Q̄z tn̄
iſta lex erat impfecta: loco illius data eſt lex no=
ua: q̄ eſt pfecta ⁊ maior gr̄a. Et ſic exponit illud
Et gratiā ꝓ gratia. Q. d. non ſolū accepim⁹ de
plenitudine xp̄i in receptione ſpūſſancti: ſed cū
hoc accepimus gratiā ꝓ gratia. i. legē nouā lo=
co veteris: ꝓpter quod ſubditur quaſi exponen
do. * Q̄z lex per Moyſen data eſt: ſed gr̄a ⁊ ve
ritas per Jeſum xp̄m facta eſt.] Dicitur autem
lex noua reſpectu veteris veritas: q̄z illa fuit fi=
gura ⁊ vmbra illius. Dicitur etiā reſpectu eius:
quia q̄uis lex vetus ex liberalitate diuina fue=
rit illi populo data: propter quod poteſt dici gra
tia large: eo modo loquendi/ quo quodlibet do
num gratis datū dicitur gratia: non tamen con
ferebat gratiam iuſtificantem: ſicut facit lex no= E
ua. Conſequenter declarat Johānes ſecundū. ſ.
qualiter cognouerunt xp̄m fuiſſe plenum verita
te: videlicet ꝑ doctrinam xp̄i: qui docuit eos de
ſecretis diuinitatis: q̄ comprehēdi non poſſunt/
niſi ab eo: in quo eſt plenitudo veritatis: et hoc ē
quod dicitur. * Deum nemo vidit vnquam.]
Non accipitur hic nemo ꝓ vllo homine: quia
in ſacra ſcriptura aliqn̄ accipitur homo ꝓ omī
creatura: eo ꝙ habet aliquā conuenientiam cuz
omni creatura. Propter qđ dicitur Marci vlti.
d. Predicate euangelium omni creature. ita ne
mo aliquando accipitur ꝓ nulla creatura. Eſt
igitur ſenſus. Deum nemo vidit vnquam. Id
eſt nulla creatura poteſt viſione comprehenſiōis
videre diuinā eſſentiam: et ſubdit a quo compre
hendatur. * Unigenitus filius: q̄ eſt in ſinu pa
tris.] Ideſt in intrinſecis diuinitatis ipſe cōpre
hendit eam: q̄z habet eandē notitiam cū patre: ⁊
ideo pōt de h̄ alios pleni⁹ inſtruere. ideo ſequit.
* Ipſe enarrauit.] Sicut patet ex decurſu euā
gelij/ ꝙ apoſtolos de ſecretis diuinitatis docuit:
vt de myſterio trinitatis: et de multis alijs: que
non fuerunt ita explicite tradita in lege ⁊ ꝓphe
tis: ſicut xp̄s explicauit. ☞ Reliqua que im
mediate ſequuntur poſt hoc euangelium quere
in principio annotamēti primi: quinte ꝑtis. ſer=
mo. Dn̄ice. 4. Aduentus.
* Johānes teſtimoniū. ⁊c.] Mora. Hic ponit F Moralr
ipſius Johānis modus teſtificandi: per quē ſi=
gnificatur modus predicandi: qui debet eſſe cū
affectu magno ⁊ etiam in publico: ideo ſubdit.
* Et clamabat/ dicens.] Habētes enim doctri
nā ſuſpectam magis docent occulte ⁊ ſine clamo
re. * Hic erat quē dixi. ⁊c.] Q̄z predicator que
rere debet honorem xp̄i ⁊ virtutē predicatiōis at
tribuere ſibi: ideo ſubdit. * De plenitudine ei⁹.
⁊c.] Ex nobis nihil habentes. * Et gratiam ꝓ
gratia.] Ideſt nobis dedit gratiā/ vt per eā glo
riam conſequamur: q̄ eſt gratia conſumata. *
Q̄z lex per Moyſen. ⁊c.] A peccatis cohibens:
ſed non gratiā iuſtificātem prebens: nā hoc xp̄o
reſeruabatur: ideo ſubdit. * Gratia ⁊ veritas.
⁊c.] vſq;. * Deum nemo vidit vnq̄;.] Compre
henſiue. * Unigenitus: qui eſt in ſinu patris.]
Ideſt ſibi conſubſtātialis/ ipſe vidit iſto modo:
ideo ſubditur. * Ipſe enarrauit.] Scz myſte=
ria in lege ⁊ prophetis: ſub velaminibus ꝓnun
tiata: ⁊ hoc fuit ſignum/ ꝙ nos deduceret ad cla
ram viſionem diuinorum.
* Hic erat. ⁊c.] Glo. Per demonſtratiuū ꝓno
men innuitur xp̄m affuiſſe in illo loco. Sepe eīm G
ipſe dn̄s adhuc ignotus: anteq̄ baptizaretur ⁊ p̄ Gloſa.
dicaret: ad Johannē ſolit⁹ erat venire. * Qui
poſt me venit. ⁊c.] Qui poſt me natus: poſt me

predicaturus: baptizaturus: moriturus. Nō q̃
iam non esset natus/quādo hec dixit: q̄ etiā ba
ptizatus. Sed vēturus in p̄dicatione: in morte:
sed non in resurrectione. * Ante me factus est.]
Ex greco corā me factꝰ est.i.apparuit mihi qui=
dem.s.quia prior me erat. * Et de plenitudine
eius.⁊c.]Exposito testimonio precursoris redit
euangelista ad testimoniū sue assertionis: quasi
verbum caro factum est: vidimꝰ gloriā eius/ple
num gratia ⁊ veritate: ⁊ de plenitudine eiꝰ nos
oēs accepimus gratiā/vt ipsum credamus: ⁊ ve
ritatem/qua illum intelligimus. * Accepimꝰ.
⁊c.]Augu. Nō solum gratiam: que plane gra=
tis datur: non ꝓ merito/ vt fidē: que per dilectio
nem operatur: ex qua iustus viuit: sed ⁊ pro ista
gratiā.i.beatitudinē eternam: que ⁊ merces iu
sticie dicitur ⁊ etiam gratiā: q̄ meritum ex gra=
H tia. * Gratiam ꝓ gratia.]Gratia in conceptio
ne boni per gratiā datur. Gratia simpliciter: que
non est meriti: si postea cū illa operamur: in bo
nis consuescimus: ⁊ tunc datur gratia ꝓ gratia
priori. * Per Moysen.]Per Moysen seruum
prenuntiatio: per dñm Jesum salutis impletio.
* Deum nemo vidit vnq̄.]Idest nullus purꝰ
homo viuens in hoc corpore vidit deum vt est.
vnde dictum est Moysi. Exod.33.d. Nō videbit
me homo/⁊ viuet.i.nemo viuens in corpore vi=
debit diuinitatem meam. vnde ista adiecit deꝰ
Moysi. Sta in foramine petre: ⁊ cū pertransiero
videbis posteriora mea. Petra.i.xp̄s. foramen:
crucis patibulū. pertransiero.i. transiero de mū
do ad patrem. posteriora: ortus eius: passio: re=
surrectio: ascensio: per que credita ad eius beati
tudinem ⁊ visionē peruenimus. Qd̄ legitur de=
um apparuisse hoībus siue visibiliter carnalibꝰ
oculis: siue inuisibiliter ꝓpheticis visionibus: ꝑ
subiectam creaturam/intelligendum est. Visio
nes eñ ꝓphetarum quadam spirituali creatu=
ra facte sunt: quibꝰ deum vidisse perhibentur.
I * Unigenitus filius.⁊c.] Que sit summa gra
tie ⁊ veritatis: breuiter subdit.s.cognitio ipsiꝰ tri=
nitatis. vnde Johā.17.a. Hec est vita eterna: vt
cognoscant te vnū verum deū: ⁊ quem misisti.i.
xp̄m: que in hac vita nō plene ē: q̄ nemo in car=
ne vidit deū/vt est. Unde nec ipse Moyses nec
dum ꝑ eum data sit gratia: sicut etiam ipse post
omnia visa in typo dei dixit. Exo.33.d. Ostēde
mihi teipsum: sed filiꝰ: q̄ est in secreto patris: nar
rauit: q̄ nemo nouit patrē/ nisi filius: ⁊ cui vo=
luerit filius reuelare. Ipse narrat suis: quid de
trinitate deitatis sentiendū sit: quomodo ad eā
perueniendum: ⁊ ad ipsam introducit.
K ☞ Applica ad hec aliqua de Annotamentis
Auctor. sermonis Johannis baptiste. Tomo.2.sub the.
* Johannes testimonium perhibet.] vt.s̄.A.
¶ Uel de annota. sermo. Incarnatiōis. Fol.2.
sub thema. * Qui post me vēturus est.⁊c.]B.
¶ Uel de annotamentis sermo. Apostolorū inci
pientibꝰ folio.82. sub thema. * De plenitudi=
ne eius nos omnes accepimꝰ.]C. ¶ Uel de an
notamētis sermo. Pentecostes. in hoc.1. Tomo
sub eodē themate. ¶ Et de annotamētis sermo.
generalis Marie. incipientibꝰ fol.72. sub the=
mate. * Gratiā ꝓ gratia.]D. ibi inuenies ali=
qua annotata de gratia. ¶ Et de annotamentis
ser. sanctissime Trinitatis. in hoc.1. Tomo. sub
themate. * Unigenitus filius.⁊c.]E. ¶ Uel d̄
annotamētis sermo. Prelatorū. incipiētibus fo=
lio.90. sub the. * Johannes testimonium per=
hibuit.⁊c.]F. ¶ Uel de Annota. sermo. omniū
sanctorū. in.2. Tomo. sub themate. * Gratiam
pro gratia.⁊c.]H.

Amen dico vobis.⁊c̄]Lyra. In prima par ¶ 2
te istius capituli saluator primo ad confir 2Da
mationem discipulorum Johānis baptiste ostē A
dit se esse Christum vere promissum. Secundo
ad confirmationem populorum ostendit Johā
nem esse prophetam sanctum/ cum dicitur. Cū
audisset Johannes.⁊c. vsq̄. Qui preparabit vi
am tuam ante te. ☞ Quere infra Annota.1.
A.B.C. quinte partis. sermonis. Dominice.3.
Aduentus. Sequitur immediate hoc euange=
lium: qd̄ dicitur. * Amen dico vobis: non sur=
rexit inter natos mulierum maior Johanne ba
ptista.] Non negat quin equalis surrexerit int̄
natos mulierum. Christus enim maior fuit: sed
non proprie dicitur filius mulieris/ sed virgi=
nis: quia mulier de cōmuni cursu accipitur pro
femina corrupta. * Qui autem minor est in re
gno celorum.] Idest in beatitudine. * Maior
est illo.] Q̄ quilibet beatꝰ q̄tumcūq̄ minimꝰ
maior est actu/ q̄ quicūq̄ viator purꝰ licet ali
q̄s viator sit maior in potentia aliq̄ beato. Et q̄
dixerat q̄ Johannes erat plusquam propheta:
ideo consequenter declarat hoc/ dicens. * A B
diebus Johannis baptiste vsq̄ nunc: regnum
celorum vim patitur.] Quia Johannes ince=
pit predicare consecutionē regni celestis per pe
nitentiam: quod ante esse nō poterat. * Et vio
lenti rapiunt illud.] Non enim potest homo na
tus in terra rapere celum: nisi sibi faciat violen=
tiam coercendo a delectabilibus ꝓprium ap=
petitum. * Omnes enim prophete ⁊ lex vsq̄
ad Johannem prophetauerunt.] Quia in le=
ge ⁊ prophetis veritas de Christo erat sub figu=
ris ⁊ enigmatibus tradita: sed a Johanne est
manifeste ostensa dicente. Ecce agnus dei.⁊c.
* Et si vultis recipere/ipse est Helias: qui ven=
turus est.] Non in persona: sed in spiritu: quia
fuit similis Helie: et hoc in tribus. Primo in au

ſteritate penitentie: qꝛ de Helia ſcribit̃. 4. Reg. 1. ꝙ erat vir piloſus: ⁊ zona pellicea accinctus renibus. Dicitur aūt ibi piloſus ꝓpter hoc ꝙ habebat veſtem hirſutā et aſperā. Similiter de Johanne dicitur Matthei. 3. ꝙ habebat veſtimentum de pilis camelorum. Secundo in ſoliditate conſtantie. De Helia enim ſcribitur ꝙ ipſe cōſtanter arguebat regem Achab. 3. Reguꝫ. 22. et Ochoziam regem. 4. Regum. 1. Similiter Johannes conſtanter arguebat Herodem. Marci 6. Tertio in auctoritate doctrine: quia ſicut Helias venturus eſt per predicationem ſuam: denuncians Chriſti aduentum ſecūdum: ita Johannes preuenit primū: vt dicitur Matthei. 3.
C Et hoc notatur/ cum ſubdit̃. * Qui habet aures audiendi audiat.] Ad denunciandum/ ꝙ illud quod immediate proponitur: myſtice eſt intelligendum: Conſequenter exprimitur condemnatio obſtinatorum. Et primo in generali reſpectu iudeorum communiter. Secundo in ſpeciali reſpectu aliquorū: quibus ſpecialia beneficia contulerat. Ad euidētiam primi aduertendum quod multum valde facit ad virtutem quod aliqui a pueritia ſua ſint conſueti operibus virtuoſis: et ideo expedit quod pueri exerceantur in ludis honeſtis ⁊ inducētibus ad virtutem: et retrahentibus a vitijs: propter quod pueri hebreorum habebant talem ludum: diuidebantur enim in medio ciuitatis in duas ptes equales: ⁊ illi: q̄ erant ex vna pte canebāt carmē letitie: ⁊ alij ex oppoſita carmen lugubre: poſtea exprobrabant ſibi mutuo: et exultantes dicebant alijs quare ſibi non congaudebant: et econuerſo alij ſcilicet lamentantes quare ſibi non cōpatiebantur: et hoc fiebat ad exprimendum vanam leticiam et defectum compaſſionis ⁊ amicitie ad inuicem in hoc mundo: et hoc modo ſicut videmus frequenter quod in eadem ciuitate immo et in eodem vico vel etiam in domo aliqui letantur: et aliqui ex oppoſito triſtātur: hoc ſimile erat de iudeis quantum ad hoc: quia viderant auſteritatem Johannis: nec per hoc fuerant moti ad penitentiam: et poſtea dulcedineꝫ et manſuetudinem Chriſti: qui dulcedinē miſericordie eius predicauit: et cum eis dulciter et manſuete conuerſatus eſt: nec graues penas impoſuit penitentibus: ſed dixit. Uade et amplius noli peccare: et tamen ꝑ hoc non fuerunt moti ad deuotionis dulcedinem et pietatis: ſed magis remanſerunt obſtinati in peccatis: ideſt vtriuſq; vitam in malum interpretando: et hoc eſt quod dicitur. * Cui autem ſimilem eſtimabo generationem iſtam?] De qua ſcribitur Matt. 12. capitu. Generatio mala ⁊ adultera ſignum querit. * Similis eſt pueris ſedētibꝰ in foro.]

Non quantum ed coꝝ innocentiam: ſed quantum ad ludi corum interpretationem. * Qui clamantes coequalibus dicunt.] Quia pueri in partes equales diuiſi: ſibi dicebāt mutuo ea: que ſequunt̃. * Cecinimus vobis ⁊ non ſaltaſtis: lamētauimus ⁊ nō planxiſtis.] Conſequēter applicat ſimilitudinē ad ꝓpoſitum: dicens. * Uenit eīm Johānes: neq; manducans: neq; bibens.] Ideſt in abſtinentia maxima viuens. Ille enim: qui parū comedit dicitur nō comedere ſm cōmunem modum loquendi: ſicut q̄ male videt/ dicitur nō videns. * Et dicunt.] Judei. * Demoniū habet.] Auſteritatem Johannis demoni attribuēdo. Demoniaci enim poſſunt multa agere et pati: que nō poſſunt alij. * Uenit filius hois.] Ideſt xp̄s. * Manducās et bibens.] Ideſt cōmunem vitam inter hoies ducens: hoc eīm debebat facere qꝛ erat mediator dei et hoim: et ideo talem vitam debuit cōmuniter ducere: vt cōmuniter viuentes et peccatores haberent acceſſum familiarem ad ipſum. * Et dicunt.] Phariſei male interpretando. * Ecce homo vorax.] In quo notant cuꝫ de exceſſu in quātitate cibi. * Et potator vini.] In quo notant cū de ebrietate: quod erat falſum: qꝛ perfectiſſime vite fuit. Unde et poſt baptiſmum quadraginta diebus et noctibus ieiunauit. Sequitur. * Publicanoꝝ et peccatoꝝ amicus.] Hoc accipiebāt ex hoc/ ꝙ videbant cū cum eis comedentem et bibentē: vt dicitur Matth. 9. Hoc tm̄ non erat vt coꝝ vitia amaret: ſed magis vt ſanaret: vt ibidem dicitur. * Et iuſtificata eſt ſapientia.] Hoc dupliciter exponit̃. Uno modo referendo ad apoſtolos: et eſt ſenſus: licet Chriſtus: qui eſt ſapientia dei patris: ſit predicto modo a phariſeis reprobatus: tm̄ iuſtificatus eſt. i. cognitus iuſtꝰ a filijs ſuis: hoc eſt a diſcipulis: q̄ ſunt filij xp̄i per adoptionē: ſm quod dicitur Joh. 1. a. Quotquot aūt receperunt. ⁊c. Aliter exponit̃ referendo ad pueros iudeoꝝ predicto modo ludentes: et tunc ſenſus eſt. Et iuſtificata eſt ſapiētia. i. Johānis et Chriſti. * A filijs ſuis.] Hoc eſt a filijs iudeoꝝ: qꝛ declarata eſt coꝝ iuſticia et ſapientia inquantū repreſentabat̃ per coruꝫ ludum obſtinatio patrum ſuorū: ſic̃ patet ex predictis. Conſequenter oſtendit Chriſtus in ſpeciali condemnationem aliquoꝝ: cuꝫ dicit̃ poſt hoc euangeliū. * Cepit dn̄s Jeſus exprobrare. ⁊c.] ☞ Quere Annotamēto. 1. q̄nte ptis. ſermonis Ferie. 6. Dn̄ice. 12. poſt octauas corpo. xp̄i. * A diebus aūt Johānis. ⁊c.] Moraliter. Per regnū celoꝝ intelligi pōt militans eccleſia: q̄ nō eſt ipſi parietes: ſed fideles: quoruꝫ multi valde paſſi ſunt martyrium per violentiaꝫ tyrannoꝝ: et ſic rapuerūt regnum celoꝝ. * Omnes enim

Margin: D (beside "tum ad ludi corum interpretationem"); E (beside "tia.] Hoc dupliciter exponit̃"); F Moraliter (beside "regnū celoꝝ intelligi pōt").

ꝓphete.⁊c.] Per legem et ꝓphetas significant
doctores veteris testamenti. Per Johannē vero
doctores noui: ꝓpter quod debent ei assimilari
in tribus predictis. s. mentis constantia: auste=
ra vita: et sana doctrina. * Cecinimus vobis:
et nō saltastis.⁊c.] Illi vero non saltant ad can
tum: qui audientes predicationem de gaudijs
celestibus: non eleuantur ad ipsa per deuotio=
nis affectū: et illi non plangunt ad lamentatio=
nem: qui predicationem audiunt de punitione
peccatorū: et non mouentur ad aliquam contri
tionem. * Venit enim Johannes.⁊c.] Absti=
nentia Johannis fuit alijs exemplum peniten
tie: manducatio vero Christi fuit alijs exemplū
condescensionis et misericordie. Per illos igit̄:
qui vtrūque in malum interpretabantur: signi
ficantur detractores bonos actus aliorum ne=
quiter deprauantes.
G * Maior Johanne.⁊c.] Glo. In hoc non pre
Glosa. fertur patriarchis: et cunctis hoībus: sed equa=
lis ceteris sanctis ostendit̄. * Qui autē minor
est.⁊c.] Idest omnis sanctus: qui iam est cum
deo: maior est eo: qui adhuc in mūdo. Vel ego:
quem minorem facit multoꝝ opinio in ecclesia
sanctoꝝ: illi prelatus sum. Vel: nouissimus an
gelus celi melior est quouis homine. * In re=
gno celorum.] Regnum celoꝝ duobus modis
accipitur. Aut supernū: in quo nondum sumꝰ.
Aut presens ecclesia: in qua adhuc viuimus: et
H iam quodāmodo regnamus. * A diebus Jo=
hannis.⁊c.] Apl̄os dominus ad oues: que pe=
rierant domus israel ire iusserat. Matth. 10. a.
vt ad regnū reducerent̄. Sed hec predicatio ad
ꝓfectum publicanoꝝ et peccatorū versa est: qui
crediderunt. Ceterū Johanni a plebe nō credi=
tur: Christi opera nō auctorizant̄: quia crux est
scandalo. Gal'. 5. b. Jam prophetia cessat: iā lex
expletur. Christus alijs predicat̄: et ab alijs reci
pitur: sui respuunt: inimici accipiunt. Itaq̄ re=
gnum celorū vim patitur: q̄ gloria israel patri=
bus debita: a ꝓphetis nunciata: a xp̄o oblata: fi
de gentiū occupat̄ et rapitur. Vel a diebus Jo=
hannis: qui penitētiā predicauit: qua peccator
reuiuiscit: et nō ante: q̄ lex penam intulit: et nō
per penitentiā viuificauit. Patria celestis vim
patitur: dum peccator ad eā / quasi in alienū lo
cum intrat per penitentiā. Grandis violētia est
in terra nasci / et celum capere: et habere per vir=
tutem: quod non possumus per naturā. * Oēs
enim.⁊c.] Non q̄ post Johannem nō fuerint
aliqui: vt Agabus: Act. 11. d. sed q̄ quicq̄d ꝓ=
phetauerūt: de dn̄o vaticinati sunt. Omnes eñ
ꝓphete: q̄ q̄cquid illi dixerunt: de venturo lo=
cuti sunt: hic vero venientē ostēdit. * Et si vul=
tis.] Vt minus excusabiles sitis: quia cum nō
recepistis. Ipse est Helias in virtute: non in per
sona: par in vite seueritate: mentis rigore: prece=
dēs christi primū aduentum: vt ille secundum.
* Cui autem.⁊c.] Laudato Johanne transijt I
ad increpandum illos: qui nec predicatione Jo
hannis moti sunt: vel ipsius Christi predicatio
nem despiciūt. Johānes talis ac tantus (vt dixi)
et adeo dignꝰ / vt ei debeat credi: sed vos cui estis
assimilādi: qui noluistis credere ei? * Similis
est pueris.⁊c.] Pueri / doctores sūt humiles spi
ritu. Forum synagoga: vel ipsa hierusalem: vbi
iura preceptorum dei recondebantur. Coequa=
les: contribules: quos solebāt exprobrare / q̄ ad
laudes dei nō assurrexerūt corde deuoto: mēbro
rum agilitate: quod notat saltus. Nec per lamē
ta ꝓphetaꝝ pro excidijs iam factis vel faciēdis:
ad penitentiā conuersi sunt. * Cecinimus.⁊c.]
Vt Dauid. ps̄. 80. Exultate deo adiutori no=
stro: iubilate deo Jacob: et cetera huiusmodi.
* Lamentauimus.⁊c.] Johelis. 2. c. Conuer
timini ad me in toto corde vestro: in ieiunio ⁊ fle
tu et planctu et hmōi. * Venit enim.⁊c.] Si= K
cut tunc: ita et nunc vtrāq̄ viam salutis respui
tis. Lamētauimus ad Johannem: cecinimus
ad Christū. Hec est summa generatio: ista nec
plorat cum Johanne plorāte: neq̄ gaudet cum
Christo gaudente. Nec mirū si duplicem viam
salutis contemnunt: cum et ieiuniū et saturita=
tem pariter spernunt. Si ieiuniū placet: cur Jo
hannes displicet? Si saturitas: cur filius homi=
nis? * Et iustificata est.⁊c.] Ostendit filios sa
pientie intelligere: nec in abstinendo / nec in mā
ducando esse iusticiam: sed in equanimitate to
lerandi inopiam: et temperantiā / non se corrum
pendi per abundantiam. Non est regnum dei
esca et panis: quorum nō vsus: sed concupiscen
tia reprehenditur. in quibusdā libris habetur.
Justificata est sapientia ab operibus suis: quia
sapientia non querit vocis testimoniū: sed ope=
rum. ☞ Et cetera vbi supra. L
¶ Applica ad hec aliqua de Annotamentis ser Ann
monis Johannis baptiste. sub themate. * In
ter natos mulierū.⁊c.] s̄. A. ¶ Vel de Annota
mentis Omnium sanctorum. sub themate. *
Qui minor est in regno celorum.⁊c.] A. ¶ Vel
* Regnum celorum vim patitur.] B. ¶ Vel
de Annotamentis sermonis Pugne. incipienti
bus. Fol. 165. sub eodem themate. * Regnum
celorum.⁊c.] B. ¶ Vel de Annotamentis ser=
monis Penitentie. incipientibus Fol. 211. sub
eodē the. * Regnū celoꝝ.⁊c.] B. ¶ Vel d̄ An.
ser. Prelatoꝝ. icip̄. Fol. 90. sub the. * Qui hꝫ
aures audiendi audiat.⁊c.] C. ¶ Vel de An.
ser. Dn̄ice. 1. et. 3. q̄drage. sub the. * Demoniū
habet.] D. Quia i his duabꝰ dn̄icis inuenies de

astutia et potestate demonis. ꝛc. ¶ Uel de Annotamētis sermonis Pctōꝝ. incipiētibꝰ fol. 189 sub themate. ✳ Ecce hō vorax. ꝛc.] D. ¶ Uel de Anno. ser. Aploꝝ. incip. fol. 82. sub them̄. ✳ Et iustificata est sapientia. ꝛc.] E. ¶ Uel de Anno. ser. Ecclie. icip̄. fol. 64. sub them̄. ✳ Regnū celoꝝ. ꝛc.] F ¶ Uel d̄ An. ser. Epiph. sub the. ✳ Regnū celoꝝ vim patit.] H. ¶ Uel de An. ser. Incarnationis vel aduentus. incipiētibus fol. 2. sub themate. ✳ Oēs pphete. ꝛc.] H. ¶ Uel de Annotamentis sermonis Orationis. incipientibus fol. 180. sub themate. ✳ Cecinimus. ꝛc.] I. Uel de Anno ser. Funeꝝ. incip̄. fol. 305. sub them̄. ✳ Lamentauimus. ꝛc.] vt supra. I.

Dñice. iij. Aduentus sermo. An. Ex quinta parte bib.

¶ I Mat. 11. A Cum audisset Johannes in vinculis opa Christi. ꝛc.] Lyra. Hic saluator prio ad ɔfirmationē disciploꝝ Johānis ōndit se esse xp̄m vere pmissum. Secūdo ad ɔfirmationē populorū ostendit Johānē esse pphetā sctm̄. Circa primū mouetur quedam dubitatio: et ponitur eius responsio. Unde considerādum ꝙ Herodes Antipas incarcerauit Johānem pter hoc/ꝙ reprehendebat eū: eo ꝙ abstulerat fratri suo Philippo vxorem suā/noie Herodiadē: vt habet Marci. 6. Johānes ergo in carcere constitutus misit discipulos suos ad Jesum: querens vtrū ipse esset xp̄s: an non? Sed qꝛ questio est dubitabilis ppositio: mirabile est ꝙ Johānes: qui baptizauerat xp̄m: et viderat spūm sctūm descendere super eū: et de eo dixerat. Ecce agnus dei. ꝛc. vt habetur Joh. 1. de hoc quasi dubitans querebat. Ad hoc respondet beatus Grego. dicens ꝙ Johannes nō dubitauit ipsum esse huius mundi saluatorē: sed dubitauit vtrū sicut natus erat in humanitate nostra: ita etiā moreret p salute humana. Sed hec responsio nō videtur cōueniēs: qꝛ Johānes nō fuit minus illuminatus/ q̄ pphete veteris testamēti: qꝛ hic dicit plusq̄ ppheta: vt sequit in isto cap. Prophete aūt cognouerunt xp̄m non tm̄ nasciturꝫ in carne pter nos: sed etiā moriturꝫ: vt habetur Esaie. 53. c. Tanq̄ ouis ad occisionē ducetur. ꝛc. Et i pluribꝰ alijs locis: que pter plixitatem vitandam omitto: hec multo fortius Johannes: qui fuit plusq̄ ppheta/cognouit. Item Johānes de christo predixerat. Ecce agnus dei. Joh. 1. d. quod nō dixisset (vt videt) nisi vidisset eum immolandum pro salute mūdi. Et ideo aliter dicēdum/ꝙ Johannes non dubitauit de predictis: sed certitudinaliter cognouit: sed discipuli eius: qui non erant sic illuminati/dubitauerunt: et ideo Johannes per discipulos suos questionē pposuit: non pter sui dubitationē: sed discipuloꝝ hesi-

B tantium: et hoc est quod dicit euāgelista. ✳ Cū audisset Johannes in vinculis opera xp̄i: mittens duos de discipulis suis: ait illi. Tu es: qui venturus es: an aliū expectamus?] Cōsequenter ponitur xp̄i responsio: et qꝛ eius responsio nō erat ad confirmationē Johannis: qui nō dubitauit: sed ad confirmationem discipuloꝝ dubitantium: ideo xp̄s non respondit per verba: sed per facta: faciens in conspectu discipuloꝝ Johānis miracula multa manifeste declarātia ꝙ ipse esset Christus: et hoc est quod dicitur. ✳ Et respondens Jesus ait illis. Euntes renūciate Johanni: que audistis et vidistis. Ceci vidēt.] Ad preceptum meum. ✳ Claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur.] Idest denunciantur habere regnum celorum: vt dicitur Matth. 5. Beati pauperes spiritu. ꝛc. ✳ Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.] Scilicet dubitando de deitate: quia me videt in passibili carne. Consequenter ostendit Johannem esse prophetam sanctum: et hoc ne ex questione proposita aliqui crederent eum dubitasse/et ignorasse eum fuisse Christum. Et cōmendat eū de quattuor. Primo commendat eum de soliditate fidei et constantie: cum dicitur. ✳ Illis aūt abeūtibus/cepit Jesus ad turbas dicere de Johanne. Quid existis in desertum videre arundinē vento agitatam?] Quasi dicat nō: qꝛ Johānes ita constans erat: ꝙ nec timore/nec fauore a veritate declinabat. Secundo ab austeritate penitentie: cum dicit. ✳ Sed quid existis videre hominem mollibus vestitum?] Quasi dicat nō: quia Johannes habebat vestimentum de pilis camelorum: et esca eius erat locuste ⁊ mel syluestre. Ad hoc etiam manebat in deserto: vt austeram vitam duceret: non solum ex victu ⁊ vestitu: sed etiam ex loco: propter quod subditur. ✳ Ecce qui mollibus vestiunt/ in domibus regum sunt.] Ad hoc em̄ multi magnatibꝰ adulantur: vt cum ipsis commorantes delitijs vtantur: sed homines veritatis talia aspernantur. C Unde narrat Ualerius maximus libro quarto/quod quidam dixit Diogeni olera lauanti. Si tu Dionysio adulari velles/ista nō ederes. Cui respondit. Si tu ista edere velles/ Exēplū Ualerij.

Dionysio adulari nolles. et sequitur. Hic ve=
ridicus veritatis annunciator malens oleri=
bus sustentari/q̄ꝫ magnatibus adulari. Tertio
cōmendat eum saluator a claritate noticie/cuꝫ
dicit. * Sed quid existis videre ꝓphetam? Eti
am dico vobis plusq̄ꝫ ꝓphetam.] Dicitur em̄.
1. Reg. 9. b. Qui enim dicitur hodie propheta:
olim appellabat̃ videns: qꝛ ꝓphete videbāt ea:
que alijs erant occulta: sed nō solum Johannes
ꝓpheta fuit: sed etiā plus q̄ꝫ ꝓpheta: qꝛ nō solū
xp̄m preuidit venturū et predixit (sicut alij pro=
phete) sed etiam ipsum digito ostendit. Quarto
cōmendat eum ab auctoritate doctrine: dicens.
* Hic est em̄: de quo scriptum est.] Malach. 3.
* Ecce ego mitto angelum meum.] Idest Jo
hannem: qui duxit vitam angelicā. * Ante fa
ciem tuaꝫ.] Idest ante xp̄m: qꝛ filius dicit̃ figu
ra dei patris: et per consequens facies eius. *
Qui preparabit viaꝫ tuā ante te.] Idest corda
audientiū ad recipiendum xp̄m per predicatio
nem suā et baptisma suū. Et vt cōprehēdat sum
mam cōmendationem Johānis: subdit in ver=
bis sequentib9 post hoc euangelium. Amen di=
co vobis: nō surrexit inter natos mulierum. ⁊c̄.
☞ Quere Annota. 1. sermonis Ferie. 6. Do
minice. 2. Aduentus. Fol. 8. Col. 3.

D ¶ Moraliter. Per Johannem: qui misit disci=
Moralr pulos suos ad xp̄m: dicēdo. * Tu es: qui ven=
turus es? ⁊c̄.] Licet ipse de hoc nullatenus dubi
taret: sed vt ei9 discipuli de h̄ dubio certificarent̃
per opera xp̄i: significat̃ bonus doctor et humi=
lis: qui q̄ꝫuis non dubitet de veritate alicui9 cō
clusionis: tm̄ discipulos dubitantes remittit ad
sapientiorē: vt ꝑ eū certi9 informent̃: cōtra mul=
tos doctores et cōfessores: q̄ dedignātur sic remit
tere: ne videant̃ aliq̄ ignorare. * Illis aūt. ⁊c.]
Per h̄ ꝙ xp̄s cōmendauit Johānem de mentis
constantia: et de aspera vita: et de cognitiōis ex
cellentia: ostendit̃ ꝙ doctores superiores non de
bent inferiores contemnere: sed magis quantū
possunt (salua veritate) eos cōmendare.

E * Cū audisset Johānes. ⁊c̄.] Glosa. Et dū xp̄s
Glosa. ꝑdicaret: et ꝑdicationē suā varijs signis ꝯfirma
ret: Johānes eius oꝑa audiuit posit9 in vincu
lis ab Herode. Sed cū audisset/mittēs duos de
discipulis suis/ait illis. Tu es: qui venturus
es? ⁊c̄. Johānes interficiēdus interrogat: nō qꝛ
dubitet: q̄ alijs dixerat. Ecce agn9 dei. Joh. 1.
Qui et vocē patris audiuerat. Hic est fili9 me9
dilect9: sed vt missi signa videntes crederēt: ⁊ di
ctis eius oꝑa xp̄i fidē facerēt: ne alius xp̄s expe
ctaret̃. Quod aūt discipuli Johānis aduersus
xp̄m supbirēt: et aliq̄d liuoris haberēt: innotuit
Matth. 9. b. ibi. Quare nos et pharisei ieiuna
mus? Et vbi Johāni dixerūt. Magister/cui te
stimoniū dedisti: ecce discipuli ei9 baptizant: et
plures veniunt ad eū. Hec oīa eadem de Johā
ne Lucas ponit: non ipso ordine: sed q̄s ordinē
rei geste teneat/nō apparet. * Tu es: q̄ ventu=
rus es?] Non ait q̄ venisti: q̄si cū ad inferna de
scensurus sum: debeo te nūciare inferis: q̄ nun=
ciaui supis? An ꝯueniat filio dei mori: an aliū
ad hec sacramēta missur9 es? * Beat9 qui nō
fuerit scandalizat9 in me.] Qui de diuinitatꝭ
potentia nō dubitauerit. Hoc nō ꝯtra Johānē:
quē mox a deo cōmendat. * Cepit Jesus dice
re ad turbas đ Johāne.] Precursor xp̄i de xp̄o
certificare discipulos voluit: qꝛ sensit eos dubi=
tare. De ꝑcursore xp̄s turbas dubitantes: ne du
bitent docuit: mollem leuēq̄ꝫ putantes. * Ecce
q̄ in domib9.] Ezech. 13. c. Qui ponunt pului
naria sub cubito: qui vitā peccantiū palpāt: nō
pungunt. Nota. Rigida vita et ꝑdicatio debet
declinare molliū pallatia: que freq̄ntant molli
bus induti adulātes. * Plusq̄ꝫ ꝓpheta.] Be
da. Qꝛ angelus nō natura: sꝫ officio. ☞ Re
liqua quere ibi. Et de hac materia dicit̃ Lu. 7
* Ibat Jesus in ciuitatē: que vocatur Naim.
⁊c̄.] Glo. ⁊c̄. ☞ Quere Annot. 1. q̄nte ꝑtis.
sermōis Dn̄ice. 16. post octauas. corporis xp̄i.
Seq̄tur post litterā huius euangelij immediate.
* Et exijt hic sermo in vniuersam iudeā de eo:
et oēm circa regionē. Et nūciauerūt Johāni di
scipuli eius de oib9 his. ⁊c̄.] Glo. Ambro. Nō
simplici corde: sꝫ inuidia stimulāte. Unde Jo
hannis. 3. c. querūt: dicētes. Rabi qui erat tecū
trās iordanē: cui testimoniū ꝑhibebas: ecce hic
baptizat: et oēs veniūt ad eū. Quib9 tūc respō=
dit Johānes. Qꝛ nō pōt hō accipe q̄cq̄ꝫ nisi fue
rit ei datum de celo: q̄b9 verbis se purū hoiem ⁊
Jesum dei filiū declarabat. ¶ Ambro. Sꝫ qꝛ in
uidia adhuc expelli neq̄bat: mittit eos ad Je=
sum: vt hac occasiōe videāt signa: et correcti cre
dant in Jesum: et magistro interrogāte sibi di=
cant. * Tu es q̄ ventur9 es?] Beđ. Greg. Nō F
ait: q̄ venisti: q̄si cū ab Herode interficiēdus: et
ad inferna sum descēsur9: debeo te nūciare infe
ris: q̄ nunciaui supis? an cōueniat filio dei mo
ri: an aliū ad hec sacramēta missur9 es? Potu=
it. n. vates pius: quē venturū ꝑdixerat: nō credi
disse moriturū: nec fide seu pietate dubitauit: qꝛ
lapsus amoris fidē nō impedit. Talis. n. lapsus
est religiosus. ¶ Allego. Johānes figura est le=
gis: q̄ ꝓmiū eia xp̄i pectorib9 ꝑfidorū q̄si carceri
b9 luce vacuatis inclusa tenebat̃: ne plenū testi=
moniū dn̄ice dispēsatiōis sine euāgelij attestati
one ꝓferret. Mittit ḡ discipulos ad xp̄m: vt sup
plementū sciētie asseq̄nt̃: qꝛ plenitudo legis est
xp̄s: vt qꝛ plerūq̄ꝫ nutabāt dicta sine factis: eo fi
des plenior gestorū testificationibus: q̄ꝫ verborū

sponsionibus exhiberetur: & que tunc in pectoribus iudeorum velut obscurata lege nutabãt: eo ipso spectaculo dñice crucis: et pleno resurrectionis testimonio panderetur. Qd ergo lex dubie xp̃m venturũ nunciat: euangeliũ: vbi tot miraculorum exhibitio est: venisse certissime cõfirmat. * Et cõuocauit duos de discipulis suis Johãnes: et misit ad Jesum: dicens. Tu es.] Interli. Hoc dicite. * Tu es: qui venturus es: an aliũ expectamus? Cuz aũt venissent ad eum viri dixerunt. Johãnes baptista misit nos ad te: dicens. Tu es qui venturus es: an aliũ expectamus? In ipsa aũt hora curauit multos a lãguoribus et plagis: et spiritibus malis: et cecis multis donauit visuz. Et respõdens/ dixit illis. Eũtes renũciate Johãni que vidistis & audistis.] Sciens Jesus neminẽ sine euangelio plene posse credere: q2 sicut fides a veteri incipit testamento: ita implet in nouo. Interrogatus de se: non verbo aliquo: sed factis se esse signauit: nõ respõdens ad ea: que interrogabãtur: sed ad scandalum nunciorum. * Quia ceci vident. &c.]

☞ Quere Annotamẽto. 11. quĩte partis. sermonis Passionis. fol. 51. col. 2.

nctor.

¶ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Incarñ. incip̃. fol. 2. sub them̃. * Tu es qui venturus es?] vt. s̃. B. ¶ Uel de Anno. sermonis. Johãnis baptiste. ¶ Et annotam̃. 1. C. quinte partis. sermonis Ferie quarte. Dñice. 1. Aduẽtus. Fol. 2. sub themate. * Ecce ego mitto angelum meum. &c.] Littera. C. ¶ Uel de Annotamentis sermonis Prelatorum. incip̃. fol. 90. sub the. * Tu es qui venturus est? &c.] Littera. D. Quia per Johannem significatur bonus doctor. &c. vt ibidem. ¶ Uel annota. 1. q̃nte partis. sermonis Ferie. 6. Dominice. 1. quadragesime. ¶ Et annota. 1. q̃nte partis. sermõis Dominice. 12. post octau. corporis Christi. sub themate. * Renunciate Johanni que vidistis. &c.] Littera. B.

Ferie. iiij. quattuor tẽporũ. dominice. iij. aduentus.

1.
cc. 1
A

Missus est angelus Gabriel.] Lyra. Hic describit̃ concept9 saluatoris. Circa qd̃ primo ponit̃ angelica salutatio. Secundo Marie cõsolatio: ibi. Quecum audisset. Tertio cõceptio: ibi. Dixit aũt Maria. Circa primũ dicitur. * Missus est angel9 Gabriel a deo in ciuitatem Galilee.] Quod autẽ hic ponuntur tot nomina ppria. s. angeli missi: virginis ad quam mittebatur: sponsi sui: & loci: hoc fuit ad ostendenduz certitudinem historie. * Cui nomen Nazareth.] Hoc fuit/ vt adimpleretur pphetia Esaie. 11. a. Egredietur virga de radice Jesse: & flos de radice ei9 ascẽdet. Ubi sm veritatem hebraicã habetur. Et Nazare9 de radice eius ascendet. * Ad virginem desponsatam viro: cui nomen erat Joseph.] Et hoc diuina ordinatione multiplici ratione factuz est/ vt desponsaretur anteq̃z impregnaret̃. Et accipiũtur alique cause ex parte pueri: alique ex parte matris: et alique ex parte nostra. Ex parte autẽ pueri fuit conueniens ipsum de virgine desponsata nasci: ne ab infidelibus tanq̃z illegitime natus abijceret̃. Unde dicit Ambro. super Lucã. Quid Herodi: quid iudeis posset ascribi: si natum ex adulterio viderentur persequi? Secundo: vt modo consueto scripturarum genealogia Christi describeret̃ per virum. Tertio: vt partus virginis diabolo celaret̃. Quarto: vt puer nat9 a Joseph nutriret̃. Unde et pater eius dict9 est: q2 nutritius eius fuit. Ex parte vero matris accipiuntur alique cause. Primo: quia per despõsationem fuit immunis a pena lapidationis: ne tanq̃z adultera calumniaret̃ a iudeis. Secũdo: vt p hoc ab infamia liberaret̃. Unde dicit Ambrosius super Lucam: q desponsata est/ ne temerate virginitatis adureturinf amia: cui grauis aluus corruptele videret̃ insigne preferre. Tertio/ vt virgini a Joseph exhiberet̃ ministerium: vt dicit Hieronymus. Item ex parte nostra accipiuntur quinq̃z cause. Primo: q2 ex testimonio Joseph comprobatũ est certius Christũ ex virgine natũ. Unde dicit Ambrosius super Lucam. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur: qui possit dolere iniuriam: et vindicare opprobrium: si non agnosceret sacramentum. Secundo: quia per hoc verba virginis virginitatem suam asserentis magis credibilia redduntur. Unde dicit Ambrosius super Lucam. Fides Marie verbis magis ascribitur: et mendacij causa remouetur: culpam enim obumbrare voluisse mendacio videretur innupta pregnans. Causam autem mentiendi desponsata non habuit: cum coniugij premium/ et gratia nuptiarum partus sit feminarum: que quidem duo pertinent ad nostre fidei firmitatem. Tertio: vt tolleretur excusatio virginibus: que propter incautelam suam incurrunt infamiam. Unde Ambrosius super Lucam. Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus velamen excusationis relinq̃: q infamata q̃z mater domini videretur. Quarto per hoc designat̃ ecclesia: que cum sit virgo: desponsata est tamen vni viro: vt dicit Aug. lib. d sancta virginitate.

Quinto qr eo q mater dñi fuit despōsata et vir
go: in psona ipsius simul virginitas et matrimo
nium honorantur contra hereticos alteri eorū
B detrahentes. * De domo Dauid.] Hoc expri=
mitur ad ostendendum q Christus descēdit de
semine Dauid: sicut fuerat per pphetas predi=
ctum. Licet enim Joseph nō fuerit pater salua=
toris: tamē virgo Maria: de qua Christus car=
nem assumpsit: fuit de eadez tribu cum Joseph:
quod pbatur per hoc/ q mulieres in hereditate
paterna succedentes nō poterant cōtrahere ma
trimoniū/ nisi cum viris sue tribus: ne fieret con
fusio sortiū: vt habetur ex domini sententia Nu
meri. 36. Beata virgo Maria fuit vnica Joa=
chim patri suo: succedēs ei in hereditate. ex quo
sequitur/ q ipsa et Joseph: cui desponsata fuit:
erant de eadem tribu. s. Dauid. * Et nomē vir
ginis Maria. Et ingressus angelus ad eā: di=
xit.] Bernardus sup Missus est: dicit/ q ingres
sus in secreto cubiculo: vbi clauso super se ostio:
orabat patrem in abscondito. Si enim cōceptio
precursoris fuit denūciata patri occupato in sa
cro officio: multo pbabilius est/ q conceptio sal
uatoris denunciata fuit virgini in deuotione et
oratione actualiter existenti. * Aue gratia ple=
na.] Quod exponit Hiero. in sermōe de assum
ptione. Et bene plena: qr ceteris per partes pre=
statur gratia: Marie vero tota simul se infudit
plenitudo gratie. Jtem ista gratia nō solum im
pleuit eius mentē: sed etiā ventrem: inquantuz
singulari gratia dei factū est/ vt conciperet sal=
uatorem. * Dñs tecuz.] Non tm̄ per essentiā/
potentiā/ et presentiā: qualiter est in omnibꝰ re=
bus: nec solum per gratiam eo modo: quo est in
sanctis hominibus: sed etiam per carnis assum
ptionem: quia corpus diuinitati vnitū/ fuit for
matuz de beate virginis purissimo sanguine: et
intra viscera virginis latuit nouē mēsibꝰ. * Be
nedicta tu in mulieribus.] Jdest pre omnibus
mulieribus. i. omnes mulieres benedicent in
Nota. te: sicut et viri in filio. Pro secundo sciēdum/
q beata virgo solita erat videre angelos: et ideo
de apparitione angeli nō fuit admirata et tur=
bata: sed de salutatione insolita: quia nihil mi
rabilius est vere humili: q̄z sua exaltatio: ꝛ ideo
cum beata virgo esset humilima: audiens salu
tationem tante excellentie/ turbata fuit: nō tur=
batione incredulitatis: sicut Zacharias: sed tur
batione admirationis: et ideo bene dicitur. *
C Que cum audisset/ turbata est in sermone eiꝰ]
Scz angeli: non autem in visione. * Et cogita
bat qualis esset ista salutatio.] Quod eīm tur=
bata fuit/ virginalē verecundiā humiliter ostē=
dit: q autem cogitauit de ista salutatiōe: decla
rat prudentiā maximā Marie: et ideo angelus
eam consolatur: cum dicitur. * Et ait angelus
ei. Ne timeas Maria.] De salutatione insoli=
ta: cuius causa subditur/ cum dicitur. * Inue
nisti enim gratiam apud deū.] Non solum p
te: sed p toto humano genere. Jdeo subdit. *
Ecce concipies in vtero.] Quia hec conceptio
nō est facta per apertionem claustri virginalis:
sed per virtutem spiritussancti intra vterū vir=
ginis corpus filij formantis. * Et paries filiū]
Virgo permanens in partu: sicut et in cōceptu.
* Et vocabis nomen eius Jesum.] Non dicit
impones: quia hoc nomen fuit impositū a deo
patre: sm qd fuerat predictum per Esaiam pro=
phetam. 62. capi. a. Vocabitur tibi nomen no=
uum: quod os dñi nominauit: sed istud nomē
fuit diuulgatū per angelum ipsi Marie et Jo=
seph: et per eos alijs. Nomen etiam impositum
est sm pprietatem futurā: quia salus humani
generis futura erat per Jesum. Et hoc est quod
dixit angelus ipsi Joseph Matth. 1. d. Voca=
bis nomen eius Jesum: ipse enim saluuz faciet
populum suum a peccatis eoꝝ. Jesus enim sa
lus interpretatur. * Hic erit magnus.] semper
enim fuit magnus deus: sed futurus erat ma=
gnus homo et magnus ppheta: sm q dicit Lu
ce. 7. c. Propheta magnꝰ surrexit in nobis. *
Et filius altissimi vocabitur.] Jdest ipsius dei:
qui solus est altissimus. Homo enim altus est
inter creaturas corporales: sed angelus altior:
deus autem solus altissimus. Jsta etiam filia=
tio dei accipitur hic per naturam: in omnibus
autem alijs quantumcunq̄ sanctis est/ tan=
tum filiatio dei per adoptionem. * Et dabit il
li dominus deus sedem Dauid patris eius.]
Angelus autem hic loquitur de regno spiritua
li et celesti: quod figuratum fuit per regnuz Da
uid temporale: sicut et celestis hierusalem per
temporalem. ꝛc. vnde subditur. * Et regnabit
in domo Jacob in eternum.] Jdest super ele=
ctos. De domo enim Abraham et Jsaac aliqui
fuerunt reprobati: sicut Hismael et Esau: sed in
domo Jacob omnes eius filij a sanctis doctori=
bus inter electos sunt computati: quia et si aliq̄
peccauerūt: penitentiā egerunt. * Et regni eiꝰ
non erit finis.] Christus eīm non solum inq̄tū
deus: sed etiam inquantum homo regnabit in
eternum: nō solum super homines: sed etiā sup
angelos. * Dixit autem Maria ad angeluz.]
Hic consequenter pro tertio ponitur consolatio
Marie quātum ad modum concipiendi: licet
enim crederet firmiter verbum angeli implen=
dum de conceptione filij promissi: quia tm̄ ange
lus ad plenū non expresserat modum concipien
di: ideo de hoc quesiuit beata virgo/ dicens. *
Quomodo fiet istud?] Tanq̄z enim certa de sa

cto: querit de modo fiēdi: cui⁹ causa subdit. ✳
Qm̄ virū nō cognosco.] Idest non cognoscere
ppono. Secundū enim qđ dicunt doctores ca=
tholici beata virgo anteq̄ desponsaret Ioseph
habuit obseruantiā castitatis virginalis in desi
derio: nō tñ sic vouit expresse: sed cū postea (deo
ordinante) esset ei desponsata: q̄ erat in simili p
posito: simul emiserunt votum. ✳ Et respōdens
angelus.] Ad declarandū modum cōcipiendi.
✳ Dixit ei. Spūssanctus supueniet in te.] Id
est non concipies humano modo sed diuino: q͛
nō virtute seminis virilis: sed v̾tute spiritussan
cti: ⁊ bene dixit superueniet in te: q͛ prius vene=
rat spūssanctus sup virginem adhuc eā a pecca
to originali preseruando: sed in cōceptione filij
dei superuenit spūssanctus. i. iterum venit ad cō
ferendū maiorem gratie plenitudinem: que nō
solum sanctificauit mentē/ sed etiam ventrem.
✳ Et virtus altissimi.] Idest dei filius: qui est
D dei patris sapientia ⁊ virtus: vt dicit. 1. Cor. 1.
✳ Obumbrabit tibi.] Q͛ in beata virgīe sub
vmbra carnis latuit virtus deitatis. ✳ Ideoq̄
⁊ qđ nascetur ex te sanctum.] Dicit sanctū ab=
solute absq̄ determinatione: q͛ si dixisset sanct⁹
deus vel sanctus homo: vel aliq̄d consimile: nō
expressisset sanctitatem eius cōplete: q͛ in eo est
sanctitas diuina ⁊ humana: ⁊ quicq̄d sanctita
tis potest cogitari in quacūq̄ creatura: eminen
tius est in xp̄o: ideo dicit sanctum absq̄ determi
natione: sicut etiam dn̄s dixit Moysi. Exo. 3. d.
Ego sum q̄ sum: sic dices filijs israel. Qui est mi
sit me ad vos: vt per hoc ostenderetur/ q̄ plenitu
do essendi immo infinitas est ppria ipsius dei.
✳ Vocabitur filius dei.] Nō adoptiuus sicut
alij: sed naturalis. Et ad maiorē assertionem de
clarat angelus dictū suum per exemplū: cū sub
E ditur. ✳ Et ecce Elisabeth cognata tua: ⁊ ipsa
cōcepit filium in senectute sua.] Vt q̄ supra na
turam conceptum declarat sterili: daturus cre=
deret ⁊ virgini. ✳ Et hic mensis est sextus illi.]
Scʒ mensi: in quo ipsa concepit. ✳ Que vocat
sterilis.] Eius em̄ sterilitas a tanto tempore iaʒ
erat nota/ q̄ sic vocabatur. Verūtamen q͛ istud
exemplum nō est vsq̄ q̄q̄ perfectū: q͛ maius est
virginē concipere q̄ sterilem: ideo angel⁹ indu
cit rationis efficaciā ex dei omnipotentia/ cū di
citur. ✳ Q͛ nō erit impossibile apud deū omne
verbū.] Idest factum: q͛ dicere dei est facere: sm
illud ps. 148. a. Dixit ⁊ facta sunt. Quicq̄d. n.
ↄtradictionē nō implicat/ totū est deo possibile.
cuiusmodi est virginem cōcipere. ✳ Dixit au=
tem Maria.] Hic consequenter ponitur filij dei
conceptio: quia Maria certificata de facto ⁊ de
modo fiendi assensit fide ⁊ deuotione/ dicēs hu=
militer. ✳ Ecce ancilla dn̄i.] Super qđ verbū
dicit Bernardus. Que est tam sublimis humi
litas: que cedere nescit honorib⁹: insolescere glo
ria nescit: mater dei eligitur: ⁊ ancillam se nomi
nat? ✳ Fiat mihi sm verbū tuum.] Quod sta
tim factum: q͛ virtute diuina concepit filiū. Se
quitur. ✳ Et discessit angel⁹ ab illa. Exurgēs.
⁊c.] ☞ Quere infra Annota. 1. quinte ptis.
sermo. Ferie. 6. Dn̄ice. 3. Aduentus. Fol. 15. cū
quo hec littera cōtinuatur.
✳ Missus est angel⁹. ⁊c.] Mora. Hiero. Et be F Moralr
ne angelus ad virginem mittitur: q͛ semper est
angelis cognata virginitas. ✳ Et nomen virgi
nis Maria.] Que interpretatur maris stella.
Bernar. O quisquis te intelligis in hui⁹ seculi
pfluuio inter turbines ⁊ pcellas mag̾ fluctua=
re q̄ super terram ambulare: respice stellā: voca
Mariam. ✳ Et ingressus angelus ad eā. ⁊c.]
Bern̄. Quo ingressus? In secreto cubiculo vbi
orabat patrem in abscōdito. Itē Ambro. Disce
virginem moribus: que sola in intimis penetra
libus: quā nemo viroꝝ videt: solus angelus re=
periret. ✳ Aue gratia plena.] Hierony. Et bene
plena: q͛ ceteris per partes prestat gratia. Ma=
rie vero simul totaʒ se infudit plenitudo gratie.
✳ Que cum audisset turbata est.] Qđ turba=
ta fuit virginalis fuit verecundie: q̄ non pturba
ta constantie/ q̄ cogitauit qualis esset ista salu
tatio prudentie. vnde canit ecclesia. Virgo pru
dentissima quo pgrederis: quasi aurora valde
rutilans? ⁊c. ✳ Ne timeas Maria.] Bern̄. So
lent virgines (que vere virgines sunt) semp esse
pauide ⁊ nunq̄ secure: ⁊ vt timenda caueāt: eti
am tuta pertimescere. Dicitur em̄. 2. Regū. 13.
c. q̄ Thamar cum fratre suo credens esse secura
fuit ab eodem violenter deflorata. ✳ Ecce cōci=
pies in vtero. ⁊c.] Iam em̄ eum p fidem ⁊ deuo
tionem cōceperat in corde suo. Et hoc modo de=
bemus eum cōcipere per fidem ⁊ deuotionem et
parere per sanctā operationeʒ. ✳ Et regnabit in
domo Iacob.] Qui interp̄tat supplātator. In
illis em̄: q̄ supplantāt passiōes inordinatas ⁊ vi
tia regnat xp̄s. in illis aūt q̄ supplantant ab eis
diabolus. ✳ Spūssanctus. ⁊c.] Prius em̄ vene
rat in eā sua p̄seruatione: ⁊ supuenit in filij cōce
ptione. ✳ Ecce Elisabeth. ⁊c.] Que senex erat
⁊ sterilis: ⁊ tñ ex dei dono cōcepit: ⁊ peperit filiū
maximi valoris. Et p hoc significat q̄ aliq̄n per
sone puecte etatis: ⁊ bone operib⁹ steriles ex do=
nis spūssancti faciunt magnū fructū in ecclesia
dei: sicut patet de sanct̾ Dionysio ⁊ Augustino:
qui puecte etatis vocati fuerunt ad fidē xp̄i. ✳
Ecce ancilla dn̄i. ⁊c.] Bern̄. Que est tam subli=
mis humilitas: q̄ cedere nescit honorib⁹ inso=
lescere gloria nescit: mater dei eligitur/ ⁊ ancil=
lam se nominat?

Gloſa. ✱ Miſſus eſt angelus Gabꝛiel.] Glo. Beda.
Jdeo angeli ex noĩe aliqñ ſignanẗ: vt ex ipſo no
mine q̃d miniſtraturi veniãt demõſtreẗ. Gabꝛi
el: foꝛtitudo dei: qꝛ illũ nuntiat: q̃ ad debellãduʒ
diabolũ veniebat. ✱ Ad Mariã virgineʒ. ⁊c.]
Mulier a diabolo ſeducta moꝛtẽ intulit: ecõtra:
mulier ab angelo edocta ſalutẽ edidit. ¶ Beda.
De deſponſata voluit naſci: vt ꝑ Joſeph texereẗ
oꝛdo gñationis: ⁊ ne q̃ſi adultera lapidareẗ. Jn
q̃ ⁊ impudicis virginibꝰ occaſio tolliẗ: ne dicãt
matrẽ dñi fuiſſe infamatã. et vt ꝟgo ſolatiũ viri:
⁊ teſtẽ virginitatꝭ haberet: ⁊ vt diabolꝰ myſteriũ
ignoꝛaret. Fides etiã Marie ꝟbis maioꝛ aſcri=
biẗ: ⁊ mẽdacij cauſa remoueẗ. videreẗ eñ culpã
obumbꝛaſſe voluiſſe mendacio innupta virgo.
Maluit dñs aliq̃s de ſuo oꝛtu: q̃ꝫ de matrꝭ pudo
re dubitare. Sciebat eñ lubꝛicã famã pudoꝛis:
nec voluit oꝛtus ſui fidẽ matris iniurijs aſtrue=
re. ¶ Ambꝛo. Myſti. Maria deſpõſata/ſed vir=
go: typus eſt eccleſie: q̃ eſt imaculata/ſed nupta.
Cõcipit nos de ſpũ virgo: parit nos ſine gemitu
virgo. et iõ foꝛtaſſe Maria alij nupta: ab alio re
pleta: qꝛ ſingule eccleſie ſpũ quidẽ replenẗ: tñ ad
ſpeciẽ tẽpoꝛalis ſacerdotis. ✱ Aue grã plena.]
Grego. Vere gratia plena: q̃ pꝛima inter femi=
nas ꝟginitatis glorioſuʒ munus deo obtulit: q̃
etiã ideo angelico viſu ⁊ alloq̃o meruit ꝑfrui: q̃
gratie totiꝰ auctoꝛẽ mũdo edidit. ✱ Dñs tecũ]
Quã nouo caſtitatis amoꝛe ad celeſtia ſuſtulit:
⁊ poſt mediante humana natura: oĩ plenitudie
diuinitatis ꝯſecrauit. ✱ Benedicta tu in mulie
ribꝰ.] Que ſine exẽplo muliebꝛis ꝯditiõis ⁊ vir
go ⁊ mater eſt: ⁊ deũ genuit. ✱ Turbata eſt. ⁊c̃]
Qꝛ neſciebat ſi p̃teritum an futurũ eſſet/q̃ð an=
gelus dixit. ¶ Beda. Trepidare virgineũ eſt: et
ad oẽs viri ingreſſus pauere: ⁊ oẽs affatus vere
ri. Hinc diſcant mulieres ꝓpoſitũ pudoꝛis imi=
tari. Solã ſine comite angelꝰ reperit: ne q̃ gene=
re de hoĩs deprauareẗ affatu. ✱ Qualis eſſet.]
Ambꝛo. Ex verecundia pauet: ex pꝛudentia no
uã bñdictionis foꝛmulã miraẗ. Erubuit Eliſa=
beth de culpa: Maria de verecũdia. Jn muliere
eñ modus adhibeẗ: in virgine grã pudoꝛis au
getur. ✱ Et ait angelꝰ ei. Ne timeas Maria.]
Turbatã inſolita ſalutatiõe: q̃ſi familiarius no
taʒ vocat ex noĩe. Ne timeat/iubet: ⁊ quare grã
plenã vocauerit: pleniꝰ explicat. ✱ Jeſum.] Je
ſus ſaluatoꝛ ſiue ſalutaris diciẗ. Jpſe eñ ſaluũ
faciet: non populũ iſrael/ſed ſuũ populũ: ſiue ex
p̃putio: ſiue ex circũciſione in vnũ ouile ſub vno
paſtoꝛe cõgregatũ. ✱ Hic erit magnus.] Beda
Ambꝛo. Nõ q̃ ante partũ virginis magnꝰ non
fuerit: ſed qꝛ p̃ſentia: quã filius dei naturaliẗ hꝫ:
hõ ex tẽpoꝛe: erat accepturꝰ: vt vna ſit ꝑſona: hõ
⁊ deus. ¶ Beda. Johãnes magnus vt hõ coꝛaʒ
domino. Hic magnꝰ vt deus ⁊ dei filius. Johã=
nes magnus merito abſtinẽtie: qꝛ vinum ⁊ ſice=
ram nõ bibit: hic magnus potẽtia nature: qꝛ cuʒ
pctõꝛibus comedit. ✱ Sedẽ. ⁊c.] Jdeſt iſraeliti
cam plebem: cui Dauid ⁊ filij eius tẽpoꝛalis re=
gni gubernacula pꝛebuerũt. Huiꝰ regnũ ſpũale
datum eſt xp̃o/qñ diſpoſitũ eſt a deo vt de ſemi=
ne Dauid incarnareẗ: q̃ illam gentem in perpe
tuum vocaret regnũ. Et non ſolum in vna gen=
te iudeoꝝ: ſed regnabit in domo Jacob in eter=
num: hoc eſt in tota eccleſia: que ꝑ fidem ⁊ cõfeſ=
ſionem xp̃i ad patriarcharum pertinet ſoꝛtẽ. Si
ue in illis: qui de patriarcharum ſoꝛte nati: ſiue
in his: qui de oleaſtro inciſi in oliuam bonam
ſunt inſerti. ✱ Quomodo fiet iſtud?] Ambꝛo.
Cum Sara riſit de pꝛomiſſione dei: ⁊ Maria di
xit. ✱ Quomodo fiet iſtud: quoniã virum nõ
cognoſco?] Cur non fuerunt mute ſicut Zacha
rias. Sed Sara ⁊ Maria non dubitant facien
dum/quod pꝛomittitur: ſed modum requirũt.
Zacharias/qui negat ſe ſcire: negat ſe credere:
et alium auctoꝛem ſue fidei querit. Et ideo acce
pit ſignum tacendi: quia ſigna non fidelibus/
ſed infidelibus dantur. 1. Coꝝ. 14. d. ¶ Beda.
Legerat Maria virginem parituram: non du=
bitabat. Sciebat enim/q̃ impleri opoꝛtebat: q̃ð
ab angelo nũtiabatur. Sed quia quomodo fie=
ret non legerat: nec ab angelo audierat: quo oꝛ=
dine impleri debeat/requirit: quia hoc myſteri
um a ſeculis abſconditum: a pꝛophetis non pꝛe
dictum: angelo eſt reſeruatum. ✱ Spiritus ſan=
ctus.] Spiritus ſuperueniens in virginem/et
mentem illius a ſoꝛde vitioꝛum caſtificauit/vt
celeſti eſſet digna partui: ⁊ in vtero eius redem=
ptoꝛis coꝛpus ſua operatione: non virili ſemine
creauit de carne virginis. Unde etiam idẽ ſpi=
ritus nominatur virtꝰ altiſſimi. ✱ Spiritus.]
Nomen eſt omnis gratie: que a deo inſpiratur.
✱ Virtus altiſſimi obumbꝛabit tibi.] Abſcon
dite in egyptum fugiendo. ¶ Vel. Virtus altiſ
ſimi. ⁊c. Poteſt vtraq̃ꝫ ſaluatoꝛis natura intelli
gi: quia vmbꝛa a lumine ⁊ coꝛpoꝛe obiecto ſolet
foꝛmari. Et virgo ſicut purus homo plenitudi=
nẽ diuinitatis capere nequibat: ſed virtus al=
tiſſimi obumbꝛat: dum incoꝛpoꝛea lux diuini=
tatis/coꝛpus ſuſcepit humanitatis: vt ſic poſſet
deum pati. ✱ Sanctum.] Jeſus naſcitur ſan=
ctus: qui conditionem nature coꝛruptibilis vin
ceret: et commixtione copule carnalis cõceptus
non eſt. Nos conditiõe coꝛruptibilis nature cõ=
ſtricti: per gratiam poſſumus ſanctificari. Et cõ
gruit/vt que contra moꝛem virgo concepit: ſu=
pꝛa moꝛem humane conſuetudinis dei filiũ ge=
neret. ✱ Et ecce Eliſabeth. ⁊c.] Bed. Ne virgo
deſperet de partu: accipit exempluʒ ſterilis anus

pariture: vt discat oia do possibilia: q̄ ordini nature videntur cōtraria. Vel nō quasi incredulā exemplis hortatur ad fidem: sed credenti: q̄ audierat ampliora replicat mysteria: vt q̄ deuz virgo erat paritura: p̄cursorem q̄z de anu sterili nasciturum agnosceret. ✱ Cognata tua ⁊ ipsa cōcepit.] Qꝛ de tribu leui.i.de tribu dei. ❡ Beda. Legim⁹ ꝙ Aaron: q̄ de tribu Leui erat: accepit vxorē de tribu Juda Elisabeth sororē Naason. Et in posteris Dauid legimus ꝙ Joiada pontifex vxorem habuit de tribu regali. Josabeth filiam Jorā. vnde vtrecꝫ tribus regalis ⁊ sacerdotalis erant cōiuncte. Hinc Maria ⁊ Elisabeth cognate. Et congruit/ vt de vtracꝫ tribu mediatoꝛ nascatur: qui regnat in eternū: ⁊ est sacerdos in eternum fm ordinē Melchisedech. Et conuenit/ vt cum altera de spū conceperit: altera spū repleta ꝓphetauerit. Secundū carnē q̄z videātur ipse cognate: que fm deū spiritualis cognatiōis consortio nō carebāt. ✱ Ecce ancilla dn̄i.] Nō de singularitate meriti se extollit: sed sue conditionis ⁊ diuine cognatiōis per oia memoꝛ: se ancillam illius esse fatetur: cuius mater eligitur: ⁊ cum magna deuotiōe ꝓmissionez angeli optat impleri. ☞ Que immediate sequunt̄ quere infra annotamēto proximo. ❡ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Angelorum incipiētibus folio. 76. sub themate. ✱ Missus est angelus.] ❡ Vel de annota. ser. Joseph. sub the. ✱ Cui nomē erat Joseph.] ❡ Vel de annotamētis ser. Ōnalis Marie. Fol. 72. sub themate. ✱ Aue gratia plena.] ❡ Vel de annotamentis ser. Conceptionis immaculate virginis: vel Jncarnationis. Fol. 2. sub themate. ✱ Ecce cōcipies.] ❡ Vel de annota. sermo. Circūcisionis dn̄i. sub themate. ✱ Vocabis nomen eius Jesum.] ❡ Et de annota. ser. Johānis baptiste: et Visitationis. sub themate. ✱ Ecce Elisabeth. ⁊c.] ❡ Et de annotam̄. sermo. Pentecostes. sub themate. ✱ Spūssanctus superueniet in te. ⁊c.] ❡ Et generaliter de annotamētis omniū festiuitatuz virginis. s. Natiuitatis. Assumptiōis. ⁊c. sub thema. ✱ Benedicta tu inter mulieres. ⁊c.] ❡ Et de annotamentis sequentis Ferie. 6. quatuoꝛ tēporum. Dn̄ice. 3. Aduentus.

Ferie. vj. quattuoꝛ tēpoꝛū.

Dominice. 3. Aduentus.

T.1. Luce.1 A Exurgens Maria. ⁊c.] Lyra. Postq̄z descriptus est p̄cursoris ⁊ saluatoꝛ ꝯceptus. ☞ de quibus quere supra annota. proximo) Hic ꝯsequenter describitur p̄cursoris ortus. Circa que p̄mittunt̄ aliq̄ precedentia/ cū dicit̄. ✱ Exurgens Maria.] A quiete deuotiōis ⁊ orationis: que erat preuia oibus operibus suis. ✱ Abijt in mōtana]. Qꝛ locus vbi manebat Zacharias erat altioꝛ galilea: a q̄ recessit Maria. ✱ Cū festinatione.] vt ostēderet ꝙ virgo nō debet morari in publico: nec ibi cōtrahere colloq̄a. ✱ Jn ciuitatē Juda: ⁊ intrauit i domū Zacharie. Et salutauit Elisabeth.] Tū qꝛ erat humilima: tū qꝛ erat iunioꝛ: ideo eā prius salutauit: ⁊ qꝛ ad eius obsequiū venerat. ✱ Et factuz est/ vt audiuit salutationē Marie Elisabeth/ exultauit infans in vtero eius.] Congaudēs ad p̄sentiam dn̄i. Hoc autē duobus modis potuit fieri. fm qd̄ dicit Augu. Vno modo sic/ ꝙ Johānes nondū natus cognosceret p spiritūsanctūz dn̄m presentem in vtero virginis: ⁊ fm hoc opoꝛtet dicere/ ꝙ in eo fuit acceleratus vsus ratiōis. Alio modo sic/ ꝙ Johānes nō cognosceret presentiaz saluatoris: sed mater eius: q̄ habebāt vsuz rationis. Jlla tn̄ motio pueri ⁊ exultatio facta ē a deo ad declarationē sanctitatis virginis: ⁊ prolis in eaexistentis. Sicut de beato Francisco legit̄ ꝙ aues ratiōe carētes predicationē ei⁹ attente audiebant: acsi verba eius intelligērent: qd̄ factuz est a deo ad approbationez predicatiōis viri sancti. Neutrum tn̄ modū determinate asserit Augusti. sed dicit/ ꝙ siue hoc modo/ siue illo/ facta fuerit dicta exultatio: attribuenda tn̄ est diuino miraculo: et hoc satis patet: qꝛ non poterat fieri per naturam. Aliqui aūt alij expositores dicūt determinate/ ꝙ facta fuit dicta exultatio primo modo. vnde dicit grec⁹ expositoꝛ. Propheta parente acutius videt: ⁊ audit salutatcꝫ ꝓphetatum. Et subditur ibidē. Et insinuauit gratia: q̄ nature ignota extiterant: reclusus ventre miles agnouit dn̄m: ac regem oriturū: ventris tegmine non obstante mystice visiōi: inspexit eñ non palpebris: sed spiritu. Cōsequenter describit̄ inspiratio matris: que ostendit̄ cum dicit̄. ✱ Et repleta est spiritusancto Elisabeth: ⁊ exclamauit voce magna.] Jsta magnitudo mag̃ intelligēda est ratione deuotionis interioris: q̄z soni exterioris. ✱ Et dixit. Benedicta tu int̄ mulieres.] Jdest sup omnes mulieres: cuius ratio subdit̄. ✱ Et benedict⁹ fructus ventris tui.] Per hoc enim ꝙ cōceperat dei filiū cōtraxerat quodāmodo infinitatē bonitatis inq̄tum mater est filij bonitatis infinite. Angelus aūt salutans virginez supra nō dixit: benedict⁹ fructus ventris tui: qꝛ virgo nōdū ꝯceperat filium dei: sed postea cū cōsensit tunc cōcepit: vt supra dictū est. ✱ Et vnde hoc mihi/ vt veniat mater dn̄i mei ad me?] Jsta enim nō poterat scire Elisabeth nisi per reuelationem spūssancti. ✱ Ecce eñ vt facta est vox sa B

lutationis tue in aurib⁹ meis/exultauit in gau
dio infans in vtero meo.] Ipsa enim Elisabeth
per spiritūsanctum cognouit/ꝙ illa exultatio fu
it ꝓpter presentiam dñi in vtero virginali. ✳ Et
beata que credidisti.] Qꝛ per assensum fidei cō
cepit. ✳ Quoniā perficient᷑ ea: que dicta sunt ti
bi a dño.] Per angelum nuntiantē ⁊ etiā ꝑ spi=
ritumsanctū mentē virginis illustrantē: ⁊ eā im
mediate docentē. Cōsequent᷑ describit᷑ decātatio
virginis: ⁊ p̄mittit᷑ titul⁹ cantici cū dr̄. ✳ Et ait
Maria.] Hoc enī canticū sic intitulat᷑: qꝛ canti
cū Marie noiat᷑. et subdit᷑ ipm̄ canticū. ✳ Ma
C gnificat aīa mea dn̄m.] Q.d. Maria. O Elisa
beth tu me magnificas: sed ego totū deo attribu
ens ipm̄ magnifico in hͦ cātico. vbi primo ponit᷑
mod⁹ cantici. Secūdo subdit᷑ causa cātādi/ibi.
Qꝛ respexit. Circa primū declarat᷑ laus virgīs
tanq̄ꝫ magna/cū dr̄. Magnificat. Secūdo vt de
uota/ibi. Aīa mea. Nō tm̄ labia mea. Tertio vt
debita/cum dr̄. Dn̄m. Cui debet᷑ laus ⁊ honoꝛ.
Quarto vt iocūda: ibi. ✳ Et exultauit spūs me
us.] Quinto vt recta: ibi. ✳ In deo salutari
meo.] Et dicit in deo rōne creatiōis. Salutari.
Ratiōe recreatiōis. Meo. Ratiōe assumpte hu
manitatꝭ: qꝛ sic fuit ipsius virginis ⁊ nō alteri⁹.
☞ Hic finitur euangeliū hui⁹ ferie: ⁊ que im
mediate sequūt᷑ addita sunt ꝓpter festū Visita=
tiōis: in q̄ canit᷑ idē euāge. vsq̄ꝫ in finē seq̄ntiū.)
Cōsequent᷑ describit᷑ causa cantādi. s. diuina bn̄
ficia collata. Et primo virgo recolit bn̄ficia sibi
collata singularit᷑. Scd̄o bn̄ficia collata toti mū
do gn̄aliter: ibi. Et misericoidia ei⁹. Tertio bn̄fi
cia collata populo iudeoꝝ specialit᷑: ibi. Susce=
pit israel. Circa primū dr̄. ✳ Qꝛ respexit humi
litatē ancille sue.] Q.d. virgo beata. Bene de=
beo magnificare ⁊ laudare dn̄m: qꝛ respexit hu=
militatē ancille sue. Qꝛ licet ex oībus virtutib⁹
fuerit disposita ad cōceptionem filij dei: specialit᷑
tn̄ hoc fuit ex humilitate. ✳ Ecce enī ex hoc bea
tam me dicēt oēs generatiōes.] Iudei ⁊ gētiles.
Ex oībus generatiōibus aliqui sunt cōuersi ad
fidem: q̄ confitent᷑ istā virginem beatā. Hoc etiā
ptꝫ in sarracenis. vnde in alchorano Machme
ti dr̄ de Maria virgīe. Dixerūt angeli. O Ma
ria deus annūtiat tibi verbū ex ipso: ⁊ erit nomē
eius Iesus filius Marie. Et alibi in eodē libro.
Dixerunt angeli. O Maria de⁹ vtiq̄ꝫ elegit te/
⁊ purificauit te: ⁊ elegit te claraꝫ super mulieres
seculoꝝ. Et multa alia ibi dicunt᷑ ad laudē vir=
ginis. ✳ Qꝛ fecit mihi magna.] In sanctifica
D tiōe: sed maxima in filij dei ꝯceptiōe. ✳ Qui po
tens est.] Virtute eni potentie dei infinite facta
sunt hec. ✳ Et sanctū nomē eius.] Qꝛ quicq̄d
sanctitatis potest cogitari: totū eminētius est in
eo. Cōsequēter recolit bn̄ficia exhibita toti mun
do/cū dr̄. ✳ Et misericoꝛdia eius.] Idest bene
ficiū incarnatiōis: qd̄ ex misericoꝛdia dei factuꝫ
est. Vn̄ petebat Dauid. Ostende nobis dñe mi
sericoꝛdiā tuā. q.d. ostēdisti potentiā tuā in crea
tione mūdi de nihilo: ⁊ sapientiā tuam in mūdi
gubernatiōe sic oꝛdinata: ⁊ iusticiā tuā in pctō=
rum punitione sicut in diluuio ⁊ subuersione so
dome ⁊ gomoꝛre: ⁊ ideo ostēde nobis dñe miseri
coꝛdiam tuā in filij tui incarnatiōe. ✳ A proge
nie.] Scꝫ iudeoꝝ. Qꝛ sicut dr̄ Iohā. 4. c. Sal⁹
ex iudeis est: qꝛ incarnatio facta est i virgine iu=
dea natione. Sed qꝛ beneficiuꝫ incarnatiōis ad
totū mundū diffundit᷑: ideo subdit᷑. ✳ In ꝓge=
nies.] Scꝫ oīm gentiū. Verum tn̄ qꝛ licet benefi
ciū incarnatiōis se extēdat ad oēs q̄ꝫtum ad suf
ficientiā: non tn̄ q̄ꝫtum ad efficientiā: sed tm̄ ad
iustos: ideo subdit᷑. ✳ Timētibus eum.] Scꝫ ti
moꝛe filiali ⁊ casto. ✳ Fecit potentiā in bꝛachio
suo.] Idest i filio suo: q̄ vocat᷑ bꝛachiū dñi. Esa.
53. a. Bꝛachiū dñi cui reuelatū est. ✳ Dispersit
superbos.] Idest legisperitos ⁊ phariseos: q̄ fue
runt superbi. ✳ Mente coꝛdis sui.] Spernētes
consiliū dei. Et ipsi cū ceteris iudeis. 42. anno
a passione xp̄i fuerunt capti ⁊ captiuati ꝑ Tituꝫ
⁊ Vespasianum: ⁊ ꝑ oꝛbē dispersi. Et loquit᷑ hic
virgo de futuro ꝑ modū preteriti ꝓpter certitu=
dinē euentus sue ꝓphetie. ✳ Deposuit potētes
de sede.] Idest iudeos: q̄ erant potētes in lege et
ꝓphetis: dimittēs eos ex suo demerito in ꝓfun=
do erroꝛis. ẜm qd̄ dicit᷑ Ro. 11. c. Cecitas ex par=
te cōtigit in israel. ✳ Et exaltauit humiles] Id
est gentiles humiliter ⁊ deuote p̄dicationē aplo
rum suscipiētes: ⁊ ideo subdit᷑. ✳ Esuriētes im=
pleuit bonis.] Qꝛ gētiles cū magno desiderio:
qd̄ per esurientem designat᷑: verbū dei receperūt.
✳ Et diuites dimisit inanes.] Idest legisperi=
tos diuitijs scripturaꝝ pri⁹ repletos: dimisit ina
nes ꝑ excecationē coꝝ: ⁊ falsuꝫ intellectū scriptu
rarū. Cōsequēter recolit btā virgo bn̄ficia exhibi
ta populo iudeoꝝ specialiter: cū dicitur. ✳ Su= E
scepit israel puerū suū.] Qꝛ deus accepit carnē
puerilē de populo israel: qd̄ fuit beneficiū illi po
pulo collatū: maxime q̄ꝫtum ad credentes de po
pulo suo. ✳ Recoꝛdat⁹ misericoꝛdie sue.] Ad
modū enī recoꝛdantis se habuit/ qn̄ filiū suū pa
trib⁹ antiquis ꝓmissuꝫ in carne misit: ideo sub
ditur. ✳ Sicut locut⁹ ē ad patres nr̄os.] Idest
ad patriarchas ⁊ ꝓphetas. ✳ Abrahā ⁊ semini
eius.] Secundū qd̄ dr̄ Gen̄. 22. In semine tuo
benedicent᷑ oēs gentes terre. ✳ In secula.] Qꝛ
caro humana ꝑmanebit eternaliter deitati vni=
ta. Cōsequenter describunt᷑ cōcomitātia oꝛtum
p̄cursoꝛis: quoꝝ primū respicit virginē: qd̄ nota
tur cum dr̄. ✳ Mansit aūt Maria cū illa.] Id F
est cum Elisabeth: ꝓ cui⁹ cōsolatiōe ⁊ obsequio

venerat. * Quasi mensibus tribus.] Et sic ptz
ꝙ mansit vsq; ad tēpus partus Elisabeth: q2 in
fine sexti mensis nūtiauit sibi angelus ꝯceptio=
nē Elisabeth. * Et reuersa est in domū suam.]
Cōpleto tñ pri⁹ ortu p̄cursoris: vt cōmuniter dr̄.
vñ dicūt aliq̄ ꝙ ip̄a recepit p̄cursorē ꝛ tenuit. Ali
q̄ tñ doctores vt Theophilus ꝛ Grecus dicūt/ ꝙ
inminente partu Elisabeth recessit. Tū q2 vir=
gines in partu mulieruz non solent adesse. Tuz
q2 alie mulieres iam venerant ad partū Elisa=
beth: et ideo obsequiuz Marie nō erat vltra sibi
necessariū: qđ p alias mulieres poterat fieri. Se
cundum respicit matrē p̄cursoris: qđ notat̃ cum
dicitur in hoc capi. post hoc euangeliū. * Elisa
beth impletum est. ꝛc.] ☞ Quere annota. 2
A. quinte ptis. ser. Johānis baptiste. Tomo. 2.
G * Exurgens. ꝛc.] Moraliter. ☞ Quere fm
Moral̃r sensum moralem annota. 2. quinte ptis. sermo.
Uisitatiōis Marie. ad longuz. Tomo. 2. ¶ Et
annotamēto. 2. A. quinte ptis. sermo. Johānis
baptiste. codē Tomo. ¶ Precedentia quere su=
pra annota. ꝑrimo. In Glo. sequit̃ imediate.
H ¶ Glo. Beda. Accepto virginis consensu: cele=
Glosa stia petijt angelus: quē virgo sequit̃: que in mō
tana ꝓgreditur. Sic anima: q̄ verbum dei cōce
pit: virtutum cacumina gressu amoris conscen
dit: vt ciuitatem Juda. i. confessiōis ꝛ laudis ar
cem penetret: ꝛ vsq; ad perfectionem fidei/ spei/ ꝛ
charitatis: quasi tribus mensibus in ea cōmore
tur. * Exurgens.] Ambro. Non incredula de
oraculo: non incerta de nuntio: nō dubitans de
exemplo: sed leta ꝓ voto: religiosa ꝓ officio: festi
na pro gaudio: visitat Elisabeth: ꝛ eandem hu=
militatem: quam angelo exhibuit: hoibus quo
q; exhibere curat. Et hoc etiam minorib⁹ supe=
rior/ vt minor adiuuet̃/ vnde cito beneficia ad=
uentus Marie ꝛ dominice p̄sentie declarantur:
dum subditur. Et factum est vt audiuit saluta=
tionem. ꝛc. * Et intrauit.] Hinc discant sancte
mulieres/ quā sedulitatem pregnantib⁹ debeāt
exhibere cognatis. * Et salutauit Elisabeth.]
Beda. Prior salutat: q2 decet vt quāto castior/
tanto humilior sit. * Et audiuit salutationē.]
Beda. Ambro. Ordine nature prior Elisabeth
audit vocē: sed ratione mysterij prior Johānes
exultat: q2 prior sentit gratiam: q2 sicut illa Ma
rie: sic iste dñi sentit aduentum. * Exultauit.]
Quia lingua non poterat: animo exultante sa
lutat ꝛ sue precursionis officium inchoat. Ecce
apparet qđ angelus dixerat spūsancto replebit̃
adhuc ex vtero matri; sue. * Et repleta ē.] Am
bro. Beda. Nō prius repleta mater/ q̄ filius: sed
filius repletus replet ꝛ matrē. Maria ante cōcē=
ptum: Elisabeth post cōceptū repletur. * Bene
dicta tu.] Beda. Ambro. Cōueniūt verba euā=
gelij cum verbis psalmi: in quo ꝓmittitur Da=
uid. De fructu ventris tui ponā super sedez tuā.
p̄s. 131. b. Et eadez voce Maria benedicitur ab
Elisabeth: qua a Gabriele: vt ꝛ angelis ꝛ homi
nibus veneranda ꝛ cunctis feminis preferen=
da monstretur. * Et vnde hoc mihi: vt veniat
mater domini mei ad me?] Beda. Ambro. Nō
ignorat spiritussancti esse operationem/ ꝙ ma=
ter ꝓphete a matre domini ad ꝓfectū sui pigno
ris salutetur: sed non sui meriti hoc/ sed diuini
fatetur esse muneris: quia idem spiritus: qui ꝓ
phetie donum dedit: pariter humilitatem presti
tit. * Mater domini. ꝛc.] Sentio miraculum:
mysteriuz agnosco: mater dñi verbo feta deo ple
na est. * Ut facta est vox. ꝛc.] Ipso momento:
quo vox intrat ad aures corporis/ virtus spiri=
tualis cor intrat audientis: ꝛ non solum matrē/
sed etiam sobolem amore aduenientis accēdit.
* Et exultauit. ꝛc.] Beda. Reuelante spiritu:
quo impleta erat: intelligit q̄d exultatio infan=
tis significet. s. venisse matrem illius: cuius pre=
cursor erat futurus. Et que ante onus parentis
erubescebat: dum nesciret mysteriuz religionis:
iam bene dicit. * Exultauit in gaudio. ꝛc.] Et
que se occultabat quia cōceperat filium: iactat
se quia genuit ꝓphetam. Et que in occulto co=
gnouerat: his q̄ simul aderant ꝛ audiebant/ pa
lam euangelizabat/ dicens. * Beata q̄ credidi
sti. ꝛc.] Credidit virgo: vbi sacerdos negauit.
Apparet Mariā non dubitasse: sed credidisse: ꝛ
ideo fructum cōsecutum esse. Apparet etiā Eli=
sabeth ipsa verba angeli ad Mariā dicta p spi=
ritum intellexisse. ¶ Ambro. Beda. Cōgrue an
te Johānem Elisabeth: ꝛ ante dñi generationē
ꝓphetat Maria: vt sicut peccatum initiū a mu
liere cepit: ita in initio salut; bona a muliere in=
choarent. * Magnificat aia mea dominum.] I
Beda. Primo sibi dona spiritualiter cōcessa ꝓ
fitetur: deinde bñficia dei: quib⁹ generaliter hu
mano generi in eternum cōsulere nō destitit enu
merat: quasi tanto munere me domin⁹ sublima
uit: vt nullo lingue officio explicare possim: sed
totum animi interioris affectum magnis gra=
tiarum laudibus offero. Totum qđ viuo: totuz
qđ sentio: totū qđ discerno: in eius magnitudie
cōtēplāda: in eius p̄ceptis obseruādis impēdo.
¶ Moraliter. Quecūq; aia credit: cōcipit ꝛ ge=
nerat verbuz dei: ꝛ opera dei agnoscit. Sit ergo
in singulis aia Marie: vt deuz magnificet. Sit
in singulis spūs Marie: vt exultet ī deo. et si fm
carnē vna est mater xpi: fm spiritū oim fruct⁹ est
xps. Magnificat̃ dñs: nō ꝙ ei aliquid humana
vox adiungat: sed q2 magnificat̃ in nobis: dum
anima nostra: q̄ ad imaginem dei creata est: per
iusticiā se xp̄o conformat: qui est imago patris.

Et sic dum ipsum Xp̄m imitando magnificat: quadam participatione magnitudinis eius fit sublimioꝛ: vt illā imaginē splendido bonoꝝ coloꝛe factoꝝ: et quadam emulatiōe virtutis in se videat̄ exprimere. ✳ Et exultauit. ꝛc.] Beda. Qꝛ terrena nō curo: ꝓsperitas non emollit me: aduersitas non frangit: sed sola illius memoria delectat: a quo salus sperat̄ eterna: illius diuinitate letoꝛ: cuius tp̄ali conceptione mea caro fetatur. ✳ Qꝛ respexit. ꝛc.] Ecce ꝙ vilia de se sentit et totū gratie attribuit: suo iudicio se humilem sentit: sed respectu gratie sic sublimataꝫ: vt voce cunctaꝝ gentiū btitudo eius p̄cipua dicat̄: vt sicut ꝑ supbiā Eue moꝛs intrauit in munduꝫ: sic ꝑ humilitatē Marie vite introitus pandat̄. Jō etiā magnificat aīa mea dn̄m: q̄a mihi magna dignatus est facere: nihil meis meritis tribuo: sꝫ magnitudinē ad illū refero: q̄ essentialiter potēs est: et de ꝑuis et infirmis magnos facit et foꝛtes. ✳ Quia fecit mihi magna.] Qꝛ in me carneꝫ sumpsit: ꝛ dona spūssc̄ti mihi ꝯtulit. ✳ Et sctm̄] Beda. Jn greco agyon: quod sonat extra terrā: qꝛ nomini eius ꝯsecrati: nō in terra conuersationem: sed in celis debent habere. ✳ Et misericoꝛdia.] Beda. A specialibus donis ad gn̄alia dei iudicia se cōuertit: et totius humani generis statum describēs: q̄d supbi, q̄d humiles mereant̄: q̄d filij Ade ꝑ liberū arbitriū: quid filij dei sint ꝑ gratiā explicat: q̄si non mihi soli fecit magna: sꝫ etiā oib⁹ timentib⁹ eū in oi ꝓgenie iudeoꝝ et gētiū: vel in oēs ꝓgenies totius mūdi: quas credituras preuidit. Cōmendata misericoꝛdia in timentibus, subdit q̄d ꝯtēptoꝛes mereant̄. ✳ Fe-
K cit potentiā in brachio suo.] Beda. .i. ipso dei filio: ꝑ quē oīa facta sunt: ꝑ quem oīa potest: ꝑ q̄ꝺ brachiū dispersit supbos mente coꝛdis sui. Initium totius mali supbia. Ecci. 10. b. per quā primus homo exul factus est: in qua ꝑseuerantib⁹ grauioꝛ vindicta future dispersiōis reseruat̄. ✳ Deposuit potentes de sede.] Beda. Paulus de sede legalis doctrine depositus. Act. 8. a. ob humilitatem ad euangelizandam fidem sublimatur: sic etiā fit sepe in alijs. Supbi: q̄ supra mensuram se extollunt: iidem potentes: qꝛ nō in dei: sed in sua virtute cōfidunt: qui deponūtur. Qꝛ oīs: qui se exaltat: humiliabit̄: et qui se humiliat, exaltabitur. Luce. 14. c. ✳ Esuriētes impleuit bonis.] Beda. Qui eterna toto studio desiderant: saturabuntur: cum Christus apparuerit in gloria. 1. Joh. 3. a. Sed qui terrenis gaudent: in vltimo inanes totius beatitudinis dimittunt̄. Jn presenti etiā videmus humiles diuina gloꝛia impleri: superbos lumine veritatis priuari. ✳ Suscepit israel pueꝝ suum.] Post generalem diuine pietatis et iusticie cōmemorationē ad singularē noue incarnationis dispēsationē cōuertit verba. Suscepit. ꝛc. Quasi medicus egruꝫ: visibilis inter hoīes factus: vt faceret israel. i. videntes deū: pueꝝ suū sibi obedientē et humilem: qꝛ nō nisi ꝑ humilitatē saluādi sunt. ✳ Recoꝛdat⁹ misericoꝛdie sue.] Qꝛ ꝙ hoīem redemit, meritū est hoīs: sed donū diuine pietatis. ✳ Sicut locutus est. ꝛc.] Memoriā patrū: q̄b⁹ hec salus reuelata est: faciens: Abrahā nominatim exp̄mit: cui primo ip̄a incarnatio manifestata ē. ✳ Et semini.] Nō tā carne genitis: ꝙ fidei vestigia secutis: q̄b⁹ aduentus saluatoris in secula ꝓmissus: qꝛ ipsa ꝓmissio hereditatis nullo fine claudet̄. Nam et vsqꝫ in finē seculi credentes non deerūt: et beatitudinis erit gloꝛia ꝑennis. ✳ Mansit aūt Maria. ꝛc.] Beda. Tā diu mansit: donec videret p̄cursoꝛis natiuitatē: ꝓpter quā maxime venerat. Nec causa sola familiaritatis tādiu mansit: sed vt tanto tp̄e et Elisabeth ꝛ Johānis cresceret ꝓfect⁹. Nā si in p̄mo aduentu Marie spūsctō sunt repleti, multū est illis supadditū tanta moꝛa mansiōis. ¶ Mystice. Anima casta: q̄ spūalis verbi desideriū cōcipit: necesse est, vt ꝛ alta exercit⁹ celestis iuga subcat: ꝛ q̄si triū mensiū dies ibidē demoꝛata: q̄usqꝫ fidei, spei, et charitatis luce radiet̄: ꝑseuerare nō desistat. ☞ Que imediate sequūtur post hoc euangeliū quere An. 2. q̄nte ꝑ. ser. Joh̄. bapti.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis Uisitatiōis. in secūdo Tomo. Et de an. ser. L
Johannis baptiste. Tomo. 2. sub themate. ✳ Factum est, vt audiuit Elisabeth. ꝛc.] vt. s̄. A. ¶ Uel de annot̄. ser. Fidei. incipiētibus fol. 59. sub the. ✳ Beata q̄ credidisti. ꝛc.] lr̄a. B. ¶ Uel de annot̄. ser. Aduēt⁹ vel Jncarn̄. fol. 2. Et Misericoꝛdie. fol. 171. sb the. ✳ Et misericoꝛdia ei⁹ a ꝓgenie. ꝛc.] D. ¶ Uel de anno. ser. Epipha. et maxime anno. 1. q̄rte ꝑtis eiusdē ser. Epipha. sub themate. ✳ Deposuit potentes. ꝛc.] Littera. D. Uel. ✳ Esurientes impleuit bonis. ꝛc.] Littera. D. ¶ Uel de annotamentis sermonis Religiosoꝛum. incipientibus fol. 136. ¶ Et Pugne. fol. 165. sub themate. ✳ Mansit autē Maria. ꝛc.] Littera. G. Jdest persona ei deuota. ꝛc. prout ibidem: scilicet littera. G. ¶ Uel de annotamentis sermonis Conceptiōis. sub themate. ✳ Exurgens ecce Maria. ꝛc.] Littera. H. Jdest anima: que verbum dei concepit. ꝛc. prout ibidem: scilicet littera. H. ¶ Et generaliter de annotamentis sermonis Generalis Marie. incip. fol. 72. ¶ Et oim aliaꝝ festiuitatū ꝟginis.

Sabbati quattuoꝛ tēpoꝛū.

Dominice. 3. Aduentus.

A Anno quintodecimo. &c.] Lyra. Postq̄ descriptus est saluatoris ortus per suam incar
a nationē. (☞ Ut patet Annotamēto. 1. A. q̄nte ptis. ser. Misse Gallicantus. &c.) Hic consequenter describit̄ eius p̄gressus per suam predicationē. Et circa hoc describitur predicatio precursoris. Circa quā primo premittit̄ predicationis Johānis tempus. Secundo subdit̄ predicationis eius actus. Tertio predicationis fructus. Circa primū considerandum: q̄ tempus predicationis Johānis describitur p̄ nomina: et tempus imperatoris tūc regnantis et presidis Judee/ et tetrarcharū et sacerdotū: ad ostendendum certitudinē historie et auctoritatem predicationis Johānis baptiste: sicut in scriptis autenticis solet fieri: cū dicitur. ✳ Anno q̄ntodecimo iperij Tiberij Cesaris.] Iste Tiberius successit Octauiano Augusto: sub quo natus est Christus. s. 42. anno imperij eius: et similiter Johānes baptista per dimidiū annum ante. Augustus aūt imperauit q̄nquaginta et septem annis: ex quo patet q̄ anno decimoq̄nto Tiberij/ Johānes fuit triginta annoꝝ: et hoc est tempus debitū predicationi: q2 tūc viget etas virilis. Unde Joseph triginta annorū erat q̄n stetit corā Pharaone. Gen. 41. Et Eze-
B chiel q̄n incepit prophetare. Ezech. 1. ✳ Procurante pontio Pilato Judeā.] Pilatus iste non fuit iudeus/ sed gentilis de territorio Lugdunēsi oriundus f̄m Josephū: et a romano imperatore fuit missus ad regēdam Judeā/ tunc romanis subiectā. ✳ Tetrarcha aūt Galilee Herode: Philippo autē fratre eius tetrarcha Jturee et Traconitidis regiōis.] Romani volentes frangere iudeoꝝ superbiā et auferre ab eis rebellandi occasionē: abstulerunt ab eis nomen regiū: diuidentes regnū in plures partes: que tetrarchie dicebantur. ✳ Et Lysania Abiline tetrarcha.] Glo. Beda dicit/ q̄ isti tres hic nominati. s. Herodes/ Philippus et Lysanias fuerunt filij Herodis: sub quo natus est Christus: et ipso mortuo/ Archelaus eius filius et frater predictoꝝ successit ei i regno decē annis: q̄ accusato apud Cesarem et misso in exiliū apud Uiennā: imperator regnū tribus fratribus predictis diuisit p̄ tetrarchias. Sed q̄ iste Lysanias fuerit fili⁹ Herodis/ ex historijs autenticis nō habetur: q2 nec Josephus/ nec scholastica historia ponunt eum inter filios Herodis: sed magis dicūt ipsum fuisse filiū Ptolemei Mannei: q̄ sub Libano habi-
C tabat: et Alexādre filie Aristoboli: q̄ de Maccabeis descēderat. ✳ Sub principibus sacerdotū Anna et Caypha.] Secūdū q̄d dicit Joseph⁹ et scholastica historia: sacerdotiū tunc non p̄cedebat f̄m genealogiā et dignitatē generis: p̄ut in lege fuerat statutū: sed passim a romanis vendebatur: ita q̄ non solum singulis annis mutabatur summus sacerdos: sed etiā aliquando in eodem anno: et ideo a decimoq̄nto anno Tiberij: quo incepit predicatio Johannis/ vsq̄ ad decimumoctauū annū Tiberij: in quo passus est Jesus: plures fuerunt summi sacerdotes/ q̄ isti duo. Sed q2 Annas erat summ⁹ sacerdos quādo Johannes incepit predicare: ꝛ Cayphas q̄n passus fuit Christus: ideo Lucas de istis duobus tm̄ mentionem facit. ✳ Factum est verbū D dn̄i super Johānem Zacharie filiū in deserto.] Per reuelationem diuinā: per quā habuit mandatum de predicatione exequenda. Circa secūdum. s. de predicationis actu/ quantū ad exhortationem boni dicitur. ✳ Et venit in omnem regionē Jordanis.] Quia exiuit de deserto: vbi pauci habitabant: et venit ad loca magis habitata: vt plures possent venire ad eius predicationem: et baptizari ab eo in Jordane. ✳ Predicans baptismū penitentie in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonū Esaie prophete. Uox clamantis in deserto: parate viam dn̄i: rectas facite semitas eius.] Hoc expositum est Annotamēto. 1. C. q̄nte ptis. sermōis ferie. 6. Dn̄ice. 1. Aduētus. fol. 3. col. 4. Et An. 2. C. q̄nte p. ser. ferie. 4. Dn̄ice. 1. Aduentus. fol. 3. col. 1. vsq̄ ibi. ✳ Ois vallis implebit̄: et omnis E mons et collis humiliabit̄.] Hec auctoritas: q̄ habet̄ Esaie. 40. exponit̄ a iudeis de reditu captiuitatis babylonice: de qua predixit Esaias: vias tunc cōplanari per hoc q̄ valles eleuarent̄ ad equalitatē planiciei: ꝛ colles deprimerentur: vt sic iudei de babylonia reuertentes in Judeā possent de facili transire per viā. Sed quia nec in scriptura sacra/ neq̄ in aliqua historia autentica inuenit̄ esse impletum: ideo illa scriptura sacra reducenda est ad alium intellectū in aduentu Christi adimpletū: per quē humiles: qui per valles intelligūtur: repleti sunt bonis spiritualibus: et superbi: qui per colles intelligūtur: humiliati sunt. (☞ Sicut expositum est in cantico beate virginis Annotamento. 1. D. quinte partis. sermōis ferie. 6. quattuor temporum. istius. 3. Dominice aduentus. scilicet supra annotamento primo.) Aliter etiam exponit̄ hoc: quia sicut via corporalis redditur difficilis ad ambulandum propter difficultatem vallium/ et eleuationem collium: ita via spiritualis: qua deus graditur super corda fidelium: impeditur per depressionem terrene cupiditatis: et per eleuationem mūdane vanitatis: ꝛ vtrūq̄ impedimentum fuit amotum per aduentum

xp̄i in multis. Primũ patuit in Zacheo:q̄ dixit dño. Ecce dimidiũ bonoꝝ meoꝝ do pauperib⁹.ꝛc̄.vt habet̄ Mar. 19.b. Et i Matth. q̄ dimisso teloneo secut⁹ est xp̄m:vt legit̄ Matth.9. Patz secũdum in mũdi principib⁹: q̄ꝝ colla sunt subiecta xp̄o.

F *Et erũt praua i directa.] Idest coꝛda distoꝛta ꝑ iniusticiã ꝑ eq̄tatē iusticie rectificabũtur. *Et aspera in vias planas.] Idest coꝛda ꝯ xp̄m indurata mollificabũtur:sicut patet ð Paulo:q̄ xp̄m ꝑseq̄ns:a xp̄o illustratus/statim ad mansuetudinē obediētie fuit ꝯuersus/dicēs. Dñe:q̄d me vis facere? Actu.9.a. *Et videbit ois caro salutare dei.] Idest xp̄m:et accipit̄ hic ois caro.i.ois hõ: q꞉ aliq̄ de oib⁹ hoib⁹ viderũt cũ inter hoies cõuersantē. Diuidebat̄.n.tũc cõmunitas hoim in duas ptes.s.in iudeos et gentiles:et multi de istis et de illis viderũt cũ in mũdo conuersantē. Põt etiã hoc verbũ intelligi de visu spũali:q̄ vident cũ ꝯuersi ad fidē catholicã ex oib⁹ gentib⁹ toti⁹ mũdi:videbũt etiã cũ gñaliter oēs in foꝛma humana in die iudicij. ☞ Reliq̄ que immediate sequũtur post hoc euangeliũ/quere Annot.3.A.quinte partis.sermõis Ferie.4.Dñice.2.Aduentus. Fol.7.Col.1.

G *Anno q̄ntodecimo.ꝛc̄.] Moraliter. Qð aũt

Moralr p̄dicatio Johãnis tã solēniter describit̄.s.ꝑ tēpora impatoꝛis et pontificũ et principũ:est ad designandũ illi⁹ excellentiã:quē nũciare veniebat: vtpote:q̄ summ⁹ ipatoꝛ et põtifex et gubernatoꝛ oim existebat. *Factũ est ꝟbũ dñi.ꝛc̄.] ☞ Quere An.38.A.B.5.p.ser.Prel'.fol.126.co.1

H *Anno q̄ntodecio.ꝛc̄.] Glo. Herodes Philip-

Glosa. p⁹ ꝛ Lysanias:q̄ cũ Pilato romano p̄side regũt Judeã:filij fuerũt maioꝛ̃ Herodis:sub q̄ natus est dñs:inter q̄s et ip̄m/Archela⁹ decē annis regnauit:q̄ ꝓpt̄ suꝑbiã remoto/regnũ in q̄ttuoꝛ tetrarchias diuisum ē:vt sic minueret̄ suꝑbia iudeoꝝ. Annas et Cayphas erãt p̄ncipes sacerdotũ:qñ iã Johãnes cepit p̄dicare:sꝫ Annas illuz annũ:q̄ Johãnes ichoat p̄dicare: Cayphas illũ:q̄ dñs crucifix⁹ est administrabat:q꞉ tũc pontificat⁹ nõ virtute vel gñis merito/sꝫ romana potestate p̄stabat̄. Multos legim⁹ põtifices tũc fuisse: q̄s subticet euãgelista:ponēs tñ illos: q̄ ad dñi ꝑtinēt passionē. Q꞉ ꝟo Johãnes illũ veniebat p̄dicare:q̄ ex Judea q̄sdã: et multos ex gētib⁹ redēptur⁹ erat:ꝑ regē gentiũ ꝛ p̄ncipes iudeorũ p̄dicatiõis ei⁹ tp̄a designãtur. Et q꞉ gētilitas ꝑ fidē colligēda:Judea ꝓ ꝑfidiã dispgēda erat: vn⁹ gētiũ:multi iudeoꝝ p̄ncipes describunt̄: q꞉ ad finē regni venerat:q̄ tot regibus subiacebat. Sacerdotũ etiã facta ē memoꝛia: q꞉ ille nũciat̄: q̄ simul rex ꝛ sacerdos erat. *Factũ ē ꝟbũ.ꝛc̄.]

I Beð. Cõgregatur⁹ eccl'iam dei fili⁹ primũ opat̄ in seruulo/vt eccl'iam nõ ab hoie ceperit:sꝫ a verbo:vt appareat maioꝛ auctoꝛitas Johãnis nouum baptismi ritũ istituētis. Factũ est ꝟbũ dñi suꝑ Johãnē.i.ad Johãnē. Qð q̄dē est desuꝑ:sola dei gratia:pri⁹ opat̄ verbũ intus: et declarat Johãni:q̄ velit ab ipso ꝓferri:postea ꝓfert Johãnes:seq̄tur verbũ interius operãs:son⁹ vocis exteri⁹ sonãs. *In deserto.] Idest in eccl'ia: q̄ prius deserta:mõ plures habꝫ filios. Factũ est ḡ verbũ in deserto:vt q̄ tũc erat deserta/fructũ nobis terra generaret. Factũ est ꝟbũ: vt Johãnes penitētiã p̄dicaret:nõ remissionē daret. Vñ Johãnes ē figura legis:q̄ pctm̃ nũciat: nõ ꝯdonat. Johãnes p̄nũci⁹ xp̄i:ita lex prenũciat gratiã ecclesie. Matthe⁹.3.cap.a. et Marc⁹ cap.1.a. cõmendant Johannē ex vestitu:ex cibo:et cinctu. Sufficit Luce Johãnē cõmēdare sola cõmemoratiõe ꝓphetie. Nullo.n.indicio sui eget:q̄ ꝟbo dei abundat. Vnũ itaqꝫ dixit:et oia declarauit. *Predicãs baptismũ pñie.ꝛc̄.] Beð. Johannes baptismũ pnie p̄dicauit:et q̄busdam etiã dedit:sꝫ remissionē pctõꝝ dare nõ potuit. Nõ ḡ ait. Dans baptismum penitentie in remissionē peccatoꝛum:sed predicans. Quia enim dare nõ potuit baptismũ:quo peccata soluerentur predicabat:vt sicut verbo predicationis verbum patris precucurrit: ita baptismũ penitentie: q̄ peccata soluuntur/precurreret suo baptismate: quo peccata solui nõ possunt. *Vox clamãtis.] Vox: quia prenuncius verbi. *In deserto.] Quia deserte et destitute Judee solatiũ redemptionis annũciat. Nullum verbum sine voce auditur: nec vox sine verbi intelligentia valet. *Parate viam dñi.ꝛc̄.] Qui fidem et bona opera predicat.q̄d aliud/q̄ꝫ venienti dño ad coꝛda audiētium viã parat? vt hec vis gratie illustret: vt rectas deo semitas faciat:dum mũdas cogitationes in animo per sermonem predicationis foꝛmat. *Omnis vallis.ꝛc̄.] In aduētu dñi humilis gentilitas impleta est:et crescit plenitudinem gratie accipiendo. Et Judea superba per erroꝛem perfidie hoc/ vnde superbiebat: perdidit. *Et erunt praua.ꝛc̄.] Beð. Praua.i. maloꝛum coꝛda per iniusticiam distoꝛta:ad regulã iusticie dirigent̄. *Et aspera.i. imites et iracũde mentes per infusionē gratie ad mãsuetudinē redibunt:vt ibi predicatio planam viam inueniat:vbi prius pro asperitate gressuũ ponere nõ poterat. *Et videbit.ꝛc̄.] Beda. In hac vita omnis homo chꝛistum videre nõ potuit: sed in die iudicij in sede maiestatis et electi et reprobri pariter videbunt:vt iusti remunerent̄: ꝛ mali in eternuꝫ gemant. Vnde subditur. Dicebat ergo ad turbas:que exibant vt baptizarentur.ꝛc̄. Genimina viperaꝝ quis ostendit vos? ꝛc̄. Ventura enim ira est animaduersio vltionis extreme:

quam tunc fugere peccator non valet: qui nunc ad lamenta penitentie nõ recurrit. ☞ Reliq que immediate sequuntur post hoc euangeliũ: quere in predicto Annotaméto. 3. A. qnte ptis.
N sermonis Ferie. 4. Dñice. 2. Aduẽtus. Fol. 7. ☞ Applica ad hec aliqua de Annotamẽtis sermonis beati Johannis baptiste. sub themate * Factũ est verbum dñi super Johãnem. ꝛc.] Littera. D. ¶ Vel de An. ser. Pctõꝝ. incip̃. fol. 189. ¶ Vel Pnie. fol. 211. sub the. * Predicãs baptismuz Pnie. ꝛc.] lr̃a. D. ¶ Vel de An. ser. Religi. incip̃. fol. 136. sub them̃. * Vox clamãtis in deserto. ꝛc.] D. scz religionis. ꝛc. ¶ Vel de An. ser. Ji. carñ. vel aduẽtus dñi. icip̃. fol. 2. sub the. * Rectas facite semitas. ꝛc.] D. vel. * Videbit ois caro saluatorẽ. ꝛc.] F. ¶ Vel de An. ser. Prel'. icip̃: fol. 90. sub the. * Parate viã dñi ꝛc.] G. ¶ Vel de An. ser. Epipha. sub the. Anno qntodecimo. ꝛc.] H. vel. * Ois vallis. ꝛc.] M. ¶ Vel de An. ser. Ecclie. fol. 64. sub the: * In deserto. ꝛc.] K. ¶ Vel de An. ser. Judicij final'. fo. 236. sub the. * Et videbit ois ca. ꝛc.] M

Dñice. iiij. aduẽtus. ser. annota. Ex quinta parte Bib.

A **Miserunt iudei ab** Hierosolymis. ꝛc.] Postquã euangelista declarauit modũ quo apl'i habuerunt noticiaz de plenitudine xp̃i per visum. ☞ Ut patet Anno. 1. qnte ptis. ser. Ferie. 6. Dñice. 2. Aduentus. Fol. 8. Col. 3.) Hic declarat quomodo ipse et alij apl'i habuerunt noticiã de plenitudine xp̃i per auditũ: videlicet per testimoniũ Johannis: cui facte fuerunt he tres questiones: vt patet in littera. Sed aduertendũ ꝙ tẽpore predicatiõis Johãnis erat famosa opinio: et maxime in Hierusalem: vbi vigebat studiũ legis et ꝓphetaꝝ: ꝙ tempus aduentus Messie esset de proximo. Primo: qꝛ videbant ab eis ablatum esse regnũ: ꝛ hoc fuerat datũ eis pro signo aduentus Messie. Gene. 49. b. Non auferetur sceptrũ de Juda. ꝛc. Secundo: qꝛ videbant completas hebdomadas dictas a Daniele. 9. capit'. de aduentu sancti sanctoꝝ: que cõplete fuerũt in natiuitate Christi. Vel ſm alios: qui dicũt eas fuisse cõpletas decimooctauo anno Tiberij Cesaris: in passione Christi viderunt eas cito complendas. Propter qd̃ Messiam de ꝓximo expectabant: ex altera parte Johannis baptiste mirabilem natiuitatem: et eius excellentem sanctitatem: et ideo fuerunt moti ad opinandum ip̃m esse Christum: propter quod miserunt solemnes nuncios ad Johannem: volentes super hoc scire veritatem. Veruntamen Chrysostomus dicit/ ꝙ malitiose venerunt. Sed Origenes dicit. Simplici animo venerunt ad querendum veritatem: et hoc videtur verius: quia in modo querendi exhibuerunt Johanni maximã reuerentiam: et hoc ex quattuor: vt patet in littera. Primo ex personis mittentibus ad ipsum nuncios:
B et hoc notat'/ cũ dicit'. * Miserũt iudei.] Idest illi de tribu iuda: q̃ erãt nobiliores ĩ populo. Secundo ex loco missiõis/ cũ dicit'. * Ab Hierosolymis.] Que erat ciuitas sacerdotalis ꝛ regia: ꝛ qꝛ studiũ legis et ꝓphetaꝝ ꝛ cultꝰ diuinꝰ vigebãt ibi: sĩl'iter ipsa erat caput regni. Tertio ex pte nũcioꝝ: cũ subdit'. * Sacerdotes et leuitas ad Johãnẽ/ vt interrogarẽt eũ.] Que erãt solẽnes ꝑsone: et maxie: qꝛ illi sacerdotes et leuite: q̃ fuerunt missi/ erãt de secta phariseoꝝ: vt patet in lr̃a huiꝰ cap̃. et isti erãt magis religiosi et famosi in toto populo illo. Quarto ex modo interrogãdi cuz subdit'. * Tu q̃s es?] Quasi volentes in h̃ acquiescere dictis eiꝰ. Et subdit' Johãnis respõsio. * Et ꝯfessus est.] Scz veritatẽ. * Et nõ negauit.] Usurpãdo sibi diuinũ officiũ: h̃. n. esset negare ip̃m xp̃m: q̃ est ip̃a ṽitas. Vñ seq̃t'. * Et ꝯfessus ẽ: qꝛ nõ sum ego xp̃s.] Et in h̃ rñdit intẽtioni eoꝝ. Ad h̃. n. q̃rebãt. Tu q̃s es? Ut respõderet eis si esset xp̃s/ vel nõ. * Et interrogauerũt eũ. Quid ẽ. Helias es tu?] Hec est. 2. q̃stio. Sicut. n. aduẽtꝰ xp̃i fuerat ꝓmissus iudeis: ita et aduẽtꝰ Helie: vt habet' Malach. vlti. b. Ecce ego mittã vobis Heliã ꝓphetã. ꝛc. et iõ audientes/ ꝙ nõ esset xp̃s: interrogauerũt ꝯseq̃nt': si ipse esset Helias. Et subdit' Johãnis rñsio: cũ dr̃. * Et dixit. Nõ sum.] Sz h̃ videt' esse ꝯ illud qd̃ dicit saluator de Johãne Matth. 11. b. Ip̃e est Helias. Dicẽdũ ꝙ ipsi q̃rebãt de ꝑsona Helie: et iõ ad eoꝝ q̃stionẽ rñdit/ ꝙ nõ erat Helias ĩ ꝑsona: licet esset Helias in sp̃ũ: ꝓpt' sĩlitudinẽ vite ĩ austeritate: et doctrine ṽitate: et in officio: qꝛ erat p̃cursor primi aduẽtꝰ redẽptoꝛ: sicut Helias erit p̃cursor secũdi. Et h̃ mõ vocat saluator Johãnẽ Heliam: et sic nõ est ꝯtradictio. * Propheta es
C tu?] Hec est tertia q̃stio. Erat. n. famosa opinio tũc tp̃is apud iudeos/ ꝙ añ xp̃z veniret vnꝰ magnꝰ ꝓpheta: ꝓ eo ꝙ scriptũ est Deut'. 18. b. Prophetam suscitabit dñs deus de fratribꝰ v̄ris. ꝛc. Que q̃dẽ auctoritas ſm ṽitatẽ intelligẽda ẽ de xp̃o ad lr̃am: licz iudei intelligerẽt eã de alio ꝓpheta: et iõ iterrogauerũt eũ si esset ille ꝓpheta: de q̃ dicta ẽ scriptura p̃dicta. vñ ĩ greco nõ ponit' hic ꝓpheta absolute: sz cũ articulari dictiõe q̃ denotat ꝓphetã dictũ antonomatice. subdit' Joh.


responsio. ✳ Et respōdit. Non.] Non enim ne
gauit se esse ꝓphetam absolute: nec ꝓphetā mis
sum ante christum: q2 negasset veritatem: sed ne
gauit se esse illum ꝓphetam: de quo loquit̄ illa
scriptura preallegata: que ad litterā est de Chri
sto itelligēda: vt dictū ē. Aliter exponit hoc Gre
gorius dicens: ꝙ negauit se esse prophetam tm̄:
quia erat plusq̄ꝫ ꝓpheta: sed prima expositio vi
detur melior: et littere ꝓpinquior: quia minus
includitur i maiori: si enim fuit plusq̄ꝫ ꝓpheta:
sequitur ꝙ fuit ꝓpheta. Cōsequenter ponit̄ te=
stimoniū Johannis per modum affirmatiōis:
q2 audientes nuncij iudeorū / ꝙ de omnibus re
sponderet negatiue: voluerunt aliquod affirma
tiue dictū ab eo reportare: et hoc est quod dicit̄.
✳ Dixerunt ergo ei. Quis es: vt responsum de
mus his: q̄ miserūt nos? Quid dicis de teipō?]
Affirmatiue subdit̄ Johānis responsio: in qua
dat testimoniū Christō asserens se esse eius pre=
cursorem: cū subdit̄. ✳ Ait. Ego vox clamantis
in deserto. Dirigite viaꝫ dñi: sicut dixit Esaias
ꝓpheta] Idest ego sum ille: de quo scriptura di
cit Esaie. 40. a. (vt allegatū est) ꝙ debet clama
re in deserto Judee / vt homines se preparent ad
aduentū Christi in mundum. Et bene designa
tur Johannes in ꝓprietate vocis: quia erat an
nunciator verbi diuini. i. Christi: qui est verbū
patris ſm diuinitatem: vox enim humana est
verbi mentalis expressiua. Item notādum: ꝙ
pharisei inter alios iudeos videbantur magis
religiosi: ꝓpter quod dicebantur pharisei a pha
res: quod est diuisio: q2 in habitu / in gestu / et vi
ctu erant ab alijs quodammodo distincti in si=
gnum maioris religionis: ꝓpter quod ostende=
bant se magis zelare pro ritu legis: ꝓpter quod
audientes a Johanne ꝙ nō erat aliquis trium
predictoꝝ: quos expectabant tanq̄ꝫ personas so
lemnes: quesierunt ab eo: quare baptizabat / in
ducendo nouum ritum: et hoc est quod dicitur.
D ✳ Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Et in
terrogauerunt eum: et dixerunt. Quid ergo ba
N principio erat verbū.] Lyra. Hic Johānes diuinitatem Christi per rationem (quantum possibile est) probat. Ad cuius euidentiam cōsiderandum/ quod vtitur hic nomine verbi: quod non inuenitur nisi in creatura intellectuali: que est ad imaginem dei facta: et ideo efficacius ducit in cognitionem creatoris: q̄ cetere creature. Et ideo ad intellectum dicendorum aliqua sunt hic premittenda. Primum est: qualiter verbum in nobis inuenitur. Secūdum: qualiter in deo ponitur. Tertium: qualiter proprietas filiationis in verbo diuino reperitur: quia beatus Johannes loquitur de filio dei sub nomine verbi. Circa primum sciendum/ quod vox significatiua dicitur verbum: sed hoc est tantummodo large et denoīatiue: inquantū significat interioris mentis ꝯceptū: sicut vrina dicitur sana: inquātum est sanitatis indicatiua: et ideo sicut proprie dicitur sanitas: quod per vrinam designatur: ita illud proprie dicitur verbum: quod per vocem significatur: hoc autem est interior mentis conceptus: secundum quod dicit philosophus. I. Perihermenias. Voces sunt note: idest signa earū passionum: que sunt in anima: et ideo conceptꝰ mentis interior/ etiam antequam per vocem designetur/ ꝓprie verbum dicitur: et hoc est quod dicit Augustinꝰ. 15. de trinitate. Quisquis potest intelligere verbum: non solum antequam sonet: verum etiam antequam sonorum eius imagines cogitatione inuoluātur: potest videre aliquam illius verbi similitudinem. De quo dicitur. * In principio erat verbū.] Aduertendum tamen quod in nobis est duplex interior mentis conceptus. Unus informis et imperfectus. Alius formatus et perfectus. Cuius ratio est: quia cognitio nostra procedit de imperfecto ad perfectum. Et ideo de re primo habemus conceptum confusum et imperfectum (vt habet primo physicorum.) talis conceptus non dicitur ꝓprie verbum: sed cogitatio. Procedendo autem peruenimus ad habendum conceptum perfectum et determinatum: qui a philosophis vocatur diffinitio: a sanctis autem dicitur proprie verbum. Et hoc est quod dicit Augustinus nono de trinitate. Diffinitio temperantiam: et hoc est verbum eius. Et sic patet primum: scilicet quid sit verbū in nobis. Circa secundum considerandum/ q̄ deus est intellectualis nature: vt ab omnibus tā sanctis: quam philosophis supponitur: tanquā manifestum: et ideo in ipso ponitur verbum: nō tamen ad similitudinem verbi large dicti: quod est ipsa vox significatiua: vel conceptus rei imperfectus: quia in deo nihil est sensibile: nec etiam imperfectum: et propter hoc vox significatiua: que sensibilis est: et ipsa cogitatio: que licet sit intellectualis: tamen quia imperfectionē implicat: non habet ibi locum: sed ibi ponitur verbum/ inquantum importat conceptum rei perfectum: quia deus vnico actu intelligēdi seipm et omnia alia concipit perfecte. ex quo patet differentia verbi nostri ad verbum diuinum: quia verbum nostrum in mēte multiplicatur. Quot sunt ibi conceptus perfecti vel formati: tot sunt ibi verba: in deo autem verbum vnicum: quia nō potest ibi esse nisi vnicus conceptꝰ perfectissimus. Item verbum in nobis est accidens et qd transiens: quia non semper actu intelligimus: sed in deo idem est: quod substantia diuina: q̄a non patitur admixtionem alicuius accidentis seu cuiuscunque nature extranee. Est etiam verbum semper actu permanens et eternum: et sic patet aliqualiter secundum: scilicet qualiter in diuinis ponatur verbum. Circa tertium sciendum/ quod de ratione filiationis proprie dicte est/ quod ibi sit processus viuentis a viuente secundum rationem similitudinis in identitate nature (saltem specifica) vel in propinquo genere. Quod patet: quia in rebꝰ inanimatis q̄uis vnum procedat ab alio: sicut ignis ab igne: nō tamen ignis productus ab alio igne dicitur eiꝰ filius. Similiter si res non viua procedit a viuente: nō inuenitur ibi ratio filiationis: sicut artificiatum procedit ab artifice: non tamen dicit eius filius: et ideo requiritur (sicut dictum est) processus viuentis a viuente. Item hoc non sufficit/ nisi sit processus secundum similitudinem nature: quia pediculus procedens ab homine/ non dicitur eius filius: sed ille: qui procedit ab eo similis in specie. Aduertēdum tamen/ quod non est de perfecta ratione filiationis/ quod natura specifica in patre et filio numero distinguatur: sed hoc contingit ex imperfectione illius nature: que propter sui limitationem in pluribus suppositis non potest esse vna numero existens. Si igit in diuinis ponat verbū distinctū ꝑsonaliter a ꝑncipio: a quo ꝓcedit: sicut veritas rei se habet: ꝯseq̄nter oportet dicere/ q̄ in ipō ꝑfecte inueniat ratio filiatiōis: qr deꝰ nō solū est viuēs: sed vita ꝑ essentiā: et ideo vbū in diuinis necessario ꝓcedit sicut viuēs a viuente: et in identitate nature: nō solū specifica: sed numerali: et ꝓcedit etiā sm rationē similitudinis: qr de rōne vbi est/ q̄ sit perfecta similitudo illius: cuius est verbum: et ideo verbum in diuinis: et filius/ idem sunt per omnem modum. Propter quod dicit Augustinus. 6. de trinitate. Verbum solus filius accipitur: et eo dicitur verbum: quo filius. His

prelibatis/procedendum est ad declarationem prime conclusionis: quam inducit Johannes ad probādum eternam filij generationem. Nec debet aliquis admirari/quod tantum in istis steti: quia verba beati Johannis continent sententiam maximam: immo nobis incomprehensibilem: ideo non potest paucis verbis etiā modicum declarari. In ratione autem ista beatus Johannes supponit vnum: quod ab omnibus supponitur tanquam manifestuz: scilicet quod deus sit principium simpliciter primum: et per consequens quod sit intellectualis nature: aliter non haberet noticiam sui et aliorum: quod est inconueniens maximum: et ideo quicquid est perfectionis in natura intellectuali: totum cōpetit ei: modo tamen superexcellenti. In natura autem intellectuali perfectionis est: quod ibi sit verbum: quia hoc competit ei: inquātum est in actu pfecto: vt patet per predicta: ergo in ipso deo proprie et perfecte est verbum. Verbum autem de sua ratione dicit/quid procedens ab eo: cuius est verbum: sicut conceptus a concipiente. Cum igitur verbum et filius idem sint: sequitur/quod ibi sit generatio filij a patre: ex quo est ibi pcessus verbi a dicente. Huius rationis Johannes tantūmodo ponit conclusionem: omittens istam deductionem: sicut frequenter faciunt philosophi: tangendo solummodo vnā propositionem sue rationis: et hoc modo dicit Johannes. * In principio erat verbum.] Idest in ipso deo: qui ab omnibus supponitur primū principiū: necessario est vbū pprie dictū: vt patet p pdicta. Cōseqnter pbat patris et filij psonalem distinctionem. Ad cuius intellectum sciendum/quod persona est intellectualis nature incommunicabilis existentia: vel potius subsistentia. Verbum autem in diuinis non potest esse accidens: vt patet ex predictis: et ideo oportet ꝙ sit qd subsistēs in diuina natura. Est etiā incommunicabile: quia nec intellectus/nec natura capit quod procedens sit idem per omnem moduz cum eo: a quo procedit: et ideo quia verbum in diuinis procedit per actum realem: oportet qd inter ipsum et principium: a quo procedit: sit distinctio realis per proprietates suas alteri incommunicabiles. Et ideo cum vtrumque sit subsistens incōmunicabile in natura diuina: q̄ est in supremo intellectualitatis: sequitur ꝙ intē verbum et principium: a quo est verbum: sit distinctio personalis: et hoc est quod breuiter tangit Johannes/dicens. * Et verbum erat apud deum] Nulla enim res dicitur pprie esse apud semetipsam: sicut nec aliquis est in seipso (vt dicitur quarto Physicorum.) et ideo inter verbum et principium: apud quod est verbum: scilicet patrez: est personalis distinctio. Non enim verbum dei procedit a patre per actionem transeuntem extra: sed manentem intra: et ideo verbum manet intra illud: cuius est verbum: tamē ab eo distinctum: que distinctio personalis est: vt patet per predicta. Consequenter probat patris et filij consubstantialitatem. Verbum enim diuinum est quid subsistens in natura diuina: vt predictum est. Natura autem diuina non est multiplicabilis: quia nullo modo potest esse nisi in vna et simplicissima: ⁊ ideo oportet/quod verbum et principiū: a quo est verbum: sint idez penitus in natura: quamuis distinguantur (vt predictum est) in persona. Et hoc est quod dicit Johannes. * Et deus erat verbum] Ita quod li deus/ponatur a parte predicati: dicendo sic: verbum est deus. Nomina enim et verba transposita idem significāt. Quasi dicat Johannes. Quamuis verbum sit apud deum: non tamen est aliquid extranee nature: sicut est verbum nostrū: sed est nature diuine: que indiuisibilis est: ideo est eadē omnino in ipso et in patre. Cōseqnter declaratur quartum: scilicet coeternitas patris et filij. Quod enim procedens sit posterius duratione eo: a quo procedit: hoc cōtingit multipliciter. Vno modo: quia producens non habet a principio sue durationis potentiam productiuam perfectā: sicut homo a principio pueritie non habet potentiam generādi perfectam: et ideo eius filius necessario posterior est duratione. Alio modo contingit propter modum pducendi: quia quando aliquid producitur per motum: qui motus est in tempore: oportz quod productum sit posterius producente/duratione: quia productum primo habet esse in illo instanti: in quo terminat ille motus. Tertio modo contingit hoc/quando aliquid producitur libere/et non de necessitate nature: qz tale agēs potest expectare ad producendum suum effectum: sicut creature producuntur a deo: cuius potentia est perfectissima: et sine transmutatione et motu: tamen non sunt ei coeterne: quia si ab eterno potuit producere creaturam (vt dicūt aliqui) tamen noluit. Nullo autem istorū modorum potest poni in diuinis: quod filius/siue verbum: quod idem est: (vt patet per predicta) sit posterior patre: quia in diuinis nulla potest esse potentia productiua imperfecta: vt de se patet: nec verbum in diuinis procedit per mutationem et motum: quia in diuinis non habent locum: secundum quod dicit beatus Jacobus. Apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Item filius procedit a patre de necessitate nature: quia deus necessario intelligit se: et sic relinquitur/quod filius

sit equalis patri in duratione. Et hoc est quod breuiter dicit beatus Johannes. * Hoc erat in principio apud deum.] Hoc scilicet verbum: de quo locutus fuerat: erat apud deum a principio eternitatis. Et sic patet quartum: quod de verbo dei fuerat supra positum. Postquā euangelista declarauit ipsius verbi esse seu generari. Consequenter declarat suum agere / seu operari: dicens. * Omnia per ipsum facta sunt.] Et primo declarat hoc quantū ad omnes creaturas in generali. Secundo quantum ad homines in speciali: ibi. Et vita erat lux hominum. Quantum ad primum ostendit / ꝙ actus producendi ipsius verbi se extendit ad omnē creaturam in generali: quia creature producuntur a deo: sicut artificiata per artificem: Sapiē. 7. c. Omnium est enim artifex. ⁊c̄. Cū deus sit agēs per intellectum. Quod autem ꝓducitur per artem seu per intellectum / producitur per conceptū artis seu intellectus: sicut domus in re extra producitur a domo: que est in anima. 7. Metaphysice. Verbum autem in diuinis idem est: qd̄ conceptus intellect⁹ diuini: ergo omnia per ipm̄ producta sunt. Et hoc est quod dicit Johānes. Omnia per ipsum facta sunt. Et quia posset aliquis credere / ꝙ hoc signum / omnia: distribueret solum ꝓ creaturis corporalibus: eo quod in principio Genesis: vbi agitur de prima reꝝ productione: non fit mentio nisi de corporalib⁹ creaturis. ideo ad hoc excludendum additur. * Et sine ipso factum est nihil.] Quia etiam spirituales creature sunt a deo / sicut ab efficiente. (☞ Et cetera quere ibi.) Ostēso ꝙ verbum sit causa productiua rerum: consequenter ostenditur per quem modum sit causa earum. Ad cui⁹ intellectum sciendum / quod secundum Philosophū. 2. de Anima: quattuor sunt gradus vite seu viuentium. Vegetatiuum: sensitiuū: motiuum secundum locum: et intellectiuū. Et inter istos gradus intellectiuū tenet summum locum. Et ideo ea: que sunt in aliquo secundum modum intelligibilem / sunt in eo secunduꝫ modum vitalem. Creature autē preexistunt in verbo: sicut in conceptu artis vel intellectus: vt patet ex predictis: et per consequens sunt in eo per modum vite intellectiue: quia intelligere verbi: est suum esse et suum viuere: et hoc est quod dicitur. * Quod factum est in ipso vita erat.] Quia quod factum est in re extra: prius erat in verbo per ideam: que idem est quod essentia diuina et vita. Et sic patet modus: per quem creature procedunt a verbo: videlicet sicut artificiata ab artifice vel ab arte. Propter qd̄ dicit Boetius tertio libro de consolatione. Tu cuncta superno Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipse Mundū mente gerens: similiqꝫ imagine formans. Alio modo exponit̄ hoc inquantum creature preexistūt in voluntate verbi. Ad cuius intellectū sciendum / ꝙ secundum Philosophum. 1. de Anima: illa dicuntur viuentia: que mouent seipsa: hoc autem maxime competit voluntati: que mouet alias potentias ad agēdum. Et ideo ea: que sunt in voluntate verbi: dicuntur vita in ipso: sic autem est de creaturis inquantum dependent a voluntate dei. Et sic exponitur illud. Quod factū est. ⁊c̄. quia iste creature ante q̄ꝫ fierent: erant in voluntate verbi: ad producendū eas vel non ꝓducendum: et sic patet modus: per quem est causa productiua creaturarum: quia producit eas omnino libere: per quod excluditur error aliquorum philosophorum dicentium ipsum deum eas de necessitate producere: quod patet falsum: quia voluntas non vult aliquid de necessitate: nisi illud bonū: ad quod habet necessariam habitudinem. Voluntas autem diuina: cum sit infinita: non habet necessariam beatitudinem: nisi ad bonū infinitum: et nihil vult de necessitate / nisi bonū proprium: et ideo nullam creaturam vult de necessitate: sed tantū contingenter et libere: et sic eam producit. Fili⁹ autem siue verbum in diuinis / aliter procedit a patre: scilicet naturali necessitate. Ostenso qualiter verbum se habet ad omnes creaturas in generali: consequenter ostenditur: qualiter se habet ad hoīes in speciali. Ad cuius intellectum sciendum: ꝙ animalia: que sunt infra homines: habent aliqualem rerum sensibilium cognitionem: sicut asinus cognoscit stabulum suum et pabulum: et dominum proprium: et de similibus est simile iudicium: sed sola creatura intellectualis potest attingere ad cognoscēdum ipsum deum. Eo enim ipso quod facta est ad imaginem dei: est capax ipsius per cognitionem et amorem: vt dicit Augustinus. 14. de trinitate. Veruntamen cognitio dei et amor possunt dupliciter accipi. Uno modo pro cognitione et amore: qui possunt haberi ex naturalibus. Alio modo de cognitione ⁊ amore supernaturali. Et secundum hoc littera ista potest dupliciter exponi: scilicet de cognitione naturali: et supernaturali. Primo igitur exponitur de cognitione naturali: sicut enim patet ex predictis: omnes creature sunt per verbum producte: veruntamen humana natura excellentior est in cognitione: inquantum virtute intellectus potest ad dei cognitionem attingere: effectus in ipsum reducendo: per quē modum philosophi habuerunt cognitionē de deo. Ōis autē cognitio fit in aliquo lumine: et ideo natura humana sup alias creaturas inferiores est a verbo specialiter

illustrata: vt patet ex predictis: et hoc est qđ dici
tur. * Et vita.] Idest ipsum verbum: quod est
vita: vt patet ex p̃dictis. * Erat lux hoim.] In
quantũ attingit per naturam sibi datã a verbo/
ad altiorẽ cognitionis gradum. Subdit autem
modum: dicens. * Et lux in tenebris lucet.] Li
cet enim ipsum verbum: qđ est lux per essentiaʒ:
non posset esse forma intellectus nostri: tñ intelle
ctus agens: qui est potentia anime: est quedam
lux deriuata a diuina luce: et ideo per ipsum po
test homo ad diuina cognoscenda quodãmodo
attingere: fm qđ dicitur p̃s. 4. b. Multi dicunt:
quis ostendit nobis bona? Respondet. Signa=
tum est sup nos lumen vultus tui dñe. Q. d. in
lumine intellectus agẽtis imp̃sso a te aiabꝫ hu=
manis: potest haberi cognitio tue bonitatis. Et
hoc modo lux diuina in tenebris lucet/ inquan
tum natura humana de se est q̃dam tenebra: qꝛ
ex se lumen nõ habet: sed a verbo illustrať: eo ꝙ
luce ab ipso deriuata modo predicto informať.
Verũtñ qꝛ talis cognitio dei: que habeť ex na=
turalibus/ est defectiua: ideo sequiť. * Et tene=
bre eam non cõprehẽderũt.] Quia lux diuina
siue verbum: qđ idem est: cognitione naturali ꝑ
essentiã non videť: qꝛ talis cognitio est tantũmo
do per effectus: qui nõ adequant virtutẽ prime
cause: sed in infinitũ distant ab ea. Ideo per ta=
lem cognitionẽ non potest videri diuina essen=
tia. Alio modo exponiť littera de cognitione su
pernaturali. Homo enĩ ad quendam finẽ super
naturalem ordinať: qꝛ excedit lumen naturalis
rationis: fm quod dicit Apl's. 1. Cor. 2. b. Ocu
lus non vidit: et auris nõ audiuit: nec in cor ho
minis ascendit: que preparasti diligentibus te.
Ad finem enim incognitũ non potest homo mo
ueri: quia incognita nõ possumus diligere: fm
Augustinũ. et ideo homo ad finem suum con=
sequendum indiget necessario illustratione su=
pernaturali: vt in finem vltimũ dirigatur. Deꝰ
autem paratus est hanc illustrationem homini
bus dare: qꝛ natura non deficit in necessarijs: vt
dř. 3. de Anima. Et si hoc verum est de natura
naturata: multo fortius verũ est de auctore ipsi
us nature: qui est natura naturans. Et ideo si
homo faciat quod in se est: conuertendo se ad de
um per cognitionem et amorem (prout potest ex
naturalibus haberi) deus supplet residuũ: ad=
dendo nature perfectioneʒ gratie: illustrans eũ
supernaturali illustratione. et hoc est quod di=
citur. Et vita erat lux hominum. Idest ipsum
verbum non deficit illustrando homines per
B gratiam in cognitione supernaturaliuʒ. Et lux
in tenebris lucet. Idest in peccatoribus: quia
verbum (quantũ est in se) illustrat eos luce gra=
tie. Sed quia sunt tenebrosi: hoc est quia se sub=
trahunt ab influentia diuine lucis siue verbi.
Et ideo sequitur. Et tenebre eam non compre=
henderunt. Quia peccatores hanc lucem non
consequũtur: non propter defectum lucis: vt di=
ctum est: sed propter ꝓprium defectum. Postq̃
euangelista descripsit seu declarauit eternã ver=
bi dei emanationem et ipsius operationem: con
sequenter declarat eius temporalem incarnatio
nem. Et diuiditur in duas partes: quia primo
agitur de missione precursoris. Secundo de ad
uentu redemptoris. Prima in duas partes: q̃a
primo ponitur commendatio precursoris. Se=
cundo tollitur occasio erroris: vbi dicitur. Non
erat ille lux. Circa primum commendatio pre=
cursoris ex quattuor describitur. Primo ex con
ditione naturali: cum dicitur. * Fuit homo.]
Idest viuens vita hominis fm dictamen recte
rationis. Et rationabiliter precursor saluatoris
fuit homo/ et non angelus: quia sapientia diui
na disponit omnia suauiter: vt dicitur Sapiẽn.
8. a. Quia facit omnia secundum modum con
uenientem et decentem/ mouendo quamlibet
rem fm quod nata est moueri. Hoies autẽ (cõ=
muniter loquendo) magis apti sunt recipere do
ctrinã hois/ q̃ angeli: tũ ꝓpter silitudinẽ natu
re: tũ propter consuetudinẽ locutionis et vite: q̃
requiruntur inter discipulum et doctorem. Si
autem aliqui doceantur conuenientius ab an=
gelis: hoc est verum de excellentibus viris et a
communi vita hominum segregatis. Aduen=
tus autem redemptoris annũciandus erat omi
bus cõmuniter: nõ solum excellentibus: et ideo
precursor aduentum Christi prenuncians ma=
gis idonee fuit homo/ q̃ angelus. Verũtamen
licet Johannes fuerit homo ex conditione na=
turali: fuit tamen angelus ab officio et purita=
te virginali: secũdum quod dicit saluator Mat
thei vndecimo. b. Hic est: de quo scriptũ est: sci=
licet Malachie. 3. a. Ecce ego mitto angelũ me=
um. &c. Secundo describitur Johannis com=
mendatio ex diuina auctoritate: cum subditur.
* Missus a deo.] Quia non venit proprio ca
pite. De hac missione Johannis dicunt aliqui:
ꝙ fuit tantum per internam inspirationem: sed
melius videtur/ quod cum hoc fuerit per expres
sam dei missionem ⁊ exteriorem apparitionem:
quia ad ea: que sunt multum ardua: solent pro
phete sic mitti: vt patet ex decursu veteris testa=
mẽti. Mysteriũ autem Christi inter omnia fuit
maximum: quia ad ipsum fuit ordinatũ totuʒ
vetus testamentũ: vt declaraui diffuse super epi
stolam ad Hebreos: et ideo non est verisimile/
quin Johannes fuerit ad hoc missus ꝑ expres=
sam missionem dei: et apparitionẽ exteriorem:
licet modus huius apparitiõis nõ sit scriptus.

Multa enim facta sunt circa misteriū christi: q̄ non sunt scripta: vt habetur in fine huius euangelij. Hoc idem videtur innuere quod ipse Johānes dixit (vt habetur infra eodem Joh. cap.) Qui misit me baptizare i aqua: ille mihi dixit. Super quem videris spiritū descendentem. &c. Tertio describitur cōmendatio Johānis ex nomine: cum dicit. * Cui nomen erat Johānes.] Istud nomen fuit sibi impositū / non ex humana dispositione: sed diuina preordinatiōe: vt habetur Luce. i. et ideo respondebat ꝓprietati interne. s. plenitudini gratie. Johannes enim interpretatur: in quo gratia: et ideo fuit idone⁹ ad precurrendum ante illū: qui est auctor gratie: s̄m quod dicit Luce. i. Gratia et veritas per Jesum x̄pm facta est. Simile inuenit in veteri testamento: q̄ Abraham / Isaac et israel sic nominati sunt ex diuina ordinatiōe: ad designand*ū* eoꝝ ꝓprietatē. Quarto describit eius cōmēdatio ex officij nobilitate: cū subdit. * Hic venit in testimoniū / vt testimoniū perhiberet de lumine.] Idest de filio dei in mundo veniente. Hoc autem testimoniū perhibuit predicando ei⁹ excellentiā (vt habet in hoc cap.) Ipse est: qui post me venturus est: cuius nō sum dignus vt soluā corrigiā calciamēti eius. Similiter testimoniū perhibuit baptizando in aqua: vt per hoc designaret illum: qui erat venturus baptizare in spiritusancto: ꝓpter quod forma baptismi Johannis erat in noīe venturi: vt habet Actuū. 19. Sicut eñ ꝓphete antiquitus denūciabant aliqū futura non solum verbis: sed etiā factis. Quod patet de Hieremia: qui posuit catenam in collo suo / vt verbo et facto prenunciaret captiuitatē futurā regis et ciuitatis: vt habet Hier. 27. Sic Johannes baptista predicando et baptizando annūciauit aduentū redemptoris. Finis aūt sui officij tangit / cum subdit. * Ut omnes crederent per illum.] Non dicit in illum: q̄ ad hoc finaliter predicabat: vt populus crederet in x̄pm venturū. Notandum etiā / q̄ illud: quod dicit hic. Omnes crederent. &c. refert ad illud: quod supra dictū est. Fuit homo missus a deo: q̄ hic loquebat generaliter et oībus: nō sic aūt loquitur angelus: sed solum excellētibus: vt supra dictum est. * Non erat ille lux.] Hic tollit occasio erroris. Ex hoc eñ q̄ euangelista dixerat de Johanne tot magnifica: posset aliq̄s credere q̄ eius aduentus sufficeret ad salutem generis humani: sicut de ipso multi sunt opinati ipsū esse x̄pm ꝓpter excellentiā sue sanctitatis: ꝓpter q̄d sacerdotes iudeoꝝ miserunt ab hierosolymis interrogantes / si ipse esset x̄ps: vt habet codē cap. et ideo euangelista ostendit / q̄ eius aduent⁹ nō erat sufficiens ad saluandum humanū genus: dicens. Non erat ille lux: qui posset mentes hominū luce gratie illustrare: sed tñ erat precursor huius lucis: ideo subdit. * Sed vt testimoniū perhiberet de lumine.] Modus aūt testificandi iam predictus est in parte immediate precedenti. Sed contra hoc videt esse illud: quod dicitur Eph. 5. b. Eratis aliq̄n tenebre: nunc aūt lux in dn̄o. et sic ratio lucis conuenit cuilibet iusto: et ꝑ consequens Johanni. Dicendum q̄ lux gratie dupliciter accipit in scriptura. Uno modo per essentiā: et sic soli deo cōuenit: et appropriat filio in diuinis: sicut et alia: que pertinēt ad noticiā: et ideo ꝓprietas hui⁹ lucis de Johāne negat: sꝫ de Christo affirmat: vt statim patebit. Alio mō accipitur lux per participationē: et hoc bene conuenit Johāni: et alijs sanctis: et sic loquit Apl's in auctoritate predicta. Postq̄ euangelista declarauit missionē precursoris: consequēter agit de aduentu redemptoris. Et primo ostenditur necessitas huius aduentus. Secūdo inde consequens fructus. Tertio veniendi modus. Circa primū considerandum q̄ ratio naturalis est defectiua in cognitione diuinoꝝ: q̄ nō attingit ad eorum cognitionē / nisi per effectus: qui distāt a deo in infinitū. Item reuelatio de diuinis in veteri testamento erat imperfecta: q̄ sub velaminibus et figuris. Propter q̄d ante Christi aduentum homines multipliciter errabāt circa cognitionem diuinoꝝ: vt patet inspicienti illius temporis decursum: et ideo aduent⁹ Christi in mūdum fuit necessarius ad illuminandum hoīes in cognitionem diuinoꝝ: s̄m quod ipsemet dicit Joh. 18. g. Ego in hoc natus sum: et ad hoc veni in mundum / vt testimoniū perhibeam veritati. Ideo videmus / q̄ post eius aduentū idolatria cessauit quasi per totū mundum: sicut fuerat per Zachariam ꝓphetam predictū capi. 13. Et erit in die illa (dicit dn̄s) disperdam nomina idoloꝝ de terra. Q̄d autem x̄ps sit lux sufficiēs ad talem illuminationē: ostēdit triplici ratiōe. Prima ratio ꝓcedit ex lucis hui⁹ veritate. Secunda ex ipsius presentialitate. Tertia ex euidenti eius manifestatione. Circa primā rationē aduertēdum / q̄ aliquid dicitur verum tripliciter. Uno modo: q̄ distinguitur contra falsum. Secundo: q̄ distinguit contra figurale / inquantū figura recedit a perfecta rei veritate. Tertio: q̄a distinguit contra participās: q̄ illud: quod est tale per participationē: deficit a perfectione illi⁹: quod est tale per essentiā. Lumen ergo rationis naturalis in cognitiōe diuinoꝝ primo deficit a ratione vere lucis: q̄ et si per eam philosophi habuerunt de deo aliquam cognitionē: fuit tamē admixta erroribus multis: ꝓpter quod dicit ad Ro. i. c. Cum cognouissent deū: non sicut deum

glorificauerunt/aut gratias egerũt:sed euanue
runt in cogitationibus suis:⁊ obscuratũ est insi
piens cor eorum. Et hoc patet in Aristotele:qui
inter alios philosophos dicitur veri⁹ scripsisse:
⁊ tamen in plurib⁹ deuiauit a veritate. sicut pa
tet de mundi eternitate:de intelligentiarum nu
mero ⁊ earum felicitate. Lumen vero cognitio=
nis diuinoꝝ:quod fuit in veteri testamento:defi
cit a ratione vere lucis:q2 licet habuerunt veri=
tatem absq3 admixtiõe falsitatis: tamẽ ipsa erat
figuralis:⁊ quasi vmbra veritatis. Lumen ve=
ro cognitionis euangelice tertio modo deficit a
perfecta lucis veritate: q2 licet vera ⁊ aperta sit:
tamen est participata. Lux autẽ diuina hoc mo
do dicitur vera:quia est lux per essentiam. Et ex
hoc sequitur ꝙ ipsa sit sufficiens ad omniũ illu
minationem:quia quod est tale per essentiã: est
causa omnium aliorum:sicut ignis est causa ca
liditatis in omnibus alijs: vt habetur .2. Meta
physice. Talis autẽ lux appropriatur filio: vt di
ctum est. Et sic patet prima ratio sue efficacie ad
illuminationem gratie:que tangitur cu3 dicit̃.
D ✳ Erat lux vera] Sine falsitate:sine vmbra:⁊ si
ne participatiõe:sed lux per essentiã:ideo sequi=
tur. ✳ Que illuminat omnẽ hominẽ.] Quan
tum in se est:quia si aliqui non sunt illuminati:
hoc est quia se subtrahũt ab influentia hui⁹ lu=
cis. Potest hoc etiã intelligi de lumine natura=
lis rationis: qđ se extendit ad omnes/etiã pecca
tores:⁊ est quedã participatio diuine lucis: vt pa
tet ex predictis. ✳ Venientem in hũc mundũ.]
Per hoc non est intelligendũ ꝙ homines antea
fuerint in alia vita: vnde venerint in mundum
istũ. vel ꝙ anime fuerint a principio mũdi crea
te:sicut intellexerũt aliq̃ heretici: sed euãgelista
vtitur tali modo loquendi: ad denotãdũ ꝙ ani
ma intellectiua datur ab extrinseco per creatio=
nẽ:⁊ dicitur hic ipe homo eodẽ modo/quo pars
principalior rei dicit̃ ipsa res: vt habet̃ .10. Ethi
coꝝ. Consequenter tãgitur secũda ratio ad ide3
ex presentialitate. Ad cuius intellectũ sciendũ/
ꝙ aliquid dicit̃ esse alicubi tripliciter. Uno mo
do per potentiã: sicut rex est in toto regno. Alio
modo per presentiã:sicut rex ẽ in aula sua: quia
omnia q̃ sunt ibi:patent ei⁹ aspectui. Tertio mo
do per essentiam:sicut rex est in loco suo determi
nato:cui proportionatum est corpus eius. De⁹
autem presens est vbiq3:hoc triplici modo:quia
eius virtus ad omnia se extendit:⁊ quia omnia
sunt nuda ⁊ aperta oculis eius:⁊ etiã quia pre=
sens est vbiq3 per essentiã: quod patet:quia non
solum dat esse rebus:sed eas in esse conseruat:cõ
iungens principia rerum ad inuicem. Hoc au=
tem non potest esse per aliquod: quod sit mediũ
inter ipsum ⁊ creaturam: quia nullũ est tale me
dium. Et ideo oportet ꝙ hoc faciat per seipsum:
vbiq3 presentialiter ⁊ per essentiã existentẽ: et sic
patet ꝙ cum diuina lux sit idem quod ipse de⁹/
ꝙ ipsa sit efficax ad predictam illuminationem
propter suã presentialitate3: ⁊ hec ratio breuiter
tãgitur cum dicitur. ✳ In mũdo erat.] Nomi
ne enim mũdi intelligit̃ vniuersitas creaturaꝝ.
Consequenter ponit̃ tertia ratio ad idem ex eui
dentia lucis diuine: quia ⁊ si non sit euidens in
se:est tñ euidẽs in suo effectu:sc3 in vniuersitate
creaturarũ a deo productarum:ex quarum pul
chritudine ⁊ ordine lux diuina etiã potest natu
rali ratione cognosci. secundũ quod dicit̃ Sap.
13.b. A magnitudine speciei creaturarũ poterit
creator horum visibiliter recognosci. Ad Roñ.
1.c. Inuisibilia dei a creatura mũdi.i. ab homi
ne:per ea que facta sunt: intellecta conspiciunt̃.
⁊c. Et hec ratio tangitur/cũ dicitur. ✳ Et mun
dus per ipsum factus est.] Quia nomine mun
di omnis creatura intelligitur: vt dictũ est: que
ducit in cognitionem creatoris: sicut effectus in
cognitionem sue cause. Consequenter remouet
quandã obiectionem: quia contra predicta pos
set obijci per hoc/ꝙ videmus multos homines
non habere cognitionẽ dei. Et ipse respondet/ꝙ
hoc nõ est ex defectu lucis:sed magis ex malicia
hominũ ab ea se auertentium/dicens. ✳ Et mũ
dus eum non cognouit.] Nomine mũdi intelli
guntur peccatores mundialiter viuẽtes: ⁊ ideo
aliter accipitur mundus q̃3 in parte precedenti:
quia ibi accipit̃ pro essentijs rerum:hic pro ma=
licijs hominũ. ✳ In ꝓpria venit.] Idest in mũ
do:quem ipse fecerat venit ꝑ carnis assumptio= E
nem:⁊ sic fuit ibi nouo modo. Uel aliter. In ꝓ=
pria venit.i. in iudeam:que dicebatur terra dei:
vt patet in plurib⁹ locis veteris testamẽti. ✳ Et
sui eum non receperũt.] Idest iudei:quia in ve
teri testamẽto dicũtur populus peculiaris ipsi⁹
dei: quia pauci de iudeis comparatiue credide
runt xp̃o:ſm quod fuerat predictum Esaie.8.c.
Quod esset futur⁹ in lapidem offensionis/⁊ in pe
tram scandali duabus domibus israel. Conse=
quenter ponitur aduentus xp̃i vtilitas siue fru
ctus. Unde sciendũ ꝙ sicut verbũ incarnatum
est vere filius dei naturalis:ita illi:qui fiũt mẽ=
bra eius per fidem formatã/efficiunt̃ filij adopti
ui. Et in hoc apparet vtilitas nobis ꝓueniẽs ex
suo aduentu. Et hoc est quod dicit̃. ✳ Quotq̃t
autem receperunt eũ.] Credendo. ✳ Dedit eis
potestatem filios dei fieri.] Per regeneratione3
baptismi: q̃ non dat̃ nisi ꝓfitentib⁹ fidem xp̃i ꝑ
se si sint adulti: vel ꝑ aliũ si sint paruuli. Conse=
quenter remouet dubiũ:q2 posset forte aliq̃s cre
dere/ꝙ hec generatio nõ esset ꝑ modũ generatio
nis carnalis:ideo hoc remouet/dicẽs. ✳ His q̃
E

credunt in noĩe eius:qui nõ ex sanguinibꝰ.] Li
cet eñ sanguis in latino plurale non habeat:ha
bet tamen in greco. Et ideo trãslator vt sequeret̃
veritatẽ textus non curauit de regulis grãmati
ce/transferens in plurali. Ex sanguinibꝰ. Ad ge
nerationẽ eni carnaleꝫ cõcurrit duplex sanguis:
q̄ ex parte matris requirit̃ sanguis menstruꝰ ꝓ
materia: ex parte viri requirit̃ semen:in q̄ ꝯsistit
virtus formatiua. Hoc aũt semẽ est residuũ ali=
menti sanguinei: q̄ nutritiua ministrat materi
am ipsi generatiue. Hoc tñ residuũ quod transit
in semen dealbatũ est ꝓpter maiorem digestio=
neꝫ. Istos igitur sanguines excludit euãgelista
generatione spũali/dicens. Qui nõ ex sangui=
nibꝰ nati sunt. ✳ Neq̧ ex volũtate carnis: neq̧
ex voluntate viri.] Per carnem hic intelligit̃ fe
mina: que parũ participat de ratiõe respectu vi
ri: ꝓpter hoc nominat̃ caro. Geñ.2.d. Hoc nunc
os ex ossibus meis: ⁊ caro de carne mea. Copu=
la aũt masculi ⁊ femine requiritur in carnali ge
neratione: sicut in omni alia actiõe naturali re
quirit̃ coniunctio actiui ⁊ passiui:et hec copula
maris ⁊ femine excludit̃ a generatiõe spũali/cũ
dicit̃. Neq̧ ex volũtate carnis.⁊c. Aliter potest
exponi: ita ꝙ per voluntatẽ carnis intelligatur
concupiscentia large loquẽdo de volũtate: ꝓut
accipitur ꝓ appetitu sensitiuo. Per voluntateꝫ
viri intelligatur appetitus intellectiuus: q̄ vter
q̧ appetitꝰ concurrit in generatione carnali ho
minis. Appetitꝰ sensitiuus vt mouẽs: intellecti
uus vt cõsentiens. Et hoc remouet̃ a generatio
ne spirituali:cum dicitur. Neq̧ ex volũtate car
nis.⁊c. Qualiter aũt fiat gñatio ista ostendit̃/
cũ dicitur. ✳ Sed ex deo nati sunt.] Inquantũ
homines a deo recipientes gratiã/trahunt̃ quo
dãmodo ad naturã diuinaꝫ: quia per donũ gra
tie efficiuntur cõsortes diuine nature: vt habet̃
2. Petri.1.a. Per quem maxima ⁊ preciosa no
bis ꝓmissa donauit: vt per hec efficiamini diui
ne consortes nature. Ex predictis pateꝫ ꝙ filij car
nales contrahũt quandam maculã ⁊ feditatem
ex modo sue generationis:non sic aũt filij spiri=
tuales: sed magis nobilitatẽ. Cõsequenter ostẽ=
dit modum verbi in mundũ venientis: quia nõ
venit vbi prius non erat: sed q̄ nouo modo ibi
incepit esse: sicut rex: qui prius est in aliqua ci=
uitate per suam potentiaꝫ tantũ: quando venit
illuc personaliter incipit esse nouo modo.s. per
sui presentiam: sic deus filius: qui prius erat in
mundo per potentiam: presentiã: ⁊ essentiam: vt
patet per p̄dicta: venit ibi nouo modo.s. per car
f nis assumptioneꝫ: ⁊ hoc est quod dicitur. ✳ Et
verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis.]
Ex hoc verbo: verbum caro factũ est: Euchites
accepit occasionem errandi/dicens: ꝙ ex verbo
⁊ carne facta est vna natura/sicut ⁊ vna ꝑsona.
Sed hoc manifeste patet falsum ⁊ impossibile:
quia illa natura esset composita ex verbo ⁊ na=
tura humana: ⁊ sic verbum veniret in composi=
tione alterius. Hoc autem est impossibile: quia
omne quod componitur alteri est aliquo mo=
do in potentia. Potentia autem nullo modo
potest esse in verbo/cũ sit actus purus. ergo.⁊c.
Item si esset possibile vnam naturã ex ambabꝰ
fieri: illa tñ nõ esset humana natura nec diuia:
q̄ natura cõposita ex duabꝰ/nõ est aliq̃ illarũ:
sed aliq̃d aliud resultãs ex ipsis: vt patet de mi=
xto ex elementis: q̄ mixtũ non est aliq̃d elemen
torum nec ipsa simul sumpta: q̄ tunc mixtũ nõ
esset aliquid vnuꝫ: ideo si ex verbo ⁊ carne fieret
vna natura: sequeretur ꝙ xp̄s nõ esset homo nec
deus cõtra scripturã noui ⁊ veteris testamẽti: ꝓ
pter quod Arrius dixit ꝙ ex carne ⁊ verbo non
est facta vna natura: sed ipsum verbũ carnẽ as=
sumpsit: nõ tamẽ animã: q̄ verbũ supplet locuꝫ
anime ꝫm ipsum: sed istud dictum implicat con
tradictionẽ: q̄ caro nõ est in specie carnis nisi ꝑ
animã: vt habet̃.4. Meteoroꝝ: ⁊ ideo dicere ꝙ
verbũ assumpsit carnẽ ⁊ nõ animã implicat con
tradictioneꝫ. Nec valet/qđ dicit verbũ supplere
locũ anime: q̄ caro illa (etiã ꝫm ipsum) non est
informata per verbũ: sed tñ assumpta. Et si dice
ret ipsam ꝑ verbũ informari: hoc tamẽ est impos
sibile. Itẽ sequeret̃ ꝙ xp̄s non esset homo: vt pa=
tet manifeste: ꝓpter qđ Apollinaris dixit ꝙ ver
bum assumpsit carnem: q̄ ꝫm ipsum assumpsit
animã sensitiuam: que dat esse carnis: nõ tñ as=
sumpsit animã intellectiuã/cũ verbum sit maxi
me intellectiuũ. Et ideo in xp̄o solũmo ponebat
do intellectũ verbi. Sed hoc patet falsum: q̄ liceꝫ
iste in xp̄o posset saluare carnẽ: non tñ carnẽ hu=
manã: q̄ caro nõ dicit̃ humana nisi ꝑ animã in
tellectiuã: etiã ꝫm ponẽtes pluralitatẽ formarũ.
Itẽ xp̄s nõ esset hõ: cũ homo in specie humana
reponat̃ per animã intellectiuã: sed magis esset
animal brutũ: q̄ anima sensitiua nõ reponit̃ ni
si in specie bruti: hec aũt omnia cõtra fidẽ sunt ⁊
sacram scripturã: ⁊ ideo sunt tanq̄ heretica ⁊ re
probata: ⁊ licet pluribus alijs vijs possent predi
cta improbari: tñ ꝓpter prolixitatem vitandam
omitto; ꝓpter qđ dicendum: ꝙ cũ dicitur. Ver=
bum caro factũ est: per carnẽ intelligitur natura
humana: sicut frequenter in sacra scriptura. vn
de dicitur Esai.40.b. Omnis caro fenũ.⁊c. Et
ꝙ per carnem intelligat̃ natura humana/patet
per illud quod subditur. Vere fenum est popu=
lus. Caro igit̃ ista.i. natura humana assumpta
est a verbo non in vnitate nature: sed in vnitate
suppositi vel ꝑsone: ⁊ ideo ē sensus. Verbũ caro
factũ est: ac si diceretur. Deus hõ factus est: q̄ li

cet fieri repugnet deo vl' verbo absolute: potest tñ
dici de eo ratiõe nature humane adiũcte: vt dif=
fusius declarat. 3. Senten. q2 per tale fieri nõ ha
betur/ ꝙ deus de nouo incipiat esse: qḋ est impos
sibile: q2 suppositũ diuinũ est infinite subsisten=
tie: ꝛ ideo potest naturã in seipso sustẽtare: vt dif
fusius declarat tertio Sentẽ. libro. Considerã=
dum tñ ꝙ euãgelista nõ sine ratione dicit verbũ
esse carnẽ factum magis ꝙ̃ hominez: q2 per hoc
euitatur error illoꝝ: qui dixerunt naturã huma
nam habere in xp̃o hypostasim ꝓpriam. Si eñ
dixisset: verbũ factum est homo: cũ homo signifi
cet naturam humanã in supposito: dedisset oc=
casionem cogitandi: ꝙ natura humana in xp̃o
subsisteret in ꝓpria hypostasi. Similiter magis
dixit verbũ factum esse carnẽ ꝙ̃ animã: ne daret
occasio cogitãdi: ꝙ illa vnio esset tantũ ſm actũ
anime: vt per cognitionem ꝛ amorẽ: non tamen
in vnitate suppositi. Postꝙ̃ euãgelista declara=
uit verbi emanationẽ ꝛ eius incarnationem: cõ
seq̃nter ostendit q̃liter ip̃e ꝛ alij apostoli habue=
runt de hoc cognitionẽ per visum. Circa quod
sciendum ꝙ videre aliquãdo accipit non soluz
ꝓ visione corporali: sed etiã pro cognitione in=
tellectuali: per quẽ modum dicimus. Vides tu
hoc. i. intelligis? Et hoc est q2 visus est spiritua=
lior inter alios sensus: ꝛ plures differentias rerũ
nobis demonstrat: vt habetur. 1. Metaphysi. Et
ideo noĩe visus vtimur aliqñ in his: que ptinẽt
ad intellectũ. Utroq3 modo videndi habuit Jo
hãnes ꝛ apostoli notitiã verbi incarnati: q2 cuz
ipso fuerunt corporaliter cõuersati: ꝛ sic viderũt
sensibiliter opera/ virtutem totius creature exce
dẽtia: sicut est suscitatio mortui: illumiatio ceci:
ꝛ cõsilia: ex qb9 visu mẽtis pceperũt ei9 diuini=
tatẽ in carne latentẽ. Viderũt etiã hoc mentalit
per internam inspirationem: qñ aperuit eis sen=
sum vt intelligerẽt scripturas: vt habet Luce vl
G timo. et hoc est quod dicit. ✱ Et vidimus glori
am eius.] Idest excellentiã omnem creaturam
excedentem: ꝓpter quod subdit quasi exponen
do predictã gloriã. ✱ Gloriã quasi vnigeniti a
patre.] Idest naturaliter ab eo ꝓcedentis: ꝛ per
cõsequens eandẽ naturã numero cũ ipso haben
tis. Hoc eñ viderunt apostoli primo per patris
testimoniũ in transfiguratiõe: in qua fuit Johã
nes cũ Petro ꝛ Jacobo (vt habet Mat. 17. a.)
et ideo tunc audiuit vocẽ patris dicẽtis de xp̃o.
Hic est filius meus dilect9. ꝛc. Secũdo viderũt
hoc p angeloꝝ obsequiũ: quia angeli ministra=
bant ei/ sicut superiori: vt habetur Matth. 4. b.
Supra naturaz angelicam nihil est nisi natura
diuina. Tertio viderũt hoc/ per hoc ꝙ creature
etiam visibiles obediebãt ei ad nutum/ sicut do
mino ꝛ creatori. Propter quod dixerunt Mat.
8. d. Qualis est hic: quia venti ꝛ mare obediũt
ei? Quarto hoc viderunt per docendi ꝛ operan
di modum. Moyses enim ꝛ alij ꝓphete non da
bant populo precepta: sed de preceptis dei ipsum
instruebant: ꝛ ideo dicebant. Hec dicit domin9:
vel aliquid simile. Similiter de Moyse scriptuz
est. Locutus est dominus ad Moysen. ꝛc. Chri
stus autem tanquam deus propria auctoritate
loquens dabat doctrinam suam (vt patet Mat
thei. 5. c.) vbi frequenter dicitur. Ego autem di
co vobis. Unde in fine illius sermonis dicitur/
erat docens quasi potestatem habens. Et simili
ter perpenderunt per operandi modum: quia et
si alij fecerunt miracula: hoc fuit tantum depre=
cando. Christus autẽ ꝛ si in miraculis faciẽdis
aliqñ orauerit: vt in suscitatiõe Lazari. Joh. 11.
tamen cõmuniter miracula faciebat imperan=
do: vt patet ex decursu euangelij: per quod ostẽ=
debatur ꝙ illa faciebat virtute propria/ sicut de
us. Propter quod dicit Luce. 6. ꝙ virtus de illo
exibat ꝛ sanabat omnes. Sequitur. ✱ Plenuz h
gratie.] Et hoc primo propter gratiam vniõis.
Ille enim perfectissime plenus est gratia: qui p=
fectissime deo cõiungitur. Natura autez huma
na in xp̃o non solum coniũcta est deo per cogni
tionem ꝛ amorẽ sicut in alijs: sed per realẽ vnio
nem: et hec dicitur in xp̃o gratia vnionis: p quã
homo dicitur deus per communicationem idio
matũ. Dicitur autẽ talis vnio gratia/ inquan=
tum diuina liberalitate ꝛ misericordia facta est.
Secundo ꝓpter gratiã habitualem: que pleni9
fuit in xp̃o ꝙ̃ in alijs. Propter hoc dicit Joh. 3.
Nõ datus est ei spiritus non ad mensurã: quia
non solum habuit plenitudinem sufficiẽtie: sed
etiam redundantie in alios: quia est caput non
solum hominũ: sed etiã angelorum. Nõ autem
virgo Maria ꝛ aliqui alij sancti leguntur pleni
gratia (vt dicit de Maria Luce. 1. et de Stepha
no Actu. 6.) hec tamẽ est alia plenitudo. Plenũ
enim opponitur vacuo: ꝛ ideo totmodis dicit
plenũ: quot modis dicitur vacuum. Dicit autẽ
vacuitas gratie vno modo ꝓpter virtutis defe=
ctum circa ꝓprium subiectum: ꝛ tali vacuo op
ponitur plenitudo gratie sanctorũ. Alio modo
dicitur vacuitas gratie: eo ꝙ nõ redũdat ad cor
pus: ꝛ tali vacuo opponitur plenitudo Marie:
inq̃ntũ gratia eius aliquo modo redũdabat ad
corp9 supernaturaliter ꝯcipiẽdo. Plenitudo tñ
Marie nõ se extẽdit ad alios: ita ꝙ sit gratie da
trix: sed solũ inꝙ̃tuz est gratie impetratrix. Xp̃i
aũt plenitudo ad alios se extendit: ꝛ sic opponit
vacuo/ nõ solũ respectu sui: sed etiã alioꝝ: q2 fu=
it in xp̃o plenitudo gr̃e non solũ respectu sui: sed
etiã respectu alioꝝ. ✱ Et veritatis.] Inquantũ
in ipso fuit veritas diuina siue increata p vnio=

nem nature. Similiter in aia xp̄i fuit plenitudo veritatis/ inquantũ habuit notitiã oim: que cognoscit de⁹ notitia visiõis. Similiter fuit in xp̄o plenitudo veritatis/ inquantũ impleuit oẽs figuras ⁊ pmissiones legis Mosaice. ☞ Cõsequenter post hoc euãgeliũ ponit᷑ alius modus: quo innotuit Johãni ⁊ aplis alijs verbũ incarnatũ. s. per auditũ/ cum dicit᷑. Johãnes testimoniũ phibet. ⁊c. Quere An. 1. quinte ptis. ser. Ferie. 6. Dñice. 2. Aduent⁹. Fol. 8. Col. 3.

I Moralr ✳ In principio erat verbũ. ⁊c.] Mora. Johannes euãgelista tã sublimiter loquit᷑ de diuinis/ ꝙ multa de dictis eius exponere moralit᷑ nescio humanis actib⁹ applicãdo: ppter qd̄ aliqua cõuertam ad fidem: ⁊ aliq̃ alijs exponenda dimittam. Sicut dixi in expositiõe litterali: hic ponũtur quinq̧ de diuinis psonis. Primũ est intrinseca verbi pcessio: cũ dicit᷑. In pricipio erat verbum. Secundũ est verbi ⁊ patris psonalis distinctio/ cũ dicit᷑. Et verbũ erat apud deũ. Tertiũ est coꝝ substãtialis indistinctio: cũ dr̄. Et deus erat verbũ. Quartũ ẽ coeterna duratio/ cũ dr̄. Hoc erat in pricipio apud deũ. Quītũ indiuisa operatio/ cũ dr̄. Oia p ipsum facta sunt. Per primũ clidit᷑ presumptio philosophoꝝ: q̃ nihil recipere volunt nisi pbatum fuerit humana ratiõe: que tñ est valde deficiẽs. Nã rem sensibilẽ ⁊ paruaȝ: vt foliũ arboris ⁊ aliquid hmõi: humana ratio nõ cõprehendit: quantũ ad eius omnes conditiones. s. quare sit talis figure/ coloris/ ⁊ hmõi. Propter qd̄ medici de virtute ipsi⁹ sanatiua dicunt ꝙ est a tota specie: nescientes eam nominare eo ꝙ eam nõ comprehendũt: ppter quod dicitur Eccs. 1. b. Cuncte res difficiles: ⁊ non potest eas homo explicare sermõe. Per secundũ excluditur error Sabellij: qui sicut in diuinis est vna essentia: ita dixit patris ⁊ filij vnã esse personaȝ: quod est falsum: qꝛ nulla res gignit seipsam. Et ideo inter patrẽ ⁊ filiuȝ est distinctio personalis: ⁊ eadẽ ratiõe inter verbuȝ ⁊ eius cui⁹ est verbũ: qꝛ eo filius: quo ⁊ verbum. Per tertiũ repellitur error Arrij: qui dixit ꝙ pater ⁊ fili⁹ essentialiter distinguunt᷑/ sicut ⁊ psonaliter: qd̄ est erroneuȝ: qꝛ sic filius nõ esset deus pprie: sed tñ participatiue: cum essentia diuina sit indiuisibilis. Et de ipso dicit᷑. 1. Joha. 5. Ut cognoscam⁹ verũ deũ: ⁊ simus in filio eius vero: hoc est ver⁹ deus ⁊ vita eterna. Per quartũ reprobatur error Ebionitaꝝ: q̃ dixerunt xp̄m ante Mariã nõ fuisse: ⁊ sic cum non fuisse ab eterno: cum tñ xp̄s dicat de se ipso Johã. 8. d. Principium: q̃ ⁊ loquor vobis. Et ibidem. Anteq̃ Abrahã fieret ego sum. Per quintũ excluditur error Manichei: qui posuit duo principia: vnum boni/ ⁊ alterũ mali: et hec

K inferiora corruptibilia dixit esse a deo malo: ⁊ p cõsequens nõ sunt a verbo s̄m ipsum. ✳ Quod factũ est in ipso vita erat.] Nã omnis creatura in verbo preexistit intelligibiliter. Intelligere vero ẽ viuere: ⁊ intellectio vita. ✳ Et vita erat lux hoim.] Idest verbũ est manifestatiuum oim: q̃ ab hominib⁹ cognoscunt᷑: per qd̄ tollit᷑ error dicentium/ ꝙ diuina pnidentia nõ se extendit ad hec inferiora: in quoꝝ persona dicit᷑ Job. 22. c. Circa cardines celi pambulat nec nostra cõsiderat. quod reprobat᷑ ibidẽ/ cũ subdit᷑. Quoꝝ sententia longe sit a me. Philosoph⁹ etiã. 1. de Aia reprehendẽs Empedoclem habet p inconueniẽti ꝙ aliquid cognoscam⁹/ ⁊ sit deo ignotũ. ✳ Et lux in tenebris. ⁊c.] Idest in peccatorib⁹ q̃tum est de se: sicut cecus lucẽ solis non videt ipsum illustrantem. ✳ Fuit hõ missus a deo.] Per Johãnem p̄cursorẽ dñi significatur predicator euãgelij: ideo dicit᷑ hic hõ. i. viuens s̄m dictamen rationis ⁊ nõ vita bestiali. ✳ Cui nomen erat Johãnes.] Qui interpretat᷑ in quo est gratia. Ad hoc eñi ꝙ predicator ꝯuenienter ⁊ vtiliter annũtiet verbũ dei requirit᷑ gratia spũssancti. ✳ Hic venit in testimoniũ vt testimoniũ phiberet de lumine. ⁊c.] Idest de xp̄o: qui est lux per essentiã: ideo in p̄dicatore debet esse huius lucis participatio p bonã vitam ⁊ famã: qꝛ sicut dicit Gregorius Hom. 38. Cuius vita despicit᷑/ restat vt ei⁹ predicatio cõtemnat᷑. ✳ Ut oẽs crederent per illum.] Debet eñi intendere salutem auditoruȝ ⁊ non ppriam laudẽ vel questum. ✳ Nõ erat ille lux.] Qꝛ predicator non docet interius menteȝ illustrando sed deus: ideo sequitur. ✳ Erat lux vera. ⁊c.] Lumine gratie q̃tum est de se: sed mali non illuminant᷑ eo ꝙ ponũt obicem huic illuminationi: de quibus dicit᷑ Job. 24. c. Ipsi fuerunt rebelles lumini. ✳ Et mundus eũ non cognouit.] Idest hoies mundialiter viuẽtes: qui suum intellectũ ⁊ affectũ defingunt in terrenis: ⁊ sic auertuntur a diuinis. In ppria venit. ⁊c.] Licet autẽ omnes xp̄iani sint sui: magis tñ proprie clerici: q̃ dicuntur a cleros qd̄ est sors/ eo ꝙ sunt de sorte dei: ⁊ tñ coꝝ multi nõ recipiũt ip̄m/ sed magis abijciunt q̃ȝ laici. ✳ Quotquot aũt receperunt eũ.] Per fidẽ charitate formatã. ✳ Dedit eis potestatẽ filios dei fieri] Per adoptionis gratiã. ✳ Qui nõ ex sanguinib⁹. ⁊c.] Naȝ hec filiatio nõ est per participationẽ esse nature: sed magis diuine. s̄m qd̄ dr̄. 2. Petri. 1. a. Qui vocauit nos ppria gloria ⁊ virtute: p quẽ maxima ⁊ p̄ciosa nobis pmissa donauit: vt p hec efficiamini diuine cõsortes nature. ✳ Et verbũ caro factũ est.] Et sic de⁹ voluit esse particeps humane nature: ⁊ hec mutua pticipatio debet esse ratio maxime dilectiõis: licet nõ sit similis vtrobiq̧: qꝛ v̓buȝ assumpsit humanã naturã verã: sȝ

dei filij adoptiui nõ recipiũt sic diuinã: sed ꝑtici
patione ciꝰ per gratiã. * Et vidimꝰ gloriaȝ eiꝰ.
⁊c.] Nã fideles vidẽt eã nũc ꝑ speculũ ⁊ in enig
mate: postea vero videbunt clare ⁊ manifeste.
M ☞ Reliqua quere vbi supra.
Glosa. * In principio erat verbũ. ⁊c.] Glo. Cõtra eos
q̃ ꝓpter tẽporalẽ xp̃i natiuitatẽ dicebãt xp̃m nõ
semꝑ fuisse: incipit de eternitate verbi/ dicẽs. In
principio erat verbũ. Verbũ dr̃ vel qđ ꝓfertur ⁊
transit: vt qñ dr̃ deus: vel aliq̃d hmõi: vel cogita
tio seu ꝯceptio mẽtis: q̃ ex mẽte nata/ cũ ipsa mẽ
te ꝑmanet: vt qñ cogitas vel diuinã substantiaȝ
vel aliã rem. Hac similitudine ratio ⁊ sapientia
dei: q̃ ex deo nata oĩa cõprehendit/ verbũ dicit̃.
Hoc dr̃ esse in principio ꝯtra eos: q̃ (qꝛ ex tẽpore
dr̃ nasci ex virgine) dicũt nõ semꝑ fuisse. In prin
cipio. i. patre: q̃ est principium nõ de principio:
ip̄se cũ eo est principium de principio. In q̃ solũ
notat̃ eternitas verbi: qua oĩa precedit. Sed qꝛ
alij dicebãt ꝙ idẽ deꝰ aliqñ est pater: aliqñ filiꝰ:
vt alter notet̃ in ꝑsona: subditur. * Et verbum
erat apud deũ.] Vt aliꝰ apud aliũ. Sed qꝛ alij
ꝯcederent ⁊ semꝑ aliũ fuisse: sed nõ deũ esse/ sub=
dit. * Et deꝰ erat verbũ] Sȝ qꝛ iteꝝ alij etiã deũ
ꝯcederẽt/ sed factum deũ: vt ex hoĩbus fiunt dij:
cõtra addit. Hoc. i. verbum: erat apud deũ. In
principio. i. ante oĩa natus ex deo: in q̃ ⁊ cooĩpo
tens ⁊ cõsubstãtialis ⁊ coeternꝰ indicat̃. Postq̃
aũt dixit de natura filij: de operatiõe ipsiꝰ suppo
nit. Oĩa ꝑ ip̄ȝ facta sunt. Oĩa. i. q̃cq̃d est siue in
substãtia/ siue in aliq̃ naturali ꝓprietate. Ecce
auctor bonoꝝ. Et sine ipso factuȝ est nihil: qꝛ nõ
ab eo est: qđ nõ est naturaliter: sed qđ est ꝑuersio
nature: vt malũ siue idolum. Ecce nõ est auctor
maloꝝ. Sȝ ne (qꝛ ista facta sunt mutabilia) ip̄a
volũtas ⁊ ratio ⁊ sapiẽtia dei videret̃ esse muta=
bilis: addit. Qđ factuȝ est in tꝑe ⁊ est mutabile:
erat viuens ⁊ ꝑmanens in ipso: vt arca facta in
opere: mutat̃ ⁊ perijt. arca in mẽte artificis ꝑma
net: ita vt ex ea alia ⁊ alia fieri possit/ illa priꝰ fa
cta pereunte. Et ita constat ꝙ creatura nõ est coe
terna creatori: sed ars ⁊ ratio ⁊ sapientia: ex qua
fit/ est coeterna deo. Dicto que sit natura verbi:
que etiã eiꝰ operatio: supponit q̃d faciat huma=
ne rationali creature: et hec vita. i. sapientia dei
in qua viuũt oĩa: erat lux q̃ʒtum in se est: et si ini
qui non sentiunt. Lux. i. illuminatio hoĩm: non
pecorum vel aliaꝝ rerum. Et hec q̃dem lux lu=
cet/ q̃ʒtum in se est in tenebrosis: sicut sol super ce
cum: ⁊ tñ illi mali vt ceci non sentiunt solem. Si
enim cõprehenderent/ tenebre non essent. Vt au
tem ⁊ ipse tenebre possent cõprehendere ꝑmissus
est homo in testimoniuȝ huiꝰ lucis. Et ipsa lux:
idest verbum: factum est caro: quasi mutatur in
lac ꝓpter paruulos. In forma enim deitatis nõ
posset nosci a paruulis. Alij euãgeliste describũt
xp̄m natum ex tẽpore: Johannes affirmat eum
fuisse in patre vt in principio. Nõ fuit ante pa=
ter q̃ʒ filius. Ecce filius alia ꝑsona a patre: vna
substantia cũ patre. * Erat.] Sum/ verbũ sub
stantiuum duplicẽ habet significationeȝ: aliqñ
enim tẽporales motus s̃m analogiã alioꝝ ver=
borum declarat. Aliqñ substantiã vniuscuiusq̃ʒ
rei: de qua predicatur: nõnullo temporali motu
designat: iõ ⁊ substãtiuũ vocat̃. Tale ẽ qđ dicit̃.
* In pricipio erat v̄bũ] Quasi i patre subsistit N
filiꝰ. Nõ. n. ꝓ tꝑe/ sȝ ꝓ substãtia ponit̃/ erat. q̃re
ponit̃/ erat/ substãtiuũ v̄bũ: vt itelligas oĩa tꝑa
☞ Hec littera huius euangelij cõtinuatur cũ littera euãgelij Purificatiõis virginis: in qua describitur xp̃i in tẽplo presentatio ⁊ ipsius receptio: q̃re igitur annota. x. q̃nte ptis. sermo. Purificatiõis. Sequit̃ immediate. * Erat Joseph ⁊ mater Jesu.] Uel. * Erat pater eius.] Idest Joseph: qui meruit vocari pater xp̃i: eo ꝙ nutritiꝰ eius fuit. * Et mater.] Scz Maria: q̃ fuit mater eius vera. * Mirãtes sup his: q̃ dicebantur de illo.] Tunc a Symeone ⁊ priꝰ a magis ⁊ pastoribus ⁊ Zacharia ⁊ Elisabeth. * Et benedixit illis Symeõ.] Quãuis enim Maria ⁊ Joseph essent maiores Symeone in sanctitate: ille tñ erat maior quantũ ad sacerdotis officiuz: ad quẽ spectabat benedicere populũ: ⁊ nõ solũ benedixit/sed etiam futura predixit. Et hoc est qđ sequitur. * Et dixit ad Mariam matrez eius. Ecce positus est hic in ruinã ⁊ in resurrectionez multorũ in israel.] Qr in passione xp̃i: que futura erat: multi iudei fuerunt excecati a veritate cadentes: ⁊ multi fuerunt illuminati: qui prius erant simplices ⁊ ignorãtes: vt patet de apostolis: quibus post passionem xp̃i data est intelligẽtia scripturarũ: secundũ quod dicitur Luce vltimo. Et tunc aperuit illis sensum: vt intelligerent scripturas. * Et in signum.] Scilicet federis inter homines ⁊ deum. * Cui contradicet.] A sacerdotibus ⁊ legisperitis ⁊ multis alijs. * Et tuam ipsius animam pertransibit gladius] Idest dolor passionis eius pertransibit animaz tuam per compassionem. Ex hoc dicit Hieronymus in sermone de assumptiõe beate virginis: ꝙ quia in parte impassibili passa ẽ: plusꝙ martyr fuit. * Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.] Lyra. Ut/ non tenetur hic causaliter: sed consecutiue seu cõcomitatiue. Licet eñ beata virgo ex passione filij maxime afflicta fuerit: tamẽ in fide immobilis ⁊ firmiter stetit. Alij autem discipuli (quantumcũꝙ solidi) dicũtur dubitasse: et circa hoc mutatiões diuersarum cogitationum habuisse/ quousꝙ viderunt ipsum a mortuis resurrexisse. ¶ Aliter exponit Origenes de reuelatione occultorũ peccatorum in con-
B fessione: que per effectum passionis in sacramento penitentie operantis sanantur. Consequẽter describitur Christi recepti cõfessio seu commendatio/cum dicitur. * Et erat Anna ꝓphetissa filia Phanuel de tribu Aser.] Et exprimuntur pater ⁊ tribus: ad declaranduz certitudinem historie: ⁊ forte ad distinctionem huius Anne ab alijs: que vocabantur hoc nomine. Describitur etiam ab etatis maturitate/cum dicitur. * Hec processerat in diebus multis.] Et a castitate in matrimonio: ⁊ ante ⁊ post/cum dicitur. * Et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua erat vsꝙ ad annos octogintaquattuor.] Commendatur etiam ab orationis sedulitate/ cum dicitur. * Que non discedebat de templo.] Nõ ꝙ ibi semper esset: sed frequenter. Sicut de homine bene frequentante ecclesiam dicitur communi modo loquendi: talis semper est in ecclesia. * Ieiunijs.] Quibus incentiuum carnis reprimitur. * Et obsecrationibus.] Idest sacris oratiõibus: quibus mens in deum eleuatur. * Seruiẽs nocte ⁊ die.] Idest valde frequenter: vel quia non erat ibi interruptio per peccatum mortale auferens meritum predictorum. * Et hec ipsa hora superueniens.] Non a casu vel humana dispositione: sed spiritussancti reuelatione. * Cõfitebatur domino.] Gratias agens de tanto beneficio adimpleto. * Et loquebatur de illo omnibus: qui expectabant redemptionem israel.] Annuntiãs eis natum esse redemptorem. * Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini.] Scilicet Maria ⁊ Joseph nihil omittentes: quamuis non tenerentur. * Reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam Nazareth.] Hic accipitur galilea adiecte: quia Nazareth est in terra galilee de Bethleem: que vocatur ciuitas iudea. Consequenter describitur pueri oblati profectus quantum ad corpus/cum dicitur. * Puer autez crescebat.] Et quantum ad animã/cum dicitur. * Et confortabatur plenus sapientia: ⁊ gratia dei erat in illo.] Aduertendum tamen ꝙ in corpore christi fuit augmentum reale quãtitatis: sed in anima eius non fuit augmentum reale gratie ⁊ virtutis: quia totã plenitudinem gratie habuit ab instanti sue cõceptionis: sed quantum ad ostensionem in effectu magis apparebat ſm ꝙ ille crescebat: ⁊ ſm ꝙ volebat.

* Et erat Anna. ⁊c.] Moraliter. Ista moraliter est exemplar non solum viduis: sed etiã mulieribus alijs. Primo quantum ad castitatẽ ante matrimonium: ⁊ in matrimonio: ⁊ post tempus longum. Secundo quantum ad deuotionem: nam in obsecrationibus ⁊ ieiunijs dicitur hic seruiens die ac nocte. Tertio quãtum ad loquendi modestiam: quia non de fabulis: sed de christi mysterijs loquebatur: propter que ⁊ alia bona dono prophetie replebatur. * Puer autẽ crescebat. ⁊c.] Scilicet secundum corpus. Naz secundum animam ab instanti conceptiõis fuit totaliter perfectus: sed hanc perfectionem non ostendebat nisi prout conuenientia tẽporis exi-

gebat: secundum illud Eccs. 8. a. Tempus ꝛ responsionem coꝛ sapientis intelliget: ꝛ in hoc literatis ꝛ sapientibus dedit exemplū/ vt non ostēdant sapientiam suam: nisi secūdum loci ꝛ temporis opportunitatem.

D *Symeon.] Glo. Qui interpretatur audiens tristiciam: figura est ꝓphetarum: qui vindictā sibi a deo dictam super populum audiebāt. Anna: que gratia dicitur: figura est ecclesie. *Positus est hic in ruinam. ꝛc.] In ruinā illorum: qui steterant: ꝛ resurrectionem illorum: qui ceciderant. Uel in ruinā vitioꝝ: ꝛ in resurrectionē virtutum. Non in se tantū: sed in suis quoqꝫ p̄dicatoribus positus est in ruinā ꝛ resurrectionē. vnde Apostol⁹. 2. Coꝝ. 2. d. Christi bon⁹ odoꝛ sumus deo: in his/ qui salui fiunt: ꝛ in his/ qui pereunt. Bono enim odoꝛe alij saluātur: alij pereunt. *In signum cui contradicetur. ꝛc.] Oia que de xp̄o narrantur signum sunt: ꝙ natus de virgine: ꝙ surrexit: ꝙ clausis ianuis intrat: cui signo cōtradicitur ab infidelibus. Spiritualiter signū est in fide dominice crucis: quod vbiqꝫ cōtradicitur. *Gladius.] Beda. Doloꝛ dominice passionis: quia non potuit videri crucifigi sine affectu materni doloꝛ: ꝛ si speraret resurrecturum: ꝛ moꝛtem deuicturū. Usqꝫ ad finem seculi animā ecclesie gladius tribulationis pertrāsit: cū signo fidei ab impꝛobis cōtradicitur: cū multos ruere videt: cū reuelatis coꝛdium cogitationibus: vbi bonum semen seminauerat: zizaniā germinare cōspicit. *Ut reueletur.] Ante erat incertum: qui iudeoꝝ gratiam reciperent xp̄i: q̄ conspuerent: sed audita natiuitate reuelātur cogitationes: ꝛ Herodes ꝛ alij turbantur: quidā ad xp̄i magisterium accedūt. *Et erat Anna. ꝛc.] Quia p virum ꝛ mulierē vita totius mundi perdita est: in testimonio vite per xp̄m redeūtis Anna cōiungitur Symeoni. Conuenit mysterijs ecclesie/ ꝙ Anna gratia interpꝛetaꝛ: que est filia Phanuel: qui facies dei dicitur. Unde ps. 4. Signatum est sup nos lumen vultus tui dn̄e. De tribu Aser. i. beati: descendit/ qui inter duodecim patriarchas oꝛdine nascendi octau⁹ est: propter mysteriū resurrectiōis. Quinqꝫ sunt Anne. Prima mater Samuel. Secunda vxoꝛ Raguel. Tertia mater Thobie. Quarta filia Phanuel. Quinta mater Marie. *Processerat. ꝛc.] Beda. Iuxta historiā ꝛ deuote cōuersationis ꝛ venerande etatis digna describitur: q̄ domino testimoniū perhibeat: signat autem ecclesiam: que in pꝛesenti quasi spōsi dominiqꝫ sui moꝛte est viduata. Septies duodecim octogita quattuoꝛ faciunt. Septem ad cursum huius tēpoꝛis. duodecim ad pfectionē apostolice doctrine pertinent. Quisquis ergo totum vite temp⁹

apostolicis mancipat institutis: quasi octoginta quattuoꝛ annis celestis limina templi seruare: ꝛ domini pꝛestolari aduentum laudatur: dū a domino peregrinaꝛ. Septem anni: quibus cū viro vixit: significant perfectionem illius tēpoꝛis: quo a domino ꝯuersante in carne edocetur: qui anni postea per duodecim multiplicanꝛ ꝓpter apostolicā doctrinam. *Que non discedebat. ꝛc.] Quia circa templum frequens erat: eā non discedere dicit: non ꝙ ad hoꝛam non discesserit. Sic sancta ecclesia ꝛ in ꝓsperis ꝛ in aduersis deo seruiens a celo nō recedit. ¶ Uel moraliter. Aia a tēplo non recedit: cū semp studet et castum ꝛ immaculatum custodire templū coꝛpoꝛis sui. Hinc pꝛecipitur sacerdotibus veteris testamenti: vt tempoꝛe ministrationis iugiter maneant in sanctis: quatenus anima: que deo ministrare cupit: nō quiescat a bonis operibus suis. *Et hec ipsa. ꝛc.] Prophetauerat Symeō: prophetauerat copulata coniugio: ꝓphetauerat virgo: prophetauerat ꝛ vidua: ne qua aut ꝓfessio deesset aut sexus: ꝛ ideo talis Anna inducitur ꝛ stipendijs viduitatis ꝛ moꝛibus: que digna sit nuntiare redemptoꝛem omnium venisse. Congruus oꝛdo: non venit ante virum mulier: cuius verba non sunt digesta: sed generaliter dictum est ꝙ cōfessa sit dn̄o: ꝛ locuta de eo: que longa castitate: longisqꝫ ieiunijs ad hoc culmen ꝑuenerat: vt spiritū ꝓphetie acciperet: sed auctoritatem docendi mulier non accepit. *Omnibus qui. ꝛc.] Omnibus fidelib⁹: qui iugo Herodis alienigene grauati/ liberationē ciuitatis ꝛ populi expectabant: ꝓmittebat per aduentū xp̄i in ꝓximo redemptionem a tyrānide alieni. E

F *Reuersi sunt. ꝛc.] Pretermittit hoc loco Lucas: q̄ a Mattheo plenius posita sunt. s. puerū ob metum Herodis delatū esse in egyptū: ꝛ moꝛtuo Herode inde relatum: ꝛ habitasse in Nazareth. Solent enim singuli euangeliste sic quedā omittere: que ab alijs cōmemoꝛata viderint: vel ab alijs cōmemoꝛanda spū pꝛeuiderint: vt continuata sue narratiōis serie: quasi nulla p̄termisisse videantur. *Puer autem. ꝛc.] Beda. In eo ꝙ puer erat. i. homo fragilis: poterat crescere et confoꝛtari: nō in eo ꝙ verbum: fm qd plenus sapientia ꝛ gratia perhibeꝛ. Sapientia: qꝛ in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis coꝛpoꝛaliter: vt dicit Col. 2. b. Gratia: qꝛ eidē hoi xp̄o magna gratia donata est: vt ex quo homo fieri cepisset: perfectus esset vt deus.

☞ Applica ad hec aliq̄ de annotamētis sermonis Peccatoꝛum: incipientibus folio. 189. sub themate. *Ut reuelentur ex multis coꝛdibus cogitationes.] A. ¶ Uel de annotamentis sermo. Passiōis. Fol. 35. Uel Ecclesie. Fo. 64. G Auctoꝛ.

sub themate. ✳ Et tuam ipsius animā. ꝛc.] D.
C Vel de annota. sermonis sancti Joseph. in. 2.
Tomo. sub themate. ✳ Erat pater eius. ꝛc.] A.
C Vel de annotamētis ser. Epiphanie. Fol.
✳ Ecce posit⁹ est hic in ruinā.] D. C Vel de an
notamentis sermonis Circūcisionis. in hoc To
mo. Fol. 34. Vel sermonis Marie generalis.
Fol. 72. sub themate. ✳ Et gratia dei erat in il
lo.] B. C Vel de annotamentis sermonis In=
carnationis. Fol. 2. Et maxime Annotamento
3. sexte partis. per totum. Fol. 11. Col. 1. sub the=
mate. ✳ Mirantes sup his/ que dicebātur de il
lo.] Et que sunt que dicebantur de illo? Dico ꝙ
omnia: que ponuntur in predicto Annotam̄. 3.
vsqꝫ ad mysterium hodiernum.

Vigilie Epiphanie.

sermo. annot. Ex quinta pte Bib.

C I. Matt. 2. A

Defuncto Herode. ꝛc.] ☞
Quere ad declarationē litte=
re huius euangelij: ea q̄ ponū
tur Annotamēto. 1. quinte p=
tis. ser. sanctoꝝ Innocentum.
Fol. 33. Sequitur immedia=
te. C Lyra. Hic ponit̄ illud qd̄
est cōsequens ad xp̄i persecutionē: quia mortuo
Herode: qui puerum psequebatur: angelus mo
nuit Joseph: vt puer in terram israel reportare=
tur: non nominauit autē angelus aliquā ciuita
tem determinate: vt ex responsione angeli instru
entis eum de loco: ipse ex frequenti locutione cū
angelo magis consolaretur: et hoc est quod dici
tur. ✳ Defuncto Herode: ecce apparuit angel⁹
domini in somnis Joseph in egypto/ dicēs. Sur
ge ꝛ accipe puerū ꝛ matrem eius: ꝛ vade in ter=
ram israel. Defuncti sunt enim/ qui querebant
animam pueri. Qui consurgens accepit pue=
rum ꝛ matrem eius: ꝛ venit in terrā israel.] Ad
euidentiam dicendorum notanduꝫ secundum
qd̄ refert Josephus antiquitatū. 19. libro. ꝙ He
rodes moriens condidit testamentū: in quo or=
dinauit Archelaū filiū suū regni successorē: ita
tamē ꝙ coronam sibi nō imponeret: nisi per ro=
manum imperatorē. Ad accipiendū igitur dia
dema venit Romā: sed ꝛ fratres eius Philipp⁹
ꝛ Herodes illuc venerunt petentes paterne here
ditatis parteꝫ. Finaliter decreuit imperator/ vt
Archelaus haberet medietatem regni paterni:
que dicta est Judea. Aliā autem medietatē di=
uisit in duas partes/ ꝛ vnam dedit Herodi: ꝛ fa
ct⁹ est tetrarcha Galilee. Aliā dedit Philippo:
ꝛ factus est tetrarcha Jturee trachōitidis regio
nis: vt tangit̄ Luce. 3. capitu. Igitur qꝛ Arche=
laus fuerat a patre substitutus: q̄tum in se fuit:
ideo fauebat factis a patre: ꝓpter quod Joseph
✳ Audiens autē ꝙ Archelaus regnaret in Ju
dea pro Herode patre suo/ timuit illo ire. Et ad=
monitus in somnis secessit in ptes galilee.] Vbi
dominabat̄ alius filius: qui portiōe sibi debita
a patre fuerat priuat⁹: quantū in se fuit: vt visum
est: ꝓpter quod Joseph cum puero ibidem secu
rius mansit. ✳ Et veniens habitauit in ciuita=
te/ que vocatur Nazareth.] Vt ibi xp̄s nutri
tur: qui in Bethleem fuerat natus: vt predictum
est. ✳ Vt adimpleret̄ qd̄ dictū est per ꝓphetas.]
Esa. 11. Egredietur virga de radice Jesse: ꝛ flos de
radice eius ascendet. Hebraica veritas sic hab.
Et nazareus de radice eius consurget: ꝛ ideo di
cit. ✳ Quoniam nazareus vocabitur.] Qꝛ in
nazareth fuit conceptus ꝛ nutrit⁹: licet in Beth
leem fuerit natus: vt habetur supra: et Luce. 2.
expressius.
✳ Defuncto. ꝛc.] Glo. Qꝛ sopita iudeorum p
fidia: Helia ꝛ Enoch predicantib⁹: Judea ver=
bum dei recipiet. Defuncto rege illico cōplices
eius percūt. Sic cessante psecutione: ecclesia ad
celestia inuitatur. ✳ In terram israel.] Nō de
terminat in quā partem: vt dubitāte Joseph an
gelus reuertatur: ꝛ frequenti eius allocutiōe Jo
seph certior reddatur. Qꝛ nō distinxit in quam
partē: ideo Joseph intellexit Judeam: q̄ dignior
pars regni erat. ✳ Defuncti.] Tradunt qui
dam/ qꝛ fecit Herodes super funus suū nobilio
res iudeoꝝ occidere: vt sic cogeret iudeos mor
tem suam flere. ✳ Qui consurgens. ꝛc.] Alle
gorice. Joseph gerit figuram apostolorum: quo
rum officio Christus circumfertur. Apostoli pri
mum venerunt in terram israel: quia primum
predicauerūt iudeis. Sed pro Herode: idest ma
nente hereditaria infidelitate metuūt ꝛ recedūt
admoniti gratiam gentibus predicare ꝛ ad eas
Christum transferre. Nominata terra israel/ vi
sum est Joseph non alicubi talem puerum debe
re habitare: nisi in Hierusalem vbi erat templum
ꝛ celebratio prophetarum. Tamen angelus in=
telligi voluit galileam: quā ꝛ iudei incolebant
quod ostendit sic fuisse predestinatuꝫ: quia Na
zareus vocabitur. ✳ Timuit illo ire.] Si timu
it iudeam pro Archelao herede paterne crude=
litatis: cur non ꝛ Galileam: vbi Herodes alius
frater eius regnabat? Quia Archelaus post pa
trem monarchiaꝫ totius regni obtinuit: sed inso
lescens a Tiberio cesare deiectus est Lugdunum
in exilium/ ꝛ tunc diuisum est regnum in qua
tuor tetrarchias: quarum vnam: idest Galileam
Herodes frater eius obtinuit. Queritur quare
non timuit Joseph ire in Galileam sicut in Ju
deam: cum ꝛ ibi regnaret Archelaus? Sed me
lius potuit in Nazareth: que remota erat late=

re: q̄ in Hierusalem ubi erat caput regni ⁊ assi-
duus Archelaus. * Secessit in partes galilee.
⁊c.] Quod Christus illuc non transfertur/ ubi
regnabat Archelaus: significat quia illis abscō
detur Christus: in quibus regnabit Antichri-
stus. * Nazareth.] Nazareth germen novellū
vel flos campi interpretatur: de cuius radice ger
minis sanctissanctorum ad significanduz eter-
nitatis sue substantiam ascendisse legitur. Si-
cut ergo elegit tempus: quo nasceretur/ ⁊ locuz:
ita ⁊ civitatem: in qua coalesceret: cuius nomē
indicio est/ q̄ ipse sanctitas in sanctitate nutri-
tus sanctussanctorum recte dicitur. Unde ⁊ di-
scipuli eius prius nazarei dicti sunt: sed postea
E a Christo xp̄iani vocati sunt. ¶ Nazareth Ga
lilee: quo transfertur: partem eiusdem gētis: que
fidem susceptura erat/ significat. Unde flos in-
terpretatur: quia ecclesia: quo ardentius a terre
nis ad celestia transmigrat: eo magis virtutum
flore ⁊ germine abundat. * Per prophetas.]
Prophetas pluraliter dicit: quia non habem⁹
fixum de scriptura exemplum: ostendit sensum/
nō verba se sumpsisse. Vel eisdē verbis in Esaia
undecimo capitu. iuxta hebraicam veritatem

Exiet virga de radice Iesse: ⁊ nazareus de radi-
ce eius ascendet.
☞ Applica illud quod ponitur Annotamē- E Auctor.
to. I. D. quinte partis. sermo. Vigiliarum plu-
rimorum apostolorum. Tomo. 2. sez utrum licitū
sit fugere persecutionem. ¶ Vel de annotamen
tis sermonis sancti Ioseph sub themate. * Ec-
ce apparuit angelus dn̄i in somnis Ioseph. ⁊c]
A. ¶ Vel de annotamētis sermōis Epiphanie.
sub themate. * Consurgens accepit puerū. ⁊c]
C. ¶ Vel de annota. sermo. Angelorū: incipien
tib⁹ folio. 76. sub themate. * Ecce apparuit an
gelus. ⁊c.] A. ¶ Vel de annotamētis sermo. In
carnationis. Fol. 2. sub the. * Ut adimplere-
tur quod dictū est per prophetas. ⁊c.] lra. B. D.
¶ Vel de annotamentis ser. Antixp̄i. Fo. 224.
sub themate. * Defuncto Herode. ⁊c.] C. vel
* Secessit in partes. ⁊c.] D. ¶ Vel de annota
mētis ser. Funerum. Fol. 305. sub the * Defun
cti sunt. ⁊c.] C. ¶ Vel de annotam. sermo. Apo
stolorum. Fol. 82. sub thema. * Qui cōsurgens.
⁊c.] C. ¶ Vel de annotamētis sermo. Ecclesie.
Fol. 64. sub themate. * Habitavit in civitate:
que dicit Nazareth.] lra. E.

Epiphanie sermonis annotamēta. Ex prima pte Bib.

.24 Descēdit de came
lo.] Glo. Grego. Mysti. Re-
becca ad Isaac in camelo de-
ducitur: q̄r ecclesiā Rebecca/
camelus gentilē populum: tor
tum moribus: ⁊ onustū idolorum cultibus signifi
cat. Qui cū sibi ex se invenerūt deos/ quos co
lerēt: ab ipsis onus in dorso increvit: quod por
tarent. Ad Christum ergo ex gentilitate eccle-
sia properans/ in tortis vite veteris cōversationi-
bus invenitur. Viso Isaac/ de camelo descēdit:
q̄r redemptorem suuz subtilius agnoscens/ car
nalis vite studia humilius deserit: ⁊ tortitudi-
ni sue ipsa cōtradicit: et ab elatione celsitudinis
humilitatem petit. In camelo sedens prospexit
Isaac: quia adhuc vitijs innixa nedū spiritua
libus: sed animalibus motibus inherens ascen
dit. Nec movere debet q̄ puer cum camelis ve-
nit/ ferens divitias domini sui: quia cum predi
catores ad superiora intelligenda ⁊ proferenda
scientia ⁊ vita emineant/ adhuc contradictionē
carnis tolerant. Roma. 7. d. Video aliam legē
in membris meis repugnantem legi mētis mee.
Divitias in camelis portant: quia ne magnitu
do revelationum extollat/ datus est stimul⁹ car
nis. Celestia ergo loquentes/ ⁊ contradictionē

carnis de vitio sentientes: super tortuosa came-
lorum dorsa divitias portant. * Quis est ille?
⁊c.] Rebecca viso Isaac/ quis sit/ requisito pue
ro cognoscit: quia ecclesia per prophetaruz ⁊ apo
stolorū dicta/ q̄d de christo credere debeāt intel-
ligit. Que se mox pallio cooperuit: quia quāto
christi mysteria penetrat: tanto de ante acta vi-
ta confunditur. Unde infirmitatez suam pallio
operire nititur: ⁊ que prius in camelo libere ge-
statur: descendens verecundia tegitur: cui quasi
verecundanti dicitur. Quē enim fructū habui
stis tunc: in quib⁹ nūc erubescis? * Introduxit
eā in tabernaculū Sare matris sue.] Grego. Al
lego. Hanc Isaac in tabernaculo matris sue in
troduxit: ⁊ uxorem accepit: q̄r in loco synagoge:
de q̄ natus est xp̄s/ ecclesiā diligit: ut q̄ cognatio
ne. i. p̄destinatiōe prima fuerat: amore ꝯiuncta
uxor fiat. * Et intantū dilexit uxorē/ ut dolorē:
q̄ ex morte matris acciderat/ tēperaret.] Grego.
Q̄r ex lucro ecclesie xp̄s tristitiā ex p̄ditione sy-
nagoge detersit: q̄r dū ecclesia ex gentilitate veni
ens usq̄ ad thorū ꝯteplationis p̄ducit/ iudea p̄
nihilo habet. ⁊c. Isaac q̄ risus: Rebecca xo pa
tiētia dicit. Risus vero ex letitia: patiētia ex tri-
bulatiōe. Et q̄uis ecclesia iā sit celesti gaudij cō
tēplatiōe suspēsa: habet tn̄ in se qd̄ de carnis pon
dere doleat. Isaac vero ⁊ Rebecca iunguntur. i. ri

ſus ⁊ patientia: ſm illud Ro.12.c. Spe gaudentes/ in tribulatiōe patiētes: vt ꝓſpera letificēt de cōtemplatiōe/ aduerſa de tribulatiōe ꝑturbent. ☞ Dic ꝙ oīa iſta fuerunt figura huius feſtiuitatis: quia reges magi gentium primitie fuerunt. ꝛc. ¶ Et Interli. Gētilitas aſſumpta dolorem: qui ſibi de ſynagoga venire potuit: mitigauit. ☞ Quere etiam infra Annotamento 22. quinte partis. huius ſermonis. Folio. 49. Columna prima.

¶ 2. Gen. 27. Benedicēs: ait. ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni/ cui bñdixit dñs.] Glo. Grego. Alter ad venandū mittit/ vt benedicat. Alter ꝑ ſuppoſitionē matris a patre bñdicit. Quis paruulorū in facto iuſtoꝝ: nō iuxta ſacre lectiōis hiſtoriam paſcit? Videri aūt poteſt: q2 Jacob primogeniti benedictionē nō per fraudē ſurripuit: ſed debitā accepit: quā a fratre cōparauit. ¶ Allegorice vero Jſaac maioris filij venatione veſci cupit: q2 oipotens deus iudeoꝝ bona operatiōe paſci voluit/ ſed illo tardāte/ minorem Rebecca ſuppoſuit: q2 dū iudaicus popul⁹ bona opa foris querit: gentilē mater gratia introduxit/ vt oipotenti patri cibū boni operis offerret: ⁊ bñdictiōeꝫ maioris acciperet. Cibū ex domeſticis aīalibus ꝑbuit: q2 gentilis popul⁹ de exteriorib⁹ ſacrificiis placere nō querens dicit ꝑs. 55.c. Jn me ſunt deus vota tua: q̄ reddā laudationes tibi. Jacob manus brachia ⁊ collū hedinis pellib⁹ texit: q2 hedus ſolet ꝓ pctō offerri: ⁊ gētilis popul⁹ dū ſe pctōrem ꝯfiteri nō erubeſcit/ carnis in ſe pctā mactauit. Veſtimētis maioris induit: q2 qui ſacre ſcripture ꝑceptis (q̄ maiori populo data ſunt) in bona operatiōe veſtit: ⁊ eis minor in domo vtit: q̄ maior foras exiēs reliquit intus. ¶ Grego. Allego. Jſaac caligātibus oculis Jacob filium neſciens benedixit: q̄ ventura erāt ꝓuidit: ⁊ q̄ pñs aſſiſteret: neſciuit. Cōſtat eñ q2 iudei: q̄ plene legem didicerunt: aduentū xp̄i cognouerūt. vnde Mat. 2. a. Herodes a principib⁹ ſacerdotū inq̄rit/ vbi xp̄s naſceret: cui ꝓtinus reſpōderunt: in Bethleē. Prius ḡnouerāt/ quē paſſionis tēpore cū deſpicerēt: ignorabāt. Quoꝝ notitia prior: ⁊ ignorantia poſterior: Jſaac caligāte ſignat: q̄ duꝫ Jacob benediceret/ q̄d in futuro ei eueniret ꝓuidebat: ſed ꝙ pñs aſſiſteret neſciebat. Sic iudeoꝝ populus ꝓphetie myſteria accepit: ſed cecos oculos in cōtemplatione tenuit: q2 ꝑſentē nō vidit/ de quo multa ī futuro ꝓuidit. Ante ſe eni poſitū cernere nō valuit: cui⁹ aduent⁹ potentiā longe ante nuntiauit. ☞ Reliqua imediate ſequētia quere Annotam̄. 3. ꝑme ꝑtis. ſermonis omnium ſanctoꝝ.

¶ 3. Gen. 28 Profectus venit in Meſopotamiā Syrie] Glo. Jacob fugiens dolos fratris/ relicta domo/ patria ⁊ parētib⁹ vadit in regionē lōginquam: vt accipiat vxorē. Silr xp̄s relictis parētibus ſm carnem. i. iudeis: ⁊ patria. ſ. hieroſolima: ⁊ oibus Judee regiōib⁹ abijt in gētes: vt acciperet ſibi eccleſiā: ſm illud Oſee. 2. d. Vocabo nō plebē meā/ plebem meā. ꝛc. ☞ Poteſt eſſe thema hui⁹ feſti. ⁊ ſcribit Ro. 9.

Ad tondēdas oues. ꝛc.] Glo. Stra. Venit dñs ad oues tondendas. i. pctīs exonerandas. De q̄bus dr̄ Cañ. 4. a. Dētes tui ſicut greges tonſaꝝ. Thamar habitū mutat. nā ⁊ cōmutans interꝑtatur. Mutat habitū ⁊ nomē: ⁊ fit de ſynagoga eccleſia. Sꝫ nomē amaritudinis manet: nō in q̄ fel dño miniſtrauit: ſed in q̄ Petrus amare fleuit. Nā ⁊ Judas cōfeſſio dr̄. Cōfeſſioni ḡ amaritudo miſceat/ vt vera penitētia ꝑſignet. Hac penitētia fecūdet in oibus gētib⁹ eccleſia cōſtituta. Oportebat eñ pati xp̄m ⁊ reſurgere: ⁊ pdicari in noīe eius penitētiā ⁊ remiſſionē pctōꝝ ꝑ oēs gentes. Habit⁹ q̄ꝫ meretricis cōfeſſio pctōrum eſt. Thamar q̄ppe eccleſiā de gētib⁹ vocatā ſignificat: ſedēs cū hoc habitu ad portā Enā: q̄ interꝑtat fons: q2 currebat velut ceru⁹ ad fontes aquaꝝ ꝑuenire ad ſemē Abrahe. Jllo nō cognoſcēte fecundat: ſm illud ꝑs. 17. g. Popul⁹/ quē non cognoui: ſeruiuit mihi. Accepit in occulto annulū: monile: ⁊ virgā: q2 vocatione ſignatur: iuſtificatione decorat: glorificatiōe exaltat. Roma. 8. f. Quos aūt ꝑdeſtinauit: hos ⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit: hos ⁊ iuſtificauit. Sꝫ in occulto vbi cōceptio ſancte vbertatis fit. ☞ Applica tu de vocatione ⁊ iuſtificatiōe gentiū: q2 magi primitie ſunt gentium. ꝛc. Vide hiſtoriā.

Beniamin xo. ꝛc. Dedit Joſeph plauſtra. ꝛc. Cū quinqꝫ ſtolis: tantundem pecunie ⁊ veſtium mittens patri ſuo: addens ⁊ aſinos.] Glo. Hiero. Allegorice. ☞ Quere Annotamento. 4. prime partis. ſermōis apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli. Sequitur imediate. ¶ Mittuntur patri munera: ⁊ Chriſtus ꝓmiſſis muneribus inuitat populum ſuum. Munera portant aſini. i. gentiles inutiles ⁊ laborioſi: nunc autē vtiles portant in typo xp̄i munera: in euāgelio munerum largitorē. * Quo audito Jacob: quaſi de graui ſomno euigilans: tamen non credebat eis. Jlli econtra referebant omnem ordinem rei. ꝛc.] Myſtice. Jſid. Expauit Jacob: ideſt plebs incredula: ſed poſtquaꝫ geſta Chriſti cognouit: reuixit ſpiritus eius: ⁊ qui mortuus videbatur: fide reſurrectionis Chriſti viuificatur. Vocatur ergo a filijs ſuis: ideſt a Petro Paulo ⁊ Johanne populus iudeorum ad gratiam. Occurrit illi Judas: qui interpretatur confeſſio: q2 ꝑcedit cōfeſſio: quos ante ꝑfidia poſſidebat: et ſic Joſeph. i. xp̄s occurrit: q̄ lenē iā etate ſuſcipiat

vltimo tpe populũ iudeoꝝ non ſm merita: ſed ſecundũ electionem gratie: et imponat manum ſuper oculos eius: et cecitatem auferat: quod diſtulit/ vt poſtremus crederet: qui ante non putauit eſſe credendum. Unde Rom. 11. c. Quia cecitas ex parte in iſrael facta eſt: donec plenitudo gentium ſubintraret: et ſic omnis iſrael saluus fieret.

QUid eſt quod tenes. ꝛc.] Gloſa. Grego=
4 rius. ꝛc. ☞ Quere Annotamento. 10. A. prime partis, ſermõis Paſſionis. Folio. 36. columna. 3. Sequitur multo poſt. ✻ Sponſus ſanguinum tu mihi es. ꝛc.] Glo. Myſtice. Sephora eccleſiam de gentibus ſignificat: que preputium filij ſui: ideſt gentilis populi acutiſſima petra: ideſt ſpiritusſancti doctrina: vł illa petra: de qua dicitur. 2. Corinthioꝝ. 10. b. Petra autem erat Chriſtus: ſpoliat: vt mundetur ab omĩ inquinamento carnis et ſpiritus: et exuat veterem hominem cum actibus ſuis. Colloſſenſiũ. 3. b. Stat enim ſanguis circumciſionis/ quando corruptibile hoc induet incorruptionem.

VEſpere comedetis carnes. ꝛc.] Glo. Ori=
16. genes. ☞ Quere annotamento. 3. prime partis, ſermonis Dominice tertie Quadrageſime.

IN latere quoq; ſecundo. ꝛc.] Gloſa. Be=
26. da. Latus meridianũ: quod vergit ad auſtrum: antiquam dei plebem ſignificat: que dudũ lucẽ ſcientie leg accipiens: amore dei feruebat. Latus ſecundum: quod vergit ad aquilonem/ gentes ſignificat: que vſq; ad tempus incarnationis tenebris et frigore infidelitatis torpebant: de quarũ vocatione dicitur Eſa. 43. a. Dicam aquiloni/ da: et auſtro/ noli prohibere. Quaſi dicam populo gentium diu ſine fide algenti. Da de filijs tuis: qui veniant ad fidẽ mee confeſſionis et amoris: et plebi iſraelitice: que iã mee cognitionis lumine fruitur: noli prohibere gentes in ſortẽ electionis recipi. ✻ Ad occidentale. ꝛc.] Beda. Myſtice. Occidentalis plaga: que ad vtrũq; parietem ſuſcipiens edificium tabernaculi conſumat impletionem eccleſie in fine mundi ſignificat: quouſq; fides et operatio vtriuſque populi perſeueratura: quaſi gemini parietis latitudo pertingit: nunq̃ enim vel ante incarnationem defuerũt: qui ex gentibus crederent: nec vnq̃ de populo iudeorũ (q̃uis dãnato) aliqui deſunt fideles. Si quis tamen hoc negare preſumpſerit/ dicamus q̄ ſpirituales vtriuſq; teſtamenti doctores: qui proferunt de theſauro ſuo noua et vetera vſq; ad finẽ ſeculi ſunt in eccleſia permãſuri. ☞ Reliqua quere ibi.

CUmq; meſſueris. ꝛc.] Gloſa. Allegorice.
i.19 Aperte oſtendit quia doctores iudeorum totius legis interpretationem non capiunt: ſed quedam pauperi et proſelyto derelinquũt: gentibus. ſ. quibus dicitur Matth. 5. a. Beati pauperes. ꝛc. Qui et proſelyti ſunt: quia cognationi Abrahe ſe ingerunt. Quod ergo dicit Exod. 20. b. Non occides. Non mechaberis: metant iudeorũ doctores. Que autem ſpiritualem habent interpretationem: ſicut emundationes: ſacrificia et ſimilia concedant eccleſie doctoribus: et que illis mentibus decidunt: ideſt que ipſi nõ intelligunt: intelligunt magi. ꝛc. ☞ vt patet in euãgelio huius feſti. Quere hec in ſenſu morali annotamento. 36. prime par. ſermonis Generał. fol. 251. col. 4. ✻ Nec in vinea tua. ꝛc.] Eſa. 5. b. Uinea domini ſabaoth domus iſrael eſt: que debuit facere vuas: et fecit ſpinas: quondam tamen paucos racemos habuit: ideſt ſanctos diuerſi temporis: quos iudei colligere: et in diuitijs ſuis theſaurizare non poſſunt: quia nõ imitantur vitam eorum: ſed pauperi et proſelyto derelinquunt. Nobiſcũ enim ſunt quotquot iuſti apud eos fuerunt: vnde memorie eorum a nobis/ et non ab illis annis ſingulis celebrantur: vt experimento diuinum eloquium comprobetur.

MItte viros: qui conſiderent terram. ꝛc.] ¶ 10.
Lyra. Allegorice. Per exploratores terre Nu. 13.
promiſſionis ſignificãtur ſacerdotes et ſcribe veteris legis: qui per ſcripturas explorabant chriſti aduentum/ quantum ad tempus: et quantum ad locum: et quantum ad alias circũſtantias. Unde Matthei ſecundo. a. in euangelio hodierne feſtiuitatis. Requirente Herode/ vbi Chriſtus naſceretur: reſponderunt. In Bethleem Jude: allegantes ad hoc ſcripturam: que habetur Michee quinto. a. tamen aliquantulum aliter in verbis. Et tu Bethleem terra Juda nequaquam minima es ex principibus Juda: ex te enim exiet dux: qui regat populum meum iſrael. Unde ſuper illud Matthei. 21. Hic eſt heres. dicit Hieronymus. Ex hoc patet principes iudeorum non ex ignorantia/ ſed inuidia crucifixiſſe dominum Jeſum Chriſtum. Sed quia predicabat contra vitia eorum: ſubuerſa fuit in eis cognitio: quã habebant de ipſo. Xp̃s autem conuenienter poteſt dici terra promiſſionis: eo q̄ ad terram viuentium nos introducit: et quia corpus eius terrenum eſt terra promiſſa nobis in lege et prophetis. Per hoc autem q̄ pauci exploratores: ſcilicet Caleph et Joſue tantum in veritate ſteterunt: alijs ab ea declinantibus et peruertentibus populum: figuratum fuit: q̄ in aduentu Chriſti pauci de doctoribus Judeorum ſtarent in veritate: ſcilicet Nicodemus: Gamaliel: Nathanael et aliqui alij.

aliis a veritate declinantibus: et seducentibus populum: et inducentibus eum ad petendum morte͂ Christi: vt habet͂ Matth. vicesimoseptio. Et Marci.15. Et Luce.23. Apostoli vero: qui steterunt in veritate: non fuerunt de doctoribus iudeorum: sed fuerunt homines simplices et sine litteris (vt habetur Actuu͂.4.c. ☞ Quere fm aliu͂ sensum Anno.63. prime partis. sermo. Prelatoꝝ. Fol.95. Col.3. Et Annot.27. prime partis. sermonis Passionis. fm alium sensum. Folio.39. Col.2.

¶11. Num.22 Misit ergo nuncios. ⁊c.] vsq;. * Venit deus. ⁊c.] Glo. Orige. ☞ Quere Anno. 147. B.C.D. prime par. ser. Gn͂alis. fol. 266. col.2. Sequitur immediate. Si enim ꝓphetie Balaam a Moyse scripte sunt: quantomagis ab his: qui cu͂ eo habitaba͂t in Mesopotamia: apud quos tanq̄ discipulos huiꝰ artis magnificus habebat͂. Ex illo fertur magoꝝ genus ⁊ institutio in partibus orie͂tis vigere. Qui scripta habentes oi͂a que Balaam prophetauerat: hoc inter cetera habuerunt. Quia oriet͂ stella ex Jacob: ⁊ exurget homo ex israel. Nu.24. Jdeo (vt Matth.2.a. dicitur) magi nato dn͂o agnouieru͂t stellam: et intellexeru͂t impleri ꝓphetia͂/ magis q̄ iudei: qui sanctoru͂ ꝓphetaꝝ vaticinia contempserunt. Jlli ergo agnosce͂tes adesse tempus venerunt et adorauerunt: et ad magne fidei argumentu͂ paruum pueru͂/ quasi magnu͂ regem venerati sunt. * Sic dicit Balach filiꝰ Segor. ⁊c.] Allego. Balach exclusio vel deuoratio: in quo significat͂ mundi huius aliqua ꝯtraria potestas: que excludere et deuorare cupit israelem spiritualem: nec vtit͂ ministris/ nisi pontificibus et scribis et phariseis. Jpsos inuitat: mercedem ꝓmittit: illi vero sicut Balaam cuncta simula͂t se ad dn͂m referre: et zelo dei agere. Dicunt enim scrutare scripturas: ⁊ vide: qꝛ ꝓpheta a Galilea no͂ surgit. Joh.5.g. Et nos legem habemus: et fm legem debet mori: qꝛ filium dei se fecit. Joh. 19.b.⁊c. Et mlto post. * Surrexit Balaa͂. ⁊c.] Orige. ☞ Quere Anno.1. prime partis. ser. Dn͂ice Ramoru͂. * Et locuta est.] Jsid. Alleg. Asina cui Balaam sedet: angelum videt et loquitur. i. bruta gentilitas: qua͂ quondam Balaa͂. i. seductor idolatrie quasi brutu͂ animal et nulla ratione renite͂s: quo voluit errore substrauit: angelum vidit: quem homo videre no͂ potuit: et vidit: et detulit: et locuta est/ vt agnosceremus sub aduentu magni angeli: illam gentilem plebem mutata duricie stoliditatisq; natura/ solut[is] deo linguis locuturam.

¶12. Num.23 Et fiat nouissima mea hoꝝ similia] Glo. Hoc in magis: q̄ de oriente primi veneru͂t adorare xp͂m: po͂t intelligi: q̄ de semine Balaa͂ erant per generis successione͂: ⁊ per disciplinet[r]ditione͂. Constat em͂ eos agnouisse stellam: qu[am] predixerat Balaa͂ in israel orituram. ☞ Qu[e]re infra annot. ꝓximo huius partis ⁊ sermon[is].

Orietur stella ex Jacob. ⁊c.] Glo. Orig[e]. De hac stella in eua͂gelio dicitur Matth. 2.b. Qꝛ veniens stetit supra: vbi erat puer. Si[ue] si inde discesserit/ vel euanuerit: vel assump[ta] sit: vel quid omnino inde factu͂ fuerit: non dic[itur]. Sed forte sicut in baptismo super Christum [spi]ritus quasi columba descendit: et mansit sup[er] eum: et vox patris audita est. Matthei.3.b. Hic est filius meus dilectus. Jta et stella: que veni[t] supra vbi erat puer: et stetit: in Christo perman[sit]. Et sicut ibi venisse spiritum dei super eum: [et] mansisse in eo: ita accipimus/ q̄ nunq̄ ab eo [re]cessit spiritus dei: ita stella que venit et stetit [su]per eum: nunq̄ discessit. Jdeo diuinitatis ei[us] indicium/ illam stellam fuisse opinor. Ordo [huius] prophetie idem ostendit: cum de diuinitate d[i]cit. Orietur stella ex Jacob. De humanitate v[e]ro: exurgetq; homo ex israel: vt vtrumq; euide[n]ter prophetatum appareat. * Et perdat. ⁊c. Lyra. Videbo eum: sed non modo: quia Ba[]laam filius Beor non vidit eum in persona p[ro]pria: sed in posteris suis: quia magi: qui vene[]runt adorare Christum natum: fuerunt de stir[]pe Balaam. ⁊c. ☞ Quere ibi: et supra ann[o]tamento proximo huius partis et sermonis.

His itaq; gestis: accidit vt peccare͂t duo e[u]nuchi: pincerna regis egypti/ et pistor do[]mino suo. ⁊c.] Lyra. Moraliter. Per rege͂ egy[]pti ratione regie dignitatis potest deus intell[i]gi: per duos autem eunuchos/ duo populi: sc[i]licet gentiles et iudei: qui ambo peccauerunt omnium regi. Romanorum.3.c. Omnes enim peccauerunt et egent gratia dei. Et p pincern[am] q̄ ponit͂ primus: intelligit͂ populus gentilis: [et] per pistorem: qui ponitur secundus: popul[us] iudaicus. Gentilitas em͂ incepit ab initio mu[n]di. Judea vero a tempore Abrahe quando cir[]cumcisionem accepit: que est signu͂ distinguen[s] israel a gentibus. * Misit eos in carcere͂.] P[er] carcerem istum intelligit͂ penalitas vite presen[]tis: in qua fueru͂t gentiles et iudei. Per Joseph autem: qui fuit cu͂ eis: ꝓpter eius innocentiam intelligitur Chrisꝰ: de quo dicit͂ Joh.1.e. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Jpse vero inquantu͂ homo fuit in carcere penalitatis predicte: quam assumpsit: voluntarie ad satisfa[]ciendum pro peccatis humane creature: et ipse predixit vocationem gentium ad fidem: que p[er] pincernam significantur: et reprobationem iu[]deorum: qui significa͂tur per pistorem. De ver[o] que vero dicitur Matthei octauo.b. Multi v[enient]

nient ab oriēte et occidente: et recumbent cum Abraham/ Isaac/ et Jacob in regno celorū: filij autem regni eijciētur in tenebras exteriores. Et ista vocatio gentium per apostolorū predicationem/ et obstinatio iudeorū facte sunt post tres dies: per quos tria tempora designātur .s. tempus nature: tempus legis mosaice: et tempus gratie: quod incepit a Christi incarnatione. ☞ Reliqua q̄re anno .8. p̄me par. ser. Pctoꝝ. fol. 190. col. 3. Applica tu: q͛ incepit ab hac die Epiphanie: et deinceps. ꝛc.

4 SI acceperit homo vxorem. ꝛc.] Glo. Grego. Moraliter. ☞ Quere annota. 50. prime par. sermōis Religiosoꝝ. Fol. 141. col. 2. ¶ Mystice. Christus vxorem sibi accepit: cū synagogam sibi copulauit: quā legem tribuendo in iudicio et iusticia et misericordia despōsauit: sed illa nō inuenit gratiam ꝓpter incredulitatē et idolatrie feditatem. Scripsit ei libellū repudij .i. euangeliū: in quo declaratur q̄ indigna fuerit spiritualis consortij: cū xp̄m crucifigendum tradidit: Barrabā elegit. Dat᷒ est in manus eius libellus repudij: cum potestas data est crucifigendi. Ideo de domo .i. de ecclesia eiecta est. Vn̄ Matth. 8. b. Multi venient ab oriente et occidēte: et recūbent cū Abraham/ Isaac. ꝛc. Quod aūt sequitur. * Cumq̄ egressa alterum maritū duxerit.] Significat q͛ licȝ apl'i post passionem ꝛ resurrectionē christi eam ad fidem ꝛ penitentiā ꝓuocauerint: et spūalib᷒ nuptijs copulare voluerint: tanq̄ indigna et errore polluta abominabilis permansit. Unde Act. 13. g. Vobis oportebat primū loqui verbū dei: sȝ qm̄. ꝛc. ☞ Quere infra ſm alium sensuȝ Annot. 4. prime partis. sermonis Dominice .1. post octauas Epiphanie.

18. PRouide aūt de om̄i plebe viros. ꝛc.] Glo. Ad custodiā humilitatꝭ ab alienigena instruitur: ne qui tot arcana dei ab ipso deo discebat/ extolleret: et putaret se humano consilio nō egere. Prefigurabat etiam q͛ doctrina gentiuȝ/ iudeoꝝ scientiā et supbiā superaret: et que in lege deerant/ fideles ex gentibus cōplenda suggererent: et spiritualem intellectū ad legem dei afferrent. Sciebat quoq̄ Moyses q꞉ hunc populum lex audiret: et faceret quecūq̄ diceret: legis quoq̄ diminutio suggerente euangelio fieret.

7. 8 OMnem medullam olei ꝛ vini ac frumēti: q̄cquid offerūt primitiaꝝ dn̄o/ tibi dedi.] Origen̄. Mystice. Ostēdimus mandatū de primitijs frugum vel pecoꝝ debere etiā ſm litteraȝ stare: videamus quomodo spiritualiter intelligatur. hic enim ait. Omnes primitie olei: vini: et frumenti: hoꝝ omniū primitie: que oblate fuerint dn̄o: tibi ea tradidi. Si aūt omnes primitie ad pontificem pertinent: pontifex requirendus est: ad quem pertinere debeant/ etiam ille primitie: quas in alijs locis etiaȝ inuenimus. De xp̄o autem legimus: quia sit primitie mortuoruȝ .1. Coꝝ. 15. c. Est ergo in aliqua parte p̄mitie. Dicit etiam Apl's de quibusdaȝ .1. Coꝝ. 16. c. quia sunt primitie Asie: et alij Achaie primitie. Consequēs ergo est ꝑ singulas ecclesias aliquos primitias nominari. De quibus est Cornelius (vt dicitur Actuū. 10. b.) qui Cesarien̄. ecclesie cum his: qui cum eo spiritumsanctū susceperunt: primitie dicitur: et forte omniū gentium: de quib᷒ primus credidit: et primus spiritumsanctū meruit. Matth. 13. a. Ager autem mūdus dicitur. Ager autem nō terre solum: sed corda humana: quē angeli exceperunt excolendum. Culture ergo sue fructus ipsi possident: eos .s. qui sub ꝓcuratoribus et auctorib᷒ agunt: ꝛ nōdum ad summam etatis perfectionem peruenerunt. Perfectos vero tanq̄ electos et precipuos offerunt primitias pontifici magno. Inuenimus ip̄m Cornelium anteq̄ doctrinā verbi vel gratiā baptismi a Petro susciperet: audisse ab angelo: quia orationes eius et elemosyne ascēdissent ad deū. Actuū. 10. b. Unde per angelum videtur quasi primitie deo oblatus. ¶ Christ᷒ est primitie primitiarum. Cornelius primitie gentiū. Alij primitie ecclesiarū: sicut quidam primitie Asie: alij Achaie. ¶ Origen̄. ꝛc. ☞ Quere Annotamento. 15. prime partis. sermonis Angelorum. Folio. 77. Columna. 4.

ET videns eum elegantē/ abscondit tribus mensib᷒. ꝛc.] Glo. Orige. Alleg. Pharaonis filia est ecclesia de gentib᷒ cōgregata: cui ꝑ ꝓphetā dicitur p̄s. 44. c. Obliuiscere populuȝ tuū: et domū patris tui: q꞉ ↄcupiuit rex speciem tuā. Hec est ḡ que exiuit de domo patris: et venit ad aq̄s/ vt lauaret a pctis: que cōtraxerat in domo patrꝭ: et statim viscera misericordie suscepit: et miserta est infantis: hec veniens in palude inuenit Moysen iacentē expositū a suis: et fecit eū nutriri. Nutritur apud suos: ibi agit infantiā: fortior factus ducitur ad eam: adoptatur in filium. Moyses legem significat: veniens ergo ecclesia ad aquas baptismi suscepit legem intra tibin conclusam/ et bitumine linitam. Tibin ergo est tegmen ex papyro contextuȝ et virgis: vel ex cortice arborum formatum. Jacebat ergo lex clausa intra huiusmodi tegmina: pice et bitumine linita: vilibus scilicet et tetris iudeorum sensib᷒ sordebat oblita: vsquequo ecclesia veniret ex gentib᷒: et assumeret eam de luteis et palustrib᷒ locis/ intra sapiētie aulas et regalia tecta. Infantiam tamen apud suos transigit: apud illos enim: qui eam spiritualiter non intelligunt; ¶ 18. Exod. 2.

paruula est et infans: z lactantiũ habens cibos.
Cum ad ecclesiã venit fortior est Moyses et va
lidior: amoto enim velamine littere perfectus in
lectione eius cibus inuenitur. Mercedem nutri
mentorũ accipit a filia Pharaonis: apud quaz
lex nascitur et nutrit. Sed quid est quod syna=
goga accipit ab ecclesia? puto illud quod Moy
ses dicit. Ego in non gentem in emulationẽ vos
inducam in gentem insipientẽ: in iram vos con
citabo. Synagoga ergo de ecclesia hanc merce=
dem accipit: vt vltra idola nõ colat. Videns er=
go gentiles ita ad deũ conuersos: vt vltra idola
nesciãt: erubescit vltra idola colere. Nos quoqz
si Pharaonẽ habuimus patrem: si nos in operi
bus malis genuit: cũ venerimus ad aquas/ as=
sumamus legem dei: non nobis sordeant littere
velut teginen obscurũ: que parua eius sunt z la
ctantia comedamus: que perfecta/ sumamus: z
intra cordis tecta regalia collocemus: grandem
z validũ habemus Moysen: nihil de eo paruũ/
nihil vile sentiamus: sed totum magnificũ: totũ
egregium: totum elegans: totũ enim magnum
est: quod spirituale est: et sublimis intelligentie.
* Cernensqz in ea paruulum vagientem. zc.]
Isido. Mystice. Moyses. i. Christus: ad flumẽ
lauacri/ et aquaz baptismi a fidelibus inuenit.
Moyses plorabat: et Christus veteris hominis:
quem induerat: peccata deflebat. Unde resusci
tando Lazarũ fleuit: iudeoz deplorãs perfidiaz
vel miseriã. Filia Pharaonis descendens ad la
uacrum fluminis collegit infantem: qz de genti
bus ecclesia lauacri salutaris sanctificationẽ de
siderans excepit a synagoga matre carnali chri
stum expulsum quasi infantẽ: qui tunc paruu=
lus videbat: cum in homine cerneret. Inuenit
illa Moysen clausum in vasculo multis agre=
stibus virgultisqz contexto: et ecclesia Christum
reconditum in cordibus sanctoz: qui in vnita=
te cõtexti ex multis personis omnes in Christo
vnũ corpus efficiunt: et cũ religiosa obseruatio
ne suscipientes tuentur.
¶19. Quod cũ vidisset. zc. Dixitqz. Benedict⁹.
Gen. 9. zc.] Glo. Isid. zc. ☞ Quere An. 3. A.
B. prime partis. sermõis Passionis. fol. 35. co. 2
¶20. Misit me deus ante vos in egyptũ pro salu
Gen. 45 te vestra.] Glo. Aug. Mystice. Quid est
qd iuxta alia exemplaria ita legit. Misit em̃ me
deus ante vos: remanere reliquias vestras sup
terram: et enutrire semen reliquiarũ vestrarum
magnum? Hoc enim nõ vsquequaqz consonat:
vt reliquias Jacob accipiamus etiaz filios ei⁹:
cũ oẽs sint incolumes: an forte illud significat se
creto mysterio: qd Apl's ait Ro. 9. f. Reliquie p
electionẽ gratie salue facte sũt? Ad h em̃ occisus
est Christus a iudeis: et traditus est gentibus/

tanqz Joseph egyptijs a fratribus. Vñ. 2. Co
11. c. Nam et ego Israelita sum: vt et plenitud
gentium intraret: et sic omnis israel saluus fi
ret. Sequit postea. * Et gauisus est Pharao
atqz omnis familia eius. zc.] Hec verba Pha
raonis: que ad Joseph de Jacob et filijs eius l
cutus est: significant gaudia gentilis populi
conuersione iudeoz. Magna enim deuotio
ecclesie gentiũ/ ꝙ israeliticus populus ad fide
veniat. Quibus: si conuertant et fidei partic
pes extiterint: ꝓmittit spirituales opes virtu
et gratiam spiritus: quã qui accipit: indigen
boni nõ laborabit. * Et gauisus est Pharao
Interli. Qui typum gentilis populi gerit: q
uisurus est in fine de conuersione iudaici po
li. * Dixitqz ad Joseph/ vt imperaret fratrib
suis.] Christus apostolis suis imperat: dicens
* Onerantes iumenta.] Hec figura fuit gen
lis populi: q ignobilis: postea onus Christi
te subijt. ☞ Reliqua quere ibi.
Ex cunctis. zc.] Glo. Aug. zc. ☞ Qu
re An. 1. F. prime par. ser. Ecclie. fol. 64
col. 3. Et applica quõ hodie ex vtroqz populo
stituta fuit ecclesia. Cũ Maria et Joseph et c
reges adorauerunt Christum. zc.
Postqz autem. zc.] Glo. zc. ☞ Que
Annotamento. 2. B. C. prime partis. ser
monis Ecclesie. Fol. 64. col. 4.

Ex secũda parte Biblie

Et in hac nocte aream venti
lat. zc.] Glosa. Aream syn
gogam iudeorum: vbi leg
horreum conditum est: han
Christus ventilat: quãdo in
area euangelium predicans
singulorum consilia et volun
tates erga se triturat. Vñ Joh. 2. d. Jesus nõ cre
debat semetipsum eis: eo ꝙ ipse nosset omnes: e
non erat opus ei/ vt quis testimoniũ perhiber
de homine. * Non te videat homo. zc.] Quia
fides gentiũ ecclesie non ante apparuit/ qz Chri
stus mysteriũ incarnatiõis sue impleuit: quan
do corporaliter inter homines viuens: cibo a
potu vsus est: et tandem cenans cum discipulis
suis/ corporis et sanguinis sui sacramenta com
municauit eis. Impleto autem mysterio dispen
sationis Christi: ecclesia de gentibus ad fidem
fiducialiter accessit. zc. ☞ Quere secundum
alium sensum Annotamento. 46. secunde par
tis. Sermonis Religiosorum. Folio. 151. Co=
lumna. 1. 2. et. 3. ¶ Capitu. quarto. * De nuru
em̃ tua natus est: qui te diliget. zc.] Nurus sy
nagoge gẽtilis ecclesia est: que nupsit Christo

synagoga natō. Quem.s.per legem gignere nō potuit: per ꝓphetie mysteriū susceptū sub velamine figurarū portabat occultū: et nutricis fungebatur officio: quia matris carebat ꝓuilegio. ☞ Reliqua quere ibi.

Fuit vir vnus.] Lyra. Moraliter. Alleg. Per virum istum fuit significatus Christus: qui Luce.24.c. dicitur vir potens in opere et sermone. Et bene dicit̄ vnus: q2 nullus alius fuit: nec est: nec erit deus et homo in vna ꝑsona: * De Ramathin de mōte Effraim] Idest excelsis speculationibus. Nam in Christo est duplex speculatio.s. diuina et humana: ⁊ quelibet est excelsa. Nam in speculatione diuina cognoscit perfecte seipsum et omnia facta facieda et fieri possibilia. Speculatiōe vero humana cognoscit omnia: que deus cognoscit: noticia visiōis. * Et nomen eius Helchana. ⁊c.] Qui interpretatur dei possessio: nam homo Christ⁹ est totus deificatus a deo et possessus. * Et habuit duas vxores. Nomen vni Anna: et nomen secunde Phenenna. ⁊c.] Per quas synagoga et ecclesia significantur: vel iudea et gentilitas. * Fueruntqꝫ Phenenne filij.] Per quam significatur Iudea: que filios habuit: scilicet prophetas et legisperitos. * Anne autem non erant liberi.] Per quā significatur gentilitas: que legem diuinā nō habuit: nec prophetas. ꝑs.147 b. Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua nō manifestauit eis. * Deditqꝫ Phenēne vxori sue: et cunctis filijs eius et filiabus partes.] Nam deus prophetis et regibus et sacerdotib⁹ iudeorum fecit gratias multas: qui dicuntur filij Iudee. * Anne autem.] Idest gentilitati. * Dedit partem vnā tristis.] In hebreo habetur. Vnam partem pulchram. Per quam intelligi potest Paulus apostolus a Christo datus doctor gentiū: sicut ipse dicit Gal.2.b. Qui eñ operatus est Petro in apostolatū circumcisionis: operatus est et mihi inter gentes. * Porro illa flebat: et nō capiebat cibum. ⁊c.] Gentiles eñ ad fidem Christi conuersi flebant et ieiunabant ꝑpter peccata in gentilitate cōmissa: et maxime in idolorum cultura. Conuersi vero de iudaismo non habebant talem occasionē flendi et ieiunandi: quia nō fuerant idolatre: sed cultores vnius veri dei. * Concepit Anna: ⁊ peperit filium. ⁊c. Per quod significat̄ ꝙ gentilitas conuersa fructificauit in bonis opibus: que dici possunt ei⁹ filij: q2 ꝓcedūt a libero arbitrio: sicut ꝓles ab vtero: mouente spiritusancto. ☞ Quere ibi ſm alios sensus.

4.5 Et tulerunt inde arcā federis dñi.] Glosa. Filij israel tulerunt arcā: vbi capta est. Et fideles ex iudeis duo testamēta ad gentes transtulerunt. Et sequitur. * Et arca dei capta est.] Arca ab alienigenis capta: testamentū ad gentes transiturū significat. ¶ Et cap. sequenti.s.5. * Et ebullierunt ville.] Lyra. Per arcam dñi signatur sacra scriptura. Nam vetus testamentū figuris multiplicib⁹ et ꝓphetijs clamat xp̄m passurū: et nouum testamentū factis mirabilibus clamat ipsum passum. Trāslatio vero arce a iudea in philistinoꝝ terram: signat trāslationem sacre scripture (quantū ad eius sanum intellectū) a iudeis ad populum ex gentibus credentem. Per casum aūt Dagon de loco suo: significatur in gentibus credentib⁹ idolatrie deiectio. ¶ Et capi. sequēti.s.6. * Miserunt nuncios. ⁊c.] Glo. Rab. Significat̄ translatio testamenti dñi a iudeis ad gentes: quia cum illi carnali obseruantia atqꝫ phariseoꝝ superstitiōib⁹ legem fedarent xp̄i: et discipuloꝝ eius doctrinā recusauerūt. Vñ Actu.13.g. Vobis oportebat primū loqui verbum dei. Sed q2 indignos vos iudicatis: ecce cōuertimur ad gentes. ☞ Reliqua quere in his cap. et in tex. Et applica.

Ille autem apprehendit summitatem pallij eius. ⁊c.] Glo. Augustinus. Populi israel figura est Saul: qui regnum fuerat amissurus: Christo per nouum testamentū specialiter regnaturo. De quo dicitur. Dabit illud ꝓximo tuo bono super te.i. meliori. Vel ideo super te: q2 bonus. Vnde ꝑs.109.a. Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis: in quibus est israel. Cui suo persecutori regnum abstulit Christus: ꝙuis et ibi esset israel: in quo nō erat dolus quasi frumentum illarum palearum. Inde eñ apostoli: inde martyres: quorum primus Stephanus. Inde ecclesie magnificantes deum. Vnde sequitur. Et diuidetur israel in duo: in israel scilicet inimicum Christo: et in israel adherentem Christo. In israel ad ancillam: et in israel pertinentem ad liberam. Hec duo simul primū erāt: donec sterilis per gratiam fecundata clamaret. Eijce ancillam et filium eius. ⁊c.] ☞ Reliqua quere ibi: et dic/ ꝙ ista sterilis erat gentilitas: que hodie fecundata est adherens Christo: ex qua reges magi venerant. ¶ 4. 1.re.15.

Adonias aūt filius Achit eleuabat/ dicēs. Ego regnabo. ⁊c.] Glo. Adonias iudaicum populum significat: q maior filius esse videtur: q2 prior legē suscepit: et gentilē populū: q per gratiā dei posterior vocatus est/ spernens: se solum cum dño regnare putauit. Adonias eñ dominator dñs interpretat̄. Sed ecclesie populus cū vero Salomōe.i. pacifico nostro: cui⁹ ipse corpus est per diuinā ordinationem: in regnum substituitur: de quo merito ꝑdic maior filius: idest prior populus precipitatur. ¶ 5. 3.reg.1.

* Et aptis thesauris suis/ obtulerunt ei munera.] Non q̄ tunc aperuerunt: sed q2 prius aperuerant: qn̄ scꝫ de terra sua recesserūt: et inde munera apportauerunt. * Aurum/ thus/ et myrrham.] Ista tria obtulit quilibet ipsoꝝ. Tum q2 de talibus faciebant exenia reges arabū: tum q2 per auꝝ signabant regiam dignitatem. Per myrrham hoīs mortalitatē: q2 myrrha solent inungi corpora mortuorū. Per thus ipsius diuinitatem: quia thus ad honorem diuinū concrematur. ¶ Uel aliter secundum alios. Obtulerunt aurum ad sustentationē pauperis matris et filij: thus contra fetorem loci: et myrrham ad consolidandum membra pueri. * Et responso accepto in somnis/ ne redirent ad Herodem.] G
Scꝫ ab angelo ex diuina reuelatiōe. * Per aliam viam reuersi sunt in regionē suam.] Peracto.s. obsequio: quia descenderūt ad mare: et inde per nauem transfretantem in Tharsis abierunt: p̄pter quod Herodes iratus postea naues tharsensiū incendit: fm q̄ fuerat prophetatū per Dauid.ps.47.b. Jn spiritu vehementi conteret naues Tharsis.
* Uidimus eīm stellam.ꝛc.] Moraliter. Per illam stellam signat̄ virgo Maria: que interpretatur maris stella. Hec autem stella apparet magis condescendendo sibi deuotis: et eos nauigātes per huius mūdi mare turbulentū dirigit ad portū salutis: q̄ xp̄s est. Et ipsum inueniētes venerantur. Offerentes ei munera.s. aurū charitatis: et thus deuote oratiōis: et myrrham carnis mortificationis: q2 cū caro rationabiliter castigatur: ad celestia spiritus eleuat̄. * Et responso accepto in sōnis/ ne redirēt ad Herodē.ꝛc.] Per hoc admonemur: q̄ cū malis hoīb⁹ non ꝫham⁹ aliquā societatē. Prouẽ.13.d. Qui cū sapiētib⁹ H Moralr I

gradif:sapiēs erit. Amic⁹ stultoꝝ simil' efficief.
Per Herodem vero:q̄ sub specie religionis vo=
luit occidere xp̄m:signaf hypocrita: q̄ q̄ntuz est
in se/xp̄m occidit:fm illud Heb.6.b. Rursū cru
cifigentes sibimetipsis filium dei. Nam fm Hie
ro. Simulata sanctitas duplex est iniq̄tas. Per
scribas aūt et sacerdotes:qui locum natiuitatis
xp̄i ex Michea ꝓpheta declarauerūt: et tū ip̄m
natum nō adorauerūt:sed magis ꝑsecuti sunt:
signanf doctores bone doctrīe:sed male vite: q2
quē p̄dicāt sana doctrina:ꝑsequūtur mala vita.
k Glosa. ✱ Cum natus esset.ꝛc.] Glo. Quāuis Mat=
theus natiuitatē pretermittat: tū aduentū ma=
gorum referens:breuiter cum cōmemorat/sic di
cens. ✱ Cū natus: ꝛc.] Quattuor hic ponunf
a ꝓphetis roborata:natiuitas/nomen/locus/
et tempus. De natiuitate dn̄i in Bethleē Mat=
theus et Lucas ꝯsentiens: sed quomodo et qua
occasione ad eū venerint Joseph et Maria Lu=
cas exponit: Matthe⁹ p̄terit: sicut et cetera vsq3
ad circūcisionē:sicut ecōtra de aduentu magoꝝ
Lucas tacet:et Mattheus exponit. ✱ Bethleē
Jude.] Ad differentiā illius:que est in Galilea
in tribu Zabulon. Due eñ sunt Bethleē: Beth
leem prius dicta est Ephrata. Bethleē dom⁹ pa
nis:q2 ibi nascitur⁹ erat panis viuus: q̄ de celo
descendit:q̄ ponif in presepio: vt irrationabiles
pastos faciat socios angeloꝝ. Significat aūt ec
clesiā:que est domus:in qua panis viuus come
ditur. ✱ In dieb⁹ Herodis.] Hoc nō ponit tm̄
ꝓ tēpore:sed vt videaf impletum. Non deficiet
pīceps de Juda.ꝛc. ✱ In dieb⁹ Herodis reg[]
Finito.s.regno iudeoꝝ:qn̄ iā Herodes alienige
na in gente iudeoꝝ regnū sibi occupauerat: im
pleta ꝓphetia:que dicit. Cum venerit sanctus
sanctorū/cessabit vnctio vestra. Dan̄.9.f. ✱ Ec
ce magi.] Magi nō malefici: sed ph̄i chaldeo=
rum:q̄ de singulis philosophanf. Et fuerunt (vt
dicif) de genere Balaā:et successores doctrinaꝝ
eius. In istis fides gentiū: vt primitie deo conse
cratur. Hi predicant natiuitatē: locū nesciūt: iu
dei locū insinuant: tempus aduētus nō cogno
scunt. Venerunt magi:non post annuz:q2 tunc
non inueniref in presepio:sed in egypto: sed ter=
tiadecima die. Fuerunt aūt de terra persaꝝ: vbi
et Saba fluuius:a quo regio noiaf: iuxta quā
et Arabia est:vbi magi fuerunt reges. Qui et si
tria munera obtulisse dicunf:nō ideo nō plures
q̄ tres fuisse probanf:sed vt ꝑ eos gentes:que ex
tribus filijs Noe nate sunt: vētūre ad fidem pre
figurentur. Vel tot fuerunt principes:q̄ multos
duxerūt in suo comitatu. Ideo magi apud Hie
rosolymā precipue natū regem querunt: q2 per
Balaā de israel nasciturū audierūt. Noua eñ
stella/nouū hoiem indicabat. Stella xp̄s: quez

seq̄ debemus:q̄ nisi in cordib⁹ oriaf:rex iude
in oriente nō querif. ✱ Ubi est:q̄ natus est r
iudeorum?] Confusio iudeorū est: vbi xp̄i na
tiuitatem a gentibus discunt:et si nō credunt
excusabiles sunt. ✱ Uidimus eñ stellam ei
ꝛc.] Hierony. Hec stella dominice natiuitat
nuncia:nunq̄ prius apparuit:sed eam tunc
er creauit:et magis preuiā deputauit: que m
peracto officio esse desijt. Christum nondum
quentē/muta stella predicat: postea loquēt
loquentes apl'i nunciauerunt. Judeis tanq̄
tione vtentibus/substantia rationalis.i. ang
lus ortū Christi nunciauit. Magos vero pa
tias gentiū nondum ratione vtentiū irration
lis.i.stella perduxit. Pastoribus angeli: ma
stella: vtrisq3 tū loquitur lingua celoꝝ: q2 iā
sabat lingua ꝓphetaꝝ. Utrum stella orta s
oriente:an ipsi ibi positi natā ad occidentē v
rint/ambiguū est. Potuit eñ nasci in oriente
eos in Hierusalem perducere. Sed dum hu
num quasi ex lege querunt auxiliū: diuino
seruntur. Per stellam intellexerunt eum in Iu
dea natū:et ideo Hierl'm veniūt: vbi locū di
tes:tunc aggressi iter primū/habent stellā p
quā recognoscūt. ¶ Allego. Stella est illumi
tio fidei:q̄ ad xp̄m ducit. Dū diuertūt ad iud
os:eā amittūt:q2 dū a malis ꝯsiliū querūt/v
illuminationē ꝑdūt. ✱ Audiens aūt Herod
rex.] Rex dicif: vt ex collatiōe ei⁹:qui q̄rif:
intelligaf extrane⁹:q2 iā defecerat ꝓpri⁹. ✱
diens aūt Herodes.] Aliū regem iudeoꝝ/q̄
q̄ri: volebat eñ (cū esset alienigena) legitim
rex videri:et ideo codices:q̄b⁹ genealogia te
tur/cremauit. ✱ Turbatus est:et ois Hiero
lyma cū illo.] Vel q2 exitiū regni sui timet:
ꝓpter iram romanoꝝ:si hoc patereſ: qui dec
uerant:ne q̄s rex vel dn̄s sine eoꝝ ꝯsilio dicer
Nato rege celi rex terre turbatus est:quia nu
rum terrena altitudo confunditur: cum celes
celsitudo predicatur. Cum illo. Propter fau
rem: quia sepe populus plus eis iniuste fau
quos crudeles sustinet. Unde Prouerbioꝝ.
b. Rex iniustus oēs ministros impios hab
✱ Et congregans omnes.ꝛc.] Nota dilig
am inquirentis: vt si inuenerit/faciat: q̄d p
se velle ostendit:sin autem: excusatus sit rom
nis. Explorabat etiam si rex eorum tristes v
tos faciat iudeos. ✱ Ubi xp̄s?] A iudeis q̄
locū:a magis tp̄s: vt de vtroq3 fiat certus. ✱
Bethleē Jude.ꝛc.] Locū natiuitatis exprim
quem testimonio scripture didicerūt: vt ipsa c
rum scientia illis fieret ad testimonium dam
tionis:nobis ad adiutorium fidei. Ex hoc p
tet q2 non ex ignorātia: sed ex cordis duricia c
dere noluerīt. ✱ Et tu Bethleē] Hoc sic ponit v

ab eis dictū est: qr et si nō verba: veritatē sensus quodammodo ponunt. In hebreo sic est. Et tu Bethleē Ephrata parua es in milibus Iuda. ex te mihi egredietur: qui sit dn̄ator in israel: et egressus eius ab initio a dieb⁹ eternitatis. Et est sensus: et si sis paruus viculus cōparata ciuitatibus Iude: vbi tanta milia: tn̄ nō es minima: quia ex te egredietur magnus Christus: q̄ non tn̄ de Dauid: quia egressus eius ex mea cōstat substantia: natus a diebus eternitatis: quia in principio erat verbū. ¶ Antiqtus Ephrata: postea Bethleem. Mystice est dicta Ephrata: furorem vidit: qd̄ premonstrat insaniam Herodis: q̄ ibi pueros occidit. Uel Ephrata frugifera: q̄ colit agrū vite. Merito in eo loco Christus nascit̄: qui totius ecclesie typum gerit: et ex nomine innuit Christum pabulū vite cunctis. * Terra Iuda.] In hebreo Ephrata. Bethleē est dom⁹ panis: Ephrata speculū. Que sunt dom⁹ iste/ nisi fidelium mentes panem angeloꝝ manducātes: et quantū in hac vita mortali conceditr̄/ gloriam dn̄i speculantes? In quibus xp̄s iam p fidem natus: de gentilitate velut de lōginquo venientibus per falsorum doctoꝝ demonstrationē aliquādo queritur: et inuent⁹ adorat̄. * Clam vocatis magis.] Remotis sacerdotibus et scribis: timebat eīn ne iudei quasi ex dei oraculo p missum occultarent: si se velle eum perimere sentirent. Ideo etiā pmisit se adorare: ne quis sentiret dolum eius: sed sine suspitione ob gratiā fauoris ei renunciarent. * Adorem eum.] Herodes deuotionē pmittit: sʒ gladiū acuit: malitiā cordis depingens colore humilitatis. Fingit se vultu et verbis adorare eum: quē inuida mente cogitabat occidere: cuius personā representāt hypocrite: qui dum ficte deū querūt: nunq̄ merentur inuenire. * Et ecce stella: quā viderāt in oriente] Ingressi iudeā deserūtur indicio stelle: vt cogant̄ ex lege inquirere. Uel diuino deseruntur auxilio: qui querūt humanū. Nec debebāt signū infidelibus datum apparere domesticis legis et pphetarū: qr si Moysen et prophetas non audiūt: neq̄ si quis ex mortuis. ⁊c. Non tenuit ethereas vias: sed multum domui vicina: aliter nō discerneret domū. ¶ Moraliter. Stella est bona exhortatio ducens ad xp̄m. Uel poti⁹ fides: q̄ est mentis illuminatio: p quā ingredie̅s: xp̄m videt: q̄ ē stella matutina: et eo viso gaudet gaudio: et adorare nō desinit. * Gauisi sūt gaudio magno valde.] Gaudio gaudet: q̄ pꝑter deū (q̄ veꝝ gaudiuʒ est) gaudet. Addit et magno: quo nihil est mai⁹: Et valde gauisi: qr de magno pōt ali⁹ plus/ alius minus gaudere. * Et intrātes domū.] Tres magi vno itinere deū veniūt adorare: qr in vno xp̄o (q̄ est via) inseparabilis trinitas ab eis erat adorāda. * Puer cū Maria.] Sepe puer noiat̄: vt cū agnoscant: de q̄ dictū est Esa. 9. b. Puer nat⁹ est nobis. Cur nō ⁊ Joseph cum Maria inuentus est a magis? Ne aliq̄ ide male suspitiōis occasio daret̄ gentib⁹: q̄ pmitias suas statim nato saluatore ad eū adorādum miserūt. * Adorauerūt.] Sic ꝯfitētes deū: quē factū esse hoiem intelligūt: et morituꝝ: qd̄ p myrrham ostēdunt. * Et aptis. ⁊c.] Fidem suā mysticis ꝓstant̄ munerib⁹. Munera clausa fides est cordis: munera apta ꝯfessio est oris. In thure ꝯfundit̄ Arri⁹: q̄ soli patri sacrificādū esse ꝯtendit. In myrrha Maniche⁹: q̄ xp̄m mortuū non credit. In auro vterq̄: qr et Manichr⁹ de semine Dauid regē natū nō credit: et Arri⁹ solā ei seruitutē ascribit. * Et aptis.] Moraliter. Magnū religiōis sacramentū hic apit̄: vt (fide p̄uia) thesauros nr̄os in via nō pandam⁹: donec p̄teritis hostib⁹/ soli deo ex occulti cordiū offeram⁹. Ezechias: qr thesauros alienigenis ꝑdidit: ꝯdēnat̄ in posteris: vt patet Esa. 39. a. * Obtulerunt ei munera.] Querit̄ an singuli singula: an vnus q̄sq̄ tria? q̄ magis fatendū est: qr ꝯgruit mysterio: qr ois vere xp̄ian⁹ xp̄m deū regē et passum ꝯfitet̄. Dicitur q̄ reges persaꝝ semp cū muneribus solent adorare: q̄ more et isti munera obtulerunt. Sʒ magis diuina inspiratione est factū: vt in hoc sit mysteriū oim̄. Un̄ et figuraliter tria dicunt̄. Aurū ad tributū: thus ad sacrificiū: myrrha ad sepulturam ꝑtinet mortuoꝝ. Uel p hec tria in eodem xp̄o intimat̄/ regia potestas: diuina maiestas: humana mortalitas. ¶ Moralit̄. Nos q̄ thus offerim⁹: si cogitatiōes carnis i corde p studiū oratiōis incendim⁹. Aurū: dum superna sapientia resplendem⁹. Myrrhā: si carnis vitia p abstinētiā mortificam⁹. Hec munera ex thesauro animi ꝓdita ꝓferūtur: cū corde creditur ad iusticiā: ore aūt ꝯfessio fit ad salutē. Ro. 10. b. Aurum est pfecta sapientia. Thus oratio mūda. Myrrha opatio bona. Primum q̄ fides xp̄o offerenda: deinde oratio: tertio loco opatio. Infirma est oratio: quam nō munit elemosyna. ¶ Mystice. Tres magi significant gentilē populum de trib⁹ filijs Noe ꝓcreatū ad fidem xp̄i venientē. Stella ꝓpheticū sermonē ortū xp̄i veraciter ꝓfitentē. Herodes diabolū: q̄ cognita diuinitate Christi: persequitur eum in membris suis: a quo magi pergunt: dum ab idolatria gentes recedunt: ⁊ ad domum: in qua Christus est: idest ad catholicam ecclesiā perueniunt: in qua intrantes per fidem inueniunt Christum cum matre sua: idest ecclesia: Joseph semoto: idest iudeorum populo ꝓpter perfidiā. Et aptis thesauris suis. i. litteraꝝ ꝑitia: obtulerūt ei munera. i. physicā: ethicā: logicā. Ul' historiā: tropologiā ⁊

allegoriam. Uel sancte trinitatis fidē. * Et responso accepto.] Sicut Moyses tacens clamabat: sic isti pio affectu interrogabant: quid diuina iuberet voluntas. Hec responsio nō fit per angelum: sed per ipsum deū: q2 nullus alius viam reuersionis instituit: nisi ille: q̄ dicit Joh. 14. a. Ego sum via veritas et vita. Non loquit̄ puer ad eos: ne diuinitas ante temp9 reuelaret̄: 7 vera humanitas habeat̄. Unde et mox in egyptū mittitur: q2 et fides nutrienda erat ad premiū: 7 via doctrine preparāda est ad eundum. * Per aliam viam reuersi sunt.] In hoc forma datur credentibus/ vt deuoti ad deū veniant: et quod iubeat intendant: sc3 ne ad diabolum redeant: sed per semitas virtutū ad patriam veniant: et qui ceciderunt contēnendo: resurgant obediendo. ☞ Reliquaquere inferius in hoc capit. Uel annota. 1. q̄nte partis. ser. Innocentū. Fol. 33. col. 2. Et annot̄. 1. quinte partis. ser. Uigilie Epiphanie. fol. 38. col. 1. Cum q̄bus littera precedens continuat̄ vsq3 in finem capitu.

P Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Natiuitatis dn̄i. incipientibus fol. 19 sub themate. * Cum natus esset.] vt supra. A. ¶ Uel de anno. ser. Fidei. fol. 59. sub the. * Uidimus em̄ stellam. 7c.] K. ¶ Uel de annotam. ser. Prelatorū. fol. 90. sub the. * Cōgregās oēs principes sacerdotū. 7c.] J. ¶ Uel de anno. ser. Generalis Marie. icip. fol. 72. sub the. * Ecce stella. 7c.] H. Reliqua applica put inuenies in annotamētis sermōis Epiphanie. s. p oia anno.

¶ 4 Mat. 8. Cum introisset Jesus Capharnaum. 7c.] Ly. Glo. ☞ Quere an. 1. A. B. F. q̄nte partis. sermonis Ferie. 5. post cinerem.

¶ 5. Mat. 9. Et ecce mulier: que sanguinis. 7c.] Lyra. 7c. Moraliter. ☞ Quere annot̄. 1. B. quinte partis. sermōis Dn̄ice. 24. post octa. corpor3 xp̄i. Sequit̄ postea. * Hominē mutū. 7c.] Glo. 7c. ☞ Quere annot̄. 1. C. q̄nte ptis. ser. Ferie. 4. Dn̄ice. 12. post octa. cor. xp̄i.

¶ 6. Mat. 16 Uenit Jesus in partes Cesaree Philippi. 7c.] Lyra. ☞ Quere annot̄. 1. A. q̄nte ptis. sermōis aplo2 Petri et Pauli. Temo. 2.

¶ 7 Mat. 19 Facilius est camelū. 7c.] Glo. ☞ Quere anno. 1. H. q̄nte partis. sermo. Ferie. 6. Dn̄ice. 16. post octa. corporis xp̄i.

¶ 8. Mar. 22. Simile est. 7c.] vel. * Loquebat̄. 7c.] Lyra 7 Glo. 7c. ☞ Quere annota. 1. fere p totum. q̄nte partis. sermōis Dn̄ice. 20. post oct. corporis Christi.

¶ 9. Mat. 27 Emerunt ex illis agrum in sepulturā peregrinorū.] Glo. Allego. * Exeuntes autē inuenerunt hominem cyreneū nomine Simonem. 7c.] ☞ Quere anno. 7. BBB. FFF quinte partis. sermōis Dominice Ramorum.

Publicani et peccōres simul discūbebāt [...] Jesu. 7c.] Glosa. Bed. Per vocation[...] Matthei fides gentiū: que relictis lucris se[...] epulis charitatis et operum bono2 cum d[...] uiuātur. Per pharisco2 supciliū: de salute g[...] tium iudeo2 inuidia designat̄: quibus dic[...] Lu. 5. c. Publicani et meretrices precedent[...] in regno dei.

Et veniūt mater ei9 et fratres/ et foris s[...] tes. 7c.] Lyra. Moraliter. Christi ma[...] eius fratres possunt dici synagoga et iude[...] foris stare dicūtur Christo predicante: q2 [...] bus Christo credentibus synagoga cum iu[...] extra fidem mansit pro maiori parte.

Caput eius in disco.] Glo. Bed. Hiero[...] ☞ Quere annota. 1. E. q̄nte parti[...] monis Decollationis sancti Joh. bap.

Septem ergo fratres erant. 7c.] Glo. [...] rony. Mulier sterilis nec relinquens [...] ex septē fratribus: nouissime moriens syna[...] significat relictam quasi mortuā a spiritu [...] formi: qui septem patriarchas impleuit: qu[...] reliquerunt ei semen Abrahe: quod Christ[...] licet enim iudeis natus: tamē gentibus da[...] ☞ Reliqua quere ibi.

Precedet vos in Galileam.] Glosa. [...] ☞ Quere annota. 8. H. quinte par[...] sermo. dici Pasche resurrectionis.

Post triduū. 7c.] Glo. ☞ Quere A[...] notamento. 1. C. quinte partis. sermo. [...] minice infra octauas Epiphanie.

Ad mulierem viduā. 7c.] Glo. ☞ Q[...] re annota. 1. E. F. quīte ptis. ser. Ferie [...] Dn̄ice. 3. Quadragesime.

Rumpebatur aūt rete co2.] Glosa. ☞ Quere annota. 1. F. q̄nte partis. sermo[...] Dn̄ice. 5. post octauas corporis xp̄i.

Cum aūt appropiquaret. 7c.] Glo. [...] ☞ Quere annota. 1. C. q̄nte partis [...] monis Dn̄ice. 16. post octa. corporis xp̄i.

Intraui in domū tuam. 7c.] Glosa. ☞ Quere annota. 1. K. q̄nte ptis. sermo. [...] rie. 6. quattuor temporum. Dn̄ice. 17. post o[...] uas corporis Christi.

Et mulier que erat in pfluuio sanguini[...] 7c.] Glo. Bed. 7c. ☞ Quere anno. [...] quinte ptis. sermonis Ecclie. fol. 71. col. 1. S[...] tur paulopost. * Adhuc. 7c.] Mulier sana[...] statim nunciatur puella mortua: quia eccle[...] gentium a labe vitioru curata: et ob fidei me[...] tum filia nominata: cōtinue synagoga perfid[...] leto resoluta est: quia in christum nō credidit[...] inuidit: quia ecclesiam credere noluit. ☞ Reliqua quere ibi fere per totum capi: et Matth[...] nono. Et applica.

Missit ad eū centurio. ꝛc.] Glo. Diuina ꝓuidentia seniores iudeorū mittunt/ ꝛ eis presentibus languidus sanatur: vt inexcusabiles sint: si credere noluerint. Cēturio amicos mittit: ne presentia sua verecundiā dn̄i grauare videretur: ꝛ officium officio ꝓuocasse. Significat aūt q: nos: qui de gentibus credimus/ ad eū nō ipsi venire possumus: quem in carne videre nō possumus/ sed ad residentem in dextera patris. Gentilis populus quasi Centurio stipatur milite virtutum ꝛ specialium perfectione: que in centum significatur. Sublimis: nihil terrenū a domino sibi suisq; requirēs: sed sola eterne salutis gaudia: ꝛ ibi ꝓ seruis. i. pro his: qui adhuc spiritu seruitutis in timore premūtur: domino supplicant: vt eis paulatim ad superiora prouectis perfecta dilectio foras mittat timorem. Mattheus dicit Centurionem accessisse: quod per fidē intelligendum est. Per fidem enim vere ad deū acceditur: que in Centurione a domino cōmendatur. Non inueni tantam fidem in israel. Porro Lucas ordine/ quo gestum est exequitur: vt intelligere cogeremur/ quomodo cum accessisse dicit Mattheus. ✱ Gentem nostram diligit.] Mystice gentilis popul⁹: cuius figuram gestat Centurio: non longe habet a domo Jesu: tamet si sub tecto inuitare non audet: q: prope timentes eū salutare ipsi⁹. Qui naturali lege recte vtitur: vt bona que nouit operetur: eo illi/ qui bonus est appropriat. At illis: quos errore gentilitatis crimina vinxerant/ aptari potest: qđ Marci. 8. a. dicitur. Quidā enim ex his ex longe venerunt. ☞ Quere de hoc Annota. 1. F. q̄nte ptis. ser. Ferie. 5. post Cinerem.

8. Facilius est enim camelum per foramē acus transire: q̄ʒ diuitem intrare in regnū dei.] Glo. Facilius est gentilem populum gibbo peccatorū deformem per anguste vite viā ingredi: q̄ʒ iudeum de meritis gloriantem: ꝛ ad subeundum leue onus xp̄i se humiliare nolentem. Uel ita. Facilius est gentilem populū superstitionis deformitate degenerantē: turpia onera ferentem intrare per angustam viam: que via Christus: q: proprū corporis passiōe mortis penetrans viam: velut acu reintegrauit scissa vestimenta nostre nature: q̄ʒ populum iudeorū: qui diues est in lege/ egenus in fide. ☞ Quere de hac materia Annota. 1. H. J. quinte ptis. sermo. Ferie 6. Dn̄ice. 16. post octauas Corporis xp̄i. Et supra An. 1. prime ptis hui⁹ ser. Fol'. 39. Col'. 1.

Mitte gladium tuū in vaginam. ꝛc.] Glo. ☞ Quere Anno. 1. DD. q̄nte ptis. ser. Ferie. 6. Dn̄ice Ramor̄.

Qui cū audisset. ꝛc.] Glo. ☞ Quere An. 1. quinte ptis. ser. Dn̄ice q̄nquagesi.

Ecce mulier. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere Annotamento. 1. A. quinte partis. sermonis Dn̄ice. 2. quadragesime. ¶25. Mat. 15

Sed canes veniebant. ꝛc.] Glo. Allego. ☞ Quere Anno. 1. N. quinte ptis. ser. Dn̄ice. 1. post octa. cor. xp̄i. ¶26. Luc. 16.

Non est inuentus. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere An. 1. B. quinte ptis. sermo. Dn̄ice. 14. post octa. corporis xp̄i. ¶27 Lu. 17.

Occurit illi vir. ꝛc.] Glo. et Lyra Morali. ☞ Quere annota. 2. D. q̄nte ptis. ser. Ferie. 6. Dn̄ice. 14. post oct. cor. xp̄i. ¶28. Luce. 8.

Arborem fici. ꝛc.] Glo. ☞ Quere An. 1. E. ꝛc. p totam Glo. ser. Sabbati quattuor tpm Dn̄ice. 17. post oc. cor. xp̄i. ¶29. Luce. 13

Uenit autē mulier. ꝛc.] vsq;. ✱ Non enim coutuntur. ꝛc.] Glo. ☞ Quere An. 1. Y. AA. quinte ptis. ser. Ferie. 6. Dn̄ice. 3. quadragesime. Sequit̄ multo post. ✱ Erat quidaʒ regulus. ꝛc.] ☞ Quere An. 1. D. q̄nte ptis. ser. Dn̄ice. 21. post oc. cor. xp̄i. ¶30. Joh. 4.

Quicūq; dixerit. ꝛc.] Glo. Hierony. ☞ Quere An. 1. B. quinte ptis. ser. Ferie. 4 Dn̄ice. 22. post oct. cor. xp̄i. Et applica q͛ reges possunt dici montes. i. mobiles hodie ad vocem internam spiritussancti: vel ad signum stelle apparentis. ꝛc. ¶31 Mar. 11

Homo quidam. ꝛc.] Glo. et Lyra. ☞ Quere annot. 1. A. ꝛc. quinte ptis. ser. Ferie. 6. Dn̄ice. 24. post oc. cor. xp̄i. fere p totū an. ¶32. Mar. 12

Et cū vidisset. ꝛc.] Glo. Hiero. ☞ Quere annot. 1. E. quinte ptis. sermo. Ferie. 6. Dn̄ice. 23. post oc. cor. xp̄i. ¶33 Mar. 7.

Nondū venit hora. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere annota. 5. B. quinte ptis. ser. Dn̄ice. 1. post octa. Epiphanie. ¶34 Joh. 2.

Confitebor tibi pater. ꝛc] Glo. ☞ Quere annota. 1. E. quinte ptis. ser. Dn̄ice. 4. post octa. Epiphanie. ¶35. Mat. 11

Uiri Niniuite. ꝛc.] Glo. ☞ Quere annot. 1. H. J. Ferie. 4. Dn̄ice. 1. quadrage. ¶36. Mat. 12.

Ex sexta parte Biblie.

Romani sunt qui ex iudeis ꝛ gentibus crediderunt. ꝛc.] ☞ Totus iste ꝓlog⁹ est vtilis ad h̄ festuʒ: ideo quere ibi. ¶1. ꝓlogus in ep̄lam ad Ro.

Quid ergo dicemus: q͛ gentes que nō sectabantur iusticiam/ apprehenderunt iusticiam? ꝛc.] Lyra. Hic Apostolus reddit causam qualiter plures vocati sunt de gētibus/ q̄ʒ de iudeis. ☞ Reliqua quere ibi. ¶2. Romā. 9

Uōs ꝯuertimini. ꝛc.] Glo. ☞ Quere An. 5. sexte ptis. ser. Dn̄ice. 3. q̄drage. Sequit̄ post m̄lta ✱ Letare sterilis/ q̄ nō paris: erū ¶3. Gal. 4.

pe ꝛ clama: que nõ parturis.] Esaie. 66. a. Glo. Letare/ erumpe/ clama/ pertinent ad libertatem. * Quia multi filij deserte/ magis ꝙ eius: que habet virum. ꝛc.] Hoc ptinet ad matrem. Esaias aspiciens tempus Christi/ ecclesiam gẽtium ante sterilem: tunc fetosam alloquitur/ dicens. O ecclesia sterilis: que tẽpoꝛe legis: nec virtute miraculi. * Paris.] Quia illo tempoꝛe/ quasi nullos genuit. * Non parturis.] Quia necdum oꝛnatum habuit. * Letare.] In coꝛde. * Erumpe.] Letitiam mentis extra ostẽde. * Clama.] Gaudium tuũ alijs pꝛedica: quia tui olim. * Deserte.] Plures filij ꝙ generantis interim: hoc superflue de antiqua Sara diceret Esaias. ℂ Augusti. Sterilis enim erat in omnibus gentibus ecclesia: anteꝙ iste fetus: quẽ cernimus: oꝛiretur. ℂ Ambꝛo. Synagoga ergo est: que habet virum. i. legem. Deserta vero ꝛ vaga ꝛ sine vlla potestate viri vinens/ gentium multitudo est: que ꝛ sterilis erat: nullius legitimi verbi pꝛoferens germen. ℂ Augu. Parit autem ciues terrene ciuitatis peccato vitiata natura. Celestis vero ciuitatis ciues parit a peccato naturam liberãs gratia. * Que habet virum.] Synagoga quippe virum habuit. i. legem: ꝛ fetosa quõdã fuit in liberis. Sterilis vero ecclesia sine viro xp̃o: sine vllo sponsi alloquio: diu iacuit in deserto. Sed postꝙ illa libellũ repudij accepit: ꝛ omne oꝛnamentum viri ad idoli conuertit oꝛnamentum. Tunc maritus (pꝛioꝛe putrescente cingulo) alium lumbis suis baltheum: aliud de gentibus lumbare cõtexit: que statim vt viro cõiuncta est cõcepit ꝛ peperit. Unde Esaias. 54. a. exclamat. Dilata locũ tabernaculi tui/ ꝛ pꝛotende funiculos tuos. ☞ Reliq̃ q̃re ibi i Lyra

ℂ 4 Heb. 7. Hic enim Melchisedech. ꝛc.] Glo. ☞ Quere An. 3. A. sexte ptis. sermo. Sacramenti. Fo. 26. col. 1

ℂ 5. Act. 8. A Ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopum. ꝛc.] Glo. Beda. Regina ethiopum thesaurũ pꝛemittens in hierusalem: ecclesia est gentium/ fidei ꝛ virtutũ dona largitura: cui ꝯuenit interpꝛetatio nominis. Candacis enim interpꝛetatur commutata. De qua in p̃s. 44. c. Scribitur ꝓ his/ qui cõmutabuntur. Et alibi. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurem tuam. ꝛc. Et multo post. * Spiritus domi


B ni rapuit Philippum.] Raba. Uel spiritus irruit in eunuchũ foꝛtiter: sicut ꝛ in apostolos venit. quanto fides foꝛtioꝛ/ tanto spiritualis impetus maioꝛ. Ex hoc ꝙ spiritus irruit in eunuchũ dicitur Philippum apostolum fuisse: a quo tamen nec manus impositione: nec inuocatiõe spiritussancti missionem legimꝰ factam. Unde apparet in pꝛimitias gentium nõ manus impositione: nec inuocatione/ sed sponte spiritum sanctum descendisse: vt apostoli excusationem haberent contra iudeos accusantes eos: quia gentes baptizabant. Quis enim posset ꝓhibere [...] ritũ domini: aut quis arceret ab aqua: in quo spiritus descenderat: ☞ Reliq̃ quere ibi.

Uir quidam erat in Cesarea nomine Cornelius. ꝛc. Religiosus ac timens deũ. ꝛc.] Glo. Raba. Et hec omnia bono nature ꝛ [...]rum familiaritate ac spiritali inspiratione [...]ta creduntur: quia iudei ꝙuis dispersi in synagoga per omne sabbatum legis mandata legebant: tamen hoc plus deputatur diuine inspirationi: ꝙ bono naturali: vt ecclesia gentium primitias in similitudinẽ Marie virgis de [...]ne virili semine. i. doctrina mgr̃i ꝯcepisse cre[...]

Claudus. ꝛc.] Glo. Beda. Sicut claudus ille: quẽ Petrus ꝛ Johannes ad portam tẽpli curãt: pꝛefigurat iudeoꝝ salutẽ: ita hic [...] caonius eger gentes a legis ꝛ tẽpli religiõe [...]tas: sed Pauli pꝛedicatione collectas. ꝛc.

In vltimis tribꝰ diebꝰ ꝓ octa. Epiph.

Ex quinta parte Bibli[...]



Cum audisset Jesus. ꝛc.] [...] Superius declarauit Matheus personam xp̃i media[...]ris/ ostendendo in ipso ve[...]tem humane nature ꝛ di[...] ex demonis tentatiõe: ꝛ e[...]ctoꝛum angeloꝝ admini[...]tione. ☞ De quibus quere Annota. 1. q[...]te ptis. sermonis Dñice. 1. quadragesime.) [...] autem incipit agere de operibus xp̃i. De xp̃o [...]tem inter alia tria fuerãt ꝑ pꝛophetas pꝛedic[...] Pꝛimũ ꝙ esset legislatoꝛ noue legis. Hiere. [...] Ecce dies veniunt (dicit dñs) ꝛ feriam domui [Is]rael ꝛ domui Juda fedus nouũ. ꝛc. ☞ Q[...]re de hac materia Annot. 1. quinte ptis. serm[...] plurimoꝝ martyꝛum. Secundũ est ꝙ esset [...] redemptoꝛ per meritum sue passionis. Esa. [...] Ipse autem vulneratus est propter iniquita[tes] nostras. ꝛc. ☞ Quere ad hoc aliq̃ de anno[...]mentis. sermo. Passionis: incipiẽtibꝰ Fol. [...] Tertiũ est/ ꝙ esset moꝛtis destructoꝛ ꝑ gloria[...] resurrectionis. p̃s. 15. c. Nõ derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum v[i]dere coꝛruptionem. Quod non potest intelli[gi] de Dauid/ cum sepultus fuerit ꝛ incinerat[us] de xp̃o tantũ: vt ostendit beatus Petrus Act[...] 2. ☞ Quere ad hoc ꝓpositũ aliqua de ann[o]tamentis sermo. Resurrectionis.) Et ideo [...]minat hic euangelista de legislatione. vnde ad[...]uertendũ/ ꝙ lex nõ imponit̃ nisi multitudi[...]

ideo legislationē precedit populi adunatio: circa quā primo tangitur xp̄i predicatio: et secūdo subiungitur ex hoc sequens populi ad xp̄m adunatio. ☞ De qua quere Anno. i. quinte ptis sermo. Ferie. 6. Dn̄ice. i. post octa. Epiphanie. Circa primum describitur predicatio xp̄i quātuz ad tria. s. quantum ad tempus: locum: ⁊ modū. Tempus autem tangitur / cum dicitur. ✳ Cuz audisset Jesus / ꝙ Johannes traditus esset: secessit in Galileā.] Ex quo patet ꝙ Mattheus hic omittit omnia opera xp̄i: que fecit ante incarcerationem Johānis: sed illa describit Johannes vt patet primo capitulo secūdo tertio ⁊ quarto. Licet enim ante incarcerationem Johannis p̄dicauerit: non tamen ita publice. Locum autez huius predicationis tangit cuz dicitur. ✳ Et relicta ciuitate Nazareth.] Causam autem quare reliquit ciuitatez Nazareth Lucas exprimit quarto cap̄. q2. s. ingressus est synagogā i die sabbati: ⁊ legit ibi illud Esaie. Spiritus dn̄i super me. ⁊c. Esa. 61. Et dixit ibi aliqua: ex quibus iudei scandalizati duxerunt eum ad supercilium montis ⁊ voluerunt eum precipitare. Ipse autē virtute diuina per mediū illorum ibat nō visus ab eis. ✳ Uenit ⁊ habitauit in Capharnauz.] Ad predicandū (vt hic dicitur) ✳ Maritima.] Q2 supra litt⁹ maris Galilee sita est. Ex hoc autem ostendit Mattheus euangelista ꝓphetiaz impletam. Esa. 9. a. Primo tēpore alleuiata est terra Zabulon ⁊ terra Neptalim. ⁊c. Ad cuius euidentiam considerandū / ꝙ illam ꝓphetiā exponunt aliqui de captiuitate decem tribuuz. ⁊c. Sed ista expositio non videtur vera. ⁊c. Sed de xp̄o intelligitur: ⁊ sic exponit Mattheus euāgelista: q2 xp̄s in terra Zabulon ⁊ Neptalim primo predicauit publice: q2 ciuitas Capharnauz ibi est sita: ⁊ alia loca vbi primo predicauit: ⁊ sic illa terra primo illuminata est doctrina xp̄i: ⁊ iō per Esaiam dicta est primo alleuiata: sed postea ad vomitum sunt reuersi hoīes illius terre: propter quod illis ciuitatibus exprobat xp̄s. Mat. 11. vt patet intuenti. Propter quod p Esaiā dicitur. Nouissimo aggrauata est: ⁊ hoc ē quod dicit Mattheus breuiter accipiens auctoritatem Esaie: dicens. ✳ In finibus Zabulon ⁊ Neptalim: vt adimpleretur quod dictum est per Esaiā ꝓphetam. Terra Zabulon ⁊ terra Neptalim: via maris trans Jordanem Galilee: gentiū populus: qui ambulabat in tenebris.] Ignorātie scz. ✳ Uidit lucem magnā: ⁊ sedentibus in regione vmbre mortis.] Umbra mortis dicit̄ peccatū mortale: qđ est quasi figura ⁊ vmbra gehēne. ✳ Lux orta est eis.] Q2 illuminatio doctrine xp̄i prima facta est in locis predictis. Posito tēpore ⁊ loco predicatiōis xp̄i euāgelista describit modū quē tenuit. Tenuit aūt talē modū q̄lē tenuit Johannes: ⁊ hoc est qđ dr̄. ✳ Exinde cepit Jesus p̄dicare: ⁊ dicere. Penitentiā agite: appropinq̄bit eni͂ regnū celoꝝ.] Hoc aūt fecit xp̄s primo / vt predicationē Johānis approbaret: secundo vt nostrā superbiā confutaret: q2 aliqn̄ dedignamur accipere dicta alioꝝ. ☞ Que immediate sequunt̄ quere anno. i. quinte ptis. ser. Andree apl̄i: q2 imediate ꝯtinuat̄ cū hoc euāge. De scđo vero principali. s. de populi adiunctione quere vbi supra dixim⁹ An. i. quīte ptis. ser. Ferie. 6. Dn̄ice. i. post oc. Epiphanie. p totū an.

E ✳ Cum audisset. ⁊c.] Moralit̄. Per hoc aūt ꝙ cessante p̄dicatione Johānis xp̄s iuit ad p̄dicādum: significauit ꝙ lege cessante secutū est euangeliū. Per hoc aūt ꝙ audita Johānis incarceratione secessit / ostēdit ꝙ licitū est p̄dicatori a persecutoribus elongari. vn̄ dicit apl̄s Mat. 10. c. Cuz aūt persequent̄ vos in ciuitate ista / fugite in aliam. ✳ Et relicta ciuitate. ⁊c. Habitauit in Capharnaū. ⁊c.] Erat eni maior ⁊ populosior. Et p hoc dedit predicatoribus exemplū / vt declinent ad loca in q̄bus possint facere maiorē fructuz. ✳ Et exinde cepit Jesus p̄dicare. ⁊c.] Per hoc eni͂ approbauit doctrinā Johānis: q̄ sic inceperat p̄dicare. Sed moderni doctores faciūt cōtrariū: nā vnus reprobat quātum potest dictū alterius: ⁊ nō solū doctores hoc faciūt: sed etiā baccalarij dicta suoꝝ doctoꝝ arroganter impugnant: quantū possunt. Moralit̄

F ✳ Cū audisset Jesus. ⁊c.] Glo. Hic Matthe⁹ sicut Marc⁹ ⁊ Lucas p̄mittit primū aduentuz dn̄i in galileā: postq̄ baptizatus est: vbi aquam mutauit in vinū: ⁊ cum matre ⁊ discipulis Capharnaū māsit: a q̄ ascēdit hierl'z ꝓpter pascha. Inde venit in Judeā ⁊ baptizabat: cū Johānes in Ennon iuxta Salim baptizaret. Postq̄ vero traditus fuit Johānes: iteꝝ abijt in Galileā. Cū audissent pharisei ꝙ baptizaret ⁊ plures faceret discipulos q̄ Johānes fecerat. De quo reditu incipiūt tres euāgeliste. Johānes vero probato alioꝝ euāgelio / de veritate dictoꝝ vidit aliqua deesse: ⁊ maxime: q̄ primo anno p̄dicatiōis sue gesserat Jesus: p q̄bus a fratribus rogatus / scripsit euangeliū: qđ alij p̄terierāt ante traditionē Johānis: colligēs. s. gesta vni⁹ anni: in quo ⁊ passus est post carcerē Johānis. vn̄ etiā dicit Johā. 2. c. Hoc fecit initiū signoꝝ Jesus. Et iteruz. Glosa.

G Nōdum Johānes missus erat in carcerē. ✳ Johānes traditus. ⁊c.] Qđ erat ꝓpter euangeliū. Jesus hoc idē pfectius p̄dicans ad tēpus cedit ⁊ fugit: vt sit exemplum suis. ✳ In Galileā. ⁊c.] Due sunt Galilee. vna dicit̄ iudeoꝝ: altera gentiū: ꝓpter inhabitationē gentiū: quā partem dedit Salomō regi Tyri: q̄ sētes ibi posuit. ✳ Na

zareth.] Unde xp̄s Nazareus dicit: vic⁹ est in Galilea iuxta mōtē Thabor. Capharnaū oppidum in Galilea gentiū iuxta stagnum Genezareth situ in terra Zabulon ꝛ Neptalim: vbi prima captiuitas hebreoꝝ ab assyrijs. Ubi ḡ p̄ma legis obliuio: ibi prima euangelij p̄dicatio: vt ꝛ de loco/quasi medio afflueret ad gentes ꝛ ad iudeos. ¶ Allego. Qđ relicta Nazareth trāsit Capharnauz: significat ꝙ de flore figuraꝝ legis ad fructū spūalium: q̄ in euangelio est: transire nos docet. Hec vero spūalia sunt in villa pulcherrima. i. in ecclesia: q̄ maritima: qꝛ iuxta fluctus seculi posita/q̄tidie tūditur: ꝛ hoīes illecebris mūdi inuolutos: retibus euangelij capit. In finibus aūt Zabulon ꝛ Neptalim sita est: qꝛ in medio gentiū ad dilatandū verbū dei fortiter consistit: vt credentibus refugium: periclitātibus ostēdat fidei portū. * In finib⁹ Zabulon.] Zabu-
h lon habitaculū fortitudinis. Neptalim dilatatio. In his tribus fuere viculi: de q̄bus apl'i (ps. 67. f.) principes Zabulon: ꝛ principes Neptalim. * Terra Zabulon. ꝛc.] Raba. Qđ primo positū est p̄termittit euāgelista. s. primo tempore alleuiata est terra Zabulō ꝛ terra Neptalim: sicut ꝛ qđ in medio est. s. nouissimo aggrauata est via maris. Qđ ideo facit: qꝛ intendit ostendere initiū predicatiōis xp̄i: ꝛ ideo qđ mysticū est tangit. * Via maris.] Ecclesia: q̄ iuxta mare seculi ipsa est trans Jordanē. i. p baptismū de pristinis erroribus eruta. Galilea. i. transmigratio est facta: ꝛ que pri⁹ sub gētili ritu in vmbra mortis ꝛ carnis fluxu est versata: xp̄o predicāte/ p fidem xp̄i illuminata est. ¶ Galilea gentiū: q̄ est in tribu Neptalim: vicina Tyrijs: dr̄ ad differētiam Galilee illius: q̄ est in tribu Zabulon: que est iuxta Tyberiadē. In illa autē: q̄ dicitur gentium. Salomō viginti ciuitates dedit Hyrā regi Tyri in sorte tribus Neptalim. In vtrisq̄ im morat⁹ est xp̄s. Sed p figura eoꝝ: q̄ vocati sunt de gentib⁹: ea q̄ gentiū est/hic memorat̄. * Populus.] Augu. Populus iste: q̄ prior duct⁹ est in captiuitatem: ꝛ in tenebris vitioꝝ erat: prior lucē predicationis xp̄i vidit. Deinde in oēs gentes euangeliū disseminatū est. vñ sequit̄. * Habitantibus in regiōe vmbre mortis.] Mors est in inferno. Umbra hui⁹ mort/ sunt pctā: q̄ nūq̄ sine morte. Qui ergo vult fugere mortem: vitet
J vmbram. * Exinde. ꝛc.] Postq̄ baptizat⁹ est. Baptismus idoneos facit ad p̄dicandū. Exinde. i. tradito Johāne: qꝛ lege desinente/sequitur euangeliuz: vt auroram sol. Humilis magister: q̄ doctrinā discipuli non impedit: sed expectat donec cōsumet cursum suū: in quo docet/ ne q̄s ab inferiore p̄sona sermonē cōtēnat. vñ. 1. Coꝛ. 14. f. Si cui reuelatū fuerit: prior taceat. * Penitētiam agite.] Eadē: que preco predicat: vt ostēdatur nō alius q̄ qui in voce clamauerat. Ipse enim verbū: quod clamat in Johāne organo in oibus: q̄ ab initio aliq̄d diuinitus dixerūt. Tū iste solus vox: qꝛ p euz p̄sens verbū ostēdit: qđ alij longe nuntiauerūt. Inter cm̄ vocē ꝛ verbū nihil est mediū: sed vt vox sonuit/mox verbū pcipit̄. Sicut Johānes clausus destitit: xp̄s virtutib⁹ claruit. Uñ Johānes est figura pphetarū ꝛ legis: q̄ vere sunt vox clamātis sapiētie dei: quoꝝ Johānes est finis: q̄bus cessantib⁹ solum verbū: qđ in eis sonuerat/ p se ostendit̄. ¶ Ra. Hec predicatio xp̄i in Capharnaū coruscāti miraculis incepta: dr̄ post annū a baptismo cepisse: vel ſm alios incepit calendis Maij: si in eodē anno fuerit baptizatus ꝛ ieiunauerit: aliquātis diebus interpositis: quibus fecit: q̄ Johānes scripsit: Baptista incarcerato p̄dicare icepit. ☞ Reliq̄ imediate sequētia q̄re vbi ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermo. Johānis baptiste. sub themate. * Cum audisset Jesus ꝙ Johānes. ꝛc.] vt. s̄. B. ¶ Uel de annota. ser. Prelatoꝝ: incipientib⁹ Fol. 9 sub themate. * Relicta ciuitate sua. ꝛc.] E. * Cepit Jesus p̄dicare. ꝛc.] E. ¶ Uel de Annotamētis ser. Incarnationis. Fol. 2. sub themate. * Uenit.] scz de celo. * Et habitauit Capharnaum. ꝛc.] Idest in hūc mundū. ꝛc. C. ¶ Uel de annota. sermo. Epiphanie. Fol. 39. sub the. * Populus: q̄ ambulabat in tenebris. ꝛc.] Scz gentilis. ¶ Uel de annota. ser. Peccatoꝝ Fol. 189. sub themate. * Sedentibus in regione vmbre mortis. ꝛc.] D. ¶ Uel de annota. sermonis Penitentie. Fol. 211. sub the. * Penitentiam agite.] D. ¶ Uel de annota. sermo. Omnium sanctoꝝ. sub themate. * Appropiquabit enim regnum celorum.] D. Idest gloria. ꝛc. ¶ Uel de annotamentis sermonis Ecclesie: incipientibus Fol. 64. sub themate. * Uenit Capharnaum. ꝛc.] G. vel. * Via maris. ꝛc.] ¶ Uel de anno. ser. Aploꝝ: incipiētib⁹. fol. 82. sub the. * Principes Zabulō ꝛ p̄ricipes Neptali. ꝛc.]

Epiphanie per octa. in vltimis tribus dieb⁹.

Ex quinta p̄te Biblie.



Venit Jesus. ꝛc] Lyra. Hic ponitur testimoniū Johānis de xp̄o in ipsi⁹ presentia. Uenit enim xp̄s ad baptismum Johānis: vt predicationez eius approbaret. secūdo/ vt tactu sue carnis vim regeneratiuā aquis conferret. Tertio vt populus testimoniū Johānis de xp̄o: ꝛ etiam dei patris audiret: et hoc

quod dicitur. ✳ Venit Jesus a Galilea in Jor=
danem ad Johannē vt baptizaretur ab eo. Jo=
hannes autem prohibebat eum.] Ex reueren=
tia/cum sciret eum esse deum ꝛ hominem laua=
cro non indigentem: sed alios a peccato lauan=
tem. ✳ Dicens. Ego a te debeo baptizari?] Id
est ab originali pctō mundari: non qꝛ tunc Jo=
hannes haberet originale pctm̄: qꝛ fuit in vtero
matris sanctificatus: sed loquebat̄ in ꝑsona ge=
neris humani. Vel aliter. Ego a te: qꝛ sanctifi=
cati in vtero indigēt baptismo xp̄i ad hoc vt sint
xp̄o incorporati: qꝛ in baptismo xp̄i caracter im
primitur: ꝑ quē xp̄o cōfigurātur. Sequit̄. ✳ Et
tu venis ad me? Respondēs aūt Jesus dixit ei.
Sine modo. Sic enim decet nos implere omnē
iusticiam.] Idest humilitatē. Unde ibi accipit̄
iusticia non ꝓut est virtus specialis: sed genera=
liter ꝓut includit oēm virtutez. Sequit̄. ✳ Tūc
B dimisit eū.] Consequenter ponit̄ testimonium
dei patrꝭ de xp̄o: quia baptizato xp̄o aperti sunt
celi: non ꝙ celum tunc fuerit diuisum: sed qꝛ vi
debatur aperiri: sicut in coruscatione videtur fie
ri: ꝛ per hoc signabat̄ gloriam celestem credenti
bus in xp̄m aperiri: et hoc est quod subditur. ✳
Baptizatus autem Jesus cōfestim ascendit de
aqua. Et ecce aperti sunt celi: ꝛ vidit spiritūz dei
descendentem sicut columbam: ꝛ venientem su=
ꝑ se.] Ad denotandū plenitudinē gratie in ip̄o.
✳ Et ecce vox] Scꝫ pr̄is. ✳ De celis dicēs. Hic
est filius meus dilectus.] Naturalis. s. alij aūtē
sunt adoptiui. ✳ In quo mihi cōplacui] Idest
in quo voluntas mea cōplebitur de salute gene
ris humani: ꝛ sic apparet efficacia huius testi=
monij. Patet etiam ꝙ in baptismo xp̄i tota trini
tas apparuit: large apparitionem accipiendo:
pater. s. in voce: filius in carne: spiritussanct⁹ in
columbe specie: differenter tn̄: qꝛ filius apparuit
in carne sibi vnita in vnitate suppositi: in appa
ritiōe aūt aliaꝝ ꝑsonaꝝ erat vnio ꝑ modū signi.
✳ Venit Jesus. ꝛc.] Moraliter. Galilea vero
transmigratio interpretatur. Per hoc igitur/ꝙ
Jesus de Galilea venit ad Johannez: signatur
ꝙ eius membra (si debeant lauari per gratiam)
oportet ea transmigrare de vitijs ad virtutes. ✳
Johannes autem prohibebat euz. ꝛc.] Per hoc
designatur ꝙ quilibet inferior superiorem corri
gere volens ex charitate/debet hoc facere cū hu
militate ꝛ reuerentia. Superior autem debet ta
lem correctionem humiliter suscipere: quod in=
sinuauit Jesus/dicens. ✳ Sic enim decet nos.
ꝛc.] vsqꝫ. ✳ Baptizatus autem. ꝛc.] Per hoc
ostenditur/ꝙ omnis lotus a peccatis/gratia di
uina debet conari cum auxilio dei ascēdere de
virtute in virtutem: ꝛ sic aperiuntur sibi celi per
spem certam: ꝛ efficitur dei filius adoptiuus: et
per consequens heres ad hereditandum vitam
eternam.

✳ Venit Jesus. ꝛc.] Glo. Quando Johānes D Glosa.
predicabat ꝛ baptizabat. s. quando Jesus erat
triginta annorum: ostendens nullum debere sa
cerdotem vel predicatorem fieri nisi virilis eta=
tis. Sicut Joseph tricenarius regnuz egypti su=
scepit. Dauid regnum ea etate inchoauit: Eze=
chiel prophetiam promeruit. ✳ Venit Jesus.]
His de causis/vt baptisma Johānis comproba
ret: ꝛ vt (qꝛ homo erat) omnē impleret iusticiaz/
ꝛ legis humilitatē: ꝛ vt aquas sanctificans per
columbam in lauacro aduentum spiritussancti
ostenderet. Venit enim non necessitate ablutio
nis: sed vt nemo quantūlibet sanctus baptismi
gratiā supfluā iudicaret. ✳ A Galilea.] Gali=
lea trāsmigratio: Jordanis descēs⁹. Qui ḡ vult
baptizari/trāsmigret a vitijs: ꝛ descendēs humi
liet̄. ✳ Sine mō.] Sine modo me a te baptiza E
ri: vt post ea: q̄ a me queris in spū baptizer. Sic
eñ decet nos dare exemplū implende oīs iusti=
cie: vt discant omnes neminem sine vnda baptis
mi esse perfectum. ✳ Sic enim decet.] Idest per
humilitatis exemplū reducere ad vitam: ꝛ ostē
dere ꝙ nullus pfecte sit iust⁹ sine baptismate. Si
enim de spiritusancto natus non dedignor: quā
tomagis necesse est alijs (q̄uis iustis) etiā a mi=
noribus baptizari? Hinc decet impleri primum
omnem iusticiā. s. per quā omnis iusticie sum=
ma ab omnibus deinceps impleatur: vt nullus
ex operibus nec ex arbitrio glorietur: sed sciēs se
reum iusticie dei sit subiect⁹. Ideo quisquis est
renatus ex aqua ꝛ spiritu: iustus dicitur: qꝛ hoc
implet/per quod omnis iusticia implet̄ ex gra=
tia: quā primo docuit implere xp̄m non ex indi
gentia/sed ex mysterio: vt renatus filius dei oēs
renatos filios dei fratres sibi faceret. Sic. i. sub=
dendo seruo ꝛ inferiori omnē iusticiam. i. humi
litatem: q̄ est omnis iusticia ꝛ perfecta humili=
tas habet tres gradus. Prim⁹ est subdere se ma
iori: ꝛ se non preferre equali. Hic vocatur suffici
ens: quia sufficit aliquē sic humiliari: ꝛ iste gra
dus omni iusto est necessarius. Secundus gra
dus est subdere se equali: nec preferri se minori:
hic dicitur abundans. Tertius est subesse mino
ri: in quo est omnis iusticia. Hunc Xp̄s imple=
uit: qui vnam partem tantū habet: quia in vni
tate consistit ꝛ perficitur. Alij duobus modis di
stinguuntur: quia minus perfecti non sic in vni
tate cumulantur. ✳ Tunc dimisit euz. ꝛc.] Cū F
tali ordine cognouisset implendam iusticiam.
Dimisit: quia vera est humilitas: quam non de
serit comes obedientia. Spiritus in momen=
to euz docuit: quod prius nesciuit: ꝛ ideo quod
prius timuit humiliter deuot⁹ impleuit. ✳ Ba

ptizatus autem.ꝛc.] Christus aquaꝫ baptismi sanctificauit: quia cuius est creare eiusdem est ꝛ sanctificare. ¶Sicut homo constat duobus.i. corpore ꝛ anima: ita duobus renascitur. Aqua: que purgat sordes ꝛ consepelit xp̄o. et igne spiritus: quo conflagranti ad celuꝫ rapimur. Sic ecclesia post baptismum culmē virtutum q̄busdā incrementis appetit: vt xp̄s baptizatus de aqua ascendit. Sui post baptismum ascendunt: quia ad virtutes proficiunt: ꝛ qui prius carnales ꝛ filij Ade: fiūt spirituales ꝛ filij dei. ✳ Aperti sunt ei celi.] Et hoc ad impletionem iusticie. Nō eīn tunc primuꝫ sibi patuere celestia vel spiritussanctus est datus: sed nobis per acceptū baptismuꝫ aditū celi patere ꝛ spiritūsanctū dari mōstrauit. ꝙ eīn celi apti: ꝙ spūssctūs venit: ꝙ vox patris insonuit.ꝛc. hec mystica sunt in nob. Pateꝫ renatꝰ
B aditus in celum ꝑ xp̄m: qui per Adā clausus fuit. ✳ Sicut columbam.] Uerum corpꝰ formatum ad horam habuit in specie columbe: q꞉ alit spiritus ab omnibus videri non posset sicut columba: nō qui in vera colūba esset. sed q꞉ spiritus in corporali specie: nō tñ ipse corpus. Ita de hac figura sentitur, sicut de alijs: in q̄bus deus apparuit: que expleto officio resoluebant. Bene spūs in columba: q̄ simplex ꝛ mansueta descendit: vt sue nature simplicitatē: ꝛ eū in quē descendebat mitem misericordie preconē datorēq̄ indicaret. Similiter oēs baptismo renati septē virtutibus in columba significatis debēt repleri. Columba a malicia fellis est aliena: in quo ꝓhibemur ab ira. Nullū ore vel vnguibꝰ ledit, in quo notatur innocētia. Nec minimas auiculas inuadit, in q̄bus alie aues se ꝛ pullos suos nutriunt: in quo ꝓhibemur a rapina. Puro vescitur grano: in quo notat abstinentia. Alienos tam pullos suos fouet: ecce charitas. Gemituꝫ dat cantu: ecce compunctio. Super aquas sedet accipitreꝫ preuisa in aquis vmbra decline: solicitudo. ¶In columba super dñm spūs s paruit: q꞉ venit nos ꝑ mansuetudineꝫ collig Super discipulos in igne: quos ad cōsumend rubiginem pcti contra seipsos veniebat acce ꝛc. Adam peccando celū amisit: xp̄s a spūsan per columbā glorificatus apparuit: flammā brantem: que viam ꝓhibuit: aqua baptismi tinxit: quia aqua est cōtraria igni. ✳ Compl cui.] Idest bene placitū meum constitui: vt in quo nihil nisi bonum: placeas: ꝛ per te al in se: sed in te: idest tibi fide ꝛ charitate vniti ceant.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamen sermo. Johānis baptiste. sub themate. ✳ Jo nes ꝓhibebat.ꝛc.] A. ¶Uel de annota. serm religiosoꝝ: incipiētibus folio.135. sub the. ✳ cet nos implere oēm iusticiaꝫ.ꝛc.] C. E. ¶ de annotamēto.1. quinte ptis. sermonis in o uis Epiphanie. sub themate. ✳ Ego a te d baptizari.] A. ¶Uel de anno. ser. Penteco sub themate. ✳ Uidit spiritū dei descendē ꝛc.] B. ¶Uel de annot. ser. Trinitatis ve carna. Fol.2. sub the. ✳ Hic est filius.ꝛc.] ¶Uel de annot. ser. Passionis. Fol.35. sub th ✳ Sine mō.ꝛc.] A. Interli. Impleri illō ad veni. ¶Uel de annot. ser. Pctoꝝ. Fol.189. the. ✳ Uenit Jesus a Galilea.ꝛc] C. ¶Uel annot. ser. Prelatoꝝ. Fol.90. sub the. ✳ Ue Jesus.ꝛc.] D. ¶Uel de annot. ser. Epiphan Fol.39. sub the. ✳ Sic decet nos iplere.ꝛc.] humilitatē.ꝛc. dū sum in isto p̄sepio positꝰ. ꝛc.

Dñice infra octa. Epiphanie. ser. an. Ex quīta pte Bib

¶I. Luce. 2. A

Et cū factus.ꝛc.] ☞ Nota (vt habet ex xbis Lyre sup illud. In die solenni pasche.) ꝙ ter i anno debebāt oēs masculi apparere in hierusalem corā dño: ꝑm quod habetur Exo.23.c. in pascha: pētecoste: ꝛ festo tabernaculoꝝ: sed cum illis: qui erant lōge a hierusalem: cuiusmodi erāt galilei: dispensabat de duobus vltimis festis: et hoc est qd̄ dicit in littera: q̄ cōtinuatur cū littera euangelij Dñice infra octauas natalis dñi: quē habet fol.37. Col.3. ✳ Et ibant parentes eius per omnes annos in hierusaleꝫ in die solēni pasche.] Sequitur imediate. euangeliū hodiernum: in quo dicit sic. ✳ Et cū factus esset Jesus annoꝝ duodecim, ascendētibus illis hierosolymā, ꝑm cōsuetudinem die sti. consumatisq̄ diebꝰ: cū redirent, remansit er Jesus in hierusalē.] Nō a casu vel obliuio sed sua volūtate ꝛ ordinatiōe: vt a pueritia o deret zelū suū circa spūalia. ✳ Et nō cognou parētes eiꝰ.] Ad solēnitatē vero pasche viri seorsuꝫ a mulieribꝰ in vno comitatu: ꝛ mulie in alio. Et filij reuertebant: vt magis religio lēnizarent festū ab vxoribꝰ ꝯtinētes: sicut ꝛ in tione legis p̄ceptū fuit, ꝙ cōtinerēt ꝑ tres dies vxoribus suis: ꝑut habet Exo.19. Pueri au indifferenter poterāt ire in comitatu viroꝝ a mulierū: ꝛ ideo Joseph quando non vidit pu rum Jesum in comitatu virorum: existima cum esse cum Maria in comitatu mulierum eodeꝫ modo Maria credidit eū esse in comita viroꝝ: et hoc est qd̄ dicitur. ✳ Existimātes au

pulum dei per generationem carnalem. Et ideo Apostolus considerans genus humanum sic multiplicatum: et populum dei per regeneratio nem spiritualem multiplicandum. Johan. 3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu san cto: nō potest introire in regnum dei. Ideo Apo stolus hic pretermisit hāc necessitatem: qua ma trimonium fuit institutum in subsidium seu of ficium nature: et ponit secundam necessitatem: qua institutum est in remedium culpe. In rena tis enim per baptismum remanet adhuc concu piscentia carnis: et maxime ad actus venereos/ propter vehementiam delectationis: licet autē maioris perfectionis sit hanc concupiscentiam superare totaliter per continentiam: tamen hec perfectio non potest in omnibus esse: sed in pau cioribus propter pronitatem ad sequendum cō cupiscentiam. Unde dicit saluator Matth. 19. b. Non omnes capiunt verbum hoc: ideo neces se est vt partim concupiscentie cedatur/ partim superetur: quod fit/ dum actus generationis ra tione ordinatur: et sic homo non totaliter concu piscentia ducitur: sed magis cōcupiscentia sub ditur rationi. Habet autem hoc ratio naturalis quod homo sic vtatur actu generationis: prout con uenit generationi et educationi filiorum. Unde et in brutis animalibus hoc inuenitur/ quod in il lis speciebus animalium: in quibus sola femi na non sufficit ad educationem prolis: mascu lus cum femina nutrit prolem. Ad hoc autem requiritur/ quod masculus propriam prolem co gnoscat: propter quod in omnibus talibus ani malibus naturaliter est indita masculis solici tudo de certitudine prolis: vt patet in turturibus et columbis: et huiusmodi: et sic in eis nō sunt va gi concubitus: ex quibus incertitudo prolis se queretur: sed determinatis masculis determina te femine coniunguntur: saltem vsque ad prolis educationem factam. In canibus autem et hu iusmodi: vbi sola femina nutrit prolem: sunt cō cubitus vagi. Nunc autem ita est/ quod in specie humana maxime requiritur masculus ad nu trimentum prolis: que multo diutius est inuali da ad querendum necessaria: quam in aliis anima libus: et non solum propter nutritionem filiorū requiritur masculus: sed etiam propter instru ctionem/ ad quam requiritur magnum tempus. Unde ad Hebreos. 12. c. Patres quidem car nis nostre habuimus eruditores: et reuerebamur eos. etc. Propter quod ratio naturalis dictat/ quod in specie humana non sint vagi cōcubitus et in certi cuiusmodi sunt concubitus fornicarii: sed sint determinati viri ad determinatam feminā: et hec determinatio fit per matrimonii legem.
B Ideo dicit Apostolus. * Propter fornicationē autem.] Scilicet vitandam in illis: qui nō pos sunt continere. * Unusquisque suam vxorē ha beat: et vnaquequue suum habeat virū.] Ad quē determinate accedat: et ipse ad eam: et sic tollun tur concubitus vagi. Circa secundum: scilicet quantum ad eius vsum: primo agitur de debiti redditione: secundo de eius intermissione. Cir ca primum dicit. * Uxori igitur vir debitum reddat: similiter autem et vxor viro.] Per car nalem copulam: et similiter econuerso: quia hic est vsus matrimonii: in quo vir et vxor ad pa ria indicantur. Propter quod mulier de latere viri formata fuit/ non de capite/ nec de pedibus: quia non debet esse domina: nec ancilla: sed so cia. Et rationem huius debiti subdit/ dicens. * Mulier sui corporis potestatem non habet/ sed vir. Similiter autem et vir sui corporis po testatem non habet/ sed mulier.] Quia vnus coniugum non potest continere altero inuito: vel alteri se tradere ad generationis actum: sed ad inuicem debent habere vsum proprii corpo ris/ quantum ad hunc actum/ impedimento le gitimo cessante. Circa secundum: scilicet de de biti intermissione: sciendum quod actus coniuga lis bene est aliquando intermittendus maxime sacris temporibus/ vt coniuges melius vacent spiritualibus. Et hoc est quod dicit. * Nolite C fraudare inuicem.] Subtrahendo vsum corpo ris proprii/ ei cui debetur. * Nisi forte ex cōsen su.] Utriusque. * Ad tempus/ vt vacetis oratio ni.] Que est eleuatio mentis in deum. Mens autem deprimitur per carnalem actum/ etiam in matrimonio. * Et iterum reuertimini in id ipsum.] Scilicet ad reddendum debitum (fini to tempore orationis) secundū quod dicitur Ec clesiastes. 3. a. Tempus amplexandi: et tempus longe fieri ab amplexibus. * Ne tentet vos sa thanas.] De adulterio. * Propter incontinen tiam vestram.] Idest pronitatem ad actum car nis. Consequēter Apostolus manifestat in quo sensu accipi debeat dictum suū. s. Iterum reuer timini. etc. Circa quod sciēdum/ quod aliquis pos set accipere dictum apostoli de reiteratione debi ti/ tanquam necessarium ad salutem: quod non intellexit: ideo dicit. * Hoc autem secūdum in D digentiam dico: non secundum imperium.] Idest tradens sub precepto/ tanquam ad salu tem necessarium. Possunt enim coniuges de cō muni consensu simpliciter continere. Sed vide tur hoc Apostolus improprie loqui/ dicēs. Hoc autem dico secundum indulgentiam. Quia in dulgentia non est nisi de malo. Actus vero ma trimonialis non est malus. Ad quod dicendū quod indulgentia accipitur hic pro permissione. Per missio autē fit dupliciter. Uno modo de minori

malo ad vitandum maius malū. Sicut Moy
ses permisit libellum repudij ad euitandū vxo=
ricidium. Matthei. 19. Et talis permissio nō fit
in euangelio propter eius perfectionem. Hebre.
6. a. Ad perfectionem feramur. In veteri lege fa
cta fuit ex eius imperfectione. Hebre. 7. c. Ni=
hil ad perfectum adduxit lex. Alio modo fit de
minori bono per hoc / ꝙ maius bonum non per
cipitur. sic est in proposito. Ex hoc enim ꝙ Apo
stolus virginitatem non precepit / indulget ma
trimonium. Potest etiam aliter solui: prout in=
dulgentia respicit malum. Circa quod sciendū
ꝙ actus coniugalis aliquādo est sine omni cul=
pa: vt cum ordinatur ad proiem procreandam /
ad cultum dei: vel cum fit causa reddendi debi=
tum: quia primo modo est actus religionis: se=
cundo iusticie. Et si fiat ex charitate: non solum
est sine culpa: sed etiam meritorius: quia omnis
actus virtutis / factus ex charitate / meritorius
est. Si vero actus matrimoniales exercētur ad
satisfaciendum concupiscentie: tunc habet cul=
pam annexam venialem / quando sistit intra li
mites matrimoniales. Mortalem vero / quādo
non sistit: vtpote quia vtitur vxore modo inde=
bito: vel quia eque libenter aliam cognosceret.
Primo modo actus matrimonialis non requi
rit indulgentiam: sed premium. Secundo mo=
do habet indulgentiam. In quantum consen=
tiens concupiscentie in sua vxore: tamen non in
alia: non fit reus peccati mortalis: sed tantū ve=
nialis. Tertio modo indulgentiam habet: quia
reus est peccati mortalis. Consequēter Aposto
lus assignat rationē sui dicti: et primo eius qđ
dixerat. Non secundum imperium. Secundo
eius quod dixerat. Secundum indulgentiam.
Circa primum sciendum ꝙ nullus sapiens pre
cipit contra illud quod vult: matrimonium au
tem contrahere ⁊ vti contracto contrariatur vir
ginitati: nisi contrahens certificatus fuerit / ꝙ
actus matrimonialis ab eo non exigetur: sicut
fuit de beata virgine. Virginitatem autem vo=
E lebat Apostolus: ide bene dicit. * Volo autem
omnes vos sicut meipsum.] Idest omnes virgi
nitatem seruare. Fuit autem Apostolus virgo.
vnde ⁊ in eius decollatione in testimonium sue
virginitatis fluxit lac de eius corpore. Qui ⁊ lo
quens de matrimonio ⁊ eius actu: propter hanc
voluntatem locutus non fuit secundum impe=
rium. Sed videtur ꝙ voluntas Apostoli nō fue
rit rationabilis: quia si omnes a tempore eius
fuissent continentes: ex tunc cessasset generatio
hoim: ⁊ sic non fuisset collect⁹ numer⁹ electoꝝ.
Ad hoc dicunt aliq / ꝙ reuelatū fuerat Aplo / ꝙ si
oēs sui tēporis cōtinuissent / adhuc sufficerēt ad
implendū numerum electorum. Sed hoc dictū

nullum habet sacre scripture vel rationis fun
damentum. Propter quod dicendum ꝙ Apo
stolus volebat hoc voluntate antecedente:
non voluntate consequente: sicut. 1. Timo. 2. ca
pitu. dicitur / ꝙ deus vult omnes homines sal
uos fieri: sez voluntate antecedente: non tam
omnes saluantur / quia non vult voluntate con
sequente. Dicitur autem voluntas antecedens
qua aliquis vult aliquid absolute ⁊ in gene
tanquam melius simpliciter. Consequens v
quando vult aliquid consideratis conditio
bus proprijs ⁊ circūstantijs. Primo modo v
homo merces suas seruare. Secundo modo
vult eas seruare / quando in periculo posit
proijcit eas in mare. Et hoc modo considera
meritis ⁊ demeritis hominum: deus vult ta
aliquos saluari: ⁊ aliquos damnari: licet v
omnes saluari in quodam generali: inqua
sunt ad imaginem suam facti ⁊ beatitudi
paces. Et eodem modo volebat Paulus ap
stolus homines continentes esse (inquantū
tinentia est maius bonum: ꝙ̄ matrimoniū
considerata tamen fragilitate hominum / vo
bat aliquos matrimonio iungi. Consequē
assignat rationem: quare de matrimonio co
cesso dixit. Secundum indulgentiam: quia
quilibet non est tante virtutis / ꝙ possit con
re. Et hoc est quod dicit. * Sed enim vnusq
ꝙ proprium donum habet a deo. Alius qui
sic.] Scilicet vt possit continere. * Alius v
sic.] Idest ꝙ possit castitatem materialem c
stodire: ⁊ in ea deo seruire. vnde Matth. 25
dicitur de Christo sub parabola hominis pe
gre proficiscentis: ꝙ vocatis seruis suis trad
illis bona / ⁊ vnicuiqꝫ secundum propriam v
tutem. Et quod obscure dixerat: magis de
rat dicens. * Dico autem non nuptis.] Id
virginib⁹. * Et viduis. Bonū est illis / si sic
māserint sicut ⁊ ego.] Idest ꝯtinēter viuēdo.
Qđ si nō ꝯtinēt.] i. si donū cōtinendi nō acc
rint a deo. * Nubāt.] Matrimoniū ꝯtrahā
* Meli⁹ est eni nubere ꝙ̄ vri.] i. ꝙ̄ ꝯcupisc
superari. Cōcupiscētia eni qdā ignis est: ⁊ id
q ab ipsa impugnat̄ incalescit: q autē supera
ꝯcupiscētiā vrit̄. Et ꝯsiderandū ꝙ Apl's hic
cōparatione abusiua: q̄r ꝯcupiscentia vri m
est simpliciter: nubere aūt bonū: min⁹ tñ ꝙ̄ c
nere. Est igit̄ sensus. Melius est. ⁊c. i. magis
gibile est / ꝙ hō minus bonū habeat: ꝙ̄ ꝙ m
incurrat. Cōsequēter istruit eos: q matrimon
iūcti sūt: de ipso nō dissoluēdo / dicēs. * His a
q matrimonio iūcti sūt: p̄cipio / nō ego sed dñs
i. p̄cipio nō instinctu ꝓprio: sꝫ auctoritate diui
* Vxorē a viro nō discedere.] Sicē eñ dictū
supra: matrimoniū primo fuit institutum a di

gitime prolis pcreatiōnē: in cuius nutritione et instructione de moribus/ requiritur magnum temp⁹. Propter quod ratio dictat/ q vir et vxor per totam vitam inseparabiliter coniūgantur. Et ideo matrimoniū sic diffinitur: q est persona rum legitimarū coniunctio indiuiduam .i. indiuisam vite consuetudinem retinens. Propter quod non discedere vxorem a viro cadit sub precepto: excepta causa fornicationis: quem casū excepit saluator Matthei.25. Et idem de discessu viri ab vxore: in hoc enim ad paria iudicantur. Consequenter ostenditur quid sit agendū/ quando aliqualiter separatur matrimoniū: licet enim vinculum matrimonij cōsumati sit indissolubile: nisi per mortem alterius corporalē: tamen ex causa fornicationis pbata potest dissolui quantum ad torum: et quo ad cohabitationē. et sic dicit Apostolus. * Quod si discesserit.] Scilicz vxor a viro in casu dicto. * Manere innuptam.] Supple precipit dominus. * Aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.] Sicut enim poterat non discedere a viro suo sub spe correctionis eius: ita post discessum potest ei reconciliari: et etiam debet: si non possit continere: quia non potest alteri nubere ipso viuente. Consequenter agitur de dissolutione et solutione matrimonij/ quando alter coniugū est infidelis: cum dicitur. * Nam ceteris.] Qui sunt disparis cultus. * Ego dico/ nō domin⁹.] Idest do consilium: sed non est ad hoc diuinum preceptum. * Si quis frater.] Idest christianus. * Vxorem habet infidelem.] Utpote qñ vir conuertitur ad fidem/ et non vxor. * Et hec consentit habitare cum illo.] Pacifice et sine cōtumelia fidei christiane. * Non dimittat illā] Et idem subdit de vxore fideli virum infidelem habente: cum dicitur. * Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem: et hic consentit habitare cum illa: non dimittet virum.] In hoc eñ sunt ad paria. et subditur ratio talis mansionis fidelis cum infideli: cum dicitur. * Sanctificatus est enim.] Idest cōuersus ad fidem. * Uir infidelis per mulierem fidelem.] Ipsum ad hoc inducentem. Hoc enim frequenter fiebat in primitiua ecclesia: scilicet q vxor fidelis conuertebat virum infidelem: et econuerso vir vxorem. Ideo dicitur. * Sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem.] Consequenter ponitur ad idem secunda ratio ex parte prolis: que per conuersionem parentis infidelis modo dicto ad ducebatur ad fidem: si autem fidelis coniūx discederet: proles cum infideli remaneret: quia tūc pars infidelium cum talibus preualebat: tum quia erant pauci fideles: et sub infidelibus constituti. et hoc est quod dicitur. * Alioquin filij vestri immundi essent.] Idest in infidelitate remanerent ratione dicta. * Nunc autem sancti sunt.] Idest adducti ad fidem modo dicto. Uidetur aūt q Apl'i dictū sit contra sacram scripturā: q2.1.Esdre.10.c. Sāctus Esdras fecit abijci vxores alienigenas cū filijs suis a filijs israel fidelibus. Item contra sacros canones.28.q.1.c. Iudei. dicitur q nō potest infidelis eius coniunctiōe permanere: que iam ad christianā translata est fidem. Ad primū dicendum/ q matrimonia illa erant contracta contra dei phibitionez: (de quo habetur Deu.6.) ideo nulla erāt: quia nullum matrimoniū contra dei prohibitionem potest esse ratum: propter quod Esdras fecit illa separari: et bene. Ad secundum dicendum/ q in primitiua ecclesia passim conuertebātur aliquī de iudeis et similiter de gentibus: et illo tempore loquitur Apostolus: quia tūc spes erat q infidelis traheretur ad fidem per fidelem personaz in matrimonio sibi iunctam: pcedente vero tēpore/ iudei fuerunt obstinati: non sic autem gentiles. Et ideo fidelis permittebatur habitare cuz infideli de gentibus: non tamen de iudeis. Modo vero pari passu ambulant: quia vtriq3 reputantur obstinati et sic non permittitur fidelis habitare cum infideli de istis/ nec de illis. Et hoc modo loquitur decretum allegatum. ☞ Reliqua quere ibi.

* De quibus. ꝛc.] Glosa. Occasione fornicationis: quam phibet: continuat de nuptijs: vnde illi quesierant. Et agit tripliciter. Scdm consilium: fm indulgentiam: fm preceptuz. ¶ Cū pseudo per hypocrisim (vt puriores essent) nuptias improbarent: quia hoc nō placuit Corinthijs: hoc solum ab Apostolo quesierunt. Nota q vnicuique licet vxorem accipere: nisi faciat sibi illicitum propter votū/ vel aliquid tale. Coniugium siue matrimoniū est maritalis coniunctio maris et femine indiuidualem vite consuetudinem retinens. Et est bona res coniugium: vnum de sacramentis ecclesie: tenens imaginez coniunctionis Christi et ecclesie. Unde Ephes. 5.g. Hoc autem dico magnum sacramentū esse in Christo et ecclesia. Christus enim matrimonium approbans/ nuptijs interfuit: et eas miraculo commendauit (vt habetur Johānis.2.capitulo.a.) Etiam primum coniugium inter primos parentes deus instituit: vt habetur Genesis.2.d. Causa efficiens matrimonij est consensus maritalis de presenti p verba expressus. Uñ matrimoniū nō facit coit⁹: sed volūtas. ¶ Joh. Chrys. Non defloratio virginitatis: sed pactio coniugalis matrimoniū facit. Causa vero: pter quā contrahi debet: est procreatio sobolis: et vitatio fornicationis. Sunt ꝛ alie cause bone K Glosa.

ste: vt inimicoꝝ recõciliatio: pacis reintegratio. ¶ Augustinus. Quod est preter intentionẽ generationis/non est nuptiaꝝ malum: sed veniale: ꝓpter nuptiaꝝ bonum: quod est tripartitu3: fides: ꝓles: sacramentũ. Fides: ne cum alio vel alia coeatur. Proles: vt religiose educet. Sacramentum: ne coniugiũ separetur. His tribus bonis excusat coitus carnalis: qui est inter coniuges: ita vt vel nõ sit peccatũ: vel veniale. Quando eñ causa ꝓlis conueniunt/excusat: vt nõ sit peccatũ. Quando vero causa concupiscentie satiande/vel refrenãde: veniale est. * Hoc autem ſm indulgentiã.] Dicet aliquis. Si hoc ſm veniam concessit Apls: ergo peccatũ sunt nuptie. Cui enim venia/nisi peccato conceditur? Plane quod infirmitati concessit Apostolus ſm veniam: audeo dicere peccatũ esse. Veniam nãq3 concedens Apls/concubitũ attendit coniugatorum: vbi est incontinẽtie malum. Incontinẽtie malum est q vir cognoscit vxorem/etiam vltra necessitatẽ ꝓcreandi liberos: sed et ibi est nuptiarum bonu3. Non enim qꝛ incontinentie ibi malum est: ideo cõnubiũ: quod est preter intentionem generationis: nõ est bonum: immo vero non propter illud malum culpabile est hoc bonum: sed illud malum fit veniale ꝓpter bonum nuptiale. Hoc bonum nuptiaꝝ nõ reprehendit Apls: sed malum incõtinentie. Concubitus is necessarius causa generandi inculpabilis et solus ipse nuptialis est. Ille vero: qui vltra necessitatem ꝓgredit: non rationi: sed libidini obseq̃tur. Cum igitur culpabilis nõ sit generandi intentione concubitus: q̃ ꝓprie nuptijs imputandus est: quid ſm veniã concedit Apls/nisi q cõiuges debitũ carnis exposcunt: nõ voluntate ꝓpaginis: sed libidinis voluptate: que tñ voluptas nõ ꝓpter nuptias cadit in culpam: sed ꝓpter nuptias accipit veniã. Quocirca etiã hinc sunt laudabiles nuptie: qꝛ etiã illud qđ nõ ptinet ad se: ignosci faciũt ꝓpter se: neq3 eñ iste concubitus: quo seruitur concupiscẽtie: agit vt impleatur fetus: quẽ postulant nuptie. Omnino igitur in genere suo nuptie bone sunt: qꝛ fidem tori seruant: et ꝓlis suscipiende causa vtrũq3 sexũ cõmiscent: et impietatem separationis horrent. * Vnusq̃sq3. ꝛc.] Augustĩ. Et ideo non debet q̃s ꝯstringi: ne ꝓhibit⁹ a licitis admittat illicita: sed ipse quid sequatur eligat: sed tamen in hoc
L propensiorem esse melius est. * Vnusq̃sq3. ꝛc.] Satis hic etiam ostendit pudicitiam coniugalem esse donum dei. Non tantum enim continentium: sed etiam coniugatorum castitas donum dei est. * Proprium habet. ꝛc.] Quia in hoc quisque iuuatur: quod appetit auidius. * Dico autem.] Hic dat consilium. * Vri.]

Est desiderijs agi vel vinci. Non ergo ideo d
melius: quasi bonum sit vri: et nubere meli
sed consuetudinẽ locutionis est secutus. *
si discesserit.] Aliud est discedere: aliud est c
muni consensu continere. Illud enim mal
hoc bonum. ¶ Ambrosius. Ideo non subd
viro: sicut de muliere: quia licet viro aliam
cere: quia inferior non omnino hac lege vi
quia potior: quod a falsarijs dicit esse app
* Et vir vxorem. ꝛc.] Non debet vir dimi
vxorem: quia faceret eam mechari: q si ill
adultera: nõ facit: sed adulteram dimittit.
sa: quam Christus excepit: hic tacetur: qui
tissima est: scilicet fornicationis. * Nam
ris.] Vbi vterque fidelis: hoc preceptum
mini dedi. Nam ceteris: vbi non vterque fi
lis: quod in initio ecclesie contigit: cum eu
gelium predicari cepit. * Si quis frater. ꝛc
Idolatria et quelibet noxia superstitio forni
tio est: et dominus causa fornicationis qui
permisit vxorem dimitti: sed non iussit: et s
dit locum Apostolo monendi: vt qui nolle
non dimittat infidelem: que forsan erit fide
Si fornicatio carnis detestanda est in coniu
quanto magis fornicatio mentis? idest infi
litas. Iussit Esdras: immo dominus per eu
(vt habetur. 3. Esdre. 9. b.) vxores dimitter
nigenas: per quas ad deos ibant alienos. E
Moysen dominus iusserat/ne quis vxorẽ ali
nigenã duceret. Exo. 34. b. Merito ergo q
duxerant domino prohibente: domino iube
dimiserũt. ¶ Ambrosius. Non est imputan
matrimoniũ: quod extra decretũ dei factũ e
cum cognoscit/emendandum. ¶ Augustin
Cum vero cepisset euangeliũ gentibus predi
ri: iam coniunctos gentiles gentilibus cõpe
ex q̃bus si nõ ambo crederẽt: sed vnus vel vna
infidelis cũ fideli consentiret habitare: nec ꝓh
beri a dño debuit fidelis infidelem dimittere
iuberi. Ideo eñ non ꝓhiberi: qꝛ iusticia pe
tit a fornicante discedere: et infidelis hois forn
catio est maior in corde/q̃ in carne. Ideo aũ
nec iuberi: qꝛ non contra iussionez dñi gen
fuerunt ambo coniuncti: licitũ ergo erat per iu
sticiã: sed licitũ non erat faciendum ꝓpter lib
ram beniuolẽtiã. * Sanctificatus est.] Qu
hoc sepe contingit/q alter per alterum ad fide
conuertit. Vel mũdus est vir infidelis: quant
ad fidelem mulierẽ. Et nullam ex eius conti
ctione imundiciã patit mulier fidelis. * Alio
quin. ꝛc.] Si dimittitis inuicẽ nolentes cohab
tare: et alijs vos copulatis: adulteri estis: et fil
vri spurij: et ideo imundi: nunc sancti: quia le
tis coniugijs nati: et sub creatoris veneratio
nati. Vel si vicissim dimittunt: filij qui mate

rem partem sequuntur / in infidelitate manebunt. Maior em̄ tunc erat numerus infideliū / q̄ fidelium. Nunc aūt sancti. i. xp̄iani: siue vno ex parentibus auctore: siue vtroq;. ☞ Reliqua quere ibi. * Propter fornicationē. ꝛc.]. 13. dist. c. Nerui testiculoꝝ. 32. q. 2. c. sicut nō. paragrapho. his ita. * Mulier sui corporꝭ. ꝛc.] 27. q. 2. c. sunt q̄ dicunt. de consangui. c. non debet. * Hoc autē ẜm indulgētiā. c. nerui. ẜ. allegato. 32. q. 2. c. quicq̄d. * His aūt. ꝛc.] 31. q. 2. c. et de neptis. 32. q. 5. c. puto. paragrapho. cū ẜ. et ea. q. 7. c. Apostolus. * Nam ceteris. ꝛc.] 28. q. 1. paragrapho. 1. et. c. cū iā nūc. de diuortijs. c. gaudem⁹. Sequit̄ post multa. * De virginibus aūt. ꝛc.] ☞ Quert an. 2. A. sexte p. ser. Virgi. fol. 164. Volo ergo. ꝛc.] Lyra. ꝛc. ☞ Quere annotamēto. 4. A. sexte partis. ser. Diuinorum officioꝝ. fol. 34. col. 3.

Ferie. iiij. dn̄ice. j. post octauas Epiph. ser. annota. Ex q̄nta parte Biblie.

Egressus est Iesus. ꝛc.] Lyra. Descripta idoneitate predicatoris. (☞ De qua inuenies anno. 39. q̄nte ptis. sermo. Prelatoꝝ. fol. 226. col. 2. A. et. 3. B. Et ẜm alium sensum. annot. 4. F. q̄nte ptꝭ. ser. Dn̄ice. 1. Quadragesime.) Hic consequenter describitur executio predicationis xp̄i: quantum ad eius doctrinā generaliter: cuȝ dicit̄. * Egressus est Iesus.] Scȝ a deserto: quod intrauerat post baptismū: vt doceret populuȝ. * In virtute spiritus.] Idest in virtute signa et miracula faciēdi. de quo spiritu dicit̄. 4. Reg. 2. c. Spūs Helie requieuit super Heliseū: quando diuisit aq̄s miraculose. Verūtn̄ virtus faciendi miracula / nō erat in Heliseo: sed in deo: qui faciebat miracula ad preces Helisei: sed ista virt⁹ erat in xp̄o: cum sit deus et homo. * In Galileā.] Ibi em̄ primo predicauit / vt impleret̄ ꝑphetia Esaie. 9. a. Primo tp̄e alleuiata est terra Zabulon et terra Neptalim. ꝛc. vt habetur Matthei. 4. ☞ Quere anno. 1. q̄nte ptis. ser: In vltimis tribus diebus per octa. Epiph. fol. 49. col. 4. Sequit̄.
B * Et fama exijt per vniuersam regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis coꝝ. Et magnificabatur ab oībus.] Propter excellentiā doctrine et miraculi. Consequenter describit̄ eius doctrina specialiter in Nazareth ciuitate sua: cuȝ dicit̄. * Et venit Nazareth: vbi erat nutritus] Hoc aūt dicit̄ ad designādum q̄ alibi fuerat natus. s. in Bethleē: vt dicit̄ Luc̄. 2. * Et intrauit ẜm ꝯsuetudinē suā die sabbati in synagogam.] Que erat locus orationis et doctrine legis: qb⁹ iudei ẜm preceptū legis vacare debebant in die sabbati: Christus autē legem obseruare voluit. ☞ Vt patet Luce. 2. Et anno. 1. A. q̄nte ptꝭ. ser. Purificatiōis: * Et surrexit legere.] Vt nō predicaret seipsuȝ verbo suo tm̄: sed etiā testimonio sacre scripture. * Et tradit⁹ ē illi liber Esaie ꝑphete. Et reuoluit librum. Et inuenit locuȝ.] Non a casu: sed a ꝓposito: q꞉ sciebat passus scripture loquētis de eo: ꝛ hoc est qđ subdit̄. * Vbi scriptuȝ erat. Spūs dn̄i sup me.] Hoc scribitur Esa. 61. a. Sed tn̄ in translatione nostra mutantur aliqualiter verba: licet sit eadem sententia. Lucas aūt hic allegat scripturā: prout habet̄ in translatiōe. Lxx. Circa q̄ sciēdum q̄ iudei expectant illa: q̄ ꝓmittunt̄ eis Esa. cap. p̄dicto impleri per Messiā: quē expectāt futuꝝ et dn̄atuꝝ toti mūdo tēporaliter: et eductuꝝ iudeos de captiuitate: et posituꝝ eos in maxima gloria ꝛ honore sup oēs gentes. Sed q꞉ tp̄s aduētus xp̄i iā transijt: ideo xp̄s hunc locū conuenięter de seipso exponit / dicens. Spūs dn̄i sup me. Idest me deducens: q꞉ humanitas xp̄i organū est ipsius diuinitatis coniunctū: et ideo in oībus mouebat̄ ẜm diuinitatis instinctum. * Eo q̄ vnxit me.] Ab instanti conceptiōis plenitudine gratie. Ex hoc em̄ q̄ humanitas xp̄i deitati coniungit̄: plenitudine gratie replet̄: ẜm qđ dicit̄ Ioh. 1. b. Vidimus eum quasi vnigenitū a patre: plenū gratie et veritatis. * Euangelizare pauperibus.] C
Idest humilibus: quibus sua doctrina proficit: non superbis. Sequitur. * Misit me sanare contritos corde.] Contritis per penitentiā datur gratia sanans vulnera peccatorum. * Predicare captiuis remissioneȝ.] Idest detentis in lymbo: ad quos descendit: et eos inde eripuit. * Et cecis visum.] Idest gentibus excecatis per errorem / veram dei cognitionem: secūdum quod dixit Symeon Luce. 2. Lumen ad reuelationem gentium. ꝛc. * Dimittere confractos in remissionem.] A pondere legis relaxando. De quo dicitur Actuū. 15. b. Cur tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum: qđ nec nos / nec patres nostri portare potuimus? * Predicare annum domini acceptum.] Iste annus Passionis Christi: de quo placatus est humano generi / soluta emenda primi peccati. * Et diem retributionis.] Idest diem iudicij: in quo vnicuique retribuetur secundum opera sua. * Et cum plicuisset librum / reddidit mini D
stro.] Hoc fecit ad ostendēdum q̄ libri sacre scripture sunt reuerenter tractandi. Vnde et Iudei hanc reuerentiam faciunt libris veteris testamēti: q̄ nullo modo sederent iuxta illos: sedendo ita alte: sicut illi sunt positi. Ex quo patet / q̄ il=

li christiani sunt valde reprehendendi: qui non solum libros veteris testamenti: sed etiam noui: etiã sacra euangelia ita irreuerenter tractant et irreuerentius q̃ libros gentiliũ damnatoꝝ. Ali qui etiã theologi dicta eorũ cum maiori ponde re et certiori quotatiõe allegant in sermonibus suis et in scholis/ q̃ dicta xp̄i et apl'oꝝ. * Et se= dit.] Ut exponeret mature: quod stãdo legerat reuerenter ꝛ deuote. * Et oim in synagoga ocu li erant intendentes in eum.] Quia in facie ei⁹ quidam fulgor diuine gratie relucebat: qui ani mos intuentiũ attrahebat. * Cepit autẽ dicere ad illos. Quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris.] Scʒ in ipso: vt patet ex pre dictis. * Et omnes illi testimonium dabant.] Videlicet ꝙ illa scriptura in illo esset impleta. * Et mirabanť in verbis gratie.] Idest gratio sis. * Que ꝓcedebant de ore ipsius.] ☞ Fi nita littera huius euangelij: consequẽter descri bitur emulatio cõtra eum: cuʒ dicitur. * Et di= cebant. ꝛc.] ☞ Quere anno. 1. A. q̃nte par= tis. ser. Ferie. 2. Dñice. 3. Quadragesime.

E Moraliť * Et venit Nazareth. ꝛc.] Moraliter. Per hoc ostendit ꝙ predicator euangelij debet dieb⁹ dñi cis et festiuis populo predicare: et xp̄i mysteria nũciare. * Et oim in synagoga oculi. ꝛc.] Nã illi: qui sunt merito de numero fideliũ: audiunt deuote verbum diuinũ. ꝛc.

F Glosa. * Et fama exijt. ꝛc.] Glo. Non tm̃ a presentib⁹ ꝓpter visa miracula honorať: sed apd̃ absentes fama diuulgať. ¶ Beda. Ne q̃s putet ea: que p ordinem sunt exponẽda: post ieiuniũ confestim facta: sʒ post aliquot a dño miracula vel in Iu= dea vel Galilea patrata: que apud Johannem legũtur primo aduentu facta. * Docebat. ꝛc.] Post miracula ecce sapiẽtia: qua docet: qua do ctrina per miracula precedentia magnificatur. * Et intrauit. ꝛc.] Intrauit xp̄s die sabbati in synagogam: vt ritũ legis mosaice cumulo cele= stis gratie adimpleret. * Et surrexit legere] Be da. Qui non venerat ministrari: sed ministrare (vt dicitur Matth. 10. d.) lectoris officiũ non de dignať suscipere. Et ꝓuide Lucas gesta domi= ni scripturus: ab explicatione ꝓphetie inchoa= uit: qꝛ omnes ꝓphetie ad ipsum pertinent: et in ipso complentur: et per ipsum nobis aperiũtur. Surrexit igitur legere: vt quos noua signorum operatione nõ cõuerterat: vel ꝓphetie lectionis attestatione corrigeret. * Et vt reuoluit librũ.] Librũ ꝓphetie clausum accipit: sed reuolutũ le git: quia mysteriũ incarnatiõis sue in ꝓphetis obscurũ: et prius suscepit implendũ: et post mor talibus aperuit intelligendum. Accepit libꝛuʒ: vt ostẽdat se esse: q̃ locut⁹ est in ꝓphetis: et remo uet sacrilega perfidoꝝ testimonia: qui aliũ vete

ris dicunt: aliũ esse deũ noui testamenti. V
dicunt initium xp̄i esse ex virgine. Quom
eñ cepit ex virgine: q̃ ante virginẽ loquebat
Spũs dñi. ꝛc.] Bed. In supiorib⁹ ꝓphetic
uator de gentiũ vocatione: et ecclesie confir
tione loquẽs/ dicebat Esa. 60. b. Ego dñs in
subito faciam illud. Confestim ꝙ intulit. S
dñi sup me. fm ꝙ homo. Unũ ps. 44. b. V
te deus oleo leticie pre ꝯsortibus tuis. Pre c
sanctis vnctus est spũali vnctione: qñ in Jo
ne sup baptizatũ spũs in specie colũbe descen
et mansit cũ illo. Unctus est igiť virtute ce
vt pauptatẽ ꝯditionis humane thesauro re
rectionis rigaret eterno: captiuitatẽ mentiu
ferret: cecitatẽ illuminaret a iaꝝ: ꝯfractis co
tis corde mederet: alligando ꝯtritiões coꝝ: r
mittẽdo peccã: vel vt eos: q̃ legis põdere dep
bantur/ releuaret: et in remissionẽ gratie sp
lis admitteret predicare annũ dñi acceptũ
nus iubilei et vere libertat(: tempus gratie
ecclesia i corpore versata peregrinať a dño.
Apl's. 2. Coꝝ. 6. a. Ecce nunc tempus accep
bile: ecce nunc dies salutis. Et post annum
ptabile predicare diem retributionis: qñ fi
hois venit i gloria cũ angelis reddere vni
fm opera sua. Ad hec cuncta euangelizãda
agenda: ideo se dicit missum: qꝛ spiritus dñi
super eum. * Et cũ plicuisset librum. ꝛc.] B
Audientibus illis: qui aderant legit: sed lec
ministro reddidit: qꝛ cũ esset in mũdo: palã
tus est mũdo: docens in synagogis et in tẽpl
ad celestia regress...: his: q̃ ab initio ipm vi
rant: et ministri sermonis fuerant: euãgeliʒa
officiũ tradit. Stans legit: qꝛ dũ nobis scrip
ras: q̃ de ipso erãt: apit: in carne dignat⁹ est
ri. Sʒ reddito libro residet: qꝛ pacto dispẽsa
officio: discipulos doctrine sue seq̃ces elegit
supne q̃etis solio restituit. Sic p̄dicator vbi
gat/ legat. i. opeť et p̄dicet: et resideat. i. p̄mia
tis expectet. ¶ Bed. Reuolutũ legit: qꝛ eccl
misso spũ oẽm vitatẽ docuit. Plicatũ mini
reddidit: qꝛ non oia oib⁹ dicẽda: sʒ p capaci
audientiũ cõmittit doctori dispẽsandũ verb
* Testimoniũ dabant. ꝛc.] Testabanť (vt
dixerat) eũ esse deũ: de q̃ ꝓphete cecinerant.
re spũsseti gratia punctuʒ. vere se paupes ce
captiuos: ꝯfractos: illi⁹ sup oia indigere mun
bus. ☞ Reliqua quere vbi supra.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermõis Prelatoꝝ. incipiẽtibus fol. 90. sub th
mate. * Docebat in synagoga coꝝ.] B. C
ser. Oronis. fol. 18o. sub the. * Intrauit in sy
nagogã] B. ¶ Ul' ser. Incarñ. fol. 2. sub the.
Et reuolutũ legit.] F. ¶ vl' ser. Pctoꝝ. fo. 189.
Pnic. fo. 211. sb the. * Misit me: sanare ꝯtri

corde.] L. ¶ Uel de an. Sabbati sancti. sub the mate. * Predicare captiuis. ⁊c.] L. ¶ Uel de anno. ser. Epipha. incip. fol. 39. sub the. * Predicare cecis. ⁊c.] L. ¶ Uel de anno. ser. Passionis. incip. fol. 35. sub the. * Predicare annum dñi acceptū. ⁊c.] L. ¶ Uel de anno. ser. Judicij finalis incip. fol. 236. sub the. * Misit me predicare diem retributionis. ⁊c.] L. ¶ Uel de anno. ser. Marie Generalis. incip. fol. 72. sub the. * Et mirabant̄ in verbis gratie.] D. ¶ Uel de anno. ser. Dñice. 4. Quadragesime. s. de auditione verbi dei. sub the. * Et oīm i synagoga oculi erant intendentes in eū.] E. ¶ Uel de anno. ser. sermo. Purificationis virginis. Tomo. 2. sub the. * Et intrauit ſm consuetudinē. ⁊c.] D. F. ¶ Uel de anno. ser. Penteco. hoc. 1. Tomo. sub the. * Spiritus dñi super me. ⁊c.] G. ¶ Uel de anno. ser. Aplo͡r. incip. fol. 82. sub the. * Et cū plicuisset librū / reddidit ministro.] H.

Egressus Jesus. ⁊c.] Ly. sup Mattheū. 13. capi. et hic sup Marcū. 6. ca. dicit sic. Postq̄ superius descriptus est feruor predicationis in Christo: hic consequēter describitur liuor emulationis cōtra ipsum ꝓpter doctrinā et miraculū ipsius / et impedimentū populi doctrinam eius recipere debentis: q2 illi de patria sua ꝓpter paupertatē generis ei inuidebant: et ipsum despiciebāt: et in hoc irrationabiliter mouebantur: q2 Dauid: qui fuit radix regū: ⁊ eximius ꝓpheta͡r: fuit pastor ouiū: et ideo isti ex malitia sua facti sunt inepti ad recipiendum doctrinā Christi et ei⁹ miracula: ⁊ ideo dicit Mattheus. Cum consumasset Jesus parabolas: docendo. s. discipulos suos et turbas. * Egressus Jesus abijt in patriā suam.] Jdest in Galileā: vbi fuerat conceptus et nutritus: licet fuisset in Bethleem natus. * Et sequebant̄ eum discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere: et multi audientes admirabant̄ in doctrina eius.] Quia nō viderant eum litteras discentem: nec in lege studentē: ꝓpter qđ erant. * Di- B centes. Unde huic hec omnia? Et que est sapiētia: que data est illi? Jdest noticia scripturarū. * Et virtutes tales: que per manus eius efficiūtur?] Q. d. non habet hec a deo / vel exercitij studio: sed magis a diabolo: quod arguūt ex ignobilitate seu infirmitate parentū. * Nōne hic est faber / filius Marie / frater Jacobi et Joseph et Jude et Simonis? Nōne et sorores eius hic nobiscū sunt?] Dicūtur sorores Marie et filij eorū fratres Xp̄i: ſm Mattheū: q2 erant eius cognati germani: non q2 essent de Maria et Joseph post natiuitatem xp̄i generati (vt dicit Eluidius hereticus:) Jn Mattheo em̄ dicit̄ fabri filius. Credebant enim isti q̄ esset eiusdem artis cū patre suo putatiuo Joseph: q̄ dicit̄ fuisse faber lignarius. Et ꝓbabile videtur q̄ Christ⁹ eandem artem exercuit: q2 nō fuit occupatus in doctrina et miraculis vsq3 ad tricesimū etatis annū: nec ante fuit intentus studio: ſm qđ dicitur Johā. 7. Quomodo hic litteras scit / cum non didicerit? Nec est verisimile q̄ tanto tempore fuerit ociosus: magis autē verisimile est q̄ fuerit occupat⁹ in arte patris sui putatiui / q̄ in alia: et hoc videtur per verbum isto͡r: qui erant de Nazareth: q̄ modum suū viuendi cognoscebāt: et fabrum cū vocabant. Seq̄tur. * Et scandalizabant̄ in illo.] Attribuentes virtuti demonis: quod debebat attribui virtuti diuinitatis. * Et dicebat eis C Jesus: quia nō est ꝓpheta sine honore nisi in patria sua: et in cognatione sua: et in domo sua.] Quia inuidia magis est ad patriotas et ad ꝓpinquos / q̄ ad extraneos. Cuius ratio est: q2 inuidia est tristicia de excellentia alteri⁹ / inquātum apprehenditur vt ꝓprij boni diminutiua: excellentia aūt alicuius distantis multum non apprehendit̄ vt proprij boni diminutiua: ꝓpter quod inter artifices eiusdem artis est magis inuidia: et eadem ratione inter compatriotas. * Et nō poterat ibi virtutē vllam facere / nisi paucos infirmos (iṗositis manib⁹) curauit.] Jstud non posse: non refert̄ ad potentiā eius absolutā: sed congruitatis et decentie: quia non erat congruum q̄ ibi faceret multa miracula: q2 erāt indigni: tñ ibi aliqua fecit: vt nō haberent excusationem de peccato suo / videntes opera diuinitatis in eo. Et causa subditur: cū dicitur. * Et mirabant̄ ꝓpter incredulitatem illo͡r.] Fides em̄ credentiū est meritoria de congruo / q̄ eis fiant miracula: sicut patet Marci. 5. de muliere sanguiniflua: cui dictū ē a xp̄o. Fides tua te saluā fecit. Et in multis alijs locis in euangelio simile habetur.

* Que est sapientia: que data est illi?] Moraliter. Hoc aūt dicebant de xp̄o ꝯtēptibiliter ꝓpter paupertatē parentū. Unde subdit̄. * Nonne hic est faber: filius Marie? ⁊c.] Jstis similes sunt illi: qui doctrinā pauperum religioso͡r contēnūt: et diuitum venerant̄: ſm illud Ecci. 13. d. Diues locutus est: et omnes tacuerunt: et verbū illius vsq3 ad nubes perducent. Pauper locutus est: et dicunt. Quis est hic? Uel isti similes sunt rustico: qui crucifixū adorare nolebat: eo q̄ lignū creuerat horto suo. ¶ Additio. 1. Ubi dicitur in postilla. Nec est verisimile / q̄ tanto tempore fuerit ociosus. Respond. q̄ cum Christus etiam in hac vita summū gradū ꝯtēplatiōis attigit: nullo modo dici potuit ociosus: etiā si aliqñ ab omi actiōe seu exercitio corporali cessasset: hoc enim pertinet ad contemplatiuam vitam ab exteriori

actione quiescere: fm Greg.in.6.moral'. et ideo
irrationabile est attribuere Christo occupatio=
nem in artibus mechanicis ad remouēdum ab
eo ociositatē. Nec ex hoc ꝙ illi ð Nazareth ipm
fabrum vocabant: concludit ipsum fuisse fabrū:
sicut nec ipsum habuisse sorores: licet ipsi dixis=
sent. Nonne sorores eius hic nobiscū sunt? Sed
fabrum ipsum dicebant ad vilipendendam do
ctrinam Christi. Frequenter enim hi: qui occu
pantur in actionibus corporalibus/ deficiunt
ab intellectualibus. Vel dicendum fm Aug. ꝙ
eo ipso fabrū Christum credebant: quo fabri fili
um: qꝛ cōmuniter filij dicūtur habere artem pa-
tris. ¶ Replica. Ubi dicit. Nonne hic est faber?
Dicit postillator ꝙ non est verisimile xpm a iu=
uentute vsqꝫ ad tricesimū annum fuisse ociosuꝫ.
Burgeñ. dicit xpm non debuisse operari opera
mechanica: qꝛ impediuisset opera intellectua=
lia: in quibus xps summū gradum tenuit: ideo
ociosus dici nō potuit. Hic dico quo ad factuꝫ:
ꝙ et si xps nihil opando corporaliter ociosus nō
fuit: prebuisset tñ exemplum ociosis: q ab eo su=
merent velamen excusationis. Laborauit igit/
sicut et orauit: nō ad suffragiū: sed ad exemplū.
Nec talis labor in christo potuit remittere sum
mum gradum intellectualis contēplationis: vt
Burgeñ. arguit: sicut nec dolor summus in pas
sione potuit remittere summaꝫ fruitionem. De
quo alibi.

Glosa. * Egressus Jesus. ꝛc.] Glo. Mira cecitas. In
factis et dictis xpm cognoscere possunt: ob solaꝫ
generis noticiā contēnunt. * Faber. ꝛc.] Bed.
Qui operat igne et spiritu. Vñ Joh.1.e. Ipse
baptizabit vos in igne et spiritu. Faber est: qui
fabricatus est auroram et solem. ¶ Hierony. Fi
lius fabri vocat: ꝛ hoc mysticū. s. fabri: qui fabri
catus est aurorā et solem: ecclesiā primā et sequē
tem: in quarū figura mulier et puella sanantur.

* Quia nō est pꝓpheta. ꝛc.] Proprie nat
est ciues ciuibus inuidere: qꝛ non opera: s
santiā: quam videre: recordant. ¶ Isido.
tatur sepe vtilitas originē. Ut.1. Re.12.
est filius Isai? Sed humilia dñs respicit
a longe cognoscit. ps.112.a. * Et nō pot
virtutē vllam.] Ne ciues incredulos pe
demnaret: faciēs multas virtutes. Vel q
patria sua despicit: paucas ibi virtutes f
gna: ne penitus excusabiles sint. Maior
tidie in gentibus signa facit: nō tam in co
sanatione: ꝙ̄ animaꝝ. * Et mirabant. ꝛc
da. Non quasi de improuiso: sed quasi m
dum ostendit: qꝛ nec pꝓphetis credunt: n
quem presentem cernunt. ☞ Reliqua
vbi supra. s. Matth.13.capi.
☞ Applica ad hec aliqua de annotam
sermonis peccatoꝝ. incipiētibꝰ fol'.189. s
mate. * Jesus abijt.] vt.s. A. Idest re
pctōribus obstinatis: vt isti erant. ꝛc. ¶
anno. ser. Aploꝝ. incip. fol.82. Vel de an
monis Relig. incip. fol.136. Vel virginu
163. Vel Martyꝝ. fol.89. sub the. * Se
tur Jesum.] A. Scꝫ apli per viam paup
martyres per viā martyrij: religiosi per ob
tiam votoꝝ: et virgines per mūdiciā. ꝛc. ¶
de annot. ser. Prelatoꝝ. incip. fol,90. sub
* Cepit docere. ꝛc.] A. ¶ Vel de anno. s
cumcisionis. s. de scientia xpi. sub the. *
rabant in doctrina eius. ¶ Vel de an. ser.
tatis. Vel Incarñ. incipiē. fol.2. sub the. *
est filius fabri. i. dei: filiꝰ Marie. ꝛc.] B. ¶
de annot. ser. Marie Generalis. incip. fol.
sub the. * Hic est filiꝰ Marie.] B. ¶ Vi
re anno.40. sexte partis ser. Generalis. fol.
columna.1. de scādalo. sub themate. * Et
dalizabantur in illo.] B.

Dñice.ij.post octa.Epipha.ser.an. Ex quita parte bi

¶ I. Mat.19 A

Cum descēdisset Jesus de monte. ꝛc.] Lyra.
Hic primo describit curatio
cuiusdam leprosi: ad cōfirma
tionem euangelice legis. Se=
cundo paralytici. Unde ad euidentiā dicendo=
rum ꝯsiderandum/ ꝙ duplex est doctrina. Que
dam que nō excedit facultatē intellectus huma
ni: et ista debet per rationes demonstratiuas cō
firmari. Altera est doctrina excedens facultateꝫ
humanā: et ideo nō potest confirmari per ratio=
nem euidentem: ꝓpter quod oportet ꝙ cōfirmet
per opera diuine virtutis ostensiua: quia cū de-
us nō possit esse testis falsitatis: si talia ind
tur ad confirmationē alicuius doctrine: s
cam infallibilem veritatē continere. Talis
est doctrina euangelica: et ideo eius cōfirm
facta est per miracula: et hoc est qð dicit. *
descendisset Jesus de monte.] In quo leg
gelicam ꝓmulgauerat. * Secute sunt cum
be multe.] Quia aliqui sequebant cum
uotione ꝓpter sanctitatem sue doctrine. Ali
aūt ex curiositate: vt viderent miracula: et a
rent noua. Aliqui vt ei insidiarent: sicut p
sei: ꝛ aliqui vt ab eo curarent: sicut infirmi
bus erat iste: de quo seqtur. * Et ecce lep
veniens adorabat cū/ dicens. Dñe si vis/ po

me mundare.] Ubi confitetur eius potentiaz: in quo apparet huius leprosi fides ꝛ deuotio: ex quo secuta est ei⁹ curatio. vnde subditur. ✱ Et extendens Jesus manum tetigit eum/ dicens. Uolo mundare. Et confestim mũdata est lepra eius.] Licet autẽ possit curare solo verbo: tñ apposuit manum: qꝛ humanitas xp̃i erat quasi organum seu instrumentum ipsius diuinitatis: ꝛ ideo sicut artifex mediante instrumento operatur: sic virtus diuina in xp̃o per applicationem humanitatis aliqua faciebat: vt eã coniunctaz diuinitati declararet. Sed queriť hic quare tetigit leprosum: cũ hoc esset in lege prohibituz? Dicendum ꝙ nõ erat ꝓhibitum leprosum tangere ei: qui ex tactu suo poterat curare: sicut Helias ꝛ Heliseus nõ fecerunt contra legem tangendo mortuos ad resuscitandum: vt habetur. 3. Regũ 17. et. 4. Regũ. 4. d. Consequenter poniť isti⁹ miraculi manifestatio: que facta est ordinate. Scriptum enim erat in lege Leui. 14. ꝙ mundatus a lepra non debebat restitui ad cõmunez habitationem hominuz/ nisi prius iudicaretur mundatus per sacerdotis iudicium: ꝛ facta oblatione dño ꝓ eius mundatione. ideo seqtur. ✱ Et ait illi Jesus. Uide nemini dixeris.] Scꝫ antequaz ea/ que scripta sunt in lege compleueris: precepta eñi cerimonialia habuerũt cursum suum vsqꝫ ad xp̃i passionẽ. Et ideo vsqꝫ tunc xp̃s ea obseruauit: vt patet in sua circũcisiõe: ꝛ ea obseruare alijs precepit: vt patet in hoc leproso cui dicit. ✱ Sed vade ostende te sacerdotibus: ꝛ offer munus/ quod p̃cepit Moyses in testimoniũ illis.] Per hoc etiã figurabatur ꝙ peccator: qui per leprosum figurať: licet sit mundatus a lepra peccati ꝑ contritionem: tñ adhuc tenetur se ostẽdere sacerdoti ꝑ confessionem. Qualis aũt erat oblatio leprosi mundati in lege habeť Leui. 14. Consequenter ponitur secundũ miraculũ. s. curatio paralytici/ cum dicitur. ✱ Cũ aũt introisset. ꝛc.] vsqꝫ. ✱ Et sanat⁹ est puer ex illa hora.] ☞ Quere infra annota. 1. ꝑ totũ. quinte ꝑtis ser. Ferie. 5. post Cinerẽ.

✱ Cũ descẽdisset. ꝛc.] Moraľ. Per istũ leprosũ: q̃ ꝯfitebať se imundũ: ꝛ xp̃m potentẽ ad se mũdãdum/ dicens. Dñe si vis potes me mundare: significatur peccator vere penitens: ꝛ ad dei misericordiam confidenter recurrens: ideo subditur. ✱ Et extendens. ꝛc.] Per qđ significatur ꝙ talis manus diuine misericordie ꝓtenditur eius crimina relaxando. ✱ Uide nemini dixeris.] Per hoc innuens ꝙ ecclesie ministri non debent gloriã hominũ querere sed dei. ✱ Et offer.] Nã a peccatis mũdatus debet esse deo valde grat⁹. ☞ Reliqua quere vbi supra.

✱ Cũ descẽdisset. ꝛc.] Glo. Mysti. Jdest cũ se exinaniret formã serui accipiẽs. ✱ Secute sunt eũ turbe multe.] Qꝛ q̃ prius in Judea notus erat: tunc in vniuersa terra mirabilis factus est. Secute sunt. ꝛc. Alij ꝓpter charitatem. Alij propter doctrinã. Alij ꝓpter admirationẽ ꝛ curationem. Qđ aũt post p̃cepta manũ extendẽs leprosum sanat: significat eos: q̃ de illis p̃ceptis implẽdis dubitãt: suo auxilio ab hm̃oi varietate mũdare. Nõ exprimiť certus curationis locus/ vt ostendať nõ vnũ populũ alicuius ciuitatis: sed omnes sanare. ✱ Adorabat euz.] Priusq̃ peteret: cultum diuinitatis ostendit. ✱ Si vis potes.] De voluntate nõ (quasi pietatis incredulus) dubito: sed quasi mee colluuiõis cõsci⁹ nõ presumo. ✱ Extendens.] Post sermonẽ ꝛ miracula facit: quibus sermo apud auditores confirmať. ✱ Tetigit.] Nõ qui sine tactu sanare possit: sed vt indicet se nõ subiectũ esse legi: sed dñm legis: q̃ non timet contagiũ. Tetigit. ꝓpter humilitatẽ: vt nos doceret nullum spernere ꝓ aliq̃ corporis maculatione. Apparet supra legẽ (que leprosum excludit.) esse gratiã: q̃ sanat eũ: vt ait Matth. 5. b. Non veni soluere legem: sed adimplere. ꝛc. ✱ Uolo.] Eo sanauit genere: quo fuerat obsecrat⁹. Deinde imperat. Mũdare. Ecce potestas. ✱ Uide nemini dixeris.] Taceri iussit: nec tamen taceri potuit. Nõ ꝙ aliqđ voluit/ ꝛ non potuit: sed dat exemplũ: vt sui in magnis q̃ faciunt latere velint: sed vt prosint alijs: ꝓdantur inuiti. Ne dixeris. Hunc tñ Marcus capiť. 1. d. vbiq3 hoc predicasse dicit: quasi euangelista factus sit. ✱ Uade.] Mittit ad sacerdotes propter humilitatem: vt sacerdotibus deferat honorem: quibus lex iubet mundatos munera offerre: ꝛ vt videntes credãt ei: vel si nõ credunt: inexcusabiles sint: ꝛ ne legẽ frãgere videreť. ✱ Ostẽde te sacerdoti.] Ut sacerdos nõ legis ordine: sꝫ gratia dei supra legem curatũ esse intelligat. ✱ Offer.] Qꝛ legem nõ soluo: qꝛ nondũ cepit verum sacrificium. ✱ In testimoniũ.] Jdest dño credãt si impietas lepra discedat: in testimoniuz spũalis curationis: offerenduz est mun⁹ spũale.

¶ Typice. Leprosus genus humanũ significat plenũ lepra: qđ extẽta manu. i. verbo dei humanam cõtingẽte naturã a prisci erroris varietate mundať: vt diu abominabiles ꝛ sequestrati: iaz queant templo reddi. Templũ dei sanctũ est: qđ estis vos. 1. Cor. 3. d. Et sacerdoti offerri: de quo diciť ps. 109. a. Tu es sacerdos in eternũ ſm ordinẽ Melchisedech. Et offerant ꝓ emũdatione corpora sua. Hostiã viuentẽ/ sanctã/ deo placentẽ. Ro. 12. a. ☞ Reliq̃ q̃re vbi supra. Et etiaz annota. 1. quinte ꝑtis. sermo. S. Andree. Et annotam. 1. quinte ꝑtis. sermo. Ferie. 4. Dñice. 3. post octauas Epiphanie. de sequela xp̃i.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Penitentie: incipiētibus Fol. 211. vel Peccatorum. Fol. 189. sub themate. * Ecce leprosus. ꝛc.] i. peccator. ꝛc. ¶ Uel de annot. ser. Incarnationis. Fol. 2. sub the. * Cum descendisset.] Glo. Hic. i. cum se exinaniret. ꝛc.

Ferie. iiij. dñice. ij. post octauas Epiphanie. Ex quinta ptē Biblie.

¶ I. Joh. I. Egrediens Jesus venit in Galileam.] vsqꝫ. * Super filiuꝫ hominis.] Lyra. et Glo. ☞ Quere Annota. I. quinte ptis. sermonis Uigilie. S. Andree. Tomo. 2.

Ferie. vj. Dñice. ij. post octauas Epiph. ser. annota. Ex q̄nta parte Biblie.

¶ I. Mat. 4 A Circuibat Jesus. ꝛc.] ☞ Pro declaratione istius euangelij quere annota. I. A. quinte partis. sermo. in vltimis tribus diebus per octa. Epipha. Fol. 49. Col. 4. ¶ Lyra. Cōsequenter hic ponitur adunatio populi ad xp̄m / quantum ad multitudineꝫ populorum ipsum sequentiū: qꝛ non solū docebat verbo: sed doctrinam suam confirmabat facto. s. per miracula: que solum fieri poterant virtute diuina. Sicut enim illa ad que attingit intellectus humanus / nō ꝓbantur sufficienter nisi per reductionē ad principia intellectui ꝑ se nota: ita similiter: que excedunt facultatem intellectus nostri: cuiusmodi sunt illa: que pertinēt ad doctrinam xp̄i: nō poterant turbis cōmunibus melius declarari: q̄ꝫ per opera virtutē totius nature excedentia. Cū eñ deus nō possit esse testis falsitatis: si talia inducanť ad cōfirmationē alicuiꝰ doctrine: sequiť illā doctrinā veritatē infallibilem cōtinere. Hoc modo cōfirmata est doctrina apl'orum Marci. 16. d. Illi ꝓfecti p̄dicauerunt vbiqꝫ dño cooperante / ⁊ sermonē cōfirmantē sequētibus signis: ⁊ hoc modo cōfirmauit xp̄s doctrinā suā: vt dicitur hic. * Circuibat Jesus totā Galileā docens in synagoga corum ⁊ predicās euangeliū regni.] Qꝛ xp̄s predicabat apertionem regni celestis: qđ non faciebat doctrina mosaica. * Et sanans oēm languorē.] Idest infirmitatem incurabilē virtute nature. * Et omnē infirmitatē in populo.] Ex quo ⁊ cōsimilibꝰ patet cōfirmatio sue doctrine: vt dictū est. * Et abiit opinio eiꝰ] Id ē fama. * In totā Syriā] Qꝛ non solū in Judea: sed in ꝓuintijs vicinis abijt ipsius fama ꝓpter eius crebra miracula: ꝓpter qđ rex Abagarus: qui regnabat iuxta Euphratem scripsit saluatori vnā epistolā: vt habetur in

B (margin, beside "quētibus signis")

ecclesiastica historia. Sequitur. * Et obtul[erunt] ei omnes male habētes varijs languoribꝰ [et tor]mentis cōprehensos: ⁊ qui demonia habe[bant] ⁊ lunaticos ⁊ palyticos: ⁊ curauit eos. Et s[ecu]te sunt eum turbe multe.

* Circuibat Jesus. ꝛc.] Mora. Per hoc [osten]dit q̄ predicator euangelij debet esse dilig[ens ⁊] feruidus ad salutē animarum: ⁊ q̄ eiꝰ doctri[na] cōmunis ⁊ sana: ideo diciť. * Docēs in syn[ago]gis eorum.] Et nō in latibulis sicut faciūt her[etici] ⁊ illi quorum doctrina est suspecta. * Et p̄dic[ans] euangeliū regni.] Nō curiosa ⁊ inutilia. * [Et] sanans oēm languorē.] Debet eni predica[tor sa]nare oēm infirmitatē spūalē ꝓ suo posse. * [Et] demonia habebāt.] Per istos signanť so[...] ⁊ diuini. * Et lunaticos.] Idest instabil[es ...]no. * Et paralyticos.] Qui sunt pigri [...] potentes bonū operari. * Et curauit eos. [...] eñ possunt curari ꝑ bonā doctrinā p̄dicato[ris ⁊] confessoris discreti. * Et secute sunt eū turb[e]. * Circuibat Jesus. ꝛc.] Gl. Coadiutor[...] cat[...] p̄dicationi insistit: docēs impigrū esse d[...] doctorē. * Docēs in synagogis.] Docēs d[...] ribꝰ vite actiue subditos. Predicās de futu[ra vi]te cōtēplatiue ꝑfecti[s]. Docēs naturales iusti[cias] castitatē. s. ⁊ humilitatē: ⁊ similia: q̄ hō natu[ra]liter habet. Predicās euāgeliū regni. Ad cu[...] lum ꝑtinet mysteriū iusticie: bonū initiū: b[eati]tudinis ꝓmissio: pctōrum remissio: adoptio: re[su]rectio: celesti[s] hereditas: angelorum societas. * [In] synagogis.] Ne ociosus doctor in vacuū d[...] rat: sed vbi sunt plures p̄dicet. * Euangeliu[m re]gni.] Qꝛ iusticia est molesta viuenti in car[ne]. Labor iusticie nō suscipiť: nisi merces opis [...] cteť. Idō xp̄s euangelizat beatitudinē: vt [...] ad boni operis penitentiā. * Et sanās.] [...] re languorē ⁊ infirmitatē nō fuit magnū: [...] ca morituri. Sed ideo factum: vt sic erige[ret] ad regnū: moraliter instruens p̄dicatores e[...] terrena subsidia subditis ministrare: ⁊ sic ad [re]gnū trahere. * Et abijt opinio.] Opera salu[...] sine fama boni odoris nō satis relucent aud[ito]ribꝰ: nec fama sine opere ꝓficit: sine q̄bus fo[...] veri sacerdotis nō cōmendatur. Fama ꝓp[...] ximū est necessaria: ⁊ maxime p̄dicatoribꝰ. [...] p̄dicta bona opera sequitur. * Et abijt opi[nio] eius.] Idest fama eius in totā Syriā. Syria [...] ois regio ab Euphrate vsqꝫ ad mare magn[um ...] Capadocia vsqꝫ i Egyptū: in q̄ est ꝓuintia P[a]lestina: in q̄ iudei habitant. Syria interp̄tat[ur ...] ta. Galilea volubilis vel rotata. i. mūdus: q[...] perbus ⁊ ad ima semꝑ rotať: in quo fama xp̄i [in]notuit ꝑ predicationē apl'orum: ꝑ quos saluan[tur] demoniaci. i. idolatre: lunatici. i. instabiles. P[a]ralytici. i. remissi ⁊ torpentes. Paralysis [...]

latine dissolutio. ✱ In totã Syriã.] Usqȝ ad fastigiũ vere laudis p incremẽta boni operis. Decebat magistrũ pontificũ testimoniũ laudis habere ab his: q̃ foris sunt. Unde talibus infirmitates morũ liberius panduntur. ✱ Demonia habebant.] Allego. Demoniaci: idolatre. Lunatici: istabiles paralytici: dissoluti et flẽtes. Lunaticos dicit illos: quorum morbus in ascensiõe crescit lune: nõ q̃ hec insania sit p lunam: sed diabolus: qui insaniã facit / lunaria tẽpora seruat: vt infamet creaturã in creatoris blasphemiã. ✱ Lunaticos ⁊ paralyticos.] Inter hos fuerũt quidã de quibus Marcus ⁊ Lucas pleni9 agunt. ✱ Curauit.] Curat corpora: vt paratius audiãt inuisibilia. Aliter. Parũ erat mor morituris curam impendere. ✱ Secute sunt. ⁊c.] Quadripartite turbe. s. alij ꝑpter celeste mysteriũ vt discipuli. Alij ob curationẽ infirmitatũ. Alij sola fama ⁊ curiositate experiri volentes: si veruȝ esset: quod dicebatur. Alij per inuidiam volentes cum accusare ⁊ in aliquo capere.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Omniũ sanctorum: ⁊ Prelatorum: incipiẽtibus folio. 90. sub themate. ✱ Predicãs euangeliũ regni.] vt. s̃. B. ¶ Uel de annot. ser. Peccatorum. Fol. 189. sub the. ✱ Sanãs oẽm languorem. ⁊c.] B. ¶ Uel de annot. ser. Dñice. 1. et. 3. quadragesime. sub the. ✱ Et q̃ demonia habebant.] B. s. de demonis potestate / ⁊ astutijs. ⁊c. ¶ Uel de an. ser. Aplorum. Fo. 82. et Martyrum. fo. 89. et Religiosorum. fol. 136. et Uirginũ. Fol. 163. sub the. ✱ Secute sunt cũ.] B. s. xp̃m apli: martyres: religiosi: ⁊ virgines. primi p viã pauptatis: secũdi p viã martyrij: ⁊ sic de alijs: ꝑut elicit ex supradictis Glosis vel expositionibus. — F Auctor.

Dñice. iij. post oc. Epipha. ser. anno. Ex quita pte Bib.

Ascẽdẽte Jesu in naniculã. ⁊c.] Lyra. Hic ponitur quoddã miraculuȝ ad discipulorum confirmationẽ / et fuit in sedatione subita tẽpestatis ipsius maris p imperium ipsius xp̃i / cum dicit. ✱ Et ascendẽte Jesu in nauiculã.] Ut iret in locũ remotũ. ✱ Secuti sunt eum discipuli eius] Transfretãtes. s. cũ eo. ✱ Et ecce motus magn9 factus est in mari / ita vt nauicula operiret fluctib9.] Hoc est factũ virtute diuina: vt manifestaret virtus xp̃i discipulis ei9. ✱ Ipse vero dormiebat] Duplici de causa. Prima vt veritas humane nature in eo ostẽderet. Secũda vt discipuli in periculo positi ad ipsum recurrerent / ideo sequit. ✱ Et accesserũt ad eum discipuli eius: ⁊ suscitauerũt eũ / dicentes. Dñe salua nos: perim9. Et dicit eis Jesus. Quid timidi estis?] Q. d. non debetis timere: cũ sim presens vobiscũ: quẽ videtis tot miracula facere. ✱ Modice fidei?] Discipulos autẽ suos dicit esse modice fidei: q2 si pfectam fidẽ haberent: cognoscerent eum tantã virtutẽ habentẽ in dormiendo: quantã in vigilando: q2 somnus et vigilia sunt passiones sensitiue partis: ꝑm quas nõ cõpetebat xp̃o facere miracula: sed magis virtute diuina: que per somnũ in nullo impediebatur. ✱ Tunc surgens imperauit ventis ⁊ mari / ⁊ facta est tranquillitas magna.] Ex quo patet eius diuinitas: q2 miracula faciebat imperãdo sicut dñs creature: vnde sequitur. ✱ Porro homines mirati sunt.] Ex effectu / virtutẽ diuinitatis eius cognoscentes ac etiam cõfitentes. ✱ Dicentes: qualis est hic?] Q. d. Nõ est homo purus: sed deus ver9. ✱ Q2 venti ⁊ mare obediũt ei?] Sicut creatura creatori.

✱ Ascendente Jesu. ⁊c.] Moraliter. Nauicula fluctib9 operta est ecclesia militans in persecutionibus posita. Christi vero dormitio / est diuina permissio. Unde quãdo vident homines tribulationes iniustas durare / dicunt deuȝ dormire: qui excitatur quãdo bonorum precibus pulsatur. Et sic ipso precipiente fit tranquillitas magna per cessationẽ psecutionis: vel dando patiẽtiam tribulatis. Et hec tranquillitas virtutis melior est q̃ tranquillitas corporalis. — C Moralit.

✱ Ascendente Jesu. ⁊c.] Glo. Qui magna fecit in terra transit ad mare: vt ⁊ ibi faciat: ⁊ dñs terre ⁊ maris appareat. ✱ Ecce motus.] Nõ ex se orta est tempestas: sed ei9 imperio: vt discipuli magis timeant ⁊ rogent: ⁊ rogantibus ostendat potẽtiam. ✱ Dormiebat.] Dormit in nobis dominus. i. fides dñi: cum negligentius agimus: ⁊ ideo tempestas. Si vero fides resurgit: imperat ventis ⁊ fluctibus. ✱ Suscitauerũt.] Primum est Jesus in tribulationib9 orationib9 excitandus: vt post increpationem surgens imperet vẽtis ⁊ mari: ⁊ fit tranquillitas magna. ✱ Modice fidei.] Si nouistis potentem in terra: cur nõ creditis etiam in mari? qui parum credit arguitur: qui nihil / cõtemnitur. ✱ Imperauit.] Cui imperatur imperantem sentit. Nota q̃ omnis creatura creatorem sentit. Que apud nos insensibilia: illi sunt sensibilia. ¶ Allegori. Mystice. Mare estus seculi. Nauicula crux christi: cui9 beneficio ad littus patrie celestis venimus: in q̃ vna xp̃s cum suis passus est. vnde Luce. 9. ait. — D Glosa.

Qui vult post me venire abneget semetipsum ꝛ tollat crucem suam:ꝛ sequatur me. Dormit dũ illi nauigant: quia illis seculum calcantibus et ad celum tendẽtibus: tempus subito dominice passionis aduenit: quã Marcus etiã ꝑ horã solis ad occasuꝫ cuntis significat: dũ dicit. Hec im minente nocte gesta fuisse. Suscitant eum. Duꝫ visa morte/resurrectionẽ querunt: ne eo diutius sopito: mens coꝝ pereat. Suscitatus increpat de parua fide/dicẽs Luce.24. O stulti ꝛ tardi cor de ad credendum: nonne sic oportuit pati xp̃m? Uentum.i.diaboli superbiã strauit. Aquam sedat.i.rabiem iudaici populi tabescit. Uel nauicula est presens ecclesia: in qua xp̃s cum suis mare seculi transit. Uentos demonum: aquas persecutorum compescit: vnde miremur ꝛ gratias agamus. ☞ Quere de hac materia Annotamẽto.1.quinte ptis.sermo.Ferie.4.Dñice 4.post octa.Epiphanie.

E Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Fidei.incipientibus Fol'.59.sub themate. ✱ Modice fidei.ꝛc.] vt.s̃.B. ❡ Uel de annota.ser.Incarnationis.Fol'.2.sub the. ✱ Qualis est hic.ꝛc?] B. ❡ Uel de annot.sermo. Ecclesie.Fol'.64.sub the. ✱ Ascendẽte Jesu in nauiculã.ꝛc.] C. ❡ Uel de annota.ser.Orationis.Fol'.180.sub the. ✱ Domine salua nos.ꝛc] B. ❡ Uel de annota.ser.Passionis.Fol'.35.vel Crucis.Fol'.55.sub the. ✱ Ascendente Jesu in nauiculã.ꝛc.] vt.s̃.E.

Ferie.iiij.dñice.iij.post octauas Epipha. Ex quinta pte Biblie.

❡1. Luce.9. A Factum est autem ambulantibus.] Lyra. Postq̃ xp̃s incitauit discipulos ad sequendũ ipsum/etiam vsq̃ ad martyrium. ☞ Ut patet Annota.1.quinte ptis.sermo.Ferie.6. Dñice Septuagesime.) Hic consequẽter remouet aliqua impedimẽta a volentibꝰ sequi ip̃m. Primũ est cupiditas terrenoꝝ. Unde idẽ Lyra sup Mat.8.capi.dicit sic. Hic ponitur quorundam discipulorum accessus ad xp̃m: quoꝝ vnꝰ accedebat ficte:ꝛ ideo repellitur: secundus vere: ꝛ ideo recipitur. Circa primũ considerandũ/ꝙ vnus de his: qui audierant predicationẽ xp̃i/et viderant miracula: qui erat scriba: idest litteratus/considerauit ꝙ si esset familiaris xp̃i/ꝙ posset magnã pecuniam colligere ab his: qui a xp̃o curarentur per ipsius suggestionem ꝛ introductionem: ideo voluit se ei coniungere ficte. et hoc est quod dicitur hic. ✱ Factum est autem ambulantibus illis in via: dixit quidam ad illum. Sequar te quocũq̃ ieris.] Jesus autem vidẽs

eius animum non respondit ad eius verbum: sed ad ipsius animũ: cuꝫ dicitur. ✱ E[t ait] illi Jesus. Uulpes foueas habẽt: et volucr[es ce]li nidos. Filius autẽ hominis nõ habet v[bi ca]put suum reclinet.] Idest bruta habent [cu]bula: in quibus possunt latere: ego sum [pau]per/ꝙ nõ habeo domicilium: vbi possim re[cipe]re me. Q.d.sibi. Cur vis me sequi ꝑpter [lucrum] temporale? ꝛ sic cõuenienter a xp̃o repellit[ur. Sed] queritur hic. Quare xp̃s voluit in paup[ertate vi]uere? Ꝗꝛ sicut diuitie sunt impedimenta [impro]bis: ita probis sunt adiumẽta virtutis. [Ergo cum] tem ad virtutẽ faciens debuit xp̃o deficere. [Ergo] videtur ꝙ debuit diuitias tẽporales habe[re. Di]cendũ/ꝙ xp̃s multis de causis in pauperta[te] [vi]xit: due tamen pre ceteris videnꝶ valere. P[rima] causa: qꝛ xp̃s venit ad predicandum verita[tem] mũdo: ꝺm quod ipsemet dixit Johã.18. [Ego] in hoc natus sum: ꝛ ad hoc veni in mund[um: vt] testimoniũ ꝑhibeã ꝟitati. Predicatio aũ[t impedi]tur per administrationem bonorũ tempo[ralium] ꝑpter quod xp̃s apostolis ad predicãdum [mis]sis dixit Matthei.10. Nolite possidere au[rum neque] argentum. ꝛc. Quasi dicat: ista impedir[ent vos] a predicatione ꝛ spiritualium administr[atione]. Ipsi autem apostoli Actuuꝫ.6.a.dixerunt. [Non] est equum nos relinquere verbuꝫ dei ꝛ mini[strare] re mensis. Considerate ergo fratres ex vo[bis vi]ros boni testimonij septem: quos constitua[mus] super hoc opus: nos autem oratione ꝛ mini[ste]rio verbi instantes erimus. Ex quibus pa[tet quod] administratio temporaliũ impedit predica[tionis] officiũ: ꝛ ideo qꝛ xp̃s volebat predicatoribꝰ [evan]gelij debitam formam viuendi tradere: [vo]luit in paupertate viuere. Secũda causa [est] sicut xp̃s mortalitatem nostraꝫ assumpsit: v[t eter]nam nobis immortalitatem conferret: ꝛ sic [pau]pertatem nostram voluit assumere: vt per e[am no]bis eternas diuitias tribueret. Et hanc cau[sam] tangit Apostolus.2.Coꝛ.8.b. Scitis gra[tiam] domini nostri Jesu xp̃i: quoniam egenus [pro no]bis factus est: vt illius inopia diuites essem[us]. Tertia autem ratio potest addi: ne conuers[io fi]delium facta per xp̃m posset ascribi diuiti[is et] potentie seculari. Ad argumentum dicend[um ꝙ] aliquid bene est actus virtutis ꝺm inferio[rem sta]tum: quod tamen est impedimentũ actus v[irtu]tis ad altiorem gradum: sicut debitus vsus [ma]trimonij est impeditiuus virginitatis. et eo[dem] modo administratio temporaliũ bene est im[pe]ditiua perfecte sequele xp̃i: inquantum imp[edit] actum contemplationis. Propter quod dic[itur] in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Bon[um est] facultates cum dispensatione erogare: sed m[elius] est intentione sequendi Christum totum s[imul]

[...]bonare: ⁊ absolutum a solicitudine cum christo [...]gere. Consequenter describitur conuersio alterius ad xp̄m: qui veniebat vere: sed imperfecte: ⁊ ideo a xp̄o recipitur ⁊ perficitur: et ideo subditur. * Ait autem ad alterū. Sequere me. Ille autem dixit. Domine permitte mihi primū ire ⁊ sepelire patrem meū.] Iste autem non petebat vt sepeliret iam mortuum: quia hoc nō fuisset sibi denegatum: sed a sequela xp̄i impediebatur ex amore carnali ad parentes/ cum quibus volebat vsq̄ ad eorum mortem esse: ⁊ tunc xp̄o inseparabiliter adherere. Sic faciunt: qui inutiliter ingressum religionis vel executionem melioris vite differunt. Sed quia parentes eius non erant in tanta necessitate positi/ q̄ non posset cōuenienter eis per alios ministrare/ ideo. * Dixitq̄ ei Iesus. Sine vt mortui.] Idest in infidelitate permanentes. * Sepeliāt mortuos suos. Tu autem vade ⁊ annūtia regnū dei.] Ex hoc loco patet q̄ aliquis ab ingressu religionis non debet retardari propter parētes affectione carnali. vnde Matth. 4. capi. Iacobus ⁊ Iohānes leguntur secuti fuisse xp̄m relictis retibus ⁊ patre. Propter quod Hiero. in epistola ad Rusticanū monachum dicit. Licet pater tuus in limine iaceat: licet mater tua vbera ⁊ pectus ostēdat: per calcatū perge patrem: per calcatā perge matrē: ⁊ ad vexillum crucis xp̄i euola. Secus aūt esset si parentes essent in tali necessitate positi/ q̄ non posset eis cōuenienter sine presentia filij subueniri: tunc nō esset ei licitū ingredi religionē dimissa necessitate parentū: q2 hoc esset de alieno/ deo facere sacrificium. Ad predictorū maiorē intelligentiā considerandū/ q̄ aliter pater tenetur prouidere filijs: ⁊ aliter filius parentibus: q2 pater cū sit principium filij per se obligatur ad prouidendū filijs de doctrina ⁊ nutrimento: nō autem ecōuerso. vnde dicit̄. 2. Cor. 12. c. Nec em̄ debent filij thesaurizare parentibus/ sed parentes filijs: ⁊ ideo parentibus nō licet ingredi religionē omissa cura filiorū omnino: sed debēt de eis curare vel de cura eis competenti prouidere. Filius autē licet non simpliciter teneatur habere curā patris: tenetur tamen per accidens. s. si pater sit in casu necessitatis: in quo per alium non possit conueniēter sibi subueniri: et ideo tali casu cessante potest ⁊ debet etiam contra voluntatem parentum intrare religionem. ¶ Tertium principale est inutilis dilatio: que notat̄ cū dicitur. * Et ait alter: sequar te domine: sed permitte mihi primū renuntiare his/ qui domi sunt.] Sic faciunt: q̄ inutiliter ingressum religionis: vel executionē melioris vite differunt: et hoc remouetur exemplo conuenienti/ cum subditur. * Nemo mittens manum suam ad aratrum/ ⁊ aspiciens retro/ aptus est regno dei.] Arator enim retro respiciens facit sulcum tortuosum aut inutilē: sic accipiens melioris vite statum ⁊ habēs affectū redeundi ad pristinum statum: ⁊ predicator verbi diuini retardans opus predicationis pro amicis carnalibus vel terrenis negocijs: ineptus est regno dei adipiscendo vel possidendo.

* Sequar te quocunq̄ ieris. ⁊c.] Moraliter. Iste secundum litteralem sensum sequi christū volebat: quia per hoc habere miraculorum gratiam sperabat: ⁊ ea vti ad lucrum temporale: propter quod Christus repulit ipsum. Ergo per eū significantur querentes intrare religionem possessiones habentiū non ex deuotione/ quod est bonum: sed vt ex pauperibus diuites fiant: ⁊ ex contemptibilibus honorati: ideo talibus dicit̄: * Vulpes foueas habent. ⁊c.] Idest dolosi demones ⁊ superbi habent in vobis habitaculū: sed non Christus. * Et ait alter. Sequar te domine: sed permitte. ⁊c.] Per hoc q̄ dixit ei. * Sequere me. ⁊c.] Ostendit/ q̄ carnalis affectus a sequentibus Christum est totaliter dimittend9. ¶ Vel aliter. * Dixit quidam. ⁊c.] Iste nō veraciter loquebatur/ ideo sibi dicitur. * Vulpes foueas habent.] Idest dolosi habent cautelas/ ad quas refugiunt: ne in suis malicijs comprehendātur. * Et volucres celi nidos.] Idest superbi querunt in altis eleuari. * Filius autem hominis. ⁊c.] Idest ille qui secundum dictamē rationis viuit: talia non querit. * Sine vt mortui sepeliant mortuos suos.] Moraliter mortui sepeliunt mortuos/ quādo peccatores in peccatis suis mutuo se celant ⁊ operiunt semetipsos. * Nemo mittens manū suam. ⁊c.] Beda. Si autē secutur9 dn̄m discipulus: q2 domi renūtiare velit arguitur: quid fiet illis/ qui nulla vtilitatis gratia visitant sepius domos illorū: quos in mundo reliquerunt?

* Dixit quidam. ⁊c.] Glo. Beda. Iste signorū magnitudine motus vult sequi: vt ex miraculo operum quereret lucrū: vnde ⁊ a dn̄o repudiat̄: qui non obsequiorum speciē: sed affectus querit puritatē: dicit ergo tali fidei. Quid me propter diuitias ⁊ seculi lucra cupis sequi? Ego tante sū paupertatis/ vt nec hospitiolū quidem habeā/ nec meo vtar tecto. Vel miraculis mot9 propter inanem iactantiā sequi voluit: quā significant aues: ⁊ finxit obsequium discipuli/ que fictio per vulpē figuratur. * Vulpes foueas habēt. ⁊c.] Beda. Vulpes animal fallax: insidijs intentū: rapinas fraudis exercēs: etiam inter ipsa hoim hospitia habitans in foueis. Ita hereticus domū fidei non habens: alios in suam fraudē trahit ⁊ a fide seducit. * Vbi caput suum. ⁊c] Reclinatio capitis humilitatem xp̄i significat: que

D Moralit.

E Glosa.

in illo simulatore τ supbo nõ habet locum. Debet aũt circũspectũ esse fidei hospitiũ: ne dũ infidelibus nostre domus interna reseram⁹: in aliene pfidie casses ipronida credulitate labamur. ✳ Ait aũt ad alterũ. Sequere me.] Attẽde dñz non culpas aspernatũ sed fraudes: quia qui repudiauit fraudulentũ: elegit innocentẽ: sed cuius patrem sciebat mortuũ. Illum patrez de quo dicit. Obliuiscere domuz patris tui. τc. ✳ Ille aũt dixit. Dñe pmitte mihi primũ ire τ sepelire patrẽ meum.] Quẽ misereatur dñs imprudentem vocat: qui discipulatũ nõ respuit: dign⁹ est in quo diuinitas quiescit: sed pri⁹ pietate funeris expleta liberior sequi desiderat. Sed dñs docet minora bona ꝓ vtilitate maiorum esse ꝑtermittenda. Maius enim est animas mortuorum predicãdo suscitare: q̄ꝫ corpus mortui terra abscondere. ✳ Dixit ei Jesus. Sine vt mortui

F sepeliant mortuos suos. τc.] Beda. Mysti. Nõ reuocatur ab officio patris fili⁹: sed fidelis secernitur a cõmunione perfidoꝝ: quoꝝ guttur est sepulchrum patẽs qualis etiã hereticus erat: quẽ supra vulpibus comparauit τ auibus. Est enĩz ꝓpria iustorum sepultura. De qua dicit Mat. 26.a. Hec enim mittens hoc vnguentum in corpus meum ad sepeliendũ me fecit. Et ideo q̄ bona in se fide sepelit xp̄m/ vt cum eo resurgat: diaboli perfidias in se sepelire nõ debet. ✳ Renunciare his. τc.] Si discipulus deũ secuturus arguitur q̄ renunciare domui velit: quid fiet illis qui nulla vtilitate sepe visitant domos suoꝝ: quas dereliquerunt? ✳ Nemo mittens manũ. τc.] Manũ ad aratrũ mittit: qui quasi quodã instrumento compunctionis ligno τ ferro dominice passionis duritiam sui cordis euertit/ τ ad bonos fructus aperit. Qui si ad relicta vitia desiderio rapitur: a regno dei cũ vxore Loth excluditur. ¶ Moraliter. Omnis arans si retro respiciat/ aut inutilem/ aut tortuosum faciet sulcuz/ aut arantiũ boum suoꝝ vestigia vulnerabit: ita τ qui directo tramite ac spirituali vomere vitia mundana persulcans incedit ad regnuz dei. Si autẽ aspectum suũ ad impia τ vana cõuertit: biiugos suos/ hoc est corpus atq̄ animam vulnerabit: τ optimi itineris periculosum nimis incurrit errorem. ☞ Reliqua quere ibi: τ Matthei. 8. in Glosa.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis

G sermonis Religiosoꝝ incipientibus fol. 136. sub

Auctor. themate. ✳ Sequar te. τc.] A. Hoc dicunt tam boni q̄ꝫ mali religiosi in pricipio ꝓfessionis sue. Sed postea boni sequunt xp̄m: mali autẽ non. τc. ¶ Vel. ser. Plurimoꝝ Martyꝝ. Tomo. 2. et maxime annot. 1. D. M. P. quinte partis. sub the. ✳ Filius hoĩs non habet. τc.] A. Ideo dic

de paupertate xp̄i τ bonoꝝ. τc. ¶ Vel de an[...] ser. Peccatoꝝ. Fo. 189. sub the. ✳ Sine vi[...] tui. τc.] C. ¶ Vel de annot. ser. omniũ sanct[...] et Prelatoꝝ. Fol. 90. sub the. ✳ Vade τ an[...] tia regnum dei.] B. ¶ Vel de annot. ser. [...] Crucis. Fol. 55. sub the. ✳ Filius autem h[...] nis nõ habet vbi reclinet caput suũ.] A. [...] ligno sancte crucis. τc. ¶ Vel de annota. ser. [...] nerum. fol. 305. sub the. ✳ Sine vt mortui [...] liant. τc.] C. ¶ Vel de annota. ser. Pass[...] Fol. 35. sub the. Nemo mittẽs manũ. τc.] [...]

Ferie. vj. dñice. iij. post oc[ta]
nas Epipha. Ex quinta pte Bib.



Fferebãt Jesu paruulos[...] Lyra. Hic saluator instr[...] scipulos de humilitate [...] fundamentum aliarum [...] tutum. ¶ Idẽ sup Mat[...] capi. 19. dicit sic. Hic salu[...] docet humilitatis obedi[...] per hoc q̄ paruulos sibi oblatos dulcit sus[...] manus illis imponẽdo: et pro eis orando: [...] autez: obediẽtes illi sunt vere paruuli: et [...] quod dicit. ✳ Offerebãt christo paruulos [...] tangeret eos.] Scilicet benedicẽdo τ oran[...] eis. ✳ Discipuli aũt cõminabãtur offerent[...] Timentes ne importunitas offerentium [...] deret magistrum. ✳ Quos cum videret [...] indigne tulit. et ait illis. Sinite paruulos v[...] re ad me/ τ ne ꝓhibueritis eos.] Q. i isti sun[...] ra vere humiliũ τ obedientiũ: quoꝝ fami[...] tẽ ego volo. Sequit. ✳ Taliũ enĩ est regnu[...] Sicut dr̃ Mat. 18. Null⁹ potest intrare re[...] celoꝝ/ nisi fuerit paruul⁹ τ humilis. Sequ[...] ✳ Amẽ dico vobis: quisq̄s nõ receperit re[...] dei velut paruulus: non intrabit in illud. [...] plexans eos τ imponẽs manus sup illos b[...] bat eos.] ☞ Hic finit hoc euangeliũ: τ q̄[...] mediate sequunt quere annot. 1. quinte p[...] Ferie. 4. Dñice. 5. post octa. corporis Chr[...] ✳ Offerebant. τc.] Moraliter. Paruuli p[...] dici pauperes τ generis infimi. Per discip[...] autem impedientes/ ne offerantur xp̄o: sig[...] cantur ecclesie rectores vel religiosi: qui p[...] paupertatem vel generis infirmitatem re[...] eos a debita promotione vel receptione ad [...] gionem: cum tamẽ alias sint apti: propter [...] impedientes arguuntur ore Christi. ideo [...] tur. ✳ Talium est regnum dei.] Matthei. [...] Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum [...] regnum celorum. ✳ Quisquis non recep[...] gnũ dei velut paruulus.] Idest sine lupa[...] dolo. ✳ Non intrabit. τc.]

Sermonis annotamēta. Ex quinta parte Biblie.

* Offerebant. ⁊c. Discipuli cōminabant̄ offerē[ti]bus.] Glo. Non φ nollent eis et manu et voce [s]aluatoris benedici: sed nōdū plenā fidem habē[nt]es/ putabant eū more hoim offerentiū importu[n]itate lassari. * Taliū. n. est regnū dei.] Taliū [s]ignificāter dicit: non istoꝝ. q. d. mores regnant: nō etas. His pmitit̄ regnū celoꝝ: q̄ similem ha[b]ent simplicitatē et innocentiā: quib⁹ ꝯgruit il[l]ud Aplī. 1. Coꝝ. 14. d. Nolite effici puuli sensi[b]us: sed malitia paruuli estote. * Quisq̄s non [re]ceperit.] Qui nō pseuerat in ira: nō lesus me[m]init. Videns pulchrā mulierē non ꝯcupiscit: [n]ō aliud habet in ore: aliud in corde: quasi si ta[l]es nō fueritis: nō intrabitis in regnū celoꝝ. * Regnum dei. ⁊c.] Idest doctrinā euāgelij sicut paruuli accipere iubemur. i. sicut paruulus do ctoribus nō contradicit: rationes aduersus eos non cōponit: sed fideliter suscipit: cū metu obtē= perat et quiescit: ita et nos obediēdo simpliciter et sine oī ꝯtradictione verba dn̄i debem⁹ suscipe. ☞ Applica ad hec aliq̄ de annotamētis ser= monis Religiosoꝝ. incip̄. fol. 136. sub thē. * Of ferebāt Jesu puulos.] vt. s̄. A. ¶ Vel ser. Aplo rū. fol. 82. sb thē. * Discipuli aūt. ⁊c.] A. ¶ Vl ser. Diz sctōꝝ. sub thē. * Taliū. n. ē regnū dei.] ¶ Vel ser. Pctōꝝ. fol. 189. sb thē. * Quisq̄s nō receperit. ⁊c.] B. ¶ Vel ser. Prel. fol. 90. sub eo dem thē. s. * Quisquis nō receperit. ⁊c.] E.

E Auctet.

Dn̄ice. iiij. post oc. Epipha. ser. anno. Ex quīta pte Bib.

Respondens autē Jesus/ dixit. Cōfiteor tibi pa= ter. ⁊c.] Lyra. In hoc cap. sal uator tria facit. Primo. n. ꝯfir mat dubios Johannis bapti ste discipulos de suo aduentu: cū dicit̄ in textu. Johannes aūt cum audisset in vinculis opera xp̄i. ⁊c. Vel. Et respōdēs Jesus. ⁊c. ☞ Quere an. 1. A. B. q̄nte ptis. ser. Dn̄ice. 3. Aduēt⁹. fo. 11. col. 1. et. 2.) Secūdo cōdēnat incredulos seu peruersos/ cū dicit̄. Cui autē similem existima= bo generationē istam? ⁊c. ☞ Quere Anno. 2. C. q̄nte ptis. ser. Ferie. 6. Dn̄ice. 2. Aduētus. fol. 10. col. 1.) Tertio cōmendat deuotos: cum in euangelio hodierno dicit̄. Respondens Jesus/ dixit. Confiteor tibi pater. ⁊c. Et ideo circa deuo tionem ipsoꝝ primo ponit̄ principium motiuū. Circa quod aduertendum/ φ posset ab aliquo queri: que fuit causa φ iudei litterati et in popu lo famosi p maiori parte in infidelitate remāse= runt: simplices autē et illiterati ad fidem vocati sunt? Huic questioni tacite respondet Christus per modum diuine laudis/ dicēs. * Confiteor tibi pater dn̄e celi et terre.] Idest ad gloriā tuā declaro. * Quia abscondisti hec] Idest myste ria fidei. * A sapientib⁹ et prudentib⁹.] Idest in sapientia humana ꝯfidentibus: et isti sunt sa pientes in oculis suis tn̄: sȝ nō simpliciter. * Et reuelasti ea paruulis.] Idest humilibus. Et sic patet φ causa ex pte credentiū fuit eoꝝ humili= tas: q̄ ad sapientiā disponit. Vt dicit̄ Prouer. 11. a. Ubi humilitas: ibi sapientia. Ex pte autē nō credentiū fuit eoꝝ supbia: q̄ est intellect⁹ exce catiua. Sȝ ex pte di/ causa fuit simplex volūtas diuina. et hoc est qđ subdit. * Ita pater: qm̄ sic fuit placitū ante te.] Qđ enim aliq̄ sint electi/ ⁊ aliq̄ reprobati: bene potest assignari causa in ge nerali: etiam ex parte dei: vt in electis appareat dei misericordia: in alijs aūt eius iusticia. quia sicut ad gloriā regis terreni et decorem sui regni non solum pertinet aula: in qua strenui milites honorātur: sed etiā patibulum: in quo malefa= ctores puniūtur: sic ad gloriā dei nō solum perti net premiatio beatoꝝ: sed etiā punitio reprobo= rum. In speciali tn̄ non potest assignari ratio ex parte dei quare istum eligat: et illum dimittat: nisi eius simplex voluntas. Unde dicit Augu. sup Joh. quare illum trahat: illum autē dimit= tat: noli velle dimicare: si nō vis errare. Secun= do ponitur predicte vocationis mediū. Christ⁹ enim mediator est dei et hominū. Debitus autē est pcessus: vt ab extremo in extremum proceda tur per medium: et ideo omnis processus gratie diriuatur ad nos per Christum. et hoc est quod dicit. * Oīa mihi tradita sunt a patre meo] Quod verum est in Christo: quia ꝫm naturam diuinā habet esse a patre: et per consequens pos= se: licet habeat idem esse numero ⁊ posse cū ipso: et sic oiā tradita sunt sibi a patre ab eterno. Se= cundum autē naturā humanā oia tradita sunt in potestate Christi ⁊ dominio a deo patre. Sed hoc intelligendū est dupliciter. Uno modo quā tum ad auctoritatem: et sic omnia creata sunt si bi subdita ab instanti conceptiōis: quia eo ipso φ natura humana verbo est vnita: omnia crea ta sunt subiecta sibi. Alio modo quantū ad effe ctum: et sic in iudicio omnia erunt subiecta pe= dibus eius: quia tunc eius volūtas perfecte im plebitur in omnibus: vt habet̄ ad Hebreos. 10. Et quia secundum naturam idem est cum pa= tre: ideo subditur. * Et nemo nouit filium: ni= si pater: neque patrem quis nouit: nisi filius.] Eo modo. non tn̄ per hoc excludit̄ spūssanctus:

B

q2 dictio exclusiua addita vni psone in diuinis
respectu termini essentialis: nõ excludit aliam:
sed potius includit: q2 licz alia sit psona patris:
alia filij: et alia spũssancti: tñ iste tres persone sũt
vnus deus: ita ꝙ nec in diuinitate: nec in essen=
tialibus habent alietatem aliquã. Dictio autẽ
exclusiua solum excludit quod alietatẽ impor=
tat. Noticia autem absolute sumpta essentiali=
ter accipit: et ideo cõmunis est tribus: et ideo cũ
dicitur: ꝙ nemo nouit filium/ nisi pater. ꝛc. per
hanc dictionem exclusiuaz/ nisi: ab hac noticia
nõ excluditur spiritussanctus: sed magis inclu
ditur: vt dictũ est. Sciẽdum etiam ꝙ hec dictio/
nemo: non accipit ꝓprie: idest nullus homo: qȯ
patet per hoc ꝙ ab ista vniuersali negatiua exci
pitur pater per dictionem exclusiuã: cum subdi
tur. Nisi pater. qui tñ pater nõ est homo. Solus
enĩ filius in diuinis est homo. et ideo dicendum
ꝙ nemo/ ibi accipit magis large. i. nullum sup=
positũ nature intellectualis. et sic bene excipitur
pater: qui licet nõ sit homo: est tñ natura intelle
ctualis: et tñ ipse cognoscit filium perfecte. et q̇a
Christus est mediator dei et hominũ: ideo noti
cia diuinoꝝ ad nos deriuat per ipsuz: ꝓpter qȯ
subditur. * Et cui fili⁹ voluerit reuelare.] Nõ
quia isti: quibus fit reuelatio: mediante filio ha
beant noticiam cõprehensionis: sicut filius: q̇a
hoc est impossibile creature. Illud enĩ quod cõ=
prehẽditur/ totaliter et perfecte cognoscit. Et q2
(vt dictũ est) dei filius est mediator dei et hoim:
ideo consequẽter ostendit ꝙ familiariter et secu
C re possumus accedere ad ipsum. * Venite ad
me omnes: qui laboratis: et onerati estis.] Sub
onere legis: quod onus fuit importabile patri=
bus antiquis: vt habetur Actu. 15. * Et ego re
ficiam vos.] In presenti per gratiã: et in futuro
per gloriã. * Tollite.] Voluntarie. s. * Iugũ
meum super vos.] Idest legem euangelicaz: q̄
dicit iugum a iungo iungis: q2 lex euangelica
est lex amoris: et ꝑ consequens iungit fideles ad
inuicem: iudeos et gentiles: q2 amor est vis vni
tiua: sm Dionysiũ. Consequẽter ostendit qua=
liter nutriat amor iste/ dicens. * Discite a me:
q2 mitis sum.] Nullum ledendo. * Et humi=
lis corde.] Neminẽ ꝯtẽnendo. Istis aũt duob⁹
maxime nutrit dilectio. Premiũ aũt amorꝭ sub
iungit: cũ dicit. * Et inuenietis requiẽ aiabus
vestris.] Q2 sm qȯ dicit Aug. lib. confessionũ.
Inq̄etuz est cor meũ/ donec req̄escat in te. Que
q̇dem quies hic inchoat: sed in patria perficiet:
vbi charitas ꝯsumat. et ne ex iugo legis euãgeli
ce aliq̇ terreant: ideo subdit. * Iugum enĩ meũ
suaue est: et onus meũ leue.] Q2 sm qȯ dicit. 1.
Ioh. 5. a. Mandata eius grauia non sunt. Qȯ
exponens Augustinus/ dicit: scilicet amanti.

* Confiteor. ꝛc.] Moraliter. Magnus
ex hoc est humilib⁹ veris: q2 sunt de secret
mi regis. Et qm̃ humilib⁹ oia patienter
tibus freq̄nter imponũt grauia: io indig
atione diuina: ꝓpter qȯ subdit. * Venit
* Confiteor. ꝛc.] Glo. Respondet Iesus
obiectioni: quasi quereret. Que rõ/ ꝙ pop
iudaicus dei cultor/ dei filiuz in carne ve
tam obstinatus reijcit: quem gentilitas
na recepit: et dixit. * Confiteor. ꝛc.] Q
celos: et relinquis in terrenitate: quos vi
litterã. * Paruulis.] Sapientibus et p
tibus nõ apponit insipientes et hebetes: s
uulos: vt ꝓbet se tumorẽ damnare: nõ ac
* Ita pater.] Blandientis affectu loq
inceptum in aplis beneficiũ compleat.
plum humilitatis accipimus: ne temere
tere presumamus diuina consilia de voc
eorum: et repulsione illoꝝ. Cum enim v
tulisset: nõ mox rationẽ reddidit: sed sic
citum dixit: ostendens: q2 iniustum esse
test: quod iusto placet. In oibus ergo: q
rius disponũtur: aperte causa rationis
te iustitia voluntatis. * Qm̃ sic. ꝛc.] N
iterum querat cur humiles eligat: sapien
probet. * Omnia mihi. ꝛc.] Tradentẽ p
accipientem filium mystice intellige. A
si iuxta fragilitatem nostram accipis: c
habere: qui accipit: incipiet non habere: q
dit. Per omnia. coomnipotentẽ nota. P
dita. filium: cui ꝑ naturam oia: per v
stantie iure sunt ꝓpria: nõ data per gra
dita aũt omnia: non celum et terra et ce
fecit: sed hi: q̇ per filium accessum habe
trem: et ante rebelles/ dñz postea sentire
Tradita aũt nõ alia sunt/ q̃z que in filio
ta sunt patri. Nota ṽo filio soli esse: qu
sunt: atq3 ita in h̄ mutue cognitiõis secre
ligit: nõ aliud i filio/ q̃z ꝙ i p̄re agnoscibil
titisse. * Et nemo. ꝛc.] Et nemo nouit p
nisi fili⁹: et cui patrẽ voluit reuelare. Ad
enĩ illud subditũ refert. Verbo. n. suo pa
clarat: et ṽbum seip̄m declarat: quia men
stre lumen est. * Nisi filius.] Mutua
tio: que est equalitate nature. Illa autem
la: q̄ in nobis ẽ: dignatiõe reuelãtꝭ est. *
iugũ. ꝛc.] Iugũ xp̄i euangeliũ est: qȯ iu
gentes in vna fide ꝯiungit. * Tollite su
Idest in honore habete. nõ subtus: vt
* Qui laboratis] Difficultate legis: ꝛ o
petis. s. reficiã. si iugũ tollitꝭ. i. p̄cepta mea.
iugo ei⁹ suaui⁹: q̇d onere leui⁹: ꝓbabile
abstiere a malo: bonũ velle: amare oẽs: et
p̄ntib⁹ nõ capi: nolle alij facere: qȯ pati no
* Discite. ꝛc.] Docẽte verbo ꝛ exẽplo: vt

miles mētib⁹: mites morib⁹. Humiles: vt nemi nē ɔtēnāt. Mites: vt nullū ledant. Corde: vt idē extra in ope sit et in corde: ne lateat sei pēs in specie colūbe. ✳ Jugum em. ꝛc.] Quomodo euāgelium lege leuius est: cū ibi opera: hic concupiscentia damnatur? Sed in lege multa iubentur: que Apostolus impleri nō posse dicit. Hic volūtas queritur: que in arbitrio nostro est: et que sola sufficere potest/ et premiū habere. Item quomodo iugum Christi suaue est: cum supra dicitur Matth. 7. Arcta via est: que ducit ad vitā? Sed angusta: quia non nisi angusto initio incipitur. Processu vero temporis in effabili dilectionis dulcedine dilataꝛ. ✳ Onus meū.] Quia illud momentaneū nostre tribulationis/ eternū pondus glorie operaꝛ in celis.

(☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Epiphanie. incipientibus fol. 39. sub the. ✳ Confiteor. ꝛc.] A. E. ¶ Vel ser. Incarn. fol. 2. ¶ vel Judicij finalis. fol. 236. sub them. ✳ Omnia mihi tradita sunt. ꝛc.] B. ¶ Vel Religiosorum. fol. 136. sub them. ✳ Tollite iugū meum. ꝛc.] C. G. Et applica ad onera vel tria vota religiosorū. ¶ Vel de anno. sermōis Peccatorum. fol. 189. ¶ vel Fidei. fol. 59. sub thē. ✳ Abscondisti hec a sapientibus. ꝛc. A. ¶ vel sanctissime Trinitatis. Tomo. h. sub themate. ✳ Nemo nouit filiū. ꝛc.] B. E. ¶ vel Oim sanctorū. Tomo. 2. sub thē. ✳ Et inuenietꝭ requiē. ꝛc.] C.

Ferie. iiij. Dñice. iiij. post octa. Epiph. fer. an. Ex quinta parte Biblie.

Cum sero esset. ꝛc.] Lyra sup Mattheū et Marcū. Hic ponitur quoddam miraculum de calcatione maris: vt sicut ostenderat se dominū terre in multiplicatiōe panis. (☞ De qua quere annot. 5. qnte ptis. ser. Dñice. 4. Quadragesime.) ita ostenderet se dominū maris. Dicit ergo. ✳ Cum sero esset/ erat nauis in medio mari: et ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigādo: erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis/ venit ad eos ambulans supra mare.] (☞ Expositionē istoꝝ q̄re anno. 1. A. qnte ptis: ser. Octauaꝝ Aploꝝ. Tomo. 2. ✳ Et volebat ṗterire eos.] Eo mō: sicut post resurrectionem suam ambulans cū duob⁹ discipulis suis euntibus in Emaus/ finxit se longius ire: vt habeꝛ Luc. vltio (☞ Et anno. 1. qnte ptis. sermo. Ferie. 2. Resurrectionis.) Nec tn̄ fuit ibi aliqua duplicitas seu falsitas: ꝼm q̄d dicit beatus Greg. Hoc em̄ fecit: vt sic ostēderet se eis exterius/ qualis apud eos erat in mentibus eoꝝ interius. Erant em̄ dubij in fide resurrectiōis xp̄i: et tardi ad credendum: vt ibidē dicit: ꝛ ꝑpter h̄ dubiū erant aliquantulum elongati a veritate: et ideo apparuit eis in peregrina specie: et finxit se longius ire: q2 tales apparitiones fiunt cōmuniter ꝼm dispositionē interiorē ipsoꝝ: q̄bus fiunt (☞ Quere de hoc anno. 18. prime p. ser. Angeloꝝ. fol. 78. col. 3.) Et eodē mō dicit hic/ ꝙ volebat preterire eos: q2 erant parue fidei: ꝼm ꝙ dicitur in textu: q2 putabant phantasma esse: et tn̄ iam viderant tanta miracula eum fecisse: ꝙ credere debebāt ipsum sup aquas posse ambulare. Seqtur. ✳ At illi vt viderunt eum ambulantē supra mare: putauerunt phantasma esse: et exclamauerunt. Omnes em̄ viderunt eū: et cōturbati sunt. Et statim locutus est cū eis: et dixit illis. Confidite: ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: et cessauit vent⁹. Et plus magꝭ intra se stupebāt. Nō em̄ intellexerūt de panib⁹: erat em̄ cor eoꝝ obcecatū. Et cū trāsfretassent/ venerunt in terrā Genezareth: et applicuerunt.] (☞ Expositionē hoꝝ q̄re vbi supra. s. anno. 1. qnte ptis. ser. Octauaꝝ Aploꝝ. seqtur. ✳ Cumq3 egressi essent de naui/ cōtinuo cognouerunt eum.] Sc3 illi de terra Genezareth: q2 ꝑ famam: quā audierant et miracula: que aliq eorum viderant: cognouerūt: q̄d ille erat: q̄ infirmos curabat: et mirabilia alia faciebat: et ideo subdiꝛ. ✳ Et ꝑcurrēteo vniuersam regionē illā: ceperūt in grabatis eos: qui se male habebāt: circūferre vbi audiebāt eū esse: et q̄cunq3 introibat in vicos vel in villas aut ciuitates/ i plateis ponebāt infirmos: et dep̄cabanꝛ eū: vt vel fimbriaꝫ vestimēti eius tangerēt: et q̄tq̄t tangebāt eū/ salui fiebant.] Q2 Gerazeni miserunt ꝑ ciuitates ad h̄ ꝙ adducerenꝛ ifirmi ad p̄sentiā xp̄i: vt fimbriā vestimēti ei⁹ tangerent. Judei em̄ erant distincti ab alijs gentib⁹: nō solū in lege: sed etiā in habitu: q2 Nu. 15. precipiꝛ ꝙ facerēt fimbrias in angulis pallioꝝ. talem habitum portabat Christus: sicut et legem seruauit. Et ad tactū huiusmodi fimbriaꝝ curabanꝛ infirmi.

✳ Erat nauis in medio mari. ꝛc.] Moraꝛ. Nauis est corp⁹ humanū: in q̄ (ꝼm platonicos) aia est: sicut nauta in naui: q̄ fluctib⁹ passionū ire ꝛ ɔcupiscētie: q̄ sunt i organis corporalib⁹: freq̄nter ipelliꝛ: ꝛ aliq̄n piclitaꝛ. Nā mot⁹ passiōis aliq̄n subuertit iudiciū rōnis. S3 q̄rta vigilia: que terminaꝛ i luce matutina: xp̄s venit: q2 dū mēs ad supni luminis claritatē oculos erigit: passionū impet⁹ ɔq̄escit: et tunc fit applicatio ad terrā Genezareth. i. generantis aurā: per quā significatur spūs aure leuis: vbi est dñs. 3. Regum. 19. et sanantur infirmi a languore peccati.

F *Cum sero esset/erat nauis in medio mari: et
Glosa. ipse solus in terra.] Glo. Qui aliqñ omnino in periculis ecclesiaz deseruisse videt. Vñ ps.9.d. Ut quid dñe recessisti longe? zc.] Sed qz differt auxilium: nõ aufert subsidium. vñ seqtur. *Et circa quartam vigiliã noctis.zc.] Bed. Statio nes z vigilie militares horaz spatio diuidũtur: patz ẽ eos tota nocte laborasse: z diluculo appro pinquãte: auxiliũ habuisse: quia cum pressuris obsita humana fragilitas paruitatẽ viriũ suaz cõsiderat: in se nihil nisi tenebras angustiarum et hostium insurgentiuz estus cernit. Cum vero mentem ad superni presidij lumẽ: et ad perpetue retributionis dona erigit: quasi iter vmbras no ctis repente ortũ luciferi conspicit: qui diem ,pri mum.i. xpm nunciet. Lucifer nanqz tres horas noctis.i. totã vigiliaz matutinã illuminare dici
G tur. *Et volebat pterire eos.] Bed. Ut ad ho ram.s. conturbati: sed continuo liberati: plus li beratiõis sue miraculũ stuperent: et ereptori suo maiores gratias referrent. Sic sepe diuina pie= tas i tribulatione videtur fideles deseruisse: qua si laborantes in mari discipulos putetur Jesus voluisse preterire. Vñ ps.42.a. Quare me de= reliquisti: et quare contristatus incedo: dum af fligit me inimicus? Sed continuo dñs adest: q si diceret. Cum transieris per aquas: tecũ ero: et flumina nõ operiẽt te: cũ ambulaueris in igne: non cõbureris: et flamma nõ ardebit in te. Esa. 43.a. Unde seqtur. *Et statim locutus est.zc.
H Putauerũt phantasma.zc.] Beda. Adhuc he retici putant phantasma esse: nec veram carnez de virgine assumpsisse. Theodorus enim pha= ranitanus episcopus scripsit pondus corporale fm carnem non habuisse dñm: sed absqz ponde re et carne supra mare ambulasse. Fides aũt ca tholica et pondus fm carnem eum habuisse pre dicat: et onus corporeũ: et cum pondere et onere corporali incedere supra aquas nõ infusis pedi bus. Unde Dionysius in opusculis de diuinis nominibus ita ait. Ignoramus qualiter de vir gineis sanguinib9 alia lege preter naturalẽ for= mabatur: et qualiter non infusis pedibus cor= porale pondus habentibus et materiale onus deambulabat in humidam et instabilem sub=
I stantiam. *Nolite timere.] Prima subuen= tio est pellere timorem. Secũda/tempestatẽ pre= sentie sue virtute compescere. Nec mirum si do= mino ascendente in nauim: cesset ventus: quia in quocunqz corde per gratiã sui amoris adest: mox vniuersa vitiorum aduersantis mũdi ma lignorum spirituum bella quiescunt. *Non enim intellexerunt.zc.] Beda. Miracul[...] num/qz esset rerum conditor ostendit. A[...] do super vndas: qz totum corpus habeba[...] rum ab omni grauedine peccati. Placã[...] tos et vndas: qz clementis dominarẽ [...] Sed carnales adhuc discipuli magnitu[...] dem virtutũ stupebãt: sed diuine maiesta[...] ritatem nõ cognoscebant. *Cognouerũt [...] Rumore/nõ facie vel magnitudine sign[...] am vultu plurimis notus erat. *Fimb[...] zc.] Beda. Minimũ mandatũ: quod qu[...] gressus fuerit: minimus vocabitur in reg[...] lorum. Uel assumptionẽ carnis: per quã [...] mus ad verbum dei.

☞ Applica ad hec aliqua de annota[...] sermonis Aplor. incipientibus fol. 82. su[...] *Uenit ad eos.] vel. *Continuo cog[...] runt eum.] vt supra. A. C. ¶ Uel de an[...] mentis sermonis Ecclesie. incipiẽtibus fol[...] sub themate. *Erat nauis. zc.] F. ¶ [...] annotamentis sermonis Pugne. incipi[...] fol. 165. Et sermonis Religiosorum. incip[...] bus fol. 136. sub themate. *Uidens eos [...] rantes. zc.] vt supra. A. Scilicz religios[...] lites Christi: venit ad eos. zc. ¶ Uel de an[...] mentis sermonis Fidei. incipientibus fol[...] sub themate. *Uolebat preterire eos.] v[...] pra. B.] Quod facit Christus: quãdo a[...] dubitat in fide. zc. ¶ Uel de annotament[...] monis Marie Generalis. incipientibus [...] 72. sub themate. *Confidite: ego sum.] [...] pra. C. Scilicet mater dei: peccatorum a[...] ta. zc. ¶ Uel de annotamentis sermonis P[...] torum. incipientibus folio. 189. Uel serm[...] Penitentie. incipientibus folio. 211. sub t[...] te. *Ponebant infirmos. zc.] Idest pecc[...] res. zc. prout supra. C. E. ¶ Uel de annota[...] tis sermonis Antichristi. incipiẽtibus fol. [...] sub themate. *Nolite timere. zc.] vt sup[...] Scilicet antichristi aduentuz. zc. *Qui[...] sum.] Scz liberator vester. zc. Et etiã qre a[...] cationes in allegationibus supradictis in [...]

ferie.vi.dñice.iiii.post oc[...]

uas Epiphanie. Ex quinta parte Biblie.

Dicebat Jes9 ad phariseos. Ue vobis[...] risei.] vsqz. *Non tangitis sarcinas[...] ☞ Quere hoc euangelium cum applica[...] nibus suis annotamento. 1. quinte partis. S[...] monis Ferie sexte. Dominice. 9. post octa[...] corporis Christi.

Dñice.v.post octa.Epipha.ser.anno. Ex qnta pte Bib[...]

Sermonis annotamēta. Ex quinta parte Bib.

Dixit dominꝰ Jesus parabolam hanc. Simile factum est. &c.] Lyra. In h capitulo ponitur decursus ecclesie a predicatione Christi/ vsq ad consumationē mūdi in septem parabolis. ☞ De quibus quere infra Annotamento. 1. D. ante ptis. ser. Dñice. Sexagesime) In h aūt euangelio ponitur ca secūda parabola: in qua describit status ecclesie sequens immediate post mortem xpi et aplorum: qr diabolus inuidet fidei seminate in cordibus fideliū: et ideo inter fideles cōmouit aliquos ad perfidiā heresis: quasi seminans zizania in medio tritici ad ipsius destructionē. et hoc est quod dicit. * Simile factū est regnum celorum.] Idest status ecclesie militantis. * Homini: qui seminauit bonum semen in agro suo.] Homo iste est Christus. Ager aūt ecclesia: labore et sanguine Christi exculta. Bonū semen est sancta doctrina et fides catholica. * Cum aūt dormirent hoies/ venit inimicus eiꝰ/ et superseminauit zizania ī medio tritici: et abijt] Post dormitionē Christi et aplorum per mortem istas hereses inter fideles seminauit diabolꝰ p maiori parte: qr etiā aliq̄ hereses viuētibꝰ aplis fuerunt seminate: vt ptz in eplis Pauli. et. I. canonica Joh. 2. c. Nūc antixpi multi facti sunt. Seqtur. Ex nobis pdierunt: sed nō erant ex nobis. * Cum aūt creuisset herba et fructū fecisset: tunc apparuerūt et zizania.] Quia cū fides catholica per orbem inciperet multiplicari: tūc hereses: que prius latuerant/ manifeste apparuerunt in psecutione fideliū. * Accedentes aūt serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dñe: nōne bonū semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?] Serui isti sunt patres antiqui: q fuerunt in primitiua ecclesia: qui admirantes pfidiam heresis insurgentē: ad deum accesserunt p orationem inquirentes vnde talis perfidia oriretur: qbus fuit diuinitus reuelatum: q hoc erat ex diaboli opere/ deo permittente: et hoc/ vt stabilitas fidelium pbaret. Unde sequitur. * Et ait illis. Inimicus hō hoc fecit.] Idest diabolꝰ hoc fecit. * Serui aūt dixerunt ei.] Idest sancti patres per orationem diuinū consilium quesierunt. * Uis imus et colligimus ea?] Separando eos a cōmunitate ecclesie per excōmunicationem: et tandem dimittendo iusticie seculari exterminādos per mortē. * Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania/ eradicetis simul cū eis et triticū.] Ex quo patet q dñs non vult hereticos permitti viuere absolute: sed in casu tm̄. s. qn̄ non possunt separari a fidelibus sine periculo fidelium: et hoc cōtingit duplici de causa. Una: qn̄ non bene cognoscuntur: nec bene distinguūtur a fidelibus. Altera: qn̄ habent tantos defensores/ q si contra eos pcedat: maius periculum pbabiliter in ecclesia timetur: vt schismatis/ vel interfectionis fidelium a fautoribus hereticorum: tunc enim permittendi sunt pter maius periculum euitandum. Ubi autem non occurrunt ista pericula: sunt separandi ab ecclesia: et iusticie seculari relinquendi: vt exterminent per mortem: ne per eos totū corpus ecclesie corrūpatur.

C Sequitur. * Sinite vtraq crescere vsq ad messem.] Idest vsq ad mūdi consumationē: quod duobus modis intelligit. Uno modo: qr in casu sunt permittēdi: vt visum est. Alio modo: qr quantūcunq ecclesia hereticos psequat: nunq tū ab eis perfecte mundabit vsq ad finē mundi * Et in tempore messis:] Idest iudicij.] * Dicam messoribꝰ.] Idest angelis. * Colligite primum zizania: et alligate ea in fasciculos ad cōburēdum.] Quia ministerio angelorum separabuntur mali tunc de medio iustorum: et mittentur in gehennā. * Triticū autem.] Idest fideles in area huius mūdi mihi contritos et flagellatos. * Congregate in horreū meū.] Idest in celeste gaudiū. ☞ Alias parabolas quere Annotamento: quo supra.

D Moralr

* Dixit dñs Jesus parabolā hāc. Simile. &c.] Moraliter. Hanc parabolā saluator exponit: et ideo de alia expositione ptranseo: excepto eo: qd saluator inexpositum dimisit. s. * Cum aūt dormirent hoies.] Hec aūt dormitio superiorum negligentiam significat circa custodiā gregis sui. Et similiter negligentiā cuiuslibet circa custodiam sue pprie persone. Utrāq enim negligentiam explorat diabolus: et sic p suggestiōes mala zizania seminat in humanis cordibus.

E Glosa.

* Dixit dñs Jesus parabolā hāc. Simile. &c.] Glosa. Hec parabola proponit: dimissis turbis domi: rogantibus discipulis exponit. Et docet hic bonam voluntatē/ et cautelam/ et patientiā: et discretionē: et longanimitatē: et iusticiam. * Homines.] Qui alijs ad tutelam et custodiam deputati sunt prelati in ecclesia. Uel cū dormitionem mortis accipient apostoli. * Cum aūt creuisset.] Quia cū spiritualis esse ceperit: tunc iudicat omnia: et tunc ei apparent errores. Sed donec maturescat: qui herba est: potest eū mouere: quare sub nomie Christi multe sunt hereses. Unde dicit. Nonne bonum semen seminasti? * Uis imus. &c?] Cum spiritualis homo audit hoc esse a diabolo: qui nihil valet contra voluntatē dei: potest ei voluntas suboriri: vt tales auferat de mundo/ si facultatē habeat. Sed consulit iusticiā dei: an facere debeat: et an deus ve=

lit esse hoc officiũ hoim. Sed veritas respondet non nosse hoiem in hac vita: qualis futurus sit: qui modo errat: et qd bonis conferat eius error: et ideo eos nõ esse tollendos: ne forte interficiantur: q forte futuri sunt: vel ne bonis obsit: qb⁹ ꝓsunt. ꝛc. Tunc vero opportune fieri: cũ iam non est cõmutande vite tempus et ꝓficiendi aliis: et tunc nõ ab hominibus: sed ab angelis dicit fieri.
F ri. ✳ Et ait. Non. ꝛc.] Ecce patientia. Non ẽm audito dolore exarsit in irã: nec mox vlcisci voluit: ita et nos lesi patienter feramus. ✳ Ne forte.] Hic datur locus penitentie: et monemur nõ cito amputare: qꝛ qui errat hodie: cras forte defendet veritatem. Si ergo modo auellerẽt triticum quod futurũ erat/eradicaretur: vel necesse est: vt mali pmixti sint bonis: p quos exerceant: vel quoꝝ cõparatione nitant ad melius: quib⁹ sublatis: altitudo charitatꝭ marcescit: quod est eradicari. Ibi patienter tolerãdi sunt mali: vbi aliqui inueniũtur boni: quibus adiuuent bo-
G ni. ℂ Aug. Multitudo nõ est excõmunicanda: nec princeps populi. ✳ Sinite.] Hoc videt cõtrarium illi aplico. 1. Coꝛ. 5. b. Auferte ma[lum ex] vobis. Sed sicut inter lolium ꝛ triticũ q[...] ba est: paꝝ distat: ita monet dñs ne de a[...] iudicemus: quod dñs in die iudicij nõ [...] se: sed manifeste damnabit. In patiẽdo [...] meditemur. In iudicando iusticiam nõ [...] gamus. ✳ Et in tempore.] Qui longan[...] tulit per iusticiã: digna retribuit. Discre[...] sunt virtutes: sed nõ contrarie. ✳ Et allig[...] In hac vita nõ est alligatio: alioquin nõ [...] errore resipiscerent.

☞ Applica ad hec aliqua de annota[...] sermonis Ecclesie. incipiẽtib⁹ fol. 64. sub[...] ✳ Simile est regnum celoꝝ. ꝛc.] vt. s. A. [...] ser. Pctõꝝ. fol. 189. sub the. ✳ Venit in[...] et supseminauit zizania. ꝛc.] A. ℂ Vel [...] geloꝝ. fol. 76. ℂ Vel Judicij finalis. fol. [...] the. ✳ Colligite primũ zizania. ꝛc.] L. [...] ser. Pnie. fol. 211. sb the. ✳ Sinite vtra[...] re. ꝛc.] F. ℂ Vel ser. Prelatoꝝ. fol. 90. [...] mate. ✳ Cum autem dormirent. ꝛc.] D[...]

Dñice septuagesime ser. annota. Ex prima parte B[iblie.]

ℂ 1. Nu. 14. **I** Git vociferans omnis turba fleuit nocte illa: et murmurauit contra Moysen. ꝛc.] Lyra. Moraliter. ꝛc. ☞ Quere Annot. 24. L. prime partis. ser. Funeꝝ. fol. 308. col. 2.

ℂ 2 Leui. 12. **L** Ocutusqꝫ est dñs. ꝛc.] Lyra. Moraliter. ꝛc. ☞ Quere annotamẽto. 72. prime p. ser. Relig. fol. 143. col. 2. Et applica sup illud Aut non licet mihi facere qđ volo. ꝛc. (vt in euãgelio hodierno.) idest dare illi bonas inspirationes. ꝛc.

ℂ 3. Exo. 27 **I** N latitudine vero atrij. ꝛc.] Glo. Beda. ☞ Quere annotamento. 11. prime partis. ser. Funerum. fol. 307. col. 1.

Ex secũda parte Biblie.

ℂ 1. Judi. 4. **E** Gressa igit Jahel. ꝛc.] Glo. Adam. Mystice. ☞ Quere anno. 18. secũde partis. ser. Epiph. fol. 44. co. 1. Sequit paulopost. ✳ Egressa Jahel in occursum ei⁹: dixit ei. Veni ostendam tibi virum: quez queris.] Glo. Adam. Occurrit Jahel: idest ecclesia priori populo insectanti Sisarã. Insectabatur ẽm israel legem iusticie: sed in legem iusticie nõ peruenit. Occurrit ergo ecclesia etiã ipsi/ ostendens opus suũ et victoriã consuma[...] in societatem ꝓstrati hostis inuitat. Q[...] plenitudo gentiũ introierit: tũc omnis isr[a...] nus fiet. Rom. 11. c. Fit ergo primat⁹ in [...] mulieris alienigene: non tamen excludi[...] Barach a consortio glorie: qui prior qu[...] perat: sed nouissimus pуenit ad fidem. [...] dum ille peruenit: Jahel alienigena p[...] tem quodãmodo victoriã rapit. Eadem [...] precessit in Esau et Jacob: dum enim E[sau ...] retur aggrestia: et moraretur in saltibus [...] niens Jacob: et mulieris matris consilio [...] tos patri offerẽs cibos/ benedictionẽ pri[...] accepit. Gen. 27. c. In euangelio quoqꝫ [...] te dño ad filiam principis synagoge suscit[...] preueniens mulier sanguinaria fideli ta[...] or consequit sanitatem. Matth. 9. c. ☞ [Ap]plica tu: q sic erunt nouissimi primi: vt [...] euangelio hodierno.

F Actum est aũt. ꝛc. Dauid aũt rema[nsit in] hierusalem.] Lyra. Mora. ☞ [Que]re annota. 7. L. secũde partis. ser. Incarn[...] col. 1. Et applica illud Quidij de remedio [amo]ris. Ocia si tollas: piere cupidinis arma. [Ec]clesiastici. 33. d. Multã malitiã docuit oc[iositas.] Et in euãgelio hodierno. Quid hic stati[s tota] die ociosi? Matth. 20. rephendunt ociosi [...]

A Doniram erat super huiuscemodi [...] onem. ꝛc.] Glo. Adonirã. ꝛc. Dñs [...] excelsus. Hic est Christus: qui operarijs [...]

preponitur/ vt ordinet qbus mensibus singuli ad operandum exeant: quibus deniuo ad curandum domum suā redeāt: cum predicatorū mentes familiarius informat: vt discernāt quādo oporteat ecclesiam edificare predicando: vel alia pietatis officia prestando: et quādo ad conscientiam suam examinandam/ quasi ad propriam domum inspiciendam reuerti: vt oratio nibus ꝛ ieiunijs superno inspectore ꝛ visitatore digna sit. ☞ Et quere de hac materia annotamento. 4. secunde partis. sermonis Ecclesie. Fol. 67. Columna. 1.

Ex tertia parte Biblie.

in libertate glorie filiorꝫ dei. ✳ Si filij Abrahe
estis. ꝛc.] Ex hoc patet ꝙ frustra gloriat̄ aliquis
ꝙ sit filius ſm habitū alicuius sancti: vt Bene=
dicti: Dominici vel Francisci: vel alterius san=
cti: nisi opera ipsius ſm suam possibilitatē imi=
tetur. ✳ Cum loquitur mendaciū: ex ꝓprijs lo=
quitur. ꝛc.] Idest inuētor mendacij: ex quo pa
tet ꝙ mendax in loquendo ꝛ mendacia fingen=
do ꝓprietatem diaboli assumit/ male viuendo.
☞ Reliqua que immediate sequūtur quere
annota. quo supra.
I ✳ Dicebat Jesus. ꝛc.] Glo. Fides est credere:
quod nō vides. Veritas est videre: qđ credidi=
sti. Non cognoscimus/ vt credamus: sed credi=
mus/ vt cognoscamus: ideo xp̄s homo in terra
fidem iacit: post se videndum dabit: qđ est mer=
ces fidei. ✳ Vere discipuli mei eritis. ꝛc.] Ad
hanc altitudinē peruenietis ex fide: que est hu=
milis ꝛ contemnit̄: ꝛ est granū sinapis. ✳ Libe
rabit.] Hoc verbum dn̄s posuit a libertate: non
vt plerū̄qꝫ latine dici solet: liberari aliqs ab infir
mitate. Et nō dixerat dn̄s. Liberi eritis. Sed ve
ritas liberabit vos: in quo tn̄ verbo nō intellexe
runt/ nisi libertatem carnalem. ✳ Responderūt
ei. Semen. ꝛc.] Non illi qui crediderūt: sed alij
in turba: qui nō crediderūt. Qui audito. Libe=
rabit vos. indignati sunt se vocari seruos: putā
tes dixisse de carnali libertate. ✳ Et nemini ser=
uiuimus vn̄qꝫ.] Mentiunt̄. Joseph seruiuit in
egypto. Gen̄. 39. a. Patres seruierunt in egypto
in luto. Exod. 1. b. Isti eidem tributis Cesaris.
K ✳ Amē amen dico. ꝛc.] Amen hebraice: veruz
dicit̄ latine: qđ nullus interpres mutauit: ne vi
lesceret nudatū: sꝫ honorē habeat secretū: ꝛ ē q̄si
iuramentū. Vn̄ Hiero. sup Esa. Jurat dn̄s p se
ip̄m: qm̄ sniam oris sui ꝛ verbū: qđ semel ꝓtulit
neq̄qꝫ irrituz facit: h̄ est p semetip̄m iurauit. ✳
Seruꝰ aūt nō manet i domo.] In h̄ terruit nos.
q̄ ꝫ spes est libertatis his: q̄ nō sunt sine pctō. ✳
Filiꝰ aūt manet in eternū.] Qui solꝰ liber est a
pctō. ✳ Scio qꝛ filij Abrahe.] Exposito a dn̄o ꝯ
gloriātes de vana libertate carnis/ ꝛ vera serui=
tute pctī: ꝛ vera libertate per se filiū cōcedēs istis
. s. qđ filij Abrahe sunt p carnē: tales liberos ostē
dit nō esse filios Abrahe p imitationē fidei ꝛ iu=
sticie: sꝫ esse filios homicide diaboli: q̄rētes se oc
cidere: ꝛ ita esse vere seruos. ✳ Ego autē q̄ vidi L
apud patrē/ loq̄r.] De diabolo dicebat: cuiꝰ fi=
lij sunt: nō natura: sꝫ imitatione. Occasiōe illoꝝ
verboꝝ qdā dixerunt hoīes ex diabolo nasci ſm
carnē: qđ falsum est. Refert tn̄ Pōpeiꝰ troianus
demōes cū mulieribꝰ ꝯcubuisse: ꝛ de illis hoīes
ortos fuisse. Aug. h̄ nō affirmat: sꝫ dicit hic q̄sdā
dicere: quibꝰ non facile est contradicere. Potest
quidem esse: ꝙ sicut assumūt aerea corpora: ita
ꝛ cū illis assumant semina vnde hoīes nascant̄:
hec tn̄ dicta nō sunt affirmanda. ✳ Responde= M
runt. Pater noster Abrahā. ꝛc.] Qꝛ arguit eos
facere mala patris: fatētes patrem suū esse Abra
ham: ꝓuocant aliqua maledicere cōtra Abra=
ham: vt sit eis occasio faciēdi quod volebāt: sed
dn̄s Abrahā laudat: ꝛ istos degeneres dānat: di
cens. Si filij Abrahe estis. ꝛc. ✳ Nūc aūt q̄ritis N
me interficere.] Nō dicit (qđ poterat) se esse dn̄m
Abrahe: ne sit occasio calūnie: nec filiū dei: sꝫ ꝙ
inuidēt: ꝛ ꝙ possunt occidere. ✳ Vos facitis opa
p̄ris. ꝛc.] Iā innuit aliū patrē/ qꝫ Abrahā: cuiꝰ
filij sunt: nō natura: sed imitatione. ✳ Dixerūt.
Nos ex fornicatione nō sumꝰ. ꝛc.] Iā intelligē= O
tes nō de origine carnis: sꝫ de vita dn̄m loq̄: ꝛ ex
vsu scripturaꝝ sciētes fornicationē spūalit̄ dici:
cū aīa falsis dijs subijcit̄/ mutāt r̄nsionez: ꝛ tacēt
iā de patre Abrahā: ne eis dicat̄. Cur de eo glo=
riamini: cuiꝰ vitā nō imitamini? Et dicūt: patrē
deū. volētes videre qd ad h̄ posset eis dicere. ✳
Dixit eis. Si deꝰ pater vester. ꝛc.] Sicut ostē
dit de Abrahā: ita nūc ostēdit eis deū nō patrez P
esse coꝝ: qꝛ nō cognoscūt filiū: quē misit: nec cuz
diligūt. ✳ Ego. n. ex deo ꝓcessi.] Processio ex
p̄re eterna est: in q̄ est filiꝰ vnigenitꝰ p̄ri eq̄lis: ve
nit hō factꝰ: in q̄ frater hoībꝰ. ✳ Quare loq̄lam
meā nō cognoscitis?] Ita res est/ vt dico: sꝫ nō po
testis qđ dico cognoscere: qꝛ nō potestis audire:
cū nō velitis credēdo corrigi. ꝛ h̄ q̄re? Qꝛ ex dia
bolo estis/ filij diaboli ꝑseuerare eligitis. ✳ Vos
ex p̄re diabolo estis.] Ecce iā determiat qs sit pa Q
ter coꝝ: cuiꝰ filij sunt nō nascēdo: vt manichei di
cūt: sꝫ imitādo. Vn̄ ꝛ iudeis dr̄ Ezech. 16. a. Pr̄
tuꝰ amorreꝰ ē: ꝛ mat̄ tua cethea. ✳ Et desideria
patris vestri vultis facere] Ideo filij diaboli: qꝛ
desideria p̄ris vestri vultis facere: ꝛ occidere me
in carne: quia non potestis in mente. ✳ Ille ho
micida. ꝛc.] Nota homicidam nō solum q̄ fer
ro: sed etiam qui verbo occidit: vt diabolus pri=
mos parentes. Vn̄ in p̄s. 56. a. Lingua coꝝ gla
dius acutꝰ. ✳ Et in veritate nō stetit.] Quare
nō stetit? qꝛ nō est in eo v̄itas. i. verbū ꝛ sapiētia

patris. Cum dicitur: in xp̃o est veritas: ita dicit:
vt ipse sit veritas. Si ergo diabolꝰ stetisset in ve
ritate: in xp̃o stetisset: sed nõ stetit in ea: qꝛ nõ est
ipsa in eo. * Ex ꝓprijs loquit.] Qꝛ mendax: ꝛ
hoc nõ sufficit: qꝛ ꝛ homo mẽdax est: qui nõ ha=
bet de ꝓprio: sed ab alieno accepit. i. a diabolo:
ideo addidit. Et pater ipsius. s. mendacij: quod
inuenit. Ex ꝓprijs: qꝛ nõ aliunde habet: sed a se
postq̃ꝫ cecidit a veritate. Vñ subditur esse pater
mendacij: qđ ex se genuit: vt deus ex se veritatẽ.
R * Quis ex vobis? ꝛc.] Non dedignatur ex ra
tione ostendere se nõ esse peccatorẽ. ☞ Reliq̃
que imediate sequũtur quere vbi. s̃. lr̃a. J.
S ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
Auctor. sermonis Fidei. incipientibꝰ. fol. 59. sub thema
te. * Veritas liberabit vos.] vt. s̃. A. J. ¶ Vel
ser. Pctõꝝ. fol. 189. sub the. * Oĩs q̃ facit pctm̃
seruꝰ est pcti] vel. * Quis ex vobis arguet me
de pctõ?] L. G. H. K. ¶ vel ser. Passionis. fol.
35. sub the. * Queritis me interficere?] E. ¶ vl'
ser. Trinitat. ĩfra. sub the. * Ego qđ vidi apud
patrem. ꝛc.] D. ¶ vel ser. Jncarñ. fol. 2. sub the.
* Ego ex deo ꝓcessi.] Et veni in carne. ꝛc. F.
P. ¶ vel ser. Ecclesie. fol. 64. sub the. * Seruꝰ
nõ manet in domo.] L. K. ¶ vel ser. Dñice. 4.
quadragesime. ĩfra. s. de auditiõe verbi dei. sub
the. * Sermo meꝰ nõ capit in vobis] D. ¶ vel
ser. Religio. fol. 136. sub the. * Si filij Abrahe
(Jdest Dñici/ vel Francisci: vel alterius funda
toris ordinis) estis: opera Abrahe facite.] Jdest
sancti: cuius ꝓfessionẽ fecistis. vt. s̃. E. H. ¶ Vl'
ser. Dñice. 1. q̃drage. fol. 85. sub themate. * Jl=
le homicida erat ab initio.] G. s. seducendo pri
mum hominẽ: vel tentando xp̃m: vel hominem
iustũ. ꝛc. ¶ vel. * Vos ex patre diabolo estis.]
vt supra. G. Q.

Ferie.vj.dñice.j. quadrage sime: sermõis Annot. Ex q̃nta parte Biblie.

¶ I.
Joh. 5
A
ERat dies festus iudeoꝝ. ꝛc.]
☞ Jn hoc cap. primo po=
nitur cuiusdam languidi mi
rabilis sanatio. Secundo iu
deoꝝ circa eã impugnatio.
Tertio con ueniens xp̃i excu
satio.) Lyra. Circa primũ po
nitur primo circũstantia temporis/ cuꝫ dicitur.
* Erat dies festus iudeoꝝ.] Scꝫ festum pente=
costes. * Et ascendit Jesus Hierosolymã.] Qꝛ
viri tenebãtur ibi esse in isto festo: qꝛ ter in anno
tenebãtur masculi apparere corã dño. s. pascha=
te: pentecostes: ꝛ festo tabernaculoꝝ. * Est aũt
Hierosolymis ꝓbatica piscina.] Jn qua aque
pluuiales colligebãtur: ꝛ ibi lauabantur hostie
primo: ꝛ postea in latcribus in atrio
existentibus: ꝛ ideo dicebat illa pisci
ca: a ꝓbaton: qđ est ouis: ꝛ est nomẽ
iterpretationẽ ponit in hebraico/ dicẽs
cognominatur hebraice bethsaida. J
mus ouiũ. * Quinq̃ꝫ porticus habe
plura loca possent lauantes hostias
ad aquã. * Jn his.] Scꝫ porticibus
bat multitudo magna languentium:
claudoꝝ: aridorum expectantiũ aqu
Et subditur causa. * Angelus aũt
pus.] Jdest in diuersis temporibus.
tione tñ facta. * Descendebat in pis
uebatur aqua.] Ex descensu angeli. *
oꝛ descendisset in piscinã post motionẽ
nus fiebat a quacũq̃ꝫ detinebatur infir
Causa autem descensus angeli/ ꝛ bui
culi assignatur a doctoribus dicentibus
propinquante euangelij veritate: oñe
guram expressam baptismi in hac pis
dere: que conueniebat cũ baptismo in
do ꝛ sanãdo virtute dei occulta ad mo
geli: sicut baptismus sub sensibili elem
dat animã virtute occulta verbi: ꝛ cum
quando sanat corpus miraculose. ver
figura deficit a figurato: ideo ista pisc
nabat/ nisi corpus: ꝛ vna vice tñ: ꝛ nõ
nisi vnum. Baptismus autem pertin
mam: ꝛ sanat omnes/ quotquot veniũ
nisi ponant impedimentũ. Alij autem
q illa miracula ibi fiebãt ꝓpter presen
dñice crucis: qđ ibi enatauit appropin
passione. ꝛ ideo angelus illuc descẽdeb
ligni reuerentiã: ꝛ enatauit tẽpore cõ
pter eius motionẽ. Per hoc etiã osten
natura humana a morbo peccati per
minice crucis erat sanãda. Qualiter
lud lignum dñice crucis in loco illo fue
tum: diuersimode dicit. Dicitur enĩ in
scholastica: q regina Sabba vidit in
tus libani Salomonis quoddaꝫ lignu
vidit in spiritu: q in illo pateret ille: p
deficeret regnũ israel: quod cũ significa
lomoni: ipse volẽs seruare durabilitatẽ
fecit poni illud lignũ in ꝓfundo terre
plum: vbi postea in superficie terre fact
piscina: ꝛ ideo postea ibi illud lignuꝫ ap
modo predicto. Jn quadam vero his
cte crucis dicitur q Seth filꝰ Ade: ex p
patris iuit ad paradisum voluptatis
ctus fuerat: ꝛ petijt ab angelo custodi
illum de oleo misericordie: qui accepit
granis arboris ligni vetiti: dedit ea Se
plantauit super sepulchrũ patris sui A
de orte sunt tres virgule: que postea in

rem sunt cōiuncte: postea tēpore salomonis illa arbor fuit secta: q2 videbat edificationi templi necessaria. Uerūtamē quando applicabatur ad opus semper erat nimis curta vel nimis longa: et ideo tanq̄ inutilis ad hoc/ dimissa fuit iuxta templum in atrio quodā: hoīes autem venientes ad templū illi ligno ceperūt facere quandā reuerentiam instinctu diuino: de quo dolentes sacerdotes fecerūt illud proijci intra piscinā: que erat prope templum: quod descendens ad fundū: ibi diu latuit. Postea vero iminente passione apparuit modo predicto. Hec autē scripsi sine aliqua assertione. Consequēter ponit actus miraculi/ cum dicitur. * Erat autem quidam homo ibi: trigita z octo annos habēs in infirmitate sua.] Ex q̄ patet q diu punitus fuerat: illam enim infirmitatem propter peccatū precedēs incurrerat vt patebit infra. Uerūtamē q2 penā patiēter sustinuerat: ideo dignū erat vt ei subueniret. Propt hoc sequit. * Hunc autem cum vidisset Jesus iacentem: et cognouisset q2 iam multum temp9 haberet.] Scilicet in ifirmitate illa. * Dicit ei. Uis sanus fieri:] Non petijt quasi dubitans de voluntate: sed vt magis excitet eius desideriū: q2 per hoc dignior efficitur accipere dei donum. * Respondit ei languid9.] Ostendēs suum desiderium. * Domine hominem non habeo/ vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinā.] Q.d. multū desidero. Sed non habeo hoiem/ q̄ me portet: et ego suz ita debilis/ q non possum ita cito venire sicut alij. Unde sequitur. * Duz venio enim ego/ alius ante me descendit.] Hoc autem dicebat q2 videbat Jesuz fortē et aptū ad portādum eum: et magnū reputaret/ si in hoc ei seruire vellet. Sed statim cōtulit ei maius beneficium. Uidelicet sanitatē perfectam. Unde sequitur. * Dicit ei Jesus surge.] Restitut9 sanitati. * Tolle grabbatū tuū.] Restitut9 pristino vigori. * Et ambula.] Ad declarationē diuini miraculi. * Et statim san9 fact9 est homo ille] Quia diuina virtus infinita est/ et operatur in instāti. Sanitas enim: que virtute nature restituitur: in tempore et non in instanti acquiritur. * Et sustulit grabbatum suuz et ambulabat.]
C
Secūdo ponitur iudeoꝝ impugnatio/ vel accusatio quantū ad ipsuz sanatū/ cū dicit. * Erat autem sabbatū in illa die.] In quo non erat licitum opera seruilia facere: propt quod sequitur. * Dicebāt ergo iudei illi: q̄ sanat9 fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabbatū tuuz.] Isti falsuz dicebant: quia opera corporalia/ que sunt ad dei honorē: bene possunt fieri in die sabbati: sicut sacerdotes in templo corporaliter operabantur: templum ornādo: hostias immolādo z lauando: et consimilia: vt dicitur. Math. 12.

Portatio autez huius grabbati erat ad magnificentiam diuini miraculi: sicut z modo illi: qui miraculose de carceribus vel huiusmodi liberātur: portant cōpedes suos ad loca sancta: ad manifestationē sue miraculose liberatiōis: tū aliter se excusat ille sanatus/ et. * Respōdit eis. Qui me sanum fecit/ ille mihi dixit. Tolle grabbatuz tuum et ambula.] Q.d. ille qui me diuina virtute sanauit: eadem virtute et auctoritate mihi precepit: z per cōsequens teneor sibi obedire: nec sum trāsgressor. Cōsequēter ponit accusatio q̄ntum ad ipsum medicū. Primo in generali ante D
cognitionē determinatā de ipso. Secūdo in speciali ipso cognito. Quia enim per sanantē eum iste sanat9 cōuenienter se excusabat: ideo querebant de ipso sanāte: vt ipsuz persequerent: et hoc est quod sequitur. * Interrogauerūt ergo euz/ quis est ille homo: qui dixit tibi/ tolle grabbatū tuum et ambula:] Q.d. mal9 est homo: qui precepit talia. * Is autez qui sanus factus fuerat nesciebat q̄s esset.] Quia diu languidus iacuerat: et sic facta xpi et eius famam ignorabat. * Jesus autē declinauit a turba constituta in loco.] Dans exemplum aliquando fugiendi volentes calumniare: et nolens se iactare de operātione miraculi. Consequēter circa secūdum ponitur accusatio medici in speciali: habita cognitione de eo: z hoc est quod dicitur. * Postea inuenit eum Jesus in templo.] Quia ad agēdū gratias de sanitate sibi collata frequētabat templum/ quod est locus orationis. * Et dixit illi. Ecce iam sanus factus es. Jam noli peccare.] Ex quo patet q infirmitas illa fuerat sibi ꝓpter peccatū inflicta. * Ne deterius aliqd tibi cōtingat.] Incurrendo penam eternam: q2 in recidiuante fiunt nouissima peiora priorib9. * Abijt ille homo et nūciauit iudeis/ quia Jesus esset E
qui fecit eum sanum.] Dicūt aliqui q hoc fecit maliciose. Sed hoc non est verum. Quia illos quos dūs sanauit corpore: sanauit z mēte. Unde de isto dicitur. Joh. 7. c. Totū hominem saluum feci in sabbato. Quod etiam exprimit hic verbo xpi: cum dicitur. Jam noli peccare. Q.d. precedēs peccatum est tibi dimissum. Et ideo dicendum q iste sanatus iuit bona intentione ad publicandū virtutem christi. Illi autem: quib9 hoc nūciauit: fecerūt inde damnū suum: sicut et de alijs xpi virtutibus. ☞ Finito hoc euāgelio sequitur. * Propterea persequebant iudei Jesum: q2 hoc faciebat in sabbato.] Tanquam violatorem diuine legis: quod tū erat falsuz: vt visum est. Consequēter tertio ponitur cōueniēs xpi excusatio/ cum dicitur. * Jesus autem respondit eis. Pater meus vsq3 modo operat. zc]
☞ Quere Anno. 1. A. quinte partis. sermo-

nis Ferie.5.Dominice.4.Quadragesime.
F Moralr ✳ Est autem hierosolymis.rc.] Mora. Secundum doctores catholicos piscina hec sanans infirmitates inuisibili vtute apparuit ante baptismum xp̄i: ad signandum eius virtutem baptismi: sicut dictum est in expositione litterali. ✳ Quinqȝ porticus.] Idest aditus. Per quos significatur lex: pphete: agiographa: euangeliū ꝛ apostolica doctrina. Hec enim quinqȝ mentionem faciunt de xp̄i baptismate: quasi ad ipsum prebentes aditū: tria prima figuratiue: alia duo exhibitiue. Per angelum descendentem in piscinam significatur xp̄s: qui Esa.9.fm translationem. Lxx. dicitur magni consilij angelus. Ipse vero descendens in Jordanē vim generatiuam dedit aquis tactu sacratissime carnis sue. Sed quoniā diuina virtus non est alligata sacramentis: ideo ad hoc significandum iste languidus/ q̄ dicitur hic sanatus: nō fuit sanatus p descensum in piscinam: sed p xp̄i sermonez: cū ei dixit. ✳ Surge tolle grabbatuz tuū.rc.] Per hoc autem q vnus tantum sanatus fuit de multitudine lāguidoꝝ: significat q pauci saluant de multitudine vocatoꝝ. Per lectū aūt: in quo iacebat languidus: significatur praua consuetudo: per quā homo iacet in pctō: q̄ tollitur per exercitiuz in opere bono: ideo subditur. ✳ Et sustulit.rc.] Per virtutis exercitiū. Sequitur post hoc euangeliū. ✳ Propterea psequebant iudei Jesum/ qꝛ hoc faciebat in sabbato.] Opus eius bonuz peruertentes in malum: ꝛ adhuc multos habēt sequaces: nuncios xp̄i pp̄ter opus cōfessionis ꝛ p̄dicationis molestantes. ✳ Jesus autem.rc.] ☞ Quere in supradicto annotamēto.

G Glosa. ✳ Erat.rc.] Glo. Probatō grece: ouis dicit latine. Probatica ergo pecualis: qꝛ ibi abluebantur cadauera hostiaꝝ. Significat aūt aqua illa populum iudeoꝛuz: qui modo stat quietus: modo in tentationum ventis turbatur. Qui dicūt dn̄o p̄s.94.b. Nos populus tuus sum⁹: ꝛ oues pascue tue. Qui quinqȝ porticibus.i. lege/ que in quinqȝ libris est innititur. Ibi multi infirmi: qꝛ lex non sanat/ sed prodit infirmos: vt aliquādo querant medicuz. Ceci ibi sunt: q̄ non habēt lumen fidei. Claudi: qui qꝺ vident non possunt operari. Aridi: qui q̄cquid agunt sunt sine pinguedine charitatis. Expectabāt aque motū: in quo sanitas fiebat p angelum: qꝛ lege coniuncti gratiā redemptiōis desiderabāt. Angelus filius dei latens in carne inter iudeos: q̄ moti sunt doctrinis eius ad persequendū: cuius morte sanatur vnitas: q̄ per humilitatē descendit ad fidem passionis. Sed qui post.i. qui ab vnitate discrepat: nō sanatur. ✳ Angelus autem.] Ecce duo
H miracula. Unum inuisibiliter per angelum in piscina. Alteruz visibiliter a domino. [...] vnus sanatur/ vt vnitas commendetur [...] quin nec in potestate a deo magnū: ꝛ [...] tate parum fuit vnum de tot sanari [...] nes vno poterat erigere verbo. Sed [...] poralibus plus intendit eternaz salutem [...] rum. ✳ Triginta ꝛ octo.] Idest duo [...] quadragita: qui numerus constat ex [...] cem: ꝛ significat perfectionem operum [...] preceptis legis et quattuoꝛ euāgelijs [...] minus habet qui charitate dei ꝛ proximi [...] ✳ Uis sanus fieri?] Non nescit quid [...] accendit ad morem sanitatis: de qua [...] rabat. Unde iam congrebatur q non [...] qui eum mitteret in aquam. ✳ Tolle [...] rc.] Dilige proximuz infirma eius [...] qui te infirmū patienter tulit: et non solum [...] de tua erectione: sed etiam de proximo [...] esto salute. Ecce angelus magni cōsilij [...] carne: turbata aqua iudeoꝛū: sanū fecit [...] ✳ Et ambula.] Diligēdo deum festina [...] visionem eius: nec fratrem propter amorem [...] ad quez pergis deserens: nec propter fratrem [...] illo querēdo cessans. ✳ Dicebant ergo. [...] obseruatores littere nesciētes gratiam [...] implet/ que ab om̄i seruili opere.i.a p[...] sare iubet. Un̄ hic dicit. Tolle grabbatum [...] ✳ Non licet.] Non calūniantur de [...] in sabbato curat aīalia: sed de lectu po[...] ✳ Respondit eis.] Non cedit obijcientibus [...] saluatoris mādatis obediens auctorem [...] tionis sue obijcit calumniātibus. ✳ [...] quis.rc.] In turba positus nō agno[...] sed post in templo. In quo docemur [...] vult ad visionem dei peruenire: fugi[...] suoꝛū affectuum ꝛ necȝ hoim: ꝛ ade[...] interne orationis. ✳ In templo.] [...] ba sed in tēplo: qꝛ si gratiā cōditoris [...] volumus: oportet vt cōuenticula fugi[...] templum efficiamur. ✳ Noli peccare.] [...] q propter peccata lāguebat: sed ipse [...] sicut exteri⁹/ ita iterius sanauit. Un̄ [...] ne iterum peccando grauius iudicet[...] tur immediate euangelium. ✳ Q[...] bat in sabbato.] Quasi solutoꝛ legis [...] tra deum: qui requieuit in sabbato. Contra [...] Sex diebus primo operatus. Contra [...] Jesus. Non sex diebus tantum (vt p[...] ratus est de⁹: sed vsqȝ modo operatur [...] sex diebus condidit noua: a quibus [...] die septimo: postea operatur vsqȝ in finem [...] nando: sustentando: renouando: p[...] vt permaneāt condita. Et cum semper [...] deus/ constat sacramentum esse: quod [...] sabbati legitur. ✳ Jesus autez.rc.] ☞

re annotamento quo supra lra .J.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Angelorum: incipiētibus fol'.76.sub themate. * Angelus domini descendebat. ꝛc.] vt.s̄.A. ¶ Uel sermonis Peccatorū. Fol'.189. sub themate. * Noli peccare. ꝛc.] D. ¶ Uel sermonis sancte Crucis. Fol'.55. sub the. * Qui prior descendebat in piscinā. ꝛc.] A. ¶ Uel sermonis Incarnationis. Fol'.2. sub themate. * Angelus domini. ꝛc.] vt.s̄.F.G. Et maxime annota.3.A.B.C. sexte partis. eiusdem sermonis Incarnati. Fol'.11. Col'.1.2.et.3. ¶ Uel sermonis Orationis. Fol'.180. sub the. * Inuenit eū in templo. ꝛc.] D. ¶ Et de annota.1. quinte partis. sermo. Dominice.12. post octauas cor. xpi. sub themate. * Jacebat multitudo languentium. ꝛc.] A. ¶ Uel sermonis Purificatiōis virginis. Tomo.2. vbi agitur de multiplici tēplo. sub themate. * Inuenit in templo.] D. ¶ Uel sermonis Religiosorum. Fo.136. sub themate. * Ambula.] vt.s̄.H. vel. * Inuenit in tēplo] vt.s̄.J. Idest in religione. ꝛc.

Sabbati Dñice .j. quadragesime. Sermo. annota. Ex quinta pte Biblie.

Assumpsit Jesus Petrū. ꝛc.] vel. * Post dies octo assumpsit Jesus Petruz. ꝛc] Lyra. Circa xpi transfigurationem euangelista notat quattuor: videlicet tps determinatū / cōsortiū / locuz ꝛ modū. Quantum ad tempus dicit sic. * Post dies sex.] Scz a promissione precedenti discipulis facta / quando dixit. Sunt quidā de hic stantibus: qui non gustabunt mortem: donec videant filium hominis venientem in regno suo. ☞ Uide annotamēto.3.B. quinte partis. sermo. vnius martyris. Tomo.2.) Considerandum tñ ꝙ Lucas nono capi. dicit Post dies octo. qꝛ Mattheus non computat diem in qua xps fecit eis ꝑmissionē: nec vltimaz: in qua transfiguratus est: sed cōputat tantum tempus intermedium: ꝛ ideo secundum veritatem computando totū tempus a ꝑmissione facta vsqꝫ ad transfigurationem trāsfiguratio fuit in octaua die. Ratio autem huius fuit: quia ista transfiguratio facta est ad ostendendum discipulis gloriam future resurrectionis: illa autem erit in octaua etate mundi: ꝛ propter hoc figurata est hic per octauam diem. Prima enim etas mundi fuit ab Adā vsqꝫ ad Noe. Secunda a Noe vsqꝫ ad Abraham. Tertia ab Abraham vsqꝫ ad Dauid. Quarta a Dauid vsqꝫ ad transmigrationem Babylonis. Quinta a transmigratione Babylonis vsqꝫ ad xpm. Sexta a Christo vsqꝫ ad finem mundi. Iste autem sex etates accipiuntur ꝺm diuersos statꝰ viuētiū in h mūdo. Septima aūt accipit ꝺm statū aiarum quiescentium in paradiso: ꝛ ideo incepit ab ascensione domini quando eis celum patuit: ꝛ durabit vsqꝫ ad iudicium: ꝛ ideo ab ascēsione dñi currit cum sexta etate quantum ad simultatem temporis: octaua etas erit resurgentium: et sic patet ꝙ bene significatur hic per octauam diem. Et sic patet tempus conueniens huius transfiguratiōis. ☞ De hac materia quere annot.1.J. quite partis. sermonis Dominice Septuagesime. Fol.58. Col'.1. Et annota.4. prime partis. sermonis Penitētie. Fol.211. col'.3. Et annota.105. prime partis. sermonis Generalis. Fol.258. Col.4. Et annota.5.H. quinte partis. sermonis Dominice.1. post oct. Epiphanie. Fol.56. Col.1. Et annota.25. secunde partis. sermonis Passionis. Fol.44. col.4. Consortium autem notatur cum dicitur. * Assumpsit Jesus Petrum ꝛ Jacobum ꝛ Johannē fratrem eius.] Isti enim tres assumpti sunt ad videndum gloriam future resurrectionis: propter prerogatiuam eminentie specialis inter alios. Petrus enim ꝑpter feruorem fidei erat inter alios principalis: propter quod ꝛ principaliter date sunt ei claues ecclesie. Johannes autem excellebat in prerogatiua castitatis: ꝑpter quod erat inter alios xpo magis familiaris. Jacobus autem inter alios discipulos primꝰ sustinuit martyrium propter xpm: vt habetur Actuū.12. Cōsiderandum tamen ꝙ beatus Ambrosius super Lucam: et Augustinus super epistolam ad Galathas videtur dicere: ꝙ Jacobus iste qui fuit in transfiguratiōe: fuit ille Jacobus: qui primo rexit ecclesiam hierosolymitanam: et ille non fuit frater Johannis ꝛ filius Zebedei: sed filius Alphei. Sed dicendum / ꝙ cum textus expresse dicat istum fratrem Johannis: ꝛ per consequens filiū Zebedei: quod Augustinus ꝛ Ambrosius non loquuntur asserendo: sed magis opinionem aliorum referendo: si tamē loquerentur assertiue / non esset curandum de dictis eorum / quando sacra scriptura expresse dicit contrariū: sicut hic. Unde Augustinꝰ in epistola ad Uincentium donatistam dicit de doctrina sanctorū: Nota
que est extra scripturam canonicam. Hoc genꝰ scripturarum ab illis: que canonice nominantur distinguendum est: non enim ex eis ita testimonium proferendum / vt cōtrarium sentire nō liceat: maxime vbi aliter senserunt ꝙ̄ veritas se habeat: nos in illo genere sumus / vt non dedignemur etiam ab apostolo dictum suscipere. Si

quid aliud sapitis: deus illud reuelauit. Conse
quenter euangelista designat locum/ dicens. *
Et duxit illos in mōtem excelsum.] Ad designā
dum ꝙ illi sunt apti ad contemplandū celestia:
qui eminent in cotemplatiua vita. Subdit au=
tem. * Seorsum.] Ad denotandum ꝙ contem
platiui debent esse a tumultu secularium segre=
gati. Consequenter describit transfigurationis
modum/ dicens. * Et transfiguratus est ante
eos.] Non ꝙ mutauerit lineamēta corporis vel
figuram: sed ꝑpter claritatis vultus eius inimē
B sitatem: et hoc est quod subditur. * Et resplen=
duit facies ei⁹ sicut sol: vestimēta aūt ei⁹ facta
sunt alba sicut nix.] Ad cuius euidentiā ꝯside
randum/ ꝙ anima xp̄i a principio creatiōis fu=
it gloriosa per apertam visionem ꝛ perfectā frui
tionem. Uerūtamen ex diuina dispositione fie=
bat vt gloria anime nō redundaret ad corpus:
vt sic corpus esset passibile ꝛ mortale: ad implen
dum preciū redemptiōis humane. Et codē mo
do ex diuina ordinatiōe factum est vt gloria ani
me redundaret ad corpus in hora transfigura=
tionis: vt ostēderetur discipulis gloria future re
surrectiōis: non tantū anime/ sed corporis: vt sic
animarentur ad sequendum xp̄m in acerbitate
passionis: ad quod eos inuitauerat Mat. 16. et
sic patz ꝙ claritas illa in transfiguratiōe fuit cla
ritas glorie quantum ad essentiā: sed non quan
tum ad modum: quia fuit eiusdē ratiōis cū illa
claritate: que est in corporibus gloriosis: sed nō
fuit ibi per modū qualitatis permanētis: sicut ē
in illis: sed p modū passionis transeūtis: ꝛ ideo
illa claritas non debet dici dos glorie: q2 dos de
sua ratione importat qualitatem permanentē:
ꝛ est simile de lumine eleuante animā Pauli ad
videndū in raptu diuinā essentiā: quod fuit eius
dē ratiōis cū lumine eleuante animas beatorū.
Uerūtamen quia nō fuit in Paulo per moduz
qualitatis permanētis: sed per modū passionis
transeuntis: ideo ex tali eleuatiōe siue visiōe nō
fuit Paulus beatus: q2 beatitudo importat per
C manentiam. * Et ecce apparuerunt illis Moy
ses ꝛ Helias cū eo loquentes.] De quo autē lo=
querentur Lucas exprimit/ dicens: ꝙ loquebā
tur cū Jesu de excessu: quem expleturus erat in
hierusalē: q̄ qdē excessus fuit in sua passione: in
qua sustinuit dolorem excessiuū ꝛ ignominiam
excessiuam ꝑpter amorem excessiuum ad nos.
Ratio aūt quare Moyses ꝛ Helias magis appa
ruerūt ꝙ alij. Q2 Moyses erat legislator. et He
lias maximus emulator ꝓ honore diuino. ſm
quod de eo scribitur. 3. Regū. 19. Zelo zelat⁹ suz
ꝓ dño exercituū: ꝛ ideo per testimonium istorū
apparuit/ ꝙ xp̄s nō erat dissolutor legis: vt impo
nebant sibi iudei: sed magis adimpletor. Simi
liter nec blasphemator diuini nomin[...]
nebāt ei iudei: q2 dicebat se filiū de[...]
fessor veritatis. Cōsiderandum etiā q[...]
ꝛ Helias non fuerūt ibi ſm appar[...]
tasticā: sed ſm veritatez: q2 Helias fuit
ibi de loco quodā eminēti/ ad quē [...]
vt habet. 4. Regū. 2. Et sic apparuit [...]
ma ꝛ corpore. Moyses aūt fuit adduct[...]
lymbo sanctoꝝ patrū: nō quia resurr[...]
anima apparuit ibi in quodaz corpo[...]
aptato: sicut apparent angeli in corpo[...]
sumptis. Per hoc etiā ostēditur ꝙ xp̄[...]
vite ꝛ mortis: quia habebat testimon[...]
lia: q̄ erat adhuc viu⁹: ꝛ a Moyse: qui
mortuus. Cōsequenter ponit testimon[...]
ruz: qui fuerūt eminētes in nouo test[...]
cuius euidentiā sciendū ꝙ beatitudo [...]
consistit in aspectu claro ipsius diuin[...]
fecta eius fruitiōe: accidentaliter aut[...]
aspectu humanitatis xp̄i ꝛ delectation[...]
te: per quā sicut per instrumentum con[...]
uinitati sunt sancti adducti ad gloria[...]
apostoli: q̄ admissi fuerūt ad videndū[...]
rationem xp̄i: non viderunt ipsius di[...]
cut Paulus in raptu: sed tantum eius [...]
tatē in forma gloriosa: ꝛ tū in eius asp[...]
sic delectati ꝙ voluissent ibi ꝑpetuo ma[...]
pter quod dicitur. * Respondens aūt [...]
xit ad Jesum. Dñe bonū est nos hic e[...]
faciamus hic tria tabernacula.] Ad [...]
scz hic continue. * Tibi vnū: Moysi [...]
lie vnū.] Nō loquit̄ de tabernaculo [...]
se ꝛ socijs suis: q2 volebat cū xp̄o esse [...]
naculo: ꝛ socij cum alijs duobus. [...]
dicit ꝙ loquebatur Petrus nesciens [...]
Sicut eīm ex magnitudine passioni[...]
vel amoris aliquis prorumpit in al[...]
sine premeditatione: ita similiter ex [...]
ne deuotionis ꝛ delectationis ex parte [...]
trus illa verba/ que tamen non erant [...]
bilia: quia in solo aspectu humanitat[...]
non consistit beatitudinis essentia [...]
ctum est: et ideo illud non debebat [...]
finali beatitudine. Consequenter po[...]
ficatio diuina: sicut enim in baptismo [...]
in quo consistit regeneratio ꝛ princip[...]
spiritualis/ apparuit tota trinitas: filius [...]
ne: pater in voce: spiritus sanct⁹ in specie [...]
ita similiter conueniens fuit ꝙ appar[...]
figuratione: per quam ostensus est [...]
perfectio vite spiritualis: videlicet glo[...]
resurrectionis: ꝛ ideo sicut filius appar[...]
carne: decorata tū claritate glorie: ita [...]
in lucida nube: per quaz significata [...]
veritatis in xp̄i predicatione: et hoc [...]

Sermonis annotamēta. Ex quinta parte Biblie.

* Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbꝛauit eos. Et ecce vox de nube/ dicens.] Pater autem apparuit in voce dicens. * Hic est filius meus dilectus.] Scilicet naturalis: aliȷ́ autem sunt adoptiui. * In quo mihi bene cōplacui.] Idest in quo diuinum beneplacitum complebitur de redemptione mundi. Sequitur. * Ipm audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: ⁊ timuerunt valde.] Hoc autem factum est ad declarationem humane fragilitatis iuxta excellentiam diuine maiestatis. * Et accessit Jesus.] Ad consolandum eos scilicet. * Et tetigit eos.] Familiariter ⁊ dulciter eos consolando. * Dixitq; eis. Surgite nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum Jesum.] Quia Moyses ⁊ Helias iam recesserant reducti volūtate diuina ad loca vnde fuerant adducti. Consequenter ponitur discipuloꝛum instructio de visione pꝛehabita: quia pꝛecepit eis Jesus ne visionem pꝛedictā aliȷ́s diuulgarent ante resurrectionem suam: ne aliȷ́ audientes xp̄m eis apparuisse in foꝛma gloriosa scandalizarentur: postea videntes ip̄m pati tam ignominiose. Ideo subditur. * Et descēdentibus illis de monte pꝛecepit Jesus/ dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a moꝛtuis resurgat.] ☞ Hic finit euangelium: et que immediate sequuntur inuenies annota. 1. B. quinte ptis. sermo. Ferie. 4. Dominice. 1. Aduentus. Fol. 2. Col. 1.

* Et post dies sex assumpsit Jesus. ⁊c.] Moꝛaliter. Oꝛigeñ. Sex diebus fact⁹ est visibilis mūdus: igitur qui transcēdit omnes res mundi visibiles potest excelsum montem ascendere ⁊ aspicere gloꝛiam verbi dei. * Et ecce apparuerunt. ⁊c.] Oꝛigeñ. Si quis intelligit spiritualem legem conuenientem sermonibus Jesu: ⁊ in pꝛophetis absconditam dei sapientiam: ille videt Moysen ⁊ Heliam in gloꝛia cum Jesu. * Domine bonum est nos hic esse.] Scilicet in contemplationis dulcedine. * Faciamus hic tria tabernacula.] Que contemplatiuus moꝛaliter facit: quando legem ⁊ pꝛophetas: ⁊ euangeliuz practice legendo disponit: scilicet coꝛde credendo: oꝛe confitendo: ⁊ opere adimplendo. * Et ecce nubes lucida obumbꝛauit eos.] Idest cognitio vera: ideo subditur. * Hic est filius me⁹ dilectus: in quo mihi bene complacui. ⁊c.] vsq; * Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam. ⁊c.] Nam sic illuminati venerantur dei maiestatem. * Nemini dixeritis visionem donec filius hominis a moꝛtuis resurgat.] Quia diuina mysteria non sunt semper: sed loco ⁊ tempoꝛe debitis publicanda. ☞ Reliqua quere annota. quo supꝛa diximus.

* Post dies sex assumpsit Jesus. ⁊c.] Glosa. Idem Marcus nono capi. dicit: sed Lucas dicit octo dies. ☞ Ut patet infra annotamento 3. quinte partis. sermonis Transfiguratiōis domini.) Hi ergo ponunt medios: Lucas addit ⁊ pꝛimum quo pꝛemisit: ⁊ extremum quo compleuit. Et illi post sex mundi etates quiescēdum ab omni laboꝛe. Et hic octauo tempoꝛe designat esse resurgendum. Tres ducit: quia qui fidem trinitatis firmiter seruauerūt/ in eterna visiōe gaudebunt. In montem etiam secundum Lucam oꝛaturus: quia qui resurrectionem expectant: mentes in excelsis habitare ⁊ pꝛecibus continuis debent insistere. Seoꝛsum. Quia iusti ⁊ nūc animo sunt ab impiȷ́s separati: ⁊ in futuro omnimodo separabuntur: cū abscondet eos in abscondito faciei sue a conturbatione hominum. * Petrum ⁊ Jacobum.] Nomina istoꝛum cōueniunt. Quisquis debet esse Petrus: idest firmus in fide. Inde Jacobus: idest supplantatoꝛ vitioꝛum. Inde Johānes: idest om̄ia gratie diuine ascribens contra superbiam vite: que solet oꝛiri ex virtutibus. * Et transfiguratus est.] Speciem quam habebat per naturam ostēdit: non amittens carnem: quam assumpserat volūtate. Illud autem coꝛpus/ quod habuit per naturam dedit discipulis suis in cena: non moꝛtale non coꝛruptibile. * Et resplenduit.] In exēplum future beatitudinis ⁊ claritatis: quam videbunt iusti: pꝛius sublatis impiȷ́s. * Uestimēta eius facta sunt alba.] Quod non ante: quia nondum apparuit quid erimus. Marcus ait: qualia fullo super terraz non potest facere: idest deus in hac vita tam claros nequit facere: quia nullus sine peccato. Nullus mūdatoꝛ sui in terra faciet: quod deus in celo mundans vestem suam ab omni inquinamēto. Fullo est doctoꝛ animarū vel mundatoꝛ sui coꝛpoꝛis. * Et ecce apparuerunt. ⁊c.] Quales vel quid locuti Lucas dicit. Uisi in maiestate: ⁊ dicebāt excessuz eius: quē cōpleturus erat in hierusalē. i. passionē ⁊ resurrectionem. Significāt oꝛacula legis ⁊ ꝓphetie: q̄ in dn̄o cōpleta: ⁊ nūc doctis: ⁊ in futuro oīb9 electis patebunt. Et bn̄ visi in maiestate: qꝛ tunc apertius videbit̄ quanta dignitate veritatis: oīs diuinoꝝ non soluz sensus: sed etiā sermo fuerit ꝓlatus. Uel Moyses ⁊ Helias significāt oēs cuz xp̄o regnaturos. Moꝛtu⁹ Moyses: moꝛtuos: Helias viu⁹ eos: q̄ viui inuenient̄. Quibus conuenit in maiestate videri ꝓ gloꝛia: quā habebunt: ⁊ excessum memoꝛare: qꝛ vnica materia laudis fit fidelibus passio xp̄i. Et qꝛ gustata dulcedine celesti vilescūt infima: Petr⁹ visa dn̄i ⁊ sanctoꝝ maiestate: solis his perpetuo vult herere: dicēs. Dn̄e bonum est nos hic esse. ⁊c. Se

Margin: G Glosa. — Nota. — H

cundū aliū euangelistā nesciebat qd diceret: in
eo qđ in celis tabernacula querit/vbi nulla ad=
uersitatis aura est timenda: qꝛ deus oīpotens tē
plum eius est ꝛ agnus. Apocal'.21.g. Sz in hoc
sciebat qd diceret: bonuz est nos hic esse: qꝛ vere
solum hoīs bonū est intrare in gaudiuz dñi sui.
Qđ si Petrus videns glorificatā humanitatez
tanto afficitur gaudio/vt nunq̃ velit ab eius in
tuitu secerni: quid putandū est de his: qui diui
nitatē videre meruerūt? ✳ Adhuc eo loquēte.]
I Ut discat q̃ tabernaculū quesiuit: in resurrectio
ne non tegmine domoꝝ: sed spūssancti gratia ꝓ
tegendos esse. ✳ Ecce nubes lucida. ꝛc.] Sicut
baptizato dño sic ꝛ clarificato mysterium sancte
trinitatis ostēditur: qꝛ gloriam eius: quā in ba
ptismo confitemur credendo: in resurrectiōe lau
dabimus videndo. Spūssanctus ibi in colūba:
hic in nube lucida. Qꝛ qui modo simplici cor=
de fidē seruat: tunc aperta visiōe qđ credidit con
templabitur: ꝛ ea gratia/qua illustrabiꝭ: prote=
getur. ✳ Et ecce vox. ꝛc.] Qꝛ imprudenter que
siuit: responsionē dñi non meruit. Sed vox pa=
tris de filio testatur: docetq̃ petrū ꝛ in eo ceteros
veritatem. ✳ Hic est filius.] Moyses ꝛ Helias
sunt serui: ꝛ nobiscū debent in cordibus dño pre
parare tabernaculū. ✳ Ipsum audite.] Hoc iā
pater precipit: qđ Moyses incarnationi testimo
nium dans predixit Deutero.18.c. Prophetaz
suscitabit deus. ꝛc. Q.d. Iste est quem Moyses
promisit. ✳ Et audientes.] Altiore enim sensu
vnam vtriusq̃ intellexerūt deitatez. Timuerūt:
vel qꝛ se errasse cognouerūt: vel qꝛ nubes operuit
eos: vl' qꝛ vocē pr̄is audierūt. ✳ Surgite.] Pul
so metu doctrina datur: quo manente nō audi=
retur. ✳ Leuantes autē oculos. ꝛc.] ...
be vidēt Jesuz ꝛ Moysen ꝛ Heliā cu...
postq̃ leg[is] ꝛ ꝓphetaꝝ vmbra discessi...
to suo apostolos terrerat: verum lum...
lio reperiꝭ. ✳ Nisi solum Jesum.] Si...
ses ꝛ Helias cū Jesu perseuerasient: ...
videreꝭ incerta cui potius dedisset te...
✳ Nemini dixeritis. ꝛc.] Ne gloria ...
preostēsa incredibilis esset: ꝛ apđ rud...
crux scandalū faceret.
☞ Applica ad hec aliqua de anno...
sermōis Apostoloꝝ.fol.82. Uel serm...
Jacobi aploꝝ. Tom.2. Et Johānis...
the. ✳ Assumpsit Jesus Petrū. ꝛc.] ...
¶ Uel sermonis Transfigurationis. ...
tatis. infra in hoc Tomo. sub th. ✳ Ec...
lucida. ꝛc.] E. ¶ Uel sermonis Relig...
136. sub the. ✳ Dñe bonū est nos hic e...
¶ Uel sermonis Angeloꝝ. fo.76. vel p...
fol'.35. sub the. ✳ Ecce apparuerūt illi...
✳ Loquētes.] vt.s̄. L. ¶ Uel sermo. ...
ctoꝝ. Tomo.2. sub the. ✳ Et resplēdu...
✳ Dñe bonū est nos hic esse.] D. ¶ U...
Fidei. fol.59. sub the. ✳ Assumpsit P...
¶ Uel ser. Peccatoꝝ. fol.189. sub the. ✳...
psit Jacobū.] G. ¶ Uel sermo. Mari...
fol.72. vbi inuenies de gratia. ꝛc. sub th...
sumpsit Johānez.] G. ¶ Uel ser. P...
90. sub the. ✳ Uestimēta ei⁹ facta sunt...
¶ Ul' ser. Finalis iudicij. fol.236. sub th...
ce apparuit Helias.] H. ¶ Uel sermo. ...
costes. in hoc Tomo. sub themate. ✳ B...
loquente. ꝛc.] vt.s̄. J.

Dñice.ij.quadragesime. Ser.annot. Ex quita par. ...

¶1. Mat.15 A — EGressus Jesus se
cessit i ptes Tyri ꝛ Sidōis.]
Lyra. Reprobato errore pha=
riseorum. ☞ De quo vide
annota.1.A. quite partis. ser
monis Feric.4. Dominice.3
quadragesime.) Hic xp̄s transit ad gētiles vt ex
deuotione ꝛ fide gentilium ostendatur iusta re=
probatio iudeorum. Et hoc est quod dicitur. ✳
Egressus Jesus secessit i partes tyri ꝛ sydonis.]
Tyrus ꝛ Sidō sunt quedā ciuitates site in terra
promissionis prope mōtem libani: quia filij isra
el non potuerunt totaliter expellere gentiles de
terra sua. ✳ Et ecce mulier chananea.] Natio
ne. s. Chananei enim habitauerūt in terra pro=
missionis ante filios israel: nec potuerunt eos to
taliter extirpare. vnde ista mulier ab illi...
manserant descēderat. Ista autem audi...
racula et famam Jesu Xp̄i: ꝛ ideo firm...
debat/q filiam suam sanare poterat. ✳ ...
bus illis egressa.] Quia xp̄z sequebantur...
ad impetrandum sue filie sanationē. ...
tamen dicit septimo capi. q venit ad J...
tra domum. Et hoc est verum primo: ...
cam ibi non exaudiuit: secuta est eum ...
re. ✳ Clamauit dicens ei. Misere...
mine fili David/filia mea male a dem...
xatur.] Audiuerat enim Christum ...
suum iudeis descēdere de genere David. ✳...
non respondit ei verbum.] Non prop...
gnationem/sed vt ex perseuerantia eius ...
ce ostenderetur fides eius ꝛ deuotio ...
✳ Et accedentes discipuli eius rogaba...

dicētes. Dimitte eā/ qr clamat post nos.] Moti enim erant ad hoc videtes eius fidem τ deuotionem. ✳ Ipse autem respondens ait.] Primo negatiue: tñ sine improperio dicens. ✳ Nō sum missus nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel.] Quia xp̄s erat primo et principaliter missus iudeis tanq̄ apostolus eorū: et ideo in propria persona non predicauit nisi iudeis: nec fecit miracula nisi in casu ex aliq̄ speciali causa vt. s. ostēderet ecclesiam in fide gentium esse fundādam: sicut habetur hic: et Iohā. 4. Ubi xp̄s predicauit samaritanis deuote eum recipientib⁹. Post mortem autē xp̄i fides predicata est publice gētibus. Et hoc est qd̄ dicit Apostol⁹ Ro. 15. b. Dico autem christum Iesum ministrū fuisse circūcisionis. i. apostolum iudeoꝝ propter veritatem dei ad confirmādas promissiones patruz: quia antiq̄s patribus iudeoꝝ fuerat facta promissio de xp̄o: sicut Abrae τ Dauid: qr tñ iudei ꝑ maiori parte fidem christi repulerūt τ gentiles eam susceperūt: ideo Apostol⁹ subdit ibidē Ro. 15. c. Gentes autem super misericordia honorare de-
C um. rc. ✳ At illa venit τ adorauit euz.] Adoratione latrie. ✳ Dicens. Dñe adiuua me.] Infirmitatem enim filie sue reputabat suam: τ per cōsequens sanationē. ✳ Qui respōdens.] Negatiue. s. et cum improperio. ✳ Ait. Non est bonū sumere panem filioꝝ.] Idest doctrinam τ miracula promissa iudeis tanq̄ sp̄ualibus filijs propter cultum vnius dei. ✳ Et mittere canibus.] Idest dare gentib⁹: que erant dediti cultui idolorum: sicut canes circa cadauera animaliū defunctoꝝ. ✳ At illa dixit. Etiam dñe.] Idest bonū est in casu. ✳ Nam et catelli edunt de micis: que cadūt de mensa dñoꝝ suoꝝ.] Q. d. sicut catelli aliqua modica: vtpote micas cadētes de cibo concesso filijs percipiūt: ita etiā gentiles debebant aliquid: saltem modicū percipere de beneficijs christi. Ex quo patet q̄ non est cōtrarietas in verbo christi cum dicit. Nō est bonuz. rc. et in verbo huius mulieris dicentis: immo bonum est: qr verbū xp̄i: est intelligēduz q̄ non erat regulariter et vniuersalit̄ bonum: cum christus esset apostol⁹ iudeorū: vt dictum est. Verbuz autem hui⁹ mulieris intelligendū est in causa: propter. s. petentis deuotionē: et vt ostenderet ecclesie gentium futuram fundationem. ✳ Tunc respōdēs Iesus ait. O mulier magna est fides tua.] Qd̄ patet ex verbo et facto suo: quasi non fuit retardata a feruore petendi. Primo propter xp̄i taciturnitatem: nec secundo propter eius responsionem negatiuam: nec tertio propter improperiuz adiūctum respōsioni negatiue. Et ideo subdit.
D ✳ Fiat tibi sicut vis.] Q. d. fides tua hoc meretur. Quod patet ex facto cuz subdit̄. ✳ Et sanata est filia ei⁹ ex illa hora.] Patet etiaz ex dictis q̄ tarditas christi ad exaudiēdū eius petitionē non fuit ex ignorātia vel volūtate: sed vt experse uerātia mulieris ostēderetur fides eius et deuotio dignior exauditione.


✳ Egressus Iesus. rc.] Moraliter. Per mulierem chananeā: cui dicitur a dño. O mulier magna. rc. Potest ratio superior intelligi: que legibus eternis inspiciendis et consulēdis intendit ſm Augu. 12 de trini. Per filiam eius ratio inferior. Per demonium autem ipsa sensualitas: que etiam per serpentē significat̄: vt dicit Augu. ibidez. Sic igitur filia mulieris chananee a demonio vexat̄: qn̄ per sensualitatē inferior ratio ad consensum peccati mortalis impellitur: cui⁹ sanatio per matrem. i. rationē superiorem a dño petitur. Nam ratio superior semper ad optima deprecatur: et sicut dñs distulit exaudire petitionem mulieris chananee/ vt eius fides clari⁹ appareret: sic et dñs aliquādo dimittit impulsum rationis inferioris per sensualitatē diutius protrahi/ vt augeat̄ meritū tentati. Propter quod Paulo petenti stimulū carnis a se auferri dixit. 2. Coꝛ. 12. Virt⁹ in infirmitate perficitur. rc. — E Moralit

✳ Egressus Iesus. rc.] Glo. Relictis calūniatoribus intrat fines Tyri τ Sidōis vt filiā liberaret et per fidem gentilis femine perfidiam scribarum argueret. Relictis calūniatorib⁹ significat q̄ post resurrectionē relictur⁹ esset perfidiam iudeorū: per predicationē iturus ad gentes. ✳ Et ecce mulier. rc.] Idem Marcus. 7. c. dicit: nisi q̄ ait Iesuz fuisse in domo: cū mulier venit. Mattheus ꝑ ista verba dimitte eam: qr clamat post nos: innuit q̄ post ambulantē Iesum p̄ces emisit. Venit ergo mulier i domū vbi erat Ies⁹: sed qr Matthe⁹ ait. Non respondit ei verbum: dedit intelligere: qr ābo tacuerunt: et in silentio egressum esse Iesum: et ita cetera contexuntur: q̄ in nullo discordāt. ✳ Clamauit. rc.] Per fidē clamat. Vn̄ nouit vocare filium dauid: christi incarnationē confitens. Rogat pro filia. i. pro populo suo nōdū credēte: vt ipsa fraude diaboli absoluat̄. ✳ Vel filia est aīa vel cōsciētia cuius libet intra ecclesiā diabolo mancipata: pro qua mater ecclesia rogat: vel ipse homo pro fedata cōsciētia. ✳ Qui nō respōdit.] Non de supbia sed ne sit cōtrari⁹ sentētie sue: vt dicit̄ Matth. 10. a. In viam gentiū ne abieritis: vn̄ vitat calūniam iudeoꝝ: gentiū autē sal⁹ passionis et resurrectionis tēpori seruat̄. ¶ Mystice. Si ad primā petitionē ecclesie dñs salutez aīe differt dare: nō est desperādū: vel a petēdo cessandū: sed magis precibus insistēdum: et ad deū: et ad sanctos donec orēt pro ecclesia: τ tūc perficiet̄ oratio. ✳ Nō suz missus.] Q. d. ꝑus oportet me sacramētum mei — F Glosa

aduētus cōplere in iudeis: ⁊ sic adducere alias oues: ⁊ hoc designo petitionē huius differendo. ✳ Et panē filiorum.⁊c.] Uerbū salutis: qđ prius debet iudeis: nō est bonū dare canibus/ vel gentibus canina rabie latrantibus semp. ✳ Etiam dñe.] Sub psona mulieris: mira fides ecclesie: ⁊ patiētia/ ⁊ humilitas predicat. Fides: q̃ credit posse sanari filiā. Patientia: q̃ totiens despecta in precib⁹ pseuerat. Humilitas: q̃ se nō canib⁹: sed catellis cōparat. ✳ Nam ⁊ catelli.] Mensa est sacra scriptura. Mice puerorum: sunt interna mysteria: qb⁹ humiles reficiūtur sub mensa: q̃ scripture humiliter subditi. catelli gētes: humiles: paruuli edunt nō panes: nō crustas. i. nō lr̃e
G supficiē: sed medullā. ✳ Magna est fides tua.] Sic Matth. 8. cap. de Centurione. Non inueni tantā fidem in israel: q̃ similiter (vt hec chananea) fidem gentium prefigurabat. Magna est fides gentiū: que in auditu auris obediūt. ps. 17 g. ⁊ ideo salutē sibi suisq̃ impetrat. Qđ puerum Centurionis/ ⁊ filiā chananee nō veniēs ad eos sanat: significat gentes: ad q̃s nō venit p presentiā/ saluādas p verbū suū. ✳ Et sanata est. ⁊c.]
Nota. Ubi dat exemplū catechizādi ⁊ baptizādi isfantes: q̃ nec sapere/ nec facere aliqd psūt: s3 p fidē et pfessionem parentū liberātur a diabolo.
H Auctor. ☞ Applica ad hec aliq̄ de an. ser. Epiph. fol. 39. sub the. ✳ Ecce mulier chananea. ⁊c.] vt. s̃. A. ¶ vel ser. Misericordie. fol. 171. sub the. ✳ Miserere mei.] A. ¶ vel ser. Incarn. fol. 2. sub the. ✳ Fili Dauid miserere mei.] A. ¶ vel ser. Orōnis. fol. 180. sb the. ✳ Adorauit eū. ⁊c] C. ¶ vel ser. Dñice. 1. q̄dragesi. fol. 83. Et Dñice. 3. etiā q̄dra. sub the. ✳ Filia mea a demonio vexat.] A. ¶ vel ser. Prel. fol. 90. Et etiā Incarn. fol. 2. sub the. ✳ Nō sum miss⁹ nisi ad oues. ⁊c] B. ¶ vel ser. Fidei. fol. 59. sub the. ✳ Magna ē fides tua. ⁊c.] C. ¶ vel ser. Ecclie. fol. 64. ¶ vel Pctōr. fol. 189. Marie an. 10. q̄nte p. fol. 207. col. 4. sub the. ✳ Dñe adiuua me.] F.

Ferie. ij. dñice. ij. quadragesime. sermōis Annot. Ex q̄nta parte Biblie.

C I. Joh. 8 A



Dixit. d. Jesus turbis iudeorum. Ego vado/ ⁊ queretis me. ⁊c.] ☞ In hoc capi. ostenditur Xp̄i virtus illuminatiua: q̄a euangelista primo introducit xp̄m docētem/ cū dicit. ✳ Perrexit Jesus in montē Oliueti: ⁊ diluculo iterum venit in templum: ⁊ omnis popul⁹ venit ad eū: ⁊ sedēs docebat eos. ⁊c] ☞ Quere infra annota. 1. A. quinte ptis. ser. Sabbati Dñice. 3. quadragesime. Secūdo ostendit doctrine eius virtutē: ⁊ hoc pbat per ip[...] speciale puilegiū: cū dicit. ✳ Ego sum [...] di]. ⁊ per huius lucis beneficiū ⁊ fruct[...] cit. ✳ Qui seqtur me/ nō ambulat in [...] sed habebit lumē vite. ⁊c.] Quere infra [...] 1. A. q̄nte ptis. ser. Sabbati Dñice. 4. [...] Conseq̄nter pbat xp̄s ppositū. s. q̄. seq[...] nō ambulāt in tenebris: ⁊ hoc pbat du[...] q̃ primo ostēdit eos: qb⁹ loq̄bat habe[...] lucis defectū.) ¶ Lyra. Circa qđ sciēdū [...] te sole visibili ō nostro hemisphe[rio] [...] tenebre: ita similiter xp̄o: q̃ est sol iustic[ie] [...] mūdo p mortē recedente: iudei p ma[...] sunt obtenebrati tenebris infidelitatis [...] obstinati: ⁊ hoc iusto iudicio dei: quia [...] gna in vita ei⁹/ ⁊ in morte. Propter q̃ [...] gis ⁊ pphetarum noticiā nō habētes cr[...] xp̄o. Silr̃ patet de illo Centuriōe: q̃ vi[...] in morte xp̄i/ dixit. Uere fili⁹ dei erat [...] betur Matth. 27. ⁊ ideo iudei: q̃ nō sol[...] racula visa/ s3 etiā p oracula pphetarum [...] poterāt eū cognoscere verum xp̄m: ⁊ p[...] merito sunt a deo dimissi ppter eorum [...] nem: ⁊ sic excecati totaliter p obstina[...] Ad maiorē predictorum declarationē q[...] B. C. D. 4. ptis. ser. Epiph. fol. 45. col. [...] est qđ dicit. ✳ Ego vado.] Sc3 ad pa[...] tem fm humanitatē: a quo tn̄ non rec[...] uinitatē. ✳ Et queretis me.] Sc3 p[...] in mēbris meis: q̃ post mortē xp̄i iude[...] sunt aplos ⁊ alios xp̄i fideles vsq̃ ad m[...] patet Actu. 8. ✳ Et in pctō vestro mo[...] Idest ppter pctm̄ vr̄m: q̃ ppter p[...] ⁊ aplorum ciuitas Hierusalē destructa [...] plum cōbustū: ⁊ populus occisus ab [...] manorum: vt fuerat a xp̄o predictū ex[...] ce. 13. ⁊. 19. Hierusalē Hierlm: que occi[...] tas. ⁊c. ✳ Quo ego vado: vos nō pot[...] re.] Sc3 ad gloriā patris: vestra infidel[...] impediente. Secūdo principaliter Jesus [...] remediū qđ psistit in veniēdo ad eam per [...] que est vera lux: ideo primo ponit iudeorum [...] rogatio. Secūdo subditur xp̄i responsio [...] dat remediū predictum. Circa primū [...] q̃ audierant iudei Christum voluntar[...] turum: vt habetur per illud Esaie. 53. [...] dit in mortem animā suam: que scriptura [...] tum capitulum exponitur de Christo ab an[...] doctoribus hebreorum: ⁊ ideo iudei deris[...] rebant de Jesu: quem reputabant falsum [...] stum: cum sequitur. ✳ Dicebant ergo iu[...] Nunquid interficiet semetipsum?] Si [...] riose loquerētur de impletione huius pph[...] dicerent sic. Nunquid ex simplici volunta[...] parabitur anima a corpore: quod patet [...]

✳ Qr dicit: quo ego vado vos non potestis ve
nire:] Ipsi enim poterãt se ipsos interficere: sz nõ
poterant animã suam pro voluntate tradere: si=
cut fuit prophetatũ de Christo per Esaiam: ⁊ in
Jesu fuit adimpletũ. Consequenter ponit̃ Chri
sti responsio: in qua datur predicti verbi intelle=
ctus: cũ subditur. ✳ Et dicebat eis. Uos deor=
sum estis.] Idest de massa corrupta põdere ori=
ginalis peccati: ⁊ ideo habetis debitũ mortis et
necessitatẽ moriẽdi: propter quod separatio ani
me a corpore nõ subiacet simplici vestre volun=
tati. ✳ Ego de supernis sum.] Quia secundũ
deitatem habet eandem naturã cum patre: secũ
dum humanitatem anima est a deo immedia=
te per creationem: ⁊ corpus formatũ spiritus san
cti virtute: ⁊ ꝓpter hoc habebat plenũ dominiũ
super corpus suum, separando animã ab ipso: ⁊
reuniendo: secundum quod dicit Joh. 10. Po=
testatem habeo ponendi animã meam: ⁊ pote=
statem habeo iterum sumẽdi eam: ideo sequit̃.
✳ Uos de mũdo hoc estis.] Corpore ⁊ affectu.
✳ Ego nõ sum de hoc mundo.] Quia secun=
duz ꝙ deus: precedit mundum, vt causa effectũ:
nec est pars vniuersi. Secũdum aũt humani=
tatem: propter virtutem formatiuã eodem mo=
do est dicendum: quia illa virtus fuit virtus spi
ritus sancti. quantũ autem ad animaz ⁊ corpus
bene est pars vniuersi: ⁊ sic est de mundo quan=
tum ad substantiaz: non autem quo ad peccati
deordinationẽ: que deordinatio nomine mun=
di in sacra scriptura frequẽter designatur. ⁊ hoc
las eius: cognouerūt ꝙ de ipsis diceret.] Hic po
nitur cōclusio huius capi. vbi ostenditur obsti=
natio sacerdotū: quia audientes doctrinā eius
non fuerūt contriti: sed magis ad occidendū eū
incitati. * Et querentes eum tenere.] Scilꝫ ad
occidendū. * Timuerūt turbas: qm̄ sicut pro=
phetam eum habebant.] Ex quo patet ꝙ solo ti
more retracti fuerāt ab eius morte. ☞ Mora
litatem huius euangelij et Glo. et Appli. quere
post sequēteꝫ questionē. s. litera. T. V. X. Y. Se
q̄tur. ¶ Occasione hic dictorum queritur vtruꝫ F
iudei cognouerūt Jesum nazarenū esse xp̄m si=
bi promissuꝫ? Et arguit̄ primo ꝙ non: per illud
quod dicitur. 1. Coꝝ. 2. b. Si eīm cognouissent/
nunꝗ̄ dñm glorie crucifixissent. ⁊c. Jtē Actuū. 3
c. dicit Petrus loquens iudeis. Scio fratres ꝙ
per ignorātiam fecistis/ sicut et principes vestri.
Jtem Luc. 23. e. Dicebat Jesus in cruce. Pater
dimitte illis: quia nesciūt q̄d faciūt. Contrariuꝫ
arguit̄ per illud quod habetur Joh. 15. d. Nūc
autem viderūt et oderūt me: et patrem meuꝫ: q̄d
autem videtur/ manifeste cognoscitur. Jtem su
per illud quod hic dicit̄ in litera. Agricole vidē=
tes filium/ dixerūt intra se. Hic est heres. Dicit
Hiero. Manifeste probat dñs his verbis iude=
orum principes non per ignorantiā/ sed per in=
uidiam dei filium crucifixisse. Responsio. Dicē
dum ꝙ in populo iudeoꝝ aliqui erant maiores
sciētes scripturas legis ⁊ prophetaꝝ. Aliqui au
tem minores: sicut laici et vulgares tantūmodo
scientes illud: quod est de necessitate salutis: vt
precepta decalogi et hm̄oi: que debēt sciri ab oi=
bus: sed subtilitatem scripturaꝝ et dicta prophe
tarum ignorātes. Jtem ꝙ christꝰ erat verus ho=
mo: propheta sanctꝰ: ⁊ deꝰ in vnitate suppositi.
Dicūt ergo aliqui/ et bene quantū ad hoc ꝙ mi
nores populi iudeoꝝ nō cognouerūt Jesuꝫ esse G
xp̄m: nec quantū ad diuinitatem nec q̄tum ad
humanitatē: quia licet cognoscerēt eum esse ho
minem verum: tñ non cognoscebant illum esse
hoīem seu prophetam: qui erat a deo promissus
sicut Christus. Cuius racio est: quia ignorabāt
scripturas: que loquūtur de christi diuinitate: ⁊
illas q̄ loquūtur de determinatione temporis et
de signis sui aduentus. Sed maiores cognoue
runt eum esse verum prophetā a deo promissum
⁊ missum: qꝛ sciebant scripturas loquentes de tē
pore sui aduentus: et de signis/ que oīa vide=
bant in eo impleri. Non tñ (vt isti dicūt) cogno=
uerunt ipsum esse deum: et secūdum hoc loquit̄
Apostolꝰ in auctoritate p̄allegata. Quod si co=
gnouissent/ nunꝗ̄ dñꝫ glorie crucifixissent. q. d.
Nunꝗ̄ cognouerūt eius diuinitateꝫ. Sed hoc H
non videt̄ cōuenienter dictū: quia sicut scripture

determinate loquuntur de tēpore sui aduētus: Dan.9.f. In hebdomadibus illis abbreuiatis: ⁊ de signis sui aduentus: sicut est translatio regni: vt habetur Gen.49. Et modus eius adueniendi in paupertate ⁊ humilitate: vt habetur Zacha.9.a. Ita expresse vel expressius loquuntur scripture ꝓphetarum de eius diuinitate. Hiere.33.c. Ecce dies veniūt (dicit dominus) ⁊ suscitabo verbum bonum: quod locutus sum ad domum Israel ⁊ Juda: in diebus illis germinare faciam David germen iustum: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iusticiā in terra. Et hoc est nomē: quod vocabunt eum/ dominus iustus noster. In hebreo: vbi habetur: hic dñs: ponitur nomen dñi tetragrāmaton: quod nullo modo potest dici de aliquo/ nisi de vero deo. Cum ergo ista auctoritas ꝺm omnes doctores/ etiā hebraicos exposita sit de christo: sequitur ipsum esse verum deū. Item Esaie.9.b. dicit. Paruulus natus est nobis. sequitur. Et factus est principatus super humerum eius. ⁊c. ⁊ vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. que etiam auctoritas ꝺm hebreos intelligitur de christo: ⁊ in ea fit expressa mentio de eius diuinitate: sicut de humanitate. ⁊ multe alie auctoritates consimiles possunt ad hoc induci: sed propter ꝓlixitatem omitto. Et ideo dicendū ꝙ sicut maiores populi iudeorū habuerunt notitiam de tempore ⁊ signis sui aduentus: ita notitiam per scripturas habuerunt q̄tū ad eius diuinitatem.

J Considerādum tñ ꝙ aliquid cognoscitur in habitu: cuius tñ cognitio actualis impeditur ꝓpter aliquā passionem vel habitū impedientem: sicut dicit phs.7. Ethi. ꝙ incōtinēs differt ab intemperato ꝑ hoc ꝙ habet estimationem veram: nō solum in vniuersali: quam etiā habet intemperatus: vt ꝙ fornicari est malum: cum non peccet per ignorantiā: sed etiam habet estimationē veram in particulari: ⁊ per hoc differt ab intemperato: ⁊ tñ adueniente passione/ corrūpitur estimatio vera particularis: q꞉ passione vincente iudicat nunc fornicandum: ita ꝙ passio impedit actualem considerationē veram in particulari. Et si passio semper duraret: semꝑ sic iudicaret. Eodem modo dicendum est ꝙ iudei habuerunt veram estimationem de xp̄o ⁊ in habitu/ ⁊ in actu in principio. Sed quando incepit contra eos predicare/ excitati fuerunt contra eum passiōibus ire: rancoris ⁊ inuidie: quibus passionibus impediebātur ab actuali ꝯsideratione veritatis prehabite de christo: ideo machinati sunt in eius mortem: sicut ⁊ incōtinens ꝓpter passionē concupiscibilis elegit fornicari: qđ tñ alias refugeret. Considerandum tñ/ ꝙ illa notitia: quā habuerunt de xp̄o per scripturas

ꝓphetarum/ non erat certa certitudine ... Tum quia talis certitudo solum hab... monstrationē vel sensum: tum q꞉ ... sunt aliquādo varie exponi: ⁊ ideo ... noticia ꝓbabilis ⁊ verisimilis cōi... alios erat ibi certitudo adherentie ... test impediri in actu modo predicto. ... cta possunt solui argumenta ad vtrā... quia illa argumēta: que ꝓbant ꝙ hab... titiam de christo/ intelligēda sunt de ... bituali predicto modo. Alie autē auc... que dicūt contrariū: loquūtur de actu... tione applicante ad opus: que fuit imp... pter passionē inuidie ⁊ rancoris: vt dic...

¶ Additio.4. Hanc questionē disput... Thomas in.3.par.q.47.arti.5.in co... sub forma predicta. Unde in solution... li tenet eandem opinionē: quam hic p... conatur improbare: que quidē impr... videtur rationabilis. Ad cuius declar... attendendum/ ꝙ licet omnia: que in s... pturis credenda tradunt/ sunt a fidelib... vera certissime amplectenda: cum sit ... uelata: cuius testimoniū fidele est: qu... men de his: que ibidem etiā expresse ... sunt exponenda taliter/ vt nō credantur ... pria verborum significatione: eo ꝙ si sic ... repugnarent rationi naturali: seu etiā ... ctoritati diuie. Uerbi gratia. Licet de ... pturis sacris dicātur expresse aliqua ... in prima significatione signant illi ... tionem seu altercationē/ vel passionem ... modi: vt cum dicit in persona dei. D... us/ vt videret ciuitatem. Gen.18.c. ... Exo.3.b. Descendi/ vt liberarem eum d... egyptiorum. que locutiones in ꝓpria signi... signant deum localiter moueri. Simil... bi sepe legitur deum iratū fuisse: vel pen... hmōi: nullo modo tñ talia sub ꝓpria si... one sunt credenda de deo: cū manifest... naturali repugnant: que deum penitus ... bilem atq꞉ immutabilem demōstrat. ... ⁊ contra auctoritatē sacre scripture dicen... lachie.3.b. Ego dñs: ⁊ non mutor. Und... tet hec ⁊ similia de deo intelligi/ nō in ꝓ... borum significatione: sed translatiue seu ... phorice: prout Ambrosius declarat in ... Trinitate. Similiter contingit secundu... nionem hebreorum circa ea: que in scriptu... cris veteris testamenti traduntur de no... tatem Christi: dicunt enim omnia talia ... propria significatione esse intelligenda ... litudinarie seu metaphorice. quorum ... est: quia credunt ꝙ deum incarnari imp... positionem seu naturarum confusionem ...

Sermonis annotamēta. Ex quinta parte Bib.

que manifeste sunt impossibilia: cum sint cōtra
simplicitatem diuinam: ⁊ hoc contingit eis non
solum antiquis: sed modernis: eo ꝙ nō possunt
capere seu intelligere habitudinē nature assum
pte ad verbum / ſm veram catholicam traditio
nem: nec de hoc videtur esse multū mirandum:
cum heretici: qui non solum auctoritates vete=
ris testamenti recipiunt: sed etiam noui: in quo
expressius mysteriū deitatis Christi traditur: ꝙ̄
in antiquo: vt cum dicit. Ego ⁊ pater vnum su=
mus. vel. Anteꝗ̄ Abraham fieret ego sum. ⁊ hu
iusmodi. In quibus verbis ⁊ similibus clarius
exprimit̄ deitas Christi: sed hoc nō obstante dei
tatem Christi negare conātur peruerse exponē=
tes predictas auctoritates: vt Arrius ⁊ Sabel=
lius et eorum sequaces. Ex quibus patet mani
feste ꝙ licet scripture sacre prophetaꝝ: que men=
tionem expressam faciūt de diuinitate Christi:
sint satis euidentes ad huiusmodi mysterium fi
delibus ostendendum: non tamen ex his sumi=
tur argumentum efficax ad hoc: vt principes iu
deorum habuissent cognitionem de eius diui=
nitate: hoc enim mysterium tantum excedit ca=
pacitatem humanam: ꝙ raro vel nunꝗ̄ sine au
xilio diuino itelligi posset. Inde est ꝙ Petro ex
presse confitenti deitatem Christi dicendo. Tu
es xp̄s filius dei viui. Mat. 16. c. Christ⁹ respō=
dit. Caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi. ⁊c̄. Ex q̊
patet ꝙ ad mysterium incarnationis intelligen
dum seu veraciter confitendum reuelatio diui=
na requiritur propter eius summā excellentiaꝫ:
secus est de alijs conditionibus Christi in pro=
phetis antiquis contentis: vt de tempore sui ad
uentus: ⁊ de signis eiusdem. Similiter de virtu
tibus ipsius Christi ⁊ de eius excellentia respe=
ctu aliorum prophetarum: ⁊ de modo aduenie
di ⁊ huiusmodi: nam talia in propria significa=
tione possunt accipi: non enim excedunt cōmu
nem humane intelligentie capacitatem: ⁊ sic pa
tet ꝙ obiectio postillatoris in hoc passu est inua
A lida. ¶ Similiter ⁊ eius opinio nō videt̄ ratio=
nabilis ex tribus. Primo: quia presupponit fal
sum: scilicet ꝙ auctoritates antiqui testamenti
sole sufficiunt ad cogendum hebreos ipsas reci=
pientes: vt cognoscant deitatem Christi: cuius
oppositum patet ex dictis. Secūdo: quia exem=
plum quod inducit de incontinēte (cuius actua
lis cognitio particularis seu consideratio impe
ditur seu corrumpitur propter passionem immi
nentem: vt habetur in septimo Ethicorum.) nō
videtur ad propositum facere. nam incontinēs
semper habet estimationem veram in vniuer=
sali: adueniente tamen passione corrumpit̄ esti
matio vera particularis: sed in proposito vtraꝫ
estimatio est particularis seu singularis. Si em̄
principes iudeoꝝ estimassent xp̄m esse deū añ⁊ꝫ
ꝓ passionē impediret̄: deide aduenīete passione
īpediret̄ hm̄oi ꝯsideratio: ita ꝙ crederēt ip̄m nō
esse deū: prout opinatur postillator: manifestuꝫ
est ꝙ vtraꝫ harum estimationū est singularis
seu particularis: cum in vtraꝫ estimatione chri
stus supponitur vt subiectū: que est persona sin
gularis. Tunc igitur aut simul et semel estima
uerunt xp̄m esse deum ⁊ xp̄m nō esse deum: que
sunt contradictoria: ⁊ per consequens inestima
bilia circa idem: aut primus habitus totaliter
corrūperetur: ⁊ tamē remaneret in eis actualis
consideratio: ſm quam ipsum iudicarent ho=
minem purum: cuius oppositum dicitur de in=
continenti: scilicet ꝙ semper remanet in eo vera
estimatio saltem in vniuersali: vt philosophus
in eodem loco manifeste ostendit: ⁊ sic exemplū
non facit ad propositum. Tertio: quia hec opi=
nio non consonat sacris scripturis: que circa hec
allegantur. Nam in parabola Christi: cū agri=
cole dixissent. Hic est heres: non potest rationa=
biliter intelligi ꝙ ipsi estimassent eum heredem
in diuinitate: eo modo: quo Apostolus ait ad
Hebreos. 1. a. Quem cōstituit heredem vniuer
sorum. Nulla em̄ amentia ad tantam pōt com
muniter deuenire insaniam: vt credat diuinam
maiestatem in propria persona superare. Com
munis enim conceptus est etiam apud idola=
tras: ꝙ deus seu dij transcendunt omnes pote=
states. Unde ridiculum esset dicere: ꝙ eo ipso ꝙ
principes illi credebant ipsum esse heredem: sci=
licet deum verum auderent eum interficere. hoc
etiam videtur contra opinionem ipsius postil=
latoris met: qui dicit ꝙ quando eum interficere
voluerunt: iam non estimabant ipsum deum es
se propter impedimentum passionis inuidie et
huiusmodi: ⁊ sic iam non dicerent de ipso. Hic
est heres. Oportet igitur dicere ꝙ per hoc ꝙ dice
bant. Hic est heres: intelligebant ꝙ erat homo
tante excellentie: ꝙ poterat vocari filius dei: nō
per naturam: sed per specialem adoptioneꝫ seu
excellentiam respectu prophetarum alioꝝ: qď
verificatur de Christo etiam secundum huma=
nam naturam considerato: contra quem nō ob
stante tanta excellentia: potuerunt estimare: vt
cum possent superare: sicut et alios antea mis=
sos. Nam magis ⁊ minus non variant speciem
secundum philosophum. Similiter auctoritas
beati Petri dicentis Actuū. 3. c. Scio ꝙ ꝑ igno=
rantiaꝫ fecistis: sicut ⁊ principes vestri. videtur
facere contra opinionem postillatoris: nam ſm
eum debuisset dicere: per odium seu inuidiā fe=
cistis. Hec enim fuit causa principalis sui erro=
ris ſm postillatorē magis / ꝙ̄ ignorātia. Scđm
ꝯo p̄mā opinionē: q̄ est scti Tho. hec auctoritas

ꝓprie sonat: eo em̄ ꝙ habuerant ignorantiā de
xp̄o. s. de eius diuinitate ausi sunt ip̄m inuadere
tanq̄ȝ hominem purū: cui consonat auctoritas
Apostoli dicentis. 1. Cor. 2. b. Si enim cogno=
uissent/ nunq̄ȝ dominuȝ glorie crucifixissent. qđ
denotat manifeste ip̄os nunq̄ȝ cognouisse ipsuȝ
O fuisse dominū glorie. Et notandum ꝙ hec igno
rantia nō excusat principes iudeoꝝ a crimine:
sed magis aggrauat: cum esset quodammodo
ignorantia affectata. Nam licet non attigissent
ex scripturis ꝓphetaꝝ ad cognoscendum Chri
sti diuinitatem: eo ꝙ scripture de hoc loquentes
sunt quodammodo exponibiles: vt dictum est:
debuissent tamen assentire sue doctrine: ſm quā
filium dei se esse fatebatur. Tenebant em̄ crede
re ꝛ obedire Christo in lege ꝓmisso: iuxta illud
Deutero. 18. c. Prophetā suscitabit tibi. ꝛc̄. ip̄m
audies. quod intelligitur de Christo ad litterā:
ꝛ sic eius deitatem tenebantur credere tanq̄ȝ ab
eo dogmatizatā: ꝛ per miracula confirmatā: ſm
quod Joh. 15. d. dicit. Si non venissem ꝛ locu=
tus eis fuissem/ peccatū nō habuissent. ꝛc. Fue=
runt ergo impediti ab acq̄escendo doctrine xp̄i
per inuidiam ꝛ odium ipsius: ꝛ sic nec habitua
liter nec actualiter crediderunt ipsum esse deuȝ.
Nam per scripturas antiquas de deitate loquē
tes non omnino conuincebantur: vt dictum est:
nec etiam per doctrinā Christi de se hoc testan=
tis: impediētibus rancoris ꝛ odij passionibus.
Sicut enim homo cōmuniter est natus credere
suo amico: sic et discredere inimico. Ex quibus
bene attentis seq̄tur corollarie ꝙ catholicus dis
putans cum hebreis/ vel eis predicando persua
dens de mysterijs Christi nō debet conari ad ꝓ
bandum deitateȝ Christi ex sacris scripturis ab
eis acceptis. Possent enim hec declinare per va
rias expositiones: vt etiā postillator dicit in hoc
capitulo: sed potius est procedendum ad ꝓban
dum ꝙ ipse sit verus Christus in lege promis=
sus: cui est audiendum ꝛ obediendum ex pre=
cepto diuino: quo ostenso/ deitas Christi facilius
ꝓbatur per doctrinā noui testamenti a Christo
diuulgatā: ꝛ iste etiam est ꝓcessus scientificus:
quia ſm ph̄m primo Physicoꝝ. Connaturale
est nobis a magis notis ad minus nota ꝓcede=
P re. ¶ Replica. In capitulo. 21. Ubi requirit po
stillator. An doctores ꝛ principes iudeoꝝ noue
rant Christum in lege promissum. ꝛc. Recitat
etiam opiniones quorundam dicentium/ ꝙ no
uerant ipsum esse verum Messiam. ꝛc. Sed nō
nouerunt eum esse deū. Hanc tamen opinioneȝ
postillator reprobat optimis rationibus. Bur=
gensis autem dicit sanctū Thomam tenere opi
nionem illam: quaȝ reprobat postillator: ꝛ ideo
pro sancto Thoma certans magnam facit com

motionem: que stat in certis dictis
iudei antiqui ꝛ moderni nō potuerunt
die possunt videre ꝛ intelligere m
nature humane ad verbum sine co
ꝛ naturarum confusione. igitur no
eū cognoscere deū: nec ei⁹ deitatē. Se
sicut heretici male exponētes scrip
xp̄i deitatem: sic nō est mirum ꝙ heb
falsas expositiones hoc idem negan
dictum: ꝙ mysteriū deitatis Christi
telligi sine speciali reuelatione. P
dictum fuit Petro Matthei. 16. c. L
guis non reuelauit tibi. Quartum
pus aduent⁹ Christi. ꝛc. que in scrip
traduntur non excedunt cōmunem
tie capacitatem: sicut eius diuinita
dictis conatur Burgensis cōcludere
postillatoris est irrationabilis: ꝛ o
cōtra oppositam opinionē inualida
videndum est de irratiōabilitate ill
tuor dictorum Burgensis. Secūdo
bilitate opinionis postillatoris. Ter
ctionum valore contra opinionem
Quoad primū articulum videtur
ctum Burgeñ. valde irrationabile
sequitur nullum christianū cognosc
esse deum. Probatur ex dicto suo
nullus christianus potest intelligere
onis humane nature ad verbum. ig
tionem Burgeñ. nullus christianus
Christum esse deum. Antecedens est
nis pape dicentis: deum ꝛ hominem
uenisse personā: nisi fides credat: sem
cat. Excedit enim et multū superemin
ne rationis facultatem: ꝛ cetera que
fabili vnione sancti doctores sentiu
Burgeñ. Consequens autem falsissim
christiani non modo Christum sciun
sed etiam ita tenaciter huic sententie
vt sanguinē pro ea effundere sint par
igitur simul ꝙ iudeorum sapientes c
scere non poterant Christi deitatem
carnationis: poterant tamen scire ex
stimonio: prout post dicetur. Nec se
ctum Burgensis ratiōabile est: nam
si doctores hebreorum male scriptur
tes: ꝛ heretici ex prauitate voluntat
re nolentes Christum dixerint non e
hoc non sequitur/ ꝙ ex sacra scriptura
set efficaciter ostendi Christum esse d
peruersa scripture expositio auctori
pture non minuit: sicut negato prim
pio/ principium ipsum non est minus
quinimo remanet necessarie veritatis
proteruientes indigent sensu et pena

Metaphysice. Nec postillator vult probatio-
nem ex sacra scriptura dicere sic efficacē: vt suf-
ficere possit fideli ⁊ infideli/praue ⁊ corrupte vo
luntati. Nam vbi voluntas erroris se tenet con
tra rectā rationē: ibi pertinax pugna est: ꝼm bea
tum Hylinidū. do. 10. d Trinitate. Cum enim
scripture Christi deitatē sonantes per autēticos
hebreorum doctores bene exponūtur: heretici ⁊
alij contra rationem ⁊ auctoritatē eas exponen
tes: fidem facere doctis ⁊ principibus non potue
runt/nisi voluntate praua precedente: cum hoc
stat eos ex auctoritate sciuisse Christum esse de-
um. Et si voluntas sic deprauata iudiciuz recte
rationis absorbuisset: ex hoc nō fuissent excusa-
ti: ꝓut pretēdit Burgeñ. Sicut nec incōtinēs ex
cusatur a peccato/si in actu venereo ratio dicat̃
absorpta. Nec tertium dictum Burgeñ. valet:
vbi sacra scriptura plane dicit aliquid ad fidez
⁊ mores pertinēs: ibi fides debet adhiberi: vt di-
cit beatus Augustinus. 11. de ciuitate. capitu. 3.
Cum igitur sacra scriptura: ꝓut autentice a do
ctoribus hebreoꝝ exponitur: clare dicit Christū
fore deum: ei fides est accomodanda. Non igit̃
apud doctos ⁊ principes iudeoꝝ ad id sciendū
necessaria erat specialis reuelatio: sꝫ sufficere po
tuit fides acquisita nō impedita per prauā vo-
luntatē. ¶ Nec Burgeñ. ꝓbat suum propositū
per ea que dicebantur Petro: quia Petrus an-
te missionem spiritussancti fuit idiota ignorās
scripturas de deitate Christi loquentes. ⁊ ideo
Petro fuit facta specialis reuelatio: prout dicit
auctoritas allegata: secus est de principibus et
doctoribus iudeoꝝ. Ad falsificandum etiā hoc
tertium dictū Burgeñ. valet secūda questio pro
logi doctoꝝ subtilis. Sed quartū dictū videt̃ cō
tradicere secundo. Nam Burgeñ. fundat secun
dum dictum super falsa expositione littere sonā
tis deitatem Christi: ex ea concludens ꝙ per sa-
cram scripturā a iudeis receptam non potest effi
caciter probari xp̄m esse deum. Nunc autē tēpꝰ
sui aduentus in scripturis ita fuit occultatū in
computatione hebdomadaꝝ a Daniele descri-
ptarum: ꝙ nō solum apud hebreos: quinimmo
apud catholicos doctores in expositione multa
est diuersitas. Similiter ⁊ passus de Geñ. ⁊ alijs
locis sonantes tempus aduētus Christi/hebrei
antiqui ⁊ moderni exponūt corrupte: igitur nō
potest sumi argumentuꝫ efficax ex scriptura de
Christi aduētu: sicut nec de eius deitate: quod
est oppositū quarti dicti. ⁊ fortasse ex scripturis
planius ⁊ efficacius argumentū potest sumi de
Christi deitate: q̃ꝫ de sui aduētus tempore: quia
autem habemus hebreoꝝ expositores de primo:
de secundo autem non. propter igitur Burgeñ.
inepta dicta non debuit dicere opinionē postil-
latoris irrationabilem. Quantum ad secūduz R
articulum dico/ꝙ positio postillatoris est mul-
tum rationabilis: quia fundatur super expositi
onē littere apud doctores hebreorum autentica
translatione/chaldaica ⁊ ceteris: que rationabi
liter nullus iudeus intelligēs audet negare: sed
si quis negat/nō facit hoc ratiocinando: sed ꝑ-
teruiendo prauitate affectionis: quod nō facit
probationem apud vtentes ratione minus effi-
cacem: ꝓut supra dictum est in probatione secū
di dicti Burgeñ. Quoad tertiū articulum di- S
co/ꝙ argumenta Burgeñ. contra postillatorez
non valent. Non primū: quia false reportat po-
stillatorē: quasi dixerit ꝙ sola auctoritas littere
sufficiat. Nam postillator nō fundat ꝓbabilita
tem positionis sue super nuda littera: que (sicut
dicit Burgeñ.) varie potest ⁊ erūpi ⁊ exponi: sꝫ
fundat (sicut dictum est) super auctoritatibus
iudeorum: quas declinare eorum docti nō con-
sueuerunt. ¶ Secundū Burgeñ. argumentum
est sophisma pertinēs ad vicum straminū. Pu-
tat enim Burgeñ. ꝙ quia Christus est supposi-
tum singulare/ꝙ iudei vel alij non possent de eo
habere estimationē in vniuersali: quod falsum
est: quia de vnico supposito possunt multa vni-
uersalia demonstratiua concludi. videlicet/ꝙ
Sortes est risibilis: corporeus sensibilis. ⁊c̃. Nō
solum in predicamentis qualitatis: sed etiam
quantitatis. Non aduertit Burgeñ. Auicennā
5. Metaphysice sue: qui dicit ꝙ omne vniuersa
le respectu subiecti: in quo est: singulare est: q̃a
omne receptū recipitur per modum recipientis.
Uniuersale igitur comparatū ad intellectū/sin
gulare est. ⁊ tamen de tali est sciētia ꝓprie dicta:
que est consideratio in vniuersali: cum qua stat
ignorantia in particulari: sicut exemplificat po
stillator de incōtinenti. Est igitur exemplum il-
lud bene ad ꝓpositū. Sic igitur docti iudeoruꝫ
habuerunt estimationē veram de Christi deita
te in vniuersali. Particularis autem estimatio
fuit ꝓpter odiū illius ꝑsone prepedita. ¶ Simi
liter tertium argumentū Burgeñ. concludit so
lum de actuali estimatiōe in singulari. De qua
Apostolus dicit. Si cognouissent. ⁊c̃. Non au-
tem concludit de vniuersali consideratione pre-
cedente passiones excecantes: secundum quam
dixerūt. Hic est heres. Per idem dicitur ad oēs
auctoritates adductas pro opiniōe sancti Tho
me. Nam ignorantia: de qua loquitur beatus
Petrus/similiter ⁊ Paulus/intelligitur igno-
rantia affectata/quoad doctos iudeorum: pro
ut etiam Burgensis dicit in notabili: sed igno-
rantia affectata non procedit primo ex ratiōis
errore: sed voluntatis prauitate peruertente:
iudicium rationis circa particulare: cuius vni

uersale nouerat: prout vult exemplum de incontinente. Unde patent rationes postillatoris pro sua positione non esse inualidas: sed potius Burgen. rationes in contrariũ minime valere.

T ✱ Homo qdam. rc.] Moral'. Scõm sensum al-
Moral'r legoricũ homo iste: qui vineã plantauit xp̃s est: q plantauit ecclesiã de suo latere formatã. ✱ Et sepem circũdedit ei.] Idest doctrinã euangelicam. ✱ Et fodit in ea torcular.] Idest martyꝝ patientiã: qua roborata est ecclesia. ✱ Et edificauit turrim] Idest ɔtēplationē ɔfessoꝝ ꝛ doctorum. ✱ Et locauit eam. rc.] Rab. Moraliter. Hec vinea cuicunqꝫ locatur: cum baptismi mysteriũ sibi datur: vt bene operãdo in ea exerceat. Mittit seruus vnus: alter: tertius: cũ lex: ps̃: ꝓphetia legitur. Sed missus cedit: eijcitur: cũ sermo contẽnitur: vel (qđ peius est) blasphematur. Heredem vero quantũ in se est occidit: qui filiũ dei conculcauerit: ꝛ spũi gratie ɔtumeliã fecerit. Perdito malo cultore vinea alteri datur: cũ donum gratie: qđ sụpbus spreuerit: humilis accipit. ✱ Et cũ audisset.] Chrys. Hec est differẽtia bonoꝝ hoim ꝛ maloꝝ. Bonus em̃ cõprehensus in pctõ gemit: malus aũt fremit: nõ qꝛ peccauit: sed qꝛ cõprehensus est in peccato.

V ✱ Homo qdaꝫ erat paterfamilias: q plantauit
Glosa. vineã.] Gl'. De qua Esa. 5. b. Uinea dñi sabbaoth domꝰ israel est. ✱ Et fodit in ea. rc.] In fossione timor notat. Et qꝛ precepta illa legalia nõ amore: sꝫ timore seruabãt. ✱ Tempꝰ fructuũ.] Bene tempus fructuum: nõ fructus: qꝛ nullus fuit in illo contumaci populo. ✱ Nouissime.] Uide patrisfamilias patientiã: qui expectabat ad penitentiã. ✱ Uerebũtur.] Quasi faciã qđ meum est: ipsi videant qđ suuꝫ est. ✱ Hic est heres.] Patet principes sacerdotũ non per ignorantiam: sed per inuidiã occidisse Jesum: cum scirent eũ esse: cui dicitur ps̃. 2. b. Postula a me: ꝛ dabo tibi gentes hereditatē tuam. Unñ ꝛ ɔsulẽtes sibi aiebant Joh. 11. f. Si dimittimus eum sic. rc. ✱ Et habebimus hereditatē] Hereditas xp̃i: quam resurgens possedit: ecclesia est: quam moliebãtur precripe iudei: dum fide eius extincta: iusticiã: que ex lege est: gentibus persuadere conabãtur. ✱ Eiecerunt extra vineã.] Marcus mutat hunc ordinē. 12. cap. a. dicens. Occiderunt ꝛ eiecerunt extra vineã: quasi vile cadauer. in quo notat pertinaciã: qꝛ occiso dño ꝛ resuscitato a suis finibus cum excluserunt: et gentibus miserũt. ✱ Quid faciet agricolis illis?] Hierony. Alij videntes contra se dictum: dixerunt ꝺm Lucã. Absit. cum etiã ꝺm Marcum dominus a se dixisset. Malos male perdet: ꝛ vineã

X suam locabit agricolis alijs: q reddant ei fructũ temporibus suis. ¶ Mystice. Cuiqꝫ vinea locatur colẽda: cum mysteriũ baptismi ... operando exerceat. Mittitur seruus ... ter: cum lex: psalmus: ꝓphetia legit... nitu bene operet. Sed missus cedit... sermo contẽnitur: vel (qđ peius est) bl... Heredem quantum ad se occidit: qui ... conculcauerit: ꝛ spiritui gratie contu... rit. perdito malo cultore vinea alij da... gratie: quod sụpbus perdidit: humi... ✱ Lapidem quem. rc.] Qđ vinea ... tur affirmat prophetico exemplo. La... est Christum: cuius fidem ꝛ iusticiã ... runt. ✱ Edificãtes] Qui de subditis ... si deo domum struere videbãtur. ✱ ... derit. rc.] Qui credit: ꝛ tamen pecca... per illum lapidem: ꝛ nõ conteritur: ... gitur: quia per patientiã ad salutem ... Sed cui lapis irruit. i. qui negat: pen... ritur: vt nec testa remaneat. Uel cad... qui modo contemnit: ꝛ iniurijs affici... penitus interijt: sed quassatur / vt non... rectus. Cadit super illum lapis: qui ... in iudicio opprimit: cum dicitur. I... eternum. ✱ Et querentes eũ. rc.] ... tientem interficere querunt: in quo ... tur: que dixerat. Ipse est em̃ heres: ... loni: qui solo humano terrore retard... veniret hora eius. ¶ Mystice. Princ... be querunt manũ mittere in Jesum ... timore: cum quilibet solo nomine fra... pacis veritatem (quam nõ diligit) ... cohabitantes vel erubescit: vel timet ... re: qui tamen (sicut de stultissima a... ne dominus ait Job. 39.) Cum temp... in altum alas erigit: quia persequen... am / quasi deum cruci adijcere: ꝛ ost... debit habere.

☞ Applica ad hec aliqua de ... sermonis Incarnationis. incipient... sub themate. ✱ Homo quidam erat p... lias. rc.] vt. s̃. A. vel. ✱ Nouissime ... suum. rc.] B. ¶ Uel ser. Passionis ... the. ✱ Uenite occidamus. rc.] C. ¶ ... dicij finalis. fol. 236. sub the. ✱ Cum ... in extremo iudicio) dñs vinee. rc.] ... ser. Epipha. fol. 39. sub the. ✱ Uineam ... bit alijs agricolis.] C. vl'. ✱ Auferetur ... regnũ.] E. Et maxime annot. 1. D. qu... tis. fol. 45. col. 3. ¶ Et annotamẽ. 3. qu... tis. sermonis Generalis. fol. 289. col. 4... sermonis Ecclesie. fol. 64. sub themate ... mino factum est istud. rc.] D. T. ¶ ... Peccatoꝝ. fol. 189. sub themate. ✱ ... rit super lapidem. rc.] E. T. ¶ Uel ser. ... fol. 89. sub the. ✱ Fodit in ea torcular...

Sabbati Dñice. ij. quadragesime. Sermonis Annot. Ex q̄nta parte Bib.

Dixit Jesus disci. suis parabo
lam hanc. Homo quidā ha=
buit duos filios. ꝛc.] Lyra.
In hoc capitulo ostēditur / ꝙ
peccatores redeūtes sunt dul
citer recipiendi. Et ad hoc in
ducūtur tres parabole: prima
incipit ibi. ✳ Quis ex vobis homo. ꝛc.] Scda
ibi. ✳ Aut que mulier. ꝛc.] ☞ De q̄bus q̄re
annota. 1. A. B. quinte partis. sermonis Dñice
tertie post oc: cor. xp̄i.) Tertia vero parabola po
nitur in euangelio hodierno: q̄ est de filio prodi=
go: per quem designatur populus gentilis: qui
erat subditus peccatis: vel etiam quicūq3 pecca
tor singularis. Dicit ergo. ✳ Homo quidam.]
Idest ipse deus ꝓ nobis humanatꝰ. ✳ Habuit
duos filios.] Idest duos populos. s. iudaicum
ꝛ gentilem: vel duos filios. i. iustos ꝛ pctōres: qꝛ
peccatores sunt filij dei: inquantū sunt ad eius
imaginē: licet nō sint filij dei per gratiā. ✳ Et di
xit adolescentior ex illis patri.] Idest gētilis po
pulꝰ. Vñ ꝛ populꝰ iudaicꝰ vocatur filiꝰ dei pri
mogenitus. Exo. 4. e. Filius meus primogeni
tus israel. Vl' peccator: qui dr̄ iuuenis moribꝰ:
ideo dicit̄ adolescētior filius. ✳ Pater da mihi
portionē substātie: q̄ me cōtingit. Et diuisit illis
substantiam.] Qꝛ dona dei hoibus largiūtur:
licet diuersimode. ✳ Et nō post multos dies / cō
gregatis oibus / adolescentior filius peregre ꝓfe
ctus est in regionem longinquā.] Per multipli
cationē peccatoꝝ elongādo se a deo patre ꝛ a ce
lesti ciuitate. ✳ Et ibi dissipauit substantiā su=
am.] Scȝ qꝛ ꝑ peccata mortalia tolluntur bona
gratie: ꝛ peiorantur bona nature. ✳ Viuendo
luxuriose.] Luxuria spirituali: q̄ est idolatria /
quantum ad gentilem populū: ꝛ luxuria corpo
rali non solū quantum ad gentilē: sed etiā quā=
tum ad peccatorē informem fidem habentē. ✳
Et postq̄ oia consumasset: facta est fames vali=
da in regione illa.] Per defectum verbi diuini
ꝛ sacre scripture: quia gētilibus non est data lex
vetus / nec oracula ꝓphetarum: secundū illud
Ps. 147. b. Non fecit taliter omni nationi: ꝛ iu
dicia sua non manifestauit eis. Peccatoribus
etiam iudeis in tali statu lex ꝛ prophete non va
lebant ad salutem. Ideo subditur. ✳ Et ipse ce
pit egere.] Spiritualibus bonis. ✳ Et abijt / et
adhesit vni ciuium regionis illiꝰ.] Scilicet dia
bolo: qui est ciuis in regione vmbre mortis. ✳
Et misit illum in villam suam.] Idest occupa=
uit eum circa cupiditatem mundanam / cuius
ville diabolus dicitur dominus Johan. 14. d.
Venit princeps mundi huius / ꝛ in me non ha=
bet quicquam. ✳ Vt pasceret porcos.] Idest
vitia: que fetida sunt ꝛ immunda. Vnde. 1. Ti
mo. 6. b. Radix omniū malorum est cupiditas:
quia sicut radix ministrat nutrimentum omni
bus ramis arboris: sic abundātia temporaliū:
circa quam versatur mundana cupiditas / ad=
ministrat materiam ꝛ fomentū omnibꝰ vitijs.
✳ Et cupiebat implere ventrē suū de siliquis:
quas porci manducabant.] Qꝛ intentus cōgre
gationi temporaliū: querit in talibus sufficien=
tiam: intendens eam habere ꝑ talia: sed nō asse
quitur intentum: qꝛ talia nō minuūt cupidita=
tem: sed magis eam augent. Quanto enim ali
quis plus habet de bonis tēporalibus: tanto plꝰ
ad habenda maiora anhelat: secundū quod di
cit beatus Grego. Et hoc de cōmuni cursu acci=
dere videmꝰ. et ideo bene subditur. ✳ Et nemo
illi dabat] Qꝛ non assequitur quod intēdebat.
ꝛ quia consideratio huius defectus inducit ali
quando ad penitentiā. Ideo subditur. ✳ In se B
autē reuersus dixit] Homo eñ peccādo extra se
egreditur: qꝛ limites recte ratiōis transgreditur:
ꝛ ideo penitendo ad se reuertit̄. ✳ Quāti merce
narij.] Idest seruiētes ꝓ mercede eterna. ✳ In
domo pr̄is mei.] Idest in ecclesia seu in ꝯgrega
tiōe iustoꝝ ✳ Abūdāt panibꝰ:] Scȝ pane sacre
scripture per eruditionē / ꝛ pane eucharistie ꝑ sa
cramenti receptionē. ✳ Ego autem hic fame pe
reo.] Qꝛ si ad populum gentilē referatur hoc di
ctum: patet ꝙ ei talia nō administrant̄. Si autē
ad catholicū peccatorē: patet ꝙ talia non ꝓfici=
unt hoi q̄diu manet i peccato mortali. ✳ Sur=
gam.] Per infidelitatis vel pc̄ti derelictionem.
✳ Et ibo ad patrē meū.] Per vite melioratio
nem. ✳ Et dicā illi: pater peccaui in celū ꝛ corā
te: ꝛ iam non sum dignus vocari filius tuus: fac
me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens
venit ad patrem suum.] Per verā fidei cōfessio
nem: quantū ad populum gentilē: s̄m illud Ro
ma. 10. b. Corde credit̄ ad iusticiā: ore aūt cōfes=
sio fit ad salutē: quantū ad catholicū peccatorē
per integrā peccatoꝝ contritionē ꝛ purā cōfessio C
nem. ✳ Cū aūt adhuc longe esset.] Idest motꝰ
ad penitendū: non tñ ꝑfecte ꝯtritus: ad quā req̄
ritur gratia diuina preueniēs: ideo subditur. ✳
✳ Vidit illum pater ipsius.] Oculo clemētie.
✳ Et misericordia motus est: ꝛ accurrens ceci=
dit super collum eius: ꝛ osculatus est eum. Di=
xitq3 ei filius. Pater peccaui in celum ꝛ corā te.
Jam non suȝ dignus vocari filius tuus. Dixit
autem pater ad seruos suos.] Idest ad aposto=
los ꝛ ecclesie ministros / quibus precepit predi=
care non solum iudeis sed etiam gentibus. Et

etiam non solum iustis: sed etiam peccatorib⁹.
* Cito proferte stolam primam ⁊ induite illū] Idest proferendam innocentiam: ⁊ restituendā nunciate vere conuersis ⁊ penitētibus. * Et date anulum in manu eius.] Idest predicate dandum anulum fidei per charitatem operantis. * Et calciamenta in pedes eius.] Idest sanctorum precedentium exempla: quia calciamenta fiunt de pellibus animalium mortuorum. * Et adducite vitulū saginatū.⁊c.] Idest sacramentum eucharistie fidelibus administrate: in q̄ immolatur xp̄s: qui est vitulus saginatus propter gratie pinguedinem. * Et occidite: et manducemus ⁊ epulemur.] Quia in primitiua eccl'ia non solum ministri ecclesie sumebant hoc sacramentum: sed etiam totus populus quotidie: vt habetur Actuū.2. Et adhuc semel in anno quilibet christianus tenetur refici hoc sacramento. Reficitur etiam quotidie: quia sacerdotes non solum sumunt hoc sacramentum pro se: sed etiā pro populo. * Quia hic filius meus mortuus erat.] Morte culpe. * Et reuixit.] Uita gratie. * Perierat ⁊ inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem fili⁹ senior in agro.] Quia iudaicus populus in cultu vnius dei erat occupatus. * Et cū veniret ⁊ appropiquaret domui.] Scꝫ ecclesie. * Audiuit symphoniam ⁊ chorū] Quia cum spiritussanctus descendisset sup apostolos aliosq̄ discipulos in die pentecostes/ceperunt laudare deum varijs linguis: vt habetur Actu.2. Et tunc iudei: qui erant in hierusalem audientes voces eorum admirati sunt. Et ceperūt querere vnde esset tanta gratia ⁊ exultatio. Ideo subditur. * Et vocauit vnum de seruis: ⁊ interrogauit que hec essent.] Et Petrus pro aliis respondit: ostendens q̄ erat ex dono sp̄ussancti/quod iustificat venientes ad fidem catholicā: siue sint iudei siue sint gentiles. Unde ⁊ similis gratia sp̄ussancti data fuit gentilib⁹ credentibus: sicut ⁊ discipulis xp̄i in die pentecostes data fuerat: vt habetur Actuum.10. de Cornelio ⁊ alijs gentilib⁹: qui erant cū eo. * Ipse dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulū saginatum/quia saluum illū recepit. Indignatus est autem ⁊ nolebat introire.] Quia iudei etiā ad fidem conuersi/fuerunt admirati q̄ gentiles: quos prius desperauerant/equarent̄ eis in gratia dei: vt habetur Actuū.10. Unde cū Petrus redijsset hierusalem: illi qui erant conuersi ad fidē catholicā de iudaismo disceptabant aduersus illū: eo q̄ cōmunicauerat cū illis: vt habetur Actuū.11. * Pater ergo illi⁹ egressus cepit rogare illum.] Quia deus per apostolos et specialiter per Paulum ostendit rationabiliter ⁊ per scripturas/q̄ erant gentiles nō cōtemnendi: sed gaudenter ad cōmunionem [...] piendi. * At ille respondens dixit p[...] ce tot annis seruio tibi] Sub lege M[...] nunq̄ mandatū tuū preterui.] S[...] de cultu vnius dei. Licet enim mul[...] fuerant idolatre: tamē aliqui semp[...] in fide ⁊ cultu vnius dei: ⁊ illi possun[...] lus iudaicus: sicut frequenter par[...] noīe totius. * Et nunq̄ dedisti mihi [...] cum amicis meis epularer. Sed po[...] tuus: qui deuorauit substantiā suam [...] tricibus venit/occidisti illi vitulum sa[...] Quia toto tempore legis Mosaice n[...] tū beneficium datum fuit populo iud[...] datum est tēpore euangelij gentili po[...] dem conuerso: ideo omnia beneficia [...] ris modica sunt ⁊ qua[...] nullius respe[...] spectu beneficiorum noue legis. * A[...] illi. Fili tu semper mecum es.] Quia [...] qui de iudeis adheserunt deo per fidem [...] ex eis receperūt fidem catholicam: q[...] ticipes beneficiorum noue legis: ideo [...] * Et omnia mea tua sunt. Epulari a[...] dere oportebat: quia frater tuus hic m[...] ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuent⁹ est.] Cetera [...] ex predictis. Si autem referatur ista p[...] ad iustū ⁊ peccatorē reuertentē: sic filius [...] existens in agro est homo a iuuentute [...] bus virtuosis exercitatus. Junior aut[...] peccator penitens/qui diu male viuit [...] do sibi datur a deo maior gratia: ⁊ p[...] maior gloria/q̄ illi: qui bene vixit a iu[...] sicut patet de sancto Bonifacio marty[...] fice: qui inuentus in stupro penituit: [...] sub Diocletiano/cuius festū colit eccl[...] na.2. Idus Maij. De quo iusti aliq[...] tur: que quidem admiratio potest di[...] indignatio: inquantum talis nō vide[...] tanto bono: sed de⁹ pater pacificat hāc [...] tionem/quādo ostendit per eruditionem [...] spirationem q̄ hoc nō prouenit ex parte [...] ris penitentis: sed ex infinita bonitate [...] rentis secundū vera sua iudicia facultat[...] manā omnino transcēdentia: et ad hanc [...] tionē potest de facili littera applicari. [...] * Homo quidā habuit duos filios.] M[...] Hō iste xp̄s est: eius aūt filij sunt oēs xp̄iani [...] eius baptismū regenerati: quorū tñ aliq̄ [...] sti: ⁊ aliq̄ pctōres. * Et dixit adolescentior [...] quē significat̄ quilibet pctōr: q̄ iuuenis [...] rib⁹. * Pater da mihi portionē substantie [...] Per hoc significat̄ q̄ pctōr recedit a deo pa[...] ge vt agat ꝓ libito volūtatis sue. * Et diuisit [...] lis substantiā.] Et de⁹ dimittit quēlibet [...] ꝓm arbitrij libertatē. * Adolescentior [...]

gre profect⁹ est.] Per multiplicationē pctī elongans se a patria celesti/ ideo subdit. * Et ibi dissipauit substantiā suā.] Bona gratuita perdendo: ꝛ naturalia peiorādo. * Et postq̄ cōsumasset oīa: facta est fames valida i regiōe illa.] Nā in regiōe pctī fit magnus defect⁹ pabuli diuini. * Et ipse cepit egere.] Nā existens in pctō mortali fit egens oī spūali bono. * E adhesit vni ciuiū regiōis illi⁹.] .i. diabolo: q̄ ciuis est in regione vmbre mort̄. * Et misit illū in villā suā.] .i. in pctōꝝ societatē: in q̄ dominat̄ sicut in propria villa. * Ut pasceret porcos.] .i. immūditie peccata. * Et cupiebat implere ventrē suum de siliquis. ꝛc.] De cibo porcorū: q̄ est carnalitas. * Et nemo illi dabat] Qꝛ nullus vtens rōne: ɔcedit carnalit̄ viuere. * In se aūt reuersus.] Id est ad ꝓpriā conscientiā per rōnis dictamen: a q̄ recesserat secūdo sensualitatē. * Dixit. Quāti mercenariȷ̄ in domo patris mei.] Idest deo seruientes. * Abundāt panib⁹.] Uerbi diuini et eucharistie sacramenti. * Ego aūt hic fame pereo.] Priuat⁹ oī bono. * Surgā.] De luto culpe. * Et ibo ad patrē.] Per conatū operādi bū. * Et dicā illi.] Recognoscēdo culpā ꝛ petendo veniā. * Pater peccaui in celum ꝛ corā te. ꝛc.] Sequitur postea. * Cū aūt adhuc longe esset] Idest attritus ꝛ nō contrit⁹: ad qđ requirit̄ grā dei preueniēs. Ideo subdit̄. * Uidit illū pater ipsius.] Oculo clementie. * Et accurrens cecidit super collū eius. ꝛc.] In signū reconciliationis ꝑfecte. * Dixit aūt pater ad seruos.] Idest ecclesie ministros: q̄bus xp̄s precepit benigne recipere penitentes ꝛ ɔfitentes. * Cito ꝓferte stolā primā.] Administrādo sibi ecclesie sacramenta: vt sicut prius: spūaliter adornetur. * Et adducite vitulum saginatum.] Idest eucharistie sacramentū: xp̄m cōtinens immolatū. * Et ceperunt epulari.] Qꝛ pctōr vere penitens de peccatis: ad mensam xp̄i recipitur cū aliȷ̄s xp̄ianis. * Erat aūt filius eius senior in agro. ꝛc.] Per quē significat̄ xp̄ianus perseuerās in iusticia remisse tn̄ operando: ꝛ talis aliqn̄ mirat̄ q̄ de⁹ magis respicit pctōrem ɔuersum dādo ei virtutem fortius operādi: sicut dedit sctō Bonifacio martyri. Et talis admiratio: indignatio dici pōt large loquendo. Qꝛ parabola: que est quedā similitudo nō semꝑ currit oī modo. Pater aūt amouet hanc admirationē seu indignationē: qn̄ de⁹ per se vel per aliū ostēdit iusto: q̄ quicquid opeG rat̄ iuste fit: licet hoib⁹ aliqn̄ aliter videat̄.

a. * Hō quidā habuit duos filios. ꝛc] Glo. Duabus ꝑmissis parabolis. (☞ De q̄b⁹ inuenies annota. 1. E. F. G. H. quinte ꝑtis. ser. Dn̄ice. 3. post oc. cor. xp̄i.) Quātū ipse cū angelis gaudeat de penitētiū salute insinuat. In hac tertia nō solū gaudiū ostēdit: sed ētiā murmur inuidētiū reprehēdit. Hō iste de⁹ pater habuit duos filios: qꝛ actōr ꝛ creatōr est duaꝝ stirpiū humani generis. i. iudeoꝝ ꝛ gentiliū. Maior fili⁹: q̄ in cultu vnius dei ꝑmansit. Minor: q̄ vsq̄ ad colēda idola deum deseruit. Substantia est oē quod viuimus/ sapimus/ cogitam⁹/ loquimur. Hec deus dedit eque oibus. vnde Johā. 1. a. Erat lux vera: que illuminat oēm hoiem. ꝛc. Hui⁹ ergo substantie portionē minor sibi petiȷ̄t dari: cuȝ hō rationalis suo sensu delectat⁹: per liberū arbitriuȝ se regere ꝛ a dominio creatorꝭ quesiuit exire. * Et dixit adolescētior. ꝛc.] Sicut de⁹ nō hȝ aliuȝ a quo format̄: a quo regat̄: sic iste vult sua potestate vti: vt nullo formāte: nullo regente viuat. * Pater da mihi. ꝛc.] Dimidiū patrimoniuȝ petentibus datur: nec est culpa patris: q̄ dat adolescentiori. Nulla in regno dei infirma etas: nec fides grauatur annis: nisi ipse certe se indicauerit idoneum: q̄ poscit. Si iste non recessisset a patre/ impedimentum nescyisset etatis: sed peregre ꝓfectus: merito patrimonium vastat. * Et diuisit.] Fidelib⁹ sue gratie ꝓtectionem: quā desiderabant impartiēdo: infidelib⁹ vero naturalibus solū ingeniȷ̄/ quo cōtenti erant/ beneficium cōcedendo. * Nō post multos dies.] Nō multo post institutionē humani generis placuit anime liberum arbitriū ferre secum: quasi quandā potentiam nature sue: ꝛ deserere eū: a quo condita est/ confidens viribus suis. Et has vires tāto citius cōsumat: quanto datorem deserit. Hec est prodiga vita: que amat fundere ꝛ spatiari in pōpis exterioribus: relinquens eum: qui sibi est interior. * Peregre profectus.] Nō locum mutādo/ sed animū. Quāto quis in prauo opere plꝰ delinquit: tanto ab eius gratia longius recedit. Quid longius q̄ a deo recedere? Qui a deo recedit/ exul est patrie: ciuis mundi. Regio longinqua est vmbra mortis. * Et ipse cepit egere.] Quia nihil satis est prodige voluptati: qꝛ voluptas semper habȝ famem sui. Merito ergo eget: qui thesauros sapiētie diuitiarūq̄ celestiū altitudinem reliquit. * Uni ciuium.] Unus ciuium ille est/ qui ɔcupiscentiȷ̄s terrenis merito prauitatꝭ sue preposit⁹ princeps mūdi vocat̄. Qui in villam mittit: quia cupiditati mūdialis substantie subiugat. Porcos pascit: cuncta/ quib⁹ immundi spūs gaudent/ operatur. * Ut pasceret porcos.] Porcus immunduȝ animal/ quod sordibus delectat̄: sic diabol⁹/ q̄ in idolis cruore pecudū pascitur/ ꝛ morte ipsius hōis. Misit ergo i villā. i. suū fecit famulū: vt pasceret porcos immolans ei animā suam. * Et cupiebat. ꝛc.] Cibus demonū est ebrietas/ fornicatio: ꝛ hmōi. que blanda sunt ꝛ ad sui vsum ꝓuocant. Nec

alia cura est luxuriosis: nisi vt ventrez suum im
pleant. Phili. 3. d. Quorum deus venter est. sz
eis nõ potest saturari: quia voluptas semper ha
bet famẽ sui. ¶ Vel silique cibus demonũ sunt
carmina poetarũ ⁊ doctrine seculares: sterili sua
uitate resonantes: que cuz delectent: in eis nihil
est/ quod ad vitam pertineat: sed est sonitus et
strepitus verborum / nulla refectio: vbi studiosi
eorum fame veritatis et virtutum pereant. Et
ideo nemo illi dabat: qui aliquod solidum et re
ctum querebat. Unde iste iaz ab eis que forinse
cus illiciunt ⁊ seducunt: in conscientie interiora
reducere faciens intentionem suam/ dicit. Quã
ti mercenarij ⁊c. * Nemo illi dabat. ⁊c.] Quia
diabolus cum aliquẽ suum facit/ vltra ad vitio
rũ habundantiã nõ procurat: sciens esse iã mor
tuũ. * Quãti mercenarij. ⁊c.] Qui future mer
cedis intuitu digna operari satagũt: quotidia=
nis superne gratie reficiuntur alimẽtis. Sed fa=
me perit: qui extra domum patris. i. sine fine vi=
uens: vitam beatã in inani philosophia inqui=
rit. * Pater peccaui. ⁊c.] Et si deus omnia no=
uit: vocem tamẽ expectat confessionis. Sine pe=
riculo prodas quod scis iam esse cognitum. Ha
bes causaz vt pro te interueniat christus: nec pro
te gratis mortuus sit: habet et causam ignoscẽdi
pater: quia quod vult filius vult ⁊ pater. * Pa
ter peccaui in celum ⁊ coram te.] Peccato ani=
me celestia significãtur dona sancti spũs immi
nuta. * Fac me. ⁊c.] Ad filij affectũ qui oĩa q̃
patris sunt sua esse nõ ambigit: aspirare nõ p̃su=
mit: sed mercenarij statuz iam pro mercede serui
tur⁹ desiderat: sed nec hũc etiã nisi patna digna=
tione se promereri posse testatur. ¶ Ambrosius.
Distat inter seruuz: mercenariũ/ ⁊ filiuz. Seru⁹
est qui timore pene presentis vel future tẽperat a
vicijs. Mercenari⁹ est qui spe ⁊ desiderio regni
celorũ. Filius est qui amore ipsius boni et virtu
tum succensus: quicquid est eis contrariuz toto
odio detestatur. Unde prodigus cuz in se reuer
sus famis supplitia formidaret: iã seruus fact⁹:
statim mercenarij iam de mercede cogitans cu=
piebat. Sed pater occurrens non contentus mi
nora concedere vtroq; gradu citius transcurso:
pristine filiorum dignitati restituit. Nec iam de
mercede conductoris: sed de hereditate facit co=
gitare parentis. Unde iste non addit quod dis=
posuerat se dicturũ. Fac me sicut vnum de mer=
cenarijs tuis. Cum panem non haberet vel mer
cenarius esse cupiebat: quod post osculũ patris
h generosissime dedignatur. * Cum autem ad
huc longe esset. ⁊c.] Anteq̃ intelligeret deuz: sed
tamẽ cum iam pie eum quereret: tamen nondũ
dignus operibus rediret: per verbum incarnatũ

anticipat filij reditum. Ante ad te
ille ad domum confessionis ipsum
deserens: sed in verbo vsq; ad pereg
nostram condescendens. Brachium
in amplexum reuertentis humiliaui
per colum filij cecidit/ dum leue iug
ctionis sibi imposuit: et osculatus e
deretur quod Canticorum. 1. a. dic
tur me osculo oris sui. Rediens oscul
tatis a patre accepit: dum per gratiam
tur de indulgentia. * Cito proferte s
mam.] Stola prima vestis innocẽtia
mus homo conditus: sed post culpam
nouit et pelliceum idest mortale sump
mentum. Anulum idest signaculum
signantur promissa in cordibus creden
manu idest operatione: vt per opera fi
cat: et per fidem opera firmentur. Et
menta idest exempla priorum munit
predicandi: vt et opus ornetur bene vi
cursus ad eterna preparãdo. Adduc
predicate christum et mortem eius in
et corde credat occisum imitando: et
at passionis sacramentum ad emund
* Et calciamenta in pedibus eius.]
ber inuadat: vt super scorpiões eat. E
Ut ei conueniat: quod dicitur. Rom
Quam speciosi pedes euangelizantiu
derat enim dignitatem sponsi et nudis
pascha celebrare non poterat. * Et
lari.] Non soluz filius pro quo vitulus
est reficitur: sed et pater et serui eius: q
ctio dei et sanctorum est salus peccato
ta q; post datam stolam/ anulum/ cal
vitulus immolatur: quia nisi quis
immortalitatis induerit: nisi anulo fid
munierit: nisi ipsam fidem confitendo
uerit: celestibus non potest interesse
tis. * Erat autem filius] Idest popul
qui nec ad colenda idola elongauerat
domo erat: quia interiora legis non p
bat: litterali sensu contentus: terrena o
terrena expectans. Hic est qui agrum
quinq; iuga boum legis onere pressus
sensibus fruitur: et vxorem ducit in affe
nis. * Et cum veniret et appropinqua
mui. ⁊c.] Appropinquat filius domum
aliquis in populo illo spiritualiter leg
gens: labores seruilis operis improbat
sie libertatem considerat. Audit symphon
chorum idest spiritu plenos: vocibus co
euangelium predicare. Uocat vnum de
cum sumit ad legendum aliquem de p
tis. Et cum interrogat/ dum in eo

nato: vtrum esset ille/ qui prius dicebatur cecus
natus. Et hoc est quod dicitur. * Itaq vicini:
et qui viderant eum prius.] Cuius causa sub=
ditur. * Quia mendicus erat.] Et sic suam ce
citatem frequenter eis exposuerat elemosynā pe
tendo. * Dicebant. Nonne hic est/ qui sedebat
τ mendicabat?] Quasi dicāt sic pro certo: quia
dictum eorum erat firmum propter experientiā
frequentem. * Alij dicebant: quia hic est. Alij
aūt.] Uolentes impugnare facta Christi dice=
bant. * Nequaquaz.] Supple est ille cecus na
tus. * Sed similis est eius.] Ex visu enim fit
homo maxime cognoscibilis: et ideo restitutio
visus ita mutauerat vultum eius q vix poterat
recognosci nisi a valde expertis: quales erant vi
cini: qui frequenter eum viderant. * Ille vero
dicebat/ quia ego sum.] Et in hoc excludit alio
rum dubium: τ sicut gratus/ cognoscit diuinū
beneficium. Sed consequenter querunt de mo=
do illuminationis/ cum subditur. * Dicebant
ergo ei. Quomodo aperti sūt tibi oculi? Respō=
dit. Ille homo: qui dicitur Jesus.] Licet enim
ipsum alias non vidisset/ cum esset cecus: tamē
frequenter audiuerat nomen eius: τ per vocem
ipsuz cognoscebat. * Lutū fecit τ vnxit oculos
meos: τ dixit mihi. Uade ad natatoria Siloe:
τ laua. Et abij: τ laui: τ video.] Asserit tm̄ illud:
qd fiebat: senserat. n. lutū positū sup oculos suos
p tactū. Et cū esset in loco sicco: in q nō erat lutū:
p hoc sciuit q xp̄s illud lutū fecerat. Sz vtrū fe=
cisset cū sputo vel aqua: hoc nō cognouit: τ ideo
repetēdo non dixit: lutū ex sputo: sed tm̄ fecit lu=
tū. τc. Quesito de modo illuminatiōis/ querit
tertio de ipso illumināte/ cū dr. * Et dixerūt ei.
Ubi est ille? Ait: nescio.] Q2 anteq̄ esset reuer=
sus de natatorijs Siloe vidēs: Jesus a loco illo
declinauerat. Posita examinatiōe miraculi co
ram turbis: cōsequēter ponit examinatio ei9 co E
rā phariseis. Et diuidit in duas: q2 primo exa=
minat miraculū: secūdo inducūt illuminatum
ad veritatē negandū. Prima in duas: q2 primo
examināt miraculū p ipsuz illuminatū/ cuz dr.
* Adducūt eū ad phariseos: q cec9 fuerat] hoc
fecerāt malignātes ꝯtra ip̄m volētes ōndere q fe
cisset ꝯ legē: ppter qd subdit euāgelista. * Erat
aūt sabbatū qn̄ lutū fecit Jesus: τ aperuit oclos
ei9.] Pharisei eīn arguebāt xp̄z d violatiōe sab
bati. Sciendū q interrogauerūt eū ordinate de
trib9 p̄dictis in prima examinatiōe: sed euāgeli
sta breuiter hoc repetit/ cū subdit. * Iterū ḡ in=
terrogabant eū pharisei quō vidisset? Ille aūt.]
Rn̄dendo sic pri9. * Dixit eis. Lutū posuit mi
hi sup oculos: τ laui: τ video.] Cōsequēter scdo
ponit diuersitas opinionū sequentium ex ei9 re
spōsione: quia quidam ex phariseis arguebant
xp̄m de violatiōe sabbati in hoc facto: iō sequit.
* Dicebāt ergo ex phariseis quidam. Non est
hic homo a deo: qui sabbatum non custodit.]
Ipsi falsum dicebāt: q2 opera corporalia ad dei
magnificētiā ordinata/ licite fiebāt in sabbato.
* Alij autem.] Econuerso volētes factū xp̄i ex=
cusare et magnificare. * Dicebāt. Quomodo
potest hō peccator hec signa facere?] Q. d. nullo

modo. Sed cõtrariuz videtur. Matth.7.d. vbi dicitur de malis hoibus. Domine. Nõne in nomine tuo demonia eiecim⁹? Et virtutes multas fecimus: sequitur. Non cognoui vos: discedite a me operarij iniquitatis.ꝛc. Dicendũ ꝙ miraculum est opus excedens oẽm virtutem creatam: et per cõsequẽs fit a solo deo. Talia autem fiunt ab ipso ad testificandũ aliquid quod est supra humanã cognitionez. Et hoc est dupliciter. Uno modo ad testificandũ veritatem alicuius doctrine existentis super facultatem intellectus nostri: et tunc oportet ꝙ illa doctrina sit vera: cũ deus non sit testis falsitatis: tamen non oportet ꝙ ille qui docet doctrinaz illam sit bonus: quia miraculũ illud non fit ad testificandũ eius bonitatem/ sed doctrine veritatem: et hoc modo aliquãdo per malos hoies predicãtes fidem catholicam: facta sunt miracula ad confirmationẽ fidei catholice: et sic intelligit̃ illud verbũ Matth. preallegatuz. Alio modo fiunt miracula ad testificandũ de bonitate ipsius docentis: et tunc oportet ꝙ bonitas sit in illo: aliter deus esset testis falsitatis: et hoc modo fiebãt miracula xpi: sicut dicitur Joh.5. Opera que ego facio testimoniũ perhibent de me: et hoc modo loquebãtur isti dicentes. Quomodo potest hõ peccator.ꝛc.? * Et
F schisma erat inter eos.] Propter quod requirit̃ sentẽtia illius illuminati/ cũ dicitur. * Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de illo/ qui aperuit oculos tuos?] Istud quesitum non fuit ab illis: qui impugnabãt facta xpi: quia probabile erat ꝙ responderet pro suo illuminatore: sed ab alijs. Et subditur eius respõsio: cum dicitur. * Ille autẽ dixit. Quia propheta est.] Non est intelligẽduz ꝙ cõfiteretur eum esse prophetã coiter dictum: sicut fuit Esaias vel Hieremias: sed ꝓphetam antonomatice dictum: qui erat promissus ad salutem hominum: ꝭm quod dicitur Deutero.18.c. ꝓphetam suscitabit vobis deus.ꝛc. et sic confessus est ipsum esse verum xpum. Consequenter ponitur inquisitio miraculi per parẽtes ceci: et hoc ex diuina ordinatione factum est ad maiorem fidei et miraculi declarationẽ. Et hoc est quod dicitur. * Non crediderunt ergo iudei de illo: quia cecus fuisset et vidisset. Donec vocauerunt parentes eius: qui viderat. Et interrogauerũt eos: dicentes.] Scilicet de trib⁹. Primo de persona filij/ cum dicitur. * Hic est fili⁹ vester?] Intelligit̃ interrogatiue. Secundo de modo nascendi/ cum subdit̃. * Quem vos dicitis.] Idest fingitis * Qꝛ cecus natus est?] Quamuis forte non sit ita: hoc dicebant vt inducerent eos ad negandum. Quia parentes solent occultare mõstruositatẽ filioꝝ: quaz trahũt a natiuitate: qꝛ talis mõstruositas magis cõuer-

titur in confusionem parentum/ quam [illegible]
natiuitatem esset contracta per pueri [illegible]
Tertio si natus sit cecus: querunt de mod[o]
di dicẽtes. * Quomodo ergo nũc videt? [illegible]
ditur parentum responsio: et de duobus [illegible]
respondent assertiue cum dicitur. * R[esponde]-
runt eis parentes eius: et dixerunt. Sc[imus quia]
hic est filius noster: et qꝛ cecus nat⁹ est: quo[mo]-
do autẽ nũc videat nescim⁹: aut quis eius [ape]-
ruit oculos nos nescimus.] Magis volu[erunt]
fiteri turpitudinez suam/ quam dicere [illegible]
De tertio autem remittunt ad filium no[n]
tes veritatem dicere: et causa infra ponit[ur]
hoc est quod dicitur * Ipsum interroga[te: eta]-
tem habet.] Q.d. melius potest veritate[m]
re. * Ipse de se loquatur.] Idest in causa [illegible]
vt dictum suum nobis non imputetur. [illegible]
causam subdit euangelista. * Hec dixerunt [pa]-
rentes eius: quoniã timebant iudeos.] [illegible]
erant principales in populo. * Jam enim [con]-
spirauerãt iudei: vt si quis eum confiteretur [esse]
xpm: extra synagogam fieret.] Idest extra [socie]-
tatẽ iudeorum tanquam excomunicatus [illegible]
probatus: quod apud iudeos erat maximum [op]-
probrium. Sequitur. * Propterea pa[rentes]
eius dixerunt: quia etatẽ habet: ipsum inter[ro]-
gate.] Consequẽter inducitur illuminatus [ad]
neganduz veritatem. Et diuiditur in tres [partes]:
primo ponitur dicta inductio: secundo [illegible]
condemnatio: tertio eius a xpo receptio. [illegible]
primum sciendũ quod pharisei videntes [illegible]
factum negari non poterat ideo voluerunt [illegible]
pere ipsum illuminatum. Et hoc est quod [dici]-
tur. * Uocauerunt ergo rursus hominem [qui]
fuerat cecus: et dixerunt ei Da gloriam [deo.]
Idest confitere veritatem. Uolebant eum [illegible]
inducere ad dicendum quod illuminatus [fuis]-
set magica arte: ideo subditur. * Nos scimus
quia hic homo peccator est.] Q.d. diuina [vir]-
tute non fecit. Et subditur ipsius illuminati [con]-
stantia: quia inter aduersarios existens [illegible]
quam ante veritatem confitetur. * Dixit [ergo]
ille. Si peccator est/ nescio.] Hoc non dicit [dubi]-
tans de xpi sanctitate: sed irridendo eorum [ma]-
litiam. q.d. Uos dicitis quia scitis eum [pec]-
catorem: et ego non dico hoc: immo contrarium
quod probat consequenter per factum. * [Unum]
scio: quia cecus cum essem modo video.] [illegible]
hoc manifeste arguit eius sanctitatem: quia [illud]
factum excedit omnino facultatem totius na[tu]-
re create: et per consequens non fit a magica ar-
te: sed a deo solo: qui nõ facit aliquid ad testimo-
nium bonitatis alicuius/ nisi in veritate sanctus [illegible]
ctus. Sequitur. * Dixerunt ergo illi. Quid fe-
cit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Resp[ondit]

dit eis. Dixi vobis iam et audistis. Quid iterũ
vultis audire? Nunquid et vos vultis discipuli
H eius fieri?] Consequenter ponitur eius iniusta
condemnatio/ cum dicitur. * Maledixerunt ẽ
ei.] Secundum suam reputationeʒ: tamen sm
veritatẽ erat magis benedictio. Unde dicit Au
gustinus. Utinam super me venisset ista male=
dictio. * Et dixerunt. Tu discipulꝰ illius sis.]
Idest illius malefici et trãsgressoris. * Nos au
tem moysi discipuli sumus.] Hoc erat verũ tan
tũmodo nomine: sed non re: quia vere discipuli
moysi sunt: qui eius opera imitãtur: et eius scri
pturas pie interpretantur. Isti autem faciebant
contrariũ. Propter quod saluator dixit eis. Jo
hannis. 5. g. Si crederetis moysi/ crederetis for=
sitam et mihi. * Nos scimus quia moysi locu=
tus est deus.] In hoc verũ dicunt: quia expresse
hoc in sacra scriptura continetur. * Hunc autẽ
nescimus vnde sit.] Idest nullius auctoritatꝭ ip
sum reputamus: nec a deo missum. Non enim
(simpliciter loquẽdo) nesciebãt vnde esset: quia
patriam et genus eius cognoscebant. Unde Jo
annes. 2. Hunc scimus vnde sit. Sed iste illumi
natus eorum maliciam et falsitatem confutat.
et hoc est quod subditur. * Respõdit ille homo
et dixit eis. In hoc enim mirabile est: quia vos
nescitis vnde sit et aperuit meos oculos.] Ista
enim mirabilia dicuntur: que sunt inconsueta.
Consuetũ autem erat iudeis signa querere. Ut
habetur. 1. Corinthioꝝ. 1. d. Judei enim signa
petunt. Et manifestis signis credere: sicut patet
de Moyse faciente signa coram populo: propter
quod ei crediderunt: vt habetur. Exodi. 4. Et
ideo inconsuetum erat ⁊ mirabile: quod nõ cre=
debant xp̃o facienti signum maximum/ in illu=
minatiõe huius ceci: quia nec Moyses nec ali=
us propheta simile fecerat. Ideo subdit̃. * Sci
mus autem quia peccatores deus non audit.]
Faciendo miracula ad testimonium bonitatis
eorum: vt patet ex predictis. * Sed si quis dei
cultor est.] Per actum latrie debitum. * Et vo
luntatem eius facit.] Per impletionem man=
datorum. * Hunc exaudit.] Faciendo mira=
cula ad declarationẽ sue bonitatis. * A seculo
non est auditũ: quia quis aperit oculos ceci na
ti?] Hoc enim non inuenitur in tota serie vete=
ris testamenti: et ideo concludit propositum. *
Nisi esset hic a deo.] Specialiter missus. * Nõ
poterat facere quicquã.] De talibus facultateʒ
nature excedentibus: et quia mali homines et
obstinati non recipiunt persuasionem: ideo ex
veritate ostensa reddunt ei vituperationeʒ: cum
dicitur. * Responderunt et dixerunt ei. In pec
catis natus es totus.] Scilicet in anima et cor=
pore; vt patet in cecitate. * Et tu doces nos?]

Quasi dicãt non decet: sed hoc est falsuʒ. Quia
veritas a quocunque dicatur recipiẽda est. *
Et eiecerunt eum foras.] Idest a societate alio= I
rum hominuʒ excõmunicauerũt. Consequẽter
ponitur eiecti receptio. Et diuidit̃ in tres: quia
primo ponitur eius in fide instructio: secundo ẽ
dei sue cõmendatio: tertio phariseorum murmu
ratio. In prima ergo parte dicitur sic. * Audi=
uit Jesus quia eiecerunt eum foras.] Licet om
nia nouerat antequam fierent: tamen hec audi
uit auditu corporali. * Et cum inuenisset euʒ]
Non a casu factum est: sed ex sua volũtate et or
dinatione. * Dixit ei. Tu credis in filiuʒ dei?]
Idest paratus es credere in filium dei: qui ape=
ruit tibi oculos: ⁊ ille sicut valde paratꝰ ad hoc.
* Respondit ille: et dixit. Quis est domine: vt
credaʒ in eum?] Non enim cognoscebat Jesum
in facie: quia illum alias non viderat. Sed euʒ
desiderabat videre: et ideo dignum erat vt ei ve
ritas reuelaret̃: ideo seq̃tur. * Et dixit ei Jesus.
Et vidisti eum.] Nunc in presenti. * Et qui lo
quitur tecum/ ipse est.] Et statim credidit: et fi=
dem suam ore professus est. Et ideo dicitur. *
At ille ait. Credo domine.] Et opere. * Et pro
cidens adorauit eum.] Adoratione latrie: cre=
dens eum deum et hominẽʒ. ☞ Hic hoc euã
gelium terminatur: ideo reliqua quere ibi.
* Preteriens Jesus. ⁊c.] Moraliter. Mystice. K
Cecus nascitur omnis habens peccatum origi Moralit̃
nale: quia priuatus est dei visione. Hanc auteʒ
priuationem non facit eius actuale peccatum:
quod adhuc non habet: nec etiam parentum su
orum immediatoruʒ: ideo subditur. * Neque
hic peccauit. ⁊c.] Ut cecus nasceretur. * Sed
vt manifestẽtur opera dei in illo.] Sic enim per
missus est nasci iste cecus/ vt illuminaretur chri
sti miraculo. Et similiter emundatio peccati
originalis est opus diuine virtutis/ cuius mo=
dus significatur/ cum dicitur. * Et fecit lutum.
⁊c.] Per quod significat̃ catechismꝰ precedẽs
baptismum: de quo subditur. * Uade ad nata
toria Siloe. ⁊c.] Idest xp̃i missi a patre pro salu
te mundi. * Abijt ergo et lauit/ et venit vidẽs] L
Per illuminationem fidei datam virtute bap=
tismi. * Ille vero dicebat quia ego sum.] Per
hoc ostendens/ quod quilibet tenetur recogno=
scere gratanter et constanter beneficium diuinũ.
* Adducunt eum ad phariseos.] Qui inter=
pretantur diuisi: propter quod per ipsos heretici
significãtur: qui sunt ab ecclesia diuisi: quorum
aliqui cerimonias legis obseruãt. s. Nazarei: et
isti significantur per illos: qui dicebant de xp̃o.
* Non est hic homo a deo.] Alij vero dicũt ho
minem nasci sine originali pctõ. s. Pelagiani: et
isti significãtur ꝑ illos: de qbꝰ subditur. * Non

credideru̅nt ergo de illo/ q̄ cecus fuisset.] Idest natus in originali pctō. Per parentes aūt ceci: q̄ de modo sue illuminationis nō respōderūt/ timore ducti: significātur fideles infirmi: qui tempore persecutionis fidem non audent confiteri. Per cecū vero confidenter veritatē confitentem: significātur in fide firmi/ constāter confitētes veritatem fidei. ✳ Et eiecerūt eū foras.] Sed xp̄s cum suscepit benigne: et per hoc significat̄ q̄ eiecti de societate maloꝝ ꝑpter xp̄m: ab eo recipiūtur gratiose: sicut dicit Matthe⁹.5.a. Beati eritis. ⁊c. Sequitur. Et eiecerint nomen vestrum tanq̄ malum: ꝑpter filiū hominis.

M Glosa. ✳ Et preteriēs.] Glo. Non stans in via pctōꝝ: sed sec⁹ viā nostre mortalitatis. ✳ Cecū.] Cec⁹ significat humanū genus: in quo cecitas naturalis: q2 peccāte ꝑrimo hoie: vitiū ꝑpter naturā inoleuit: vnde ꝭm mentē/ ois hō cecus nat⁹ est. ✳ Neq̄ hic peccauit.] Peccauerūt qdē: sed nō illo pctō factū est: vt cec⁹ nascereꝫ: ſʒ hec ē causa: vt manifestētur opa dei in illo. Vt eū illuminādo: ⁊ per eū q̄d in cecitate humani generis factu rus sit significādo: filius dei manifesteꝫ. Vn̄ subdit. Me oportet opari. ✳ Quādiu sum in mūdo. ⁊c.] Non solū tunc xp̄s lumē erat in mūdo: ſʒ et semꝑ vsq̄ ad ꝯsumationē seculi ꝑ fidē est cū electis: ⁊ est tēp⁹ opādi. Nox illa est infernalis: i q̄ nulli licet opari: vt nec ardenti diuiti licuit: ſʒ tn̄ est tp̄s recipiēdi. ✳ Et fecit lutū.] Sicut primum hoiem de limo terre formauit: ita ꝑ idē genus luti: gen⁹ humanuꝫ reformauit. De saliua lutū fecit: q2 verbū caro factū est. Saliua est sapientia: q̄ ex ore altissimi ꝑdijt. Terra est caro xp̄i. Vnxit oculos. i. catechuminū fecit: q̄ credit verbum carnē factū. Vnct⁹ nōdū videt: sed mittiꝫ vt lauet. i. baptizeꝫ in misso. i. i xp̄o: ꝑpter qd̄ nomen piscine interp̄taꝫ. Baptizat⁹ a pctis/ lumē

N recepit. ✳ Vade et laua.] Siloe fons ē ad radicē montis Sion: qui nō iugib⁹ aq̄s: sed incertis horis ebullit ꝑ cōcaua terraꝝ: vbi cec⁹ lota facie lumē recepit: q2 cecitas iudeoꝝ vel q̄rūcunq̄ infideliū nō pōt sanari: nisi doctrina aq̄ꝝ xp̄i: q̄ sine strepitu ⁊ clamore verboꝝ leniter fluit. Unde Esa. 8. b. Aq̄ Siloe: q̄ vadūt cū silētio. ✳ Et venit videns.] Quęriꝫ quō istum sine fide saluauerit: cum legatur neminē sine sanatione interiori/ exterius sanasse? Sʒ hoc diciꝫ de illis: qui ꝑ

Nota pter pctā infirmabanꝫ. Iste non ꝑpter pctm̄: sed ꝑpter gloriā dei languebat. ✳ Nō est hic hō.] Ille spiritualiter custodit sabbatum: qui est sine peccato. Illi non: qui serui sunt peccati. ✳ Tu quid dicis?] Querunt calumniam: vt ille de synagoga pellereꝫ: sed a xp̄o inueniretꝫ. ✳ Ille autem.] Adhuc inunctus in corde: qui nōdum filium dei ꝯfiteꝫ: nō tn̄ mentiꝫ. ✳ Donec vocaue

runt parētes eius.] Mystice. Parētes ... lus/ vel vitia: q̄ dicūt. Etatē habet: ipsu... tur: q̄ nolunt hoiem ꝯfiteri xp̄m. ✳ Da... deo.] Dare gloriā deo/ est veritatē de illu... sente deo dicere: hō est: ꝯfitere istū nō ... nos: ſʒ pctōrē. ✳ Quid iteꝝ vultis?] ... machaꝫ ꝯtra duritiā eoꝝ de ceco fact⁹ ... cecos iā nō ferēs. ✳ Maledixerunt. ... eoꝝ maledictio est. Sʒ qd̄ diciꝫ/ optabil... vt discipuli xp̄i sint. ❡ Aug. de stulta ... one eos redarguēs: dicit. Maledictio ... at super nos. ac si diceret. Vtinā talia ... possem⁹: vt discipuli ei⁹ fieri mereremur ... aūt nescim⁹.] Supi⁹ dixerāt. Hūc scim⁹ ... dicūt se nescire. sed nescire nos dicim⁹: ... mus. Ille nesciꝫ: latet humilitate: ... virtute. Nesciꝫ vn̄ sit: ⁊ vt deus cecos illum... ✳ Nisi esset. ⁊c.] Spreta eoꝝ ira/ liber... ꝯfiteꝫ: hec. n. nō nisi a dn̄o: nec a discipulis ... nisi de⁹ in eis. ✳ In pctis] Idest cū ... lis: qd̄ dicūt eē ꝑ pctis parētū: ſʒ xp̄s toti... extra oculos: intus cor apit. ✳ Et tu doce... Totiens interrogādo: vt disceret: magist... rant: ſʒ ingrati docētē ꝓiecerūt foras. S... pulsus/ magis fact⁹ est xp̄ianus. ✳ Qu... Adhuc inunct⁹ his verbis ostēdit se ... ad credenduꝫ habuisse paratū: ſʒ in que ... deberet/ ignorasse. ✳ Et vidisti.] Iā ... faciē inuncti: iā cordis oculos illuminat ... tm̄ filiū hois: ſʒ etiā confiteꝫ filiū dei.

☞ Applica ad hec aliq̄ de annotam... mo. Incarn̄. fol. 2. sub the. ✳ Et fecit luti... vt. s̄. M. ❡ Vel sermo. Peccatoꝝ. Fol. ... the. ✳ Vidit cecū.] A. K. ❡ vel ser. ... rum. fo. 136. sub the. ✳ Eiecerūt eū ... a ꝯuersatiōe hoim mūdialiū. ❡ vel ... rū. fol. 90. sub the. ✳ Tu doces nos.] ... sermonis Fidei. fol. 59. sub the. ✳ Credo ... I. L. N. O. ❡ vl' ser. Oratiōis. fol. 180. ... ✳ Et ꝓcidens adorauit eū.] I.

Et sanata est. ⁊c.] Glosa. ⁊c. ☞ ... annotam̄. I. G. quinte partis. Sermo... Dominice. 2. Quadragesime. fol. 106. ...

Ferie. v. Dñice. iiij. quadra...

gesime sermonis Annot. Ex quina p̄te ...



Exit domin⁹ Jesus ... deorū. Pater meus vsq̄ ... do operaꝫ: et ego operor. ⁊c. ☞ In principio huius ca... pituli ponitur cuiusdam mi... raculi operatio: et eius impu... gnatio: cum dicitur. ✳ ... dies festus. ⁊c.] De quibus quere annotat...

to.1.A.rc.quinte partis.sermonis Ferie.6.Dominice.1.Quadragesime.Folio.102. Columna tertia. Consequenter in euangelio hodierno ponitur miraculi conueniens excusatio.) ¶Lyra. Circa quod considerandum/ q apostoli fuerunt hoies pueri: et ideo xps excusauit eos de violatione sabbati in confricatioe spicaru per exempla puerorum hoim: sicut Dauid et sacerdotu: vt habetur Matth.12.vbi ista exepla diffusius tractantur. Ipse aut xps erat ho et deus: et ideo aliqn se excusauit de violatione sabbati per facta humana: vt patet Luce.13.vbi ostedit q in necessitate poterat bos leuari d puteo in die sabbati: et multomagis homo sanari: vt habet Joh.7.c. Si circucisione accipit homo in sabbato: vt no soluat lex Moysi: mihi indignamini: qz totu hominez saluu feci in sabbato. Aliqn aut se excusat p diuina facta: vt hic: cu subditur. Pater meus. rc. Deus eni no sic pducit res/ sicut artifex domu: qz domu facta dimittit/ et no pseruat: et ideo domo facta/ cessat eius operatio. Deus aut sic producit res: q eas pseruat in esse: et ideo licet septima die quieuerit a nouis opibus condedis: no tn quieuit a creaturis pductis pseruadis. Pater et filius sunt vnus deus: et ideo sicut pater cotinue opat in pseruatione et administratione reru: ita et filius: et sic Christus excusat in sabbato operando. Sed qz ex hac excusatione sequit q xps sit equalis deo patri: ideo ex hoc verbo magis psequebatur eum iudei tanq blasphemuz: quia blasphemia acrius punit in lege: q fractio sabbati: et hoc est quod dicit. * Propterea g magis

B querebant eu iudei interficere: qz non solum soluebat sabbatu: sed et patrem suu dicebat deum: equalem se faciens deo. Respondit itaq Jesus: et dixit eis.] Excusando se. * Amen amen dico vobis: no potest filius a se facere quicq/ nisi qd viderit patrem facienté.] Q.d. vos mihi imponitis legis transgressione: et hoc est impossibile: qz no possum obliquari a regula virtutis diuine. Quod patet: qz filius inquantu deus/ habz omnino eandem operatione cum patre: et sic no potest ab eo obliquari. Similiter neq inquatu homo: qz humanitas xpi est instrumentum coniunctu ipsius diuinitatis: et sic no potest a motione eius obliquari: et per consequens no potest transgredi: qz transgressio est obliquatio a lege diuina. Sciedu tn q Arrius ex hoc verbo. No potest. rc. dicit filiu in diuinis esse minore patre: et ideo psequnter hoc excludit: cu dicit. * Quecunq enim ille fecerit.] Scz pater. * Hec et filius similiter facit.] Ubi tria excludunt: per que posset dici filius minor patre. Primu est: si operatio patris se extenderet ad aliqua: ad que non se extederet operatio filij: ideo h excluditur/ ibi. Quecunq. Secudum est: si filius faceret eade: que facit pater: fm identitate speciei tm: sed non fm numeru: ita q pater plura in numero faceret: et hoc excluditur: cum dicitur. * Hec et filius similiter facit.] Idest eadem numero. Tertiu est: si faceret eadem numero: sicut faber et martellus pducunt eundem effectu: tamen aliter: quia faber vt causa principalis: martellus autem vt instrumentalis: et hoc excluditur/ cum dicitur. Similiter facit. Idest vniformiter per omnem modum: et sic patet q verbum predictum. Non potest filius a se facere quicq. rc. non potest exponi secundum errorem Arrij de minoritate filij respectu patris in diuinis: sed tantum ostendit pcessum filij a patre: inquantu filius non est a se: sed a patre: et sic potentia operandi et noticiam habet a patre: sicut et essentia: non tamen aliaz: sed eandem numero. Si enim filius esset creatura (vt dicit Arrius) non posset facere quecunq facit pater: vt consequenter dicit euangelista. Quecunque ille fecerit: hec et filius similiter facit. Quia seipsum non posset producere: nec coseruare: esset tamen productus et conseruatus a patre. ¶Post hec ponitur doctrina Christi de vita spirituali per ipsum conferenda. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur doctrina Christi: secudo eius confirmatio. Circa primum sciendum/ q duplex est viuificatio: scilicet anime/ et corporis: et duplex iudicium diuinum sibi respondet. Primum est iudiciu discretionis: quod nunc est: et respondet vite presenti. Secundum est iudicium discussionis vltime et premiationis: quod erit in futuro: et respondet corporum resuscitationi. Ideo sic procedit: quia primo agit de viuificatione animarum/ et iudicio discretionis nunc existente. Secudo de resurrectione futura: quia in primo ostedit christus se habere potentiam viuificatiuam. Secundo ostendit qualiter ista potentia sit intelligenda: ibi. Amen amen dico vobis. rc. In prima parte dicitur sic. * Pater enim diligit filium: et omnia demonstrat ei: que ipse facit.] Si

C accipiatur hic/ filius: secundum diuinam naturam: dilectio non accipitur hic causaliter: qz voluntas in diuinis non est principium originis filij: sed natura: et ideo cum dicitur. Pater diligit filium: et omnia demonstrat ei. rc. inquantum sciétia patris communicatur filio: hoc verbum/ diligit: non notat causam: sed tantum signum vel concomitantiam. Si autem accipiatur filius secundum humanam naturam: sic accipit causaliter: qz amor e primu donu/ et causa alioru: et tuc est sensus. Pater diligit filiu: qz plenitudo scientie comunicate anime Christi pcedit ex pris dilectioe. * Et maiora his demostrabit

ci opera.] Scȝ viuificationẽ mortuoꝝ vita spi=
rituali: de qua loquiť postea: q̄ꝛ maius est iustifi
care impiũ: q̄ȝ creare celum et terraȝ: ſm Augu.
exponẽteȝ illud Joh. 14. Et maiora hoꝝ faciet.
Qđ autem diciť hic: demõstrabit de futuro: nõ
est per hoc intelligendum / ꝙ filius ſm naturam
diuinã acceperit de nouo aliquam scientiã: vel
ꝙ anima Christi aliquid cognouerit: qđ a prin
cipio sue creationis ignorabat. Quia a princi=
pio sue creationis habuit plenitudinẽ gratie et
scientie. Sed dicitur res demonstrari: qñ de no=
uo aliјs innotescit: ꝛ talis modus loquendi ha
betur Geñ. 22. c. Nũc cognoui / ꝙ timeas: idest
alios cognoscere feci: qꝛ deus ante sciebat Abra
ham timere ipsum: sed per obediẽtiã eius in im
molatiõe filiј: hoc fecit ab aliјs cognosci. * Ut
vos miremini.] Istud non poniť causaliter: sed
tm̄ consecutiue: qꝛ potestas viuificatiua non est
data Christo ꝑpter iudeoꝝ admirationẽ: sed ex
hoc secuta est: qñ viderũt mirabilia Christi ope
ra. Et ostendit consequẽter que sunt illa maiora
opera: dicens. * Sicut enim pater suscitat mor
tuos et viuificat.] Quod est diuine virtutis.
* Sic et filius quos vult viuificat.] Istud ver
bum vult: non poniť hic ad denotãduȝ ꝙ filius
pauciores viuificet q̄ȝ pater: sed ad ostendendũ
modum agendi: quia non agit coacte: nec ex ne
cessitate nature: sed libere. Et quia iudiciũ dis=
cretionis cõcomitatur resurrectionẽ spiritualẽ:
D ideo seqtur. * Neqȝ em̄ pater iudicat quẽq̄ȝ.]
Scȝ seorsum a filio: cum sit eorũ vna operatio.
* Sed oẽ iudiciũ dedit filio] Hoc diciť pro tan
to: quia iudiciũ est per sapientiã diuinam. Sa=
pientia autem tota cõmunicatur filio: et ꝑ con=
sequens potentia iudicatiua. * Ut omnes ho
norificent filiũ: sicut honorificant patrem.] Ex
predictis sequiť ꝙ sit honorãdus honore latrie:
sicut et pater: cũ sit vnus deus cum eo. Unde se
quitur. * Qui nõ honorificat filium.] Hono=
re latrie. * Non honorificat patrẽ: qui misit il=
lum.] Quia habent eandem maiestatẽ. Secũ
do ostendit qualiter potentia viuificatiua: de
qua locutus est: sit intelligenda. s. de viuificatio
ne spirituali: que est per fidem charitate forma=
E tam: ꝛ hoc est quod dicitur. * Amen amen di=
co vobis: quia qui verbum meum audit: ꝛ cre=
dit ei: qui misit me.] Fide formata. * Habet vi
tam eternam.] Causaliter: quia habet gratiã:
que facit eum dignũ vita eterna. * Et in iudi=
cium non venit.] Scȝ condemnationis: veniet
tamen in iudiciũ discussionis et premiationis.
Et quia dixit ꝙ talis habet vitam eternã: ne ali
quis credat ex hoc: ꝙ fides faciat hominem in
presenti immortalem: ideo subdiť. * Sed trãsit
a morte in vitã.] Quia oportet soluere debituȝ

nature anteq̄ȝ veniat ad vitã glorie. Et
des a deo datur per inspirationẽ: ideo
* Amen amen dico vobis.] Iste cu
lus duplicat hanc dictionẽ amen: que
co confirmationẽ designat. Ipse enim
ra et altiora scribit de christo: et hec
iori assertione: ꝑpter qđ communit
dicta duplicatione. * Quia venit hora
est: qñ mortui.] Morte infidelitatis.
dicitur Matthei. 8. c. Dimitte mortuos
mortuos suos. * Audient vocẽ filiј dei
viuificanteȝ suscipiendo: ideo sequiť.
audierint viuent.] Potest etiã intelligi
ficatione corporali: qꝛ ad vocem Christi
fuerunt resuscitati: scȝ filius vidue. Luc
lia archisynagogi. Matth. 9. ꝛ Lazarus
Per hoc aũt quod hic dicitur. Uenit ho
tet ꝙ non loquiť de resurrectione gener
erit in futuro: sed de viuificatiõe spiritu
est per fidem Christi: ꝛ de resurrectiõibus
ralibus: particularibus tm̄: que facte sunt
firmationẽ huius fidei: et iste inceperunt
cipio predicationis Christi. Consequen
de resurrectione generali futura: ꝛ de
bi correspondente. Circa primũ sciendu
lud quod est tale per essentiã / est causa
habetur. 2. Metaphyſ. Deus pater est
essentiã: et per consequens filius: cũ sint
sentia ꝛ vna vita: et per ꝯsequens ipse e
viuificatiua oĩm resurgentiũ. et hoc est
* Sicut enim pater habet vitaȝ in semet
Idest a se: ꝛ a nullo alio: ꝛ per consequ
uenit per essentiã. * Sic dedit ꝛ filio vi
re in semetipso.] Quia licet filius sit
sentiã / sicut et pater: hoc tm̄ habet a p
sequenter agitur de iudicio futuro: q
describitur illud iudiciũ. secundo de
iustum. Circa primũ sciendum ꝙ tota
iudicabit ĩ futuro iudicio auctoritatiue
inquantũ homo iudicabit executiue.
tio est: quia iudex debet esse manifestus
iudicandis. Deus aũt pater / vel filius
nam naturã non videbitur in iudicio ab
bus: quia tunc omnes essent beati: quia
visione consistit beatitudo: et ideo execu
dicij data est Christo homini: q̄ potest ab
bus videri: ꝛ hoc est quod dicitur. * Et p
tem dedit ei iudiciũ facere.] Executiue.
filius hominis est.] Ab omnibus visibili
nis et malis. * Nolite mirari hoc.] Q
huc maius faciet Christus homo. Unde
tur. * Quia venit hora: in qua omnes
monumentis sunt / audiẽt vocem filiј dei
manitas enim Christi est organũ diuini
ideo vox eius operabitur ad resurrectionem

ralem futuram per modum instrumēti coniun
cti. Ueruntamen quia non resurgent vniformi
ter: quia aliqui resurgent ad gloriā: et alij ad pe
nam: ideo sequitur. ✳ Et ꝓcedent: qui bona fe
cerunt/ in resurrectionē vite.] Hoc dicit̃ ad de=
notandum ꝙ fides sine bonis operibus nō suffi
cit ad salutem. ✳ Qui vero mala egerūt/ in re=
surrectionem iudicij.] Scꝫ condemnationis.
☞ Hic euangeliū hoc terminat̃. Et conseq̃n
ter ostenditur hoc iudiciū fore iustum: cum sub
ditur. ✳ Non possum ego a meipso. ⁊c.] Et eti=
am consequenter ponitur predicte doctrine con
firmatio: quod erat secundum principale: vt di
ctum est. De quibus duobus quere supra anno
ta. 1. A. qnte p. ser. Ferie. 5. Dñice. 2. Quadra
gesime. Fol. 110. Col. 1.
J ✳ Dixit dominus Jesus turbis iudeorū. Pa=
ter meus vsqꝫ mō operat̃. ⁊c.] Glo. ☞ Que
re annotamento. J. quinte partis. sermonis Fe
rie. 6. Dominice. 1. Quadragesi. fol. 102. col. 3.
Sequitur. ✳ Quasi ceci in lege cur mihi inui=
detis: si hominem in sabbato sano: qui deus cū
patre semꝑ operor? ✳ Propterea ḡ.] Si prius
pro opere sabbati/ nunc magis insidiātur: quia
patrem suum deum dicit: cum eum tantūmodo
hominem putarent. Ergo imponunt: ꝙ se facit
equalem deo: quod esset facere rapinam: sed ipe
natus est equalis. ✳ Respondit itaqꝫ Jesus.]
Quia commoti sunt de audita equalitate eiꝰ:
quem putant hominē purum: cū deo patre: sub
dit se esse filium equalem patri: eiusdem volun
tatis: eiusdē potestatis: eiusdem opationis. In
his aūt differēdis: hoc genere loquēdi vtit̃: quo
mentes paruuloꝝ possit excitare: etsi non imple
re: ⁊ quo mentes adultoꝝ exerceant̃ et pascant̃.
Dicit enim de deitate filij. Non potest a se face=
re: nisi qꝺ videt patrem facientē: et demōstrat ei
pater. Que oīa non ꝭm litterā (vt in hominibꝰ
fieret) accipiēda sunt: sed mystice. Illis autē hec
secreta dicit: vt conturbent̃: vel vt forte turbati:
medicū querant. Propter nos etiā: vt nobis scri
berentur: que nō bene intellecta/ in errorē: bene
K intellecta/ in veritatē ducerent. ✳ Amen amen
dico vob̃] Agit hic de identitate sua cū pr̄e: ⁊ mi
noritate sua ꝭm hoīeꝫ: ⁊ q̇d ī his faciat. s. vtrāqꝫ
resurrectionē: corporis. s. ⁊ anime. ✳ Nō potest
filius. ⁊c.] Ita sum eq̄lis patri: vt nō ipse a me:
sed ego sim ab eo. Nō facit a se: nec pōt a se: qui
nō est a se: sed ab eo facit et potest: a q̇ est: ✳ Ni=
si quod viderit.] Idem est filio videre patrem:
vel audire: qꝺ esse a patre. Uidere ergo faciētē:
est eadem cū patre operari. Non enī hic dicitur
quasi alia faciat pater: alia imitans filius: sicut
solet in hoībus fieri: sed eadem sunt opa: q̇ ope=
ratur pater per filiū. vnde addit. Quecunqꝫ enī
ille fecerit: hec ⁊ filius similiter facit: hec eadem:
⁊ nō alia: ⁊ non dissimiliter: sed similiter. ✳ Hec
⁊ filius similiter] Uidetur corpus omne facere:
quod animus: sed nō similiter: cū animꝰ impe=
ret corpori. Pater vero et filiꝰ eadē et siliꝰ operā=
tur: qꝛ vna natura: vna substantia patris ⁊ filij:
⁊ vna volūtas: ⁊ vna potestas: ⁊ vna operatio.
✳ Oīa demōstrat ei.] Demonstrare patrē filio:
est cuncta operari per filiū: vt eque habeātur in
fide nostra pater ⁊ filius. Et ne aliquo modo mi
nus sentiat̃ de filio/ addit. Et maiora his demō
strabit ei: h̊ ē p cū maiora facit. Que? Sicut. n.
pater mortuos suscitat ⁊ viuificat. ⁊c. Maiꝰ est
suscitare mortuos: q̄ꝫ languidum sanare: vnde
agebatur. ✳ Maiora his.] Suscitat pater ani
mas per filiū: vt anime viuent ex substantia pa
tris et filij: et ei filio homini facto in tēpore demō
strabit maiora. i. resurrectionē corpoꝝ: vt mire= L
mini eam fieri per filiū. ✳ Sicut enī pater susci
tat.] Incipit ostendere q̇d filius (ꝭm ꝙ equalis
est patri) faciat. s. aīas a morte resuscitat. Et est
prima resurrectio a vitijs. In sequenti vero ostē
dit etiā resurrectionē mortuoꝝ corpoꝝ: ꝭm ꝙ fi=
lius hoīs est: et potestatē dedit ei. i. filio. Judici=
um facere. ✳ Sic et filius.] Augusti. Quia pa
ter et filius sunt eadē vita. Judicat aūt et susci=
tat corpora: nō pater: sed filiꝰ ꝭm dispositionē hu
manitatis: in qua minor patre: neqꝫ honorat̃ si
cut pater. Unde ait. Qui nō honorificat filiuꝫ
missum: non honorificat patrem: q̇ misit illum.
✳ Quos vult viuificat.] Augꝰ. Non alios/ q̄ꝫ
pater: sed eosdem: qꝛ vna voluntas: ⁊ eadem po
testas: et eadem viuificatio mortuoꝝ. Hec sunt
maiora: que operat̃ pater ꝑ filium. s. resurrectio
mortuoꝝ. Unde honorādus ꝓbat̃ filius/ sicut
⁊ pater. Unde subdit̃. Neqꝫ enim pater iudicat
quenq̄ꝫ: qꝛ ꝑsona patris in iudicio non appare
bit: sed nec xp̄s in eo ꝙ ei substātialis: sed in for=
ma serui: vt possit etiā ab impijs videri: in qua
iniuste iudicatus/ iuste iudicabit. Uñ alibi hec
causa reddit̃: qꝛ filius hoīs est. ✳ Ut oēs hono
rificent.] Honorat deū: qui cōmendat creatorē:
omnipotentē eternū. Honorat patrē: q̇ credit cū
habere filiū equalem sibi. Honorat filiū: qui cre
dit eum esse equalem patri. ✳ Qui nō honorifi M
cat.] Aug. Si enī minor crederet̃ filiꝰ: pater in=
honoraret̃: ꝙ vel inuidꝰ nollet eum genuisse eq̄
lem: vel infirmus non posset: et sic non esse deus
conuinceretur: qꝛ impotēs. ✳ Quia q̇ verbū.]
Qꝛ eq̄lis sum patri: ⁊ vno honore cū eo honorā
dus. ḡ q̇ audit verbuꝫ meū. i. q̇ credit me filiū: ⁊
credit eum patrē: habet vitam eternā: qꝛ hec est
vita eterna: vt dr̃ Joh. 17. a. Ut cognoscāt te: et
quē misisti Jesum xp̄m esse vnuꝫ verum deum.
✳ Audit et credit ei.] Cur ait/ audit verbū me

um et credit:nō mihi/sed ei:qui me misit:qꝛ verbum eius est in me:immo ego sum verbum eiꝰ. Qui ḡ ei credit:credit verbo eius.i.mihi. ✳ Sꝫ transiet.] Hic a morte infidelitatis ad vitam fidei et iusticie:post a corruptione ad eternitatē. De prima autem resurrectione apertius subdit. Amen amen dico vobis:q̄a venit hora: ꝛ nunc est. Dixi quia filius suscitat et viuificat: quod verū est:qꝛ venit hora ꝛ nūc est .ꝛc. Et ostēsio patris sui:hic enī de suscitatiōe anime a pctis agiꝰ. ✳ Vocē filij.] Hoc solū iustis ꝯuenit:qui sic audiūt de incarnatiōe eiꝰ/vt credāt qꝛ filiꝰ dei est. ✳ Sicut enī pater.] Aug. Vita que est ipse pa-
N ter ꝛ filiꝰ ptinet ad animā/ non ad corpus. Corpus enī non sentit vitā sapiētie/sed anima rationalis/que illuminaꝰ a lumine/quod illuminat omnē hoīem venientē in hunc mundū. ¶ Aug. Sup animā rationalē que est imago dei: nihil est nisi deus/cuius est imago: huius ipse deus est vita ꝛ ipsa est vita corpis. ✳ In semetipso.] Nō aliūde: sed ipse est vita: sic ꝛ filius in semet ipso est vita. Sed differunt:qꝛ pater est vita non nascendo:filius est vita ex patre nascēdo. Unde ait. Dedit:nō ꝙ aliquando filius fuerit sine vita:sed nasciꝰ ex eo vita. Dedit ergo.i. vita genuit vitam. ✳ Et potestatē.] Postq̄ dixit de resurrectione anime:subdit de resurrectione carnis. Et potestatē:quā habet filius cum patre: in occulto dedit ei pater:qꝛ filius hominis est:in qua forma iudicās bonis ꝛ malis videbiꝰ. Visio eniꝫ forme dei solis mundis corde promittiꝰ. Unde Matth.5. Beati mūdo corde.ꝛc. ¶ Aug. Christus in eo ꝙ est filius dei:est vita:q̄ viuificat animas:in eo ꝙ filius hominis:iudex. Dedit ei pater vitam generando/vt viuificet. Dedit ergo ei potestatem iudicij in carne mittendo. Per verbum enim filiū dei/fit animaꝝ resurrectio. Per verbum factū in carne filiū hominis:fit corpoꝝ resurrectio. ✳ Quia venit hora.] Sicut supra est auctor de resurrectione mētis in vitā eternā: ita etiam hic auctor de resurrectione carnis. aliter nemo crederet.

O
Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermo. sanctissime Trinitatis.infra in hoc Tomo.sub themate. ✳ Quecunq̄ ille fecerit: similiter et filius faciet.] B.J.K.L. ¶ Vel ser. Judicij finalis.fol.236.sub the. ✳ Omne iudiciū dedit filio.] D.vel. ✳ Venit hora: in qua oēs: q̄ in monumētis sunt/audiēt vocē filij dei.] F. M. ¶ vel ser. Funeꝝ.fol.305.sub the. ✳ In iudicium non veniet:sed transiet a morte in vitā] E.M. ¶ vel ser. Penitentie.fol.211. ¶ vel Peccatorum.fol.189.sub the. ✳ Venit hora: quando mortui (.s.in pctō) audient vocē filij dei.] F. ¶ Vel sermonis Religiosoꝝ.fol.136.sub them.

✳ Procedent qui bona fecerunt.ꝛc.] ... sermonis Passionis.fol.35.sub the. ✳ ... bāt eum interficere.] B. ¶ vel ser. Fide... ¶ vel Incarnā.fol.2.sub the. ✳ Qui ... misit me.ꝛc.] E.H.J.

Ferie.vj.Dñice.iiii.quadragesime. sermōis Annota. Ex q̄nta p...

E Rat q̄dam.ꝛc.] Lyra. P... gelista ostendit in Christo ... viuificatiuā ex eius verbo... ✳ Amen amen dico vobis ... ☞ Quod inuenies anno... to.1.A.quinte partis.sermonis. Ferie ... teco.infra in hoc Tomo. Hic ꝯsequēter ... ostendit sensibili signo in mortuo virtu... suscitato. Et diuidiꝰ in tres partes:q:pri... scribit infirmitatē Lazari incurabilem... do eius mortē indubitabilem. Tertio ... tationē mirabilem. Prima igiꝰ in duas ... mo eius infirmitas describiꝰ. Secundo ... nunciaꝰ. In prima ergo parte diciꝰ sic. ✳ ... quidam languens.] Ex quo patet in... tas infirmitatis via nature. Infirmitas ... rabilis nō dicitur ppꝛie languor. ✳ La... Scꝫ nomine. ✳ A Bethania.] Nomē ... in q̄ erat infirmꝰ. ✳ De castello Marie ... the sororꝝ eius. Maria autē erat que vn... vnguēto ꝛ extersit pedes eius capillis su... frater Lazarus infirmabatur.] De castello ... in predicta villa erat illud castrum: in q... nebant iste dn̄e cum Lazaro corum frater ... multe mulieres vocabanꝰ nomine Maria ... ad distinguendum istam ab alijs/... ria aūt erat que vnxit dn̄m vnguento ... autem hec Maria fuerit illa peccatrix ... scribitur Luce.7.s.que lauit pedes dn̄i ... vnguento:sancti varie loquūtur. Hiero. ... Chryſ. dicunt istam fuisse aliā. Unde illa ... peccatrix:hec sancta et honesta. ꝛ ppter ... men illius Luce.7.tacetur:istiꝰ aūt nomē ... exprimiꝰ. Et tunc dicunt isti/ꝙ ambe ... fecerunt simile:sed illa fecit hoc ex peccato... rum compūctione: ista aūt ex Christi deuo... Grego.et Aug.de consensu euangelistarum ... contrariū. Dicit tn̄ Aug.ꝙ ista Maria ... xit dn̄m: ex hoc loco sumens argumentum ... dicitur ꝙ vnxit:loquēdo de preterito. ꝛ ... similiter dicit ꝙ vnxit caput dn̄i. Dicit ... prima vnctio fuit ex cōtritione: quā Lucas ... rat diffuse:et hic breuiter repetiꝰ. Secunda ... fuit ex deuotione:que Joh.12.describit. ... suetudo etiā ecclesie tenet/ꝙ eadem mulier ... de qua narrat Lucas:tacito eius nomine ...

hic dr̃ soroꝛ Lazari. Nec mirū qꝛ officiū eccl'iasti
cuz a sctō Gregorio oꝛdinatū est: q̄ fuit huiꝰ opi
nionis. Cōsequēter infirmitas Lazari xp̄o nun
ciatur per internunciū/et hoc est quod dicitur.
* Miserunt ergo soroꝛes eius.] Curationē fra
tris desiderātes. * Ad eum dicentes. Dn̄e ecce
quem amas infirmatur.] Non dicunt veni: qꝛ
amanti sufficit necessitatē nūciare amici. * Au
diens autez Jesus.] Scilicet respōdendo per nū
ciuz. * Dixit eis. Infirmitas hec nō est ad moꝛ
tem/sed pro gloria dei: vt gloꝛificetur filius dei p
eum.] Non est per hoc intelligendū ꝙ Lazarꝰ
non fuerit moꝛtuus: vt dixerūt aliqui: qꝛ hoc es=
set destruere veritatez euāgelij/cum in hoc capi.
infra dicat saluatoꝛ. Lazarꝰ moꝛtuus est. Sed
pro tanto dicit̃. Hec infirmitas nō est ad moꝛtez:
quia non tendebat ad moꝛtez ibi sistendo: sed ꝑ
pter resurrectionē sequentez: vt inde gloꝛificaret̃
deus per ostensionē sue virtutis et in xp̄o decla=
raretur virtus deitatis: ideo sequitur. Sed pro
gloria dei. zc. * Diligebat autem Jesus mar=
tham: z soroꝛē eius mariā et Lazaꝝ.] Hoc addi
tur ad ostēdendū quare nō opoꝛtuit ꝙ Martha
z Maria irent ad xp̄m personaliter: sicut fecit re
gulus: de quo dicitur Joh. 4. capi. quia xp̄s e
rat familiaris Lazaro et eius soroꝛibus: qui ibi
C frequenter hospitabatur. Cōsequenter describit̃
moꝛs Lazari indubitabilis. Et diuiditur in du
as: qꝛ primo describit̃ huius moꝛtis expectatio:
secundo expectate denūciatio. Circa primū sciē
dum/ꝙ xp̄s audita infirmitate Lazari: non sta
tim iuit ad eum: ne a iudeis eius miracula im=
pugnātibus et virtuti demonū ea imponentibꝰ
posset dici/ꝙ illa infirmitas et moꝛs sequens fu
isset tm̄ secundū apparentiā/et illusionem factā
a xp̄o per artez magicā. Et hoc est quod dicitur.
* Ut ergo audiuit qꝛ infirmabat̃: tunc quidez
māsit in eodem loco.] Trans Joꝛdanē. * Duo
bus diebus.] Expectādo moꝛtem Lazari sic ꝙ
esset quatriduanꝰ anteq̄z illuc veniret ad maio
rem miraculi certitudinē. * Deinde post hec.]
Scilicet expectatiōem moꝛtis Lazari predictā.
* Dicit discipulis suis eamus in iudeā iteꝝ.]
Hoc autem predixit eis preter consuetudinē: qꝛ
sciebat eos inde terreri: vt minus iacula ferirent
que preuiderent̃. * Dicūt ei discipuli.] Timē=
tes in iudeā reuerti. * Rabbi nunc querebāt te
iudei lapidare.] Hoc habitum est Joh. 10. cap.
* Et tu iterum vadis illuc?] Q.d. non est tibi
nec nobis securum. * Respondit Jesus.] Eos
D assecurādo * Nonne duodeciz hoꝛe diei sunt?]
Q.d. si volūtatem habebant tunc me lapidādi:
modo tm̄ non facient: qꝛ mutato tempoꝛe potest
volūtas mutari. Erat enim pꝛouerbiū apud iu
deos: z adhuc est apud nos/ꝙ loquendo de mu
tatione pꝛopositi: dicitur. Duodecim hoꝛe sunt
diei: z ideo saluatoꝛ vsus est tali modo loquēdi:
et ostendit vlterius ꝙ deberent esse securi/dicēs.
* Si quis ambulauerit in die.] Idest sancte
et iuste. Uel aliter. In die. i. mecū: qui sum lux
mūdi: faciens diem diuine gratie. * Non offen
dit.] Idest securus debet esse. * Quia lucem
huius mundi videt.] Idest meipsum/qui pos=
sum eum saluare. Uel aliter. Lucem. i. iusticiā:
ad quam attēdit. * Si autem ambulauerit in
nocte.] Idest sine presentia m^ea: vl' sine iusticia.
* Offendit.] Idest debet sustinere penā offense
debitā. * Quia lux non est in eo.] Idest iusti=
cia. Uel ego qui sum lux. q.d. xp̄s: quādiu vo=
biscum sum p̄sentialiter: non debetis timere iu=
deos: quia xp̄s etiam in captione sua suos disci
pulos saluauit dicēs. Sinite hos abire: vt habe
tur. Joh. 18. b. Sed post moꝛtez meam periculū
erit vobis inter iudeos ambulare. Consequēter
exprimit causam quare volebat ire in Judeā. s.
propter Lazari suscitationē. Et diuiditur in du
as: quia pꝛimo denūciat moꝛtē Lazari (tm̄ occul
te) secūdo expꝛimit eā manifeste. Circa pꝛimum
dicitur sic. * Hec ait.] Scilicet que immediate
predicta sunt. * Et post hec dicit eis. Lazarus
amicꝰ noster doꝛmit.] Moꝛtem eius vocat doꝛ E
mitionem: qꝛ cito erat surrecturꝰ. * Sed vado
vt a somno excitē eum.] Quia tā facile immo
facilius est xp̄o suscitare moꝛtuum: quam alteri
doꝛmientez. Hanc causam sui itineris dixit ad
assecurādū discipulos. q.d. non debetis timere:
quia non vado ad disputādū cum iudeis: sicut
ante: sed ad Lazarum suscitandū. * Dixerunt
ergo ei discipuli eius: dn̄e si doꝛmit: saluus erit]
Q.d. ex quo doꝛmit: signum est sue curationis:
non est necesse ꝙ vadas illuc. Nonduz. n. erant
ad plenum assecurati per verba xp̄i: nec miruz/
qꝛ adhuc erant infirmi et imperfecti. * Dixerat
autem Jesus de moꝛte eius.] Eam exprimens
per doꝛmitionē: ratione predicta. * Illi autem
putauerunt quia de doꝛmitione somni diceret]
Sed videtur mirabile ꝙ intellexissent xp̄m velle
ire tam longam viam ad excitandū hoiem de so
mno. Dicendū ꝙ adhuc erant rudes et in timo
re positi: vt patet ex predictis. Et ideo: male capi
ebant verba xp̄i. Uel dicendū ꝙ xp̄s consueue=
rat eis parabolice loqui: et ideo nesciebant quid
per excitationē a somno intelligeret: suspicantes
ne foꝛte parabolice loqueretur. Consequēter ex
pꝛimit moꝛtem Lazari manifeste/cum dicitur.
* Tunc ergo dixit eis Jesus manifeste. Laza= F
rus moꝛtuus est z gaudeo.] Non de moꝛte eius
absolute. Sed. * Propter vos.] Ut vidētes eiꝰ
resurrectionē in fide cōfirmemini. vel sic. Et gau
deo. Scilicet. * Ut credatis: qm̄ non erā ibi.]

Non propter me:sed ꝓpter vos: quia ex presen= tia mea mors eius fuisset impedita/ cum mors habere locum non debeat: vbi est vita. Et per cō sequens eius resuscitatio non esset: que tamē est vtilis vobis. * Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas: qui dicitur Didymus.] Idest dubi= us. * Ad condiscipulos suos. Eamus ꝛ nos et moriamur cū eo.] Iste erat magis timidus ꝙ alij: quasi dicat: exponamus nos periculo. Vel secundum alios: dicebat hoc ex magna dilectio ne: quasi dicat: melius est nobis cum illo mori/ ꝙ sine illo viuere. Consequenter agitur de aduē tu xp̄i ad Lazarum: ꝛ diuiditur in duas: q2 pri mo agitur de eius peruētione: secundo de eius susceptione. In prima ergo parte dicitur sic. * Venit itaqꝫ Jesus ꝛ inuenit eū quattuor dies iam in monumento habentem.] Quattuor di cit ad certitudinē mortis: quia licet sint alique infirmitates latentes/ quibus videtur aliquis mortuus ad tempus: hoc tamen non durat per quattuor dies. Dicit etiam in monumento. s. in terra reclusus: quia dato ꝙ fuisset ibi positus vi uus: nihilominus in tanto tēpore fuisset ibi mor tuus. * Erat autem Bethania iuxta Hieroso= lymam quasi stadijs quindecim.] Que valent leucā excepto vno stadio. * Multi autē ex iu= deis venerant ad Marthā ꝛ Mariā vt consola rentur eas de fratre suo.] Tum quia erāt nobi= les domine. Tum quia locus erat satis ꝓpe: vt

G patet ex dictis. Consequenter agitur de xp̄i su= sceptiōe deuota a Martha/ cū dicitur. * Mar tha ergo vt audiuit q2 Jesus venit.] Ipsa enim habebat curā domus: et ideo primo nunciatus est ei aduentus Christi/ per aliquem: qui aduē tum xp̄i preuenerat. * Occurrit illi.] Reueren ter ꝛ deuote. * Maria autem domi sedebat.] Cū iudeis/ qui venerant ad eas. * Dixit ergo Martha ad Jesū. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus.] Ex quo apparet ꝙ credebat ipsum posse preseruare fratrem suum a morte: tamen imperfecte credebat: quia videtur innuere ꝙ non posset xp̄s tantum absens quan= tum presens. * Sed ꝛ nunc scio: quia quecūqꝫ poposceris a deo dabit tibi deus.] Videtur per hoc non fuisse edocta plene de eius deitate: quia nō dixisset quecūqꝫ poposceris: sed dixisset: que= cūqꝫ iusseris fient. * Dicit illi Jesus. Resurget frater tuus.] Sed illa intellexit hoc de resurre= ctione futura. Ideo subditur. * Dicit ei Mar= tha. Scio quia resurget in resurrectione in no= uissimo die.] Ex quo patet ꝙ erat de secta pha= riseorum quantum ad hoc: ꝙ confitentur resur rectionem futuram: ꝛ non de secta saduceorū: qui hoc negant. * Dicit ei Jesus.] Explicans

H intentionem suam de resurrectione fratris sui propinqua. * Ego sum resurrectio.] ... causaliter. Tum quia resurrectio christi ... sa nostre resurrectionis. Tum quia resur... generalis futura: fiet virtute christi vocā... tuos ad iudicium. * Et vita.] Per ess... propter quod sum causa vite omnibus vi... bus: ꝛ possum dare vitam mortuis: quia ... est tale per essentiam/ est causa omnium ... que sunt per participationē: vt habetur ... taphysices. * Qui credit in me.] ... stinatus. * Etiam si mortuus fuerit.] ... psum in peccatum mortale. * Viuet ... ter vita gratie. * Et oīnis/ qui viuit ... me.] Fide formata. * Non morietur in ... Idest morte eterna. Licet moriatur mor... porali: ad soluendum debitum nature. * ... dis hoc?] Nō petit hoc quasi ignorans ... rens eius confessionē ad meritū: quia con... fessio ad salutem: vt habetur Ro. 10. * ... vtiqꝫ domine.] Quia per xp̄i verba ... cta in fide plenius ꝙ ante: quod patet ... quenti cōfessione: in qua primo exprimi... us xp̄i dignitas sacerdotalis ꝛ regia/ ... * Ego credidi: quia tu es xp̄s.] Idest ... Vnctio autem debebatur regibus ꝛ sa... bus. Secundo xp̄i diuinitas/ cum dicit ... lius dei viui.] Scꝫ naturalis. Tertio ... tionis veritas/ cum subditur. * Qui ... mundum venisti.] Non per loci mutat... sed per carnis assumptionē. Consequen... de susceptione xp̄i: quoad Mariā: q ... a xp̄o edocta statim. * Et cum hec dix... ꝛ vocauit Mariam sororē suam.] ... bonos rumores: quos ipsa a xp̄o audi... Silentio.] Propter iudeos presentes: ... aliqui contra xp̄m machinabantur ... Magister adest ꝛ vocat te.] Licet non ... expressum/ ꝙ christus vocaret Mariam ... hoc est credendum: q2 non est probabile ... tha in hoc mentiretur. Sed propter ... euangelista illud omisit: quia sufficit ... Marthe exprimere. * Illa vt audiuit ... cito: ꝛ venit ad eum.] Ex magna deuo... Nondum enim venerat Jesus in castell... erat adhuc in illo loco/ vbi occurrerat ... tha.] Ostendens ꝙ ad miracula facien... se ingerebat: et vt ex aduentu iudeorum ... Maria ad ipsum: magis celebre ꝛ notum ... set miraculum. * Iudei ergo: qui erant ... ea in domo vt consolarentur eam: cū vi... Mariam/ quia cito surrexit ꝛ exiit: secuti ... eam/ dicentes. Quia vadit ad monumentum ... vt ploret ibi.] Credebant enim eam ... tam ex compassione fratris sui: quia non ... rant verbum Marthe/ vt dictum est. * ...

ergo cum venisset vbi erat Jesus: videns cū ceci
dit ad pedes eius.] Quod nō fecerat Martha.
Ex quo patet ꝙ Maria magis amabat Jesum
et reuerebatur. * Et dixit ei. Domine si fuisses
hic/ nō esset mortuus frater meus.] Exponitur
K sicut supra. Cōsequēter tertio principaliter agi
tur de Lazari suscitatiōe. Et diuiditur in duas:
quia primo ponitur suscitationis actus. Secū=
do sequens effectus. Adhuc prima in tres: quia
primo describitur affectio xp̄i ad Lazarū. Secū
do sequens inde murmuratio iudeorum. Ter=
tio xp̄s suscitat mortuum. Affectio xp̄i ad Laza
rum ostenditur primo ex signo/ cum dicitur. *
Jesus ergo vt vidit eam plorantem: et iudeos: q̄
venerant cum ea plorantes.] Ex morte amici.
* Infremuit spiritu/ et turbauit semetipsum.]
Fremitus cōsurgit ex indignatione. Iste.n. xp̄i
fremitus procedebat ex indignatione eius con=
tra diabolum: per cuius suggestionem mors in
trauit in mundum: quē erat cito debellaturus.
Turbatio autē illa procedebat ex compassione
Lazari et sororū eius. Sciendū tamē ꝙ iste pas=
siones et cōsimiles nō erāt in xp̄o vitiose: sed ma
gis virtuose: quia nō erant preuenientes iudici
um rationis: sed magis sequentes/ et per ipsum
excitate. Sicut dicit Phs. 4. Ethico. ꝙ passio
ire excitata per virtutem fortitudinis/ adiuuat
ad actū eius fortius exequendū. Secūdo osten
ditur affectio xp̄i ex verbo: cum dicitur. * Et di
xit. Ubi posuistis eū? Dicūt ei. Domine veni et
vide.] Tertio ex facto: cū subditur. * Et lachry
L matus est Jesus.] Ex pietate/ videns locum se
pulture. Per hoc etiā ostendit veritatem huma
ne nature. Paris eñ periculi est discredere verā
humanitatē in xp̄o: sicut et deitatē. Et ideo vbi
xp̄s ostendit suā deitatem: adiungebat aliqua
ad declarandum suā humanitatem: et econuer
so. Et hoc patet in eius natiuitate: quando ia=
cens in presepio vt homo infirmus: stellam fecit
radiare in celo: vt deus. Similiter in passione/
quādo ipso moriente ex natura passibili: sol ob
scuratus est inuisibili virtute dei. Et hic simili=
ter in suscitatione Lazari quatriduani: qđ erat
maxime virtutis: turbatus est et fleuit: ad decla
randum veritatem humanitatis. Cōsequenter
ex affectu Christi ostenditur sequens murmu=
ratio iudeorum. Judei eñi viderunt Christum
tristari: et per consequens arguebant ꝙ mors il=
la contra voluntatem Christi simpliciter acci=
disset: quia tristitia est de his: que nobis nolenti
bus acciderunt. Ut dicit Augusti. 14. de ciui=
tate dei. Et per consequens concludebant/ ꝙ nō
potuisset Lazarum preseruasse a morte. Et hoc
est quod dicitur. * Dixerunt ergo iudei. Ecce
quomodo amabat eum.] Quia videbant eum
dens signū: innuentes per hoc ꝙ libenter si pos=
set preseruasset eum a morte. Et ex hoc vlterius
miraculum de ceco nato illuminato volebant
annihilare et in aliuz retorquere: ideo sequitur.
* Quidam autē ex ipsis dixerunt. Non pote
rat hic/ q̄ aperuit oculos ceci nati facere/ vt hic
non moreretur?] Quasi dicant: ex quo non po
test hoc: nec illud potuit: nec fecit: sed Xp̄s plus
fecit. Isti non expectabant sufficienter: sed iudi
cabant ante tēpus: quia xp̄s plus fecit: plus eñi
est mortuum suscitare: quam mortem infirmita
tis impedire. Consequenter ponitur Lazari su M
scitatio. Et ponuntur quinq; per ordinem faciē
tia ad miraculi certitudinē et magnificentiam.
Partes patebunt prosequendo. Primū est de=
scriptio sepulchri: quod erat spelunca cauata in
rupe magna et profunda: ita ꝙ poterāt poni plu
ra ibi corpora. s. corpora eorum/ q̄ fuerunt eius=
dem parentele. Unde frequēter dicitur in libris
regū. Sepultus est in sepulchro patrū suoꝝ. Sic
igitur erat factum sepulchruz Lazari et desuper
grandi lapide claudebatur. Ex quo patet vera
mors Lazari: qꝛ si fuisset ibi positus viuus et sa
nus: infra quatriduū fuisset mortuus ex loci cor
ruptione: et hoc est quod dicitur. * Jesus ergo
rursum fremens in semetipso.] Indignatꝰ con
tra malitiam iudeoꝝ de factis suis inique mur
murantiū: et talis indignatio est virtuosa: quia
sicut ad virtuosum ptinet applaudere bono: ita
et indignari cōtra malū. * Venit ad monumē
tum.] Dicitur enim sepultura monumentum:
quasi monens mentem: quia monet viuētes vt
precogitent mortē. * Erat aūt spelunca: et lapis
superpositus erat ei.] Modo predicto facta. Cō
sequenter ponit̄ secundū. s. lapidis amotio/ cuz
dicitur. * Ait Jesus. Tollite lapidem. Dicit ei
Martha soror eiꝰ: qui mortuꝰ fuerat. Domine
iam fetet: quatriduanꝰ est eñ.] Q.d. Licet ali=
quādo suscitati sint mortui recenter: tñ ꝙ iā qua
triduanus ex fetore solutꝰ resuscitetur: nō est sic
auditū: et hoc verbum videtur processisse ex ad
miratione Marthe et eius ignorantia: qꝛ eius=
dem virtutis est suscitare mortuū vtroq; modo:
ideo sequitur. * Dicit ei Jesus.] Corrigendo
eius dictū. * Nōne dixi tibi: quoniā si credide
ris: videbis gloriā dei?] Idest gloriosam eiꝰ vir
tutem in suscitatiōe fratris tui. * Tulerūt ergo
lapidem.] Ad preceptū xp̄i. Consequenter po=
nitur tertiū. s. Christi oratio in suscitatione La
zari: quod facit ad declarationē miraculi: quia
iudei xp̄o imponebant ꝙ faciebat miracula vir
tute demonis: quod ostendit̄ falsum per hoc qđ
in faciendo orat deū. Et hoc est quod dicitur *
Jesus autem eleuatis sursum oculis.] Ut ostē= N
deret nobis formā orandi: que est per eleuatio=

nem mentis in deum. * Dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audisti me.] Deus autē pater celestis magnificentissimus est: ⁊ ideo ex gratiarum actione de preteritis ad prestāda beneficia sequentia prouocatur. Hoc enim est ꝓpriuz magnifici: vt habetur. 4. Ethicoꝝ. * Ego autē sciebam qꝛ semper me audis.] In his ergo que xp̄s absolute volebat deliberatiua voluntate: cō formabatur diuine voluntati: et sic exaudiebatur. Sciendū tamen ꝙ orare patrem conuenit Christo ratione humanitatis: in qua est minor patre: non autem ratione diuinitatis: in qua est ei equalis. * Sed propter populum/ qui circū stat dixi/ vt credant: quia tu me misisti.] Multi enim ex iudeis dicebant ꝙ in Beelzebub faciebat signa: quod remouet conformando voluntatem suam cū volūtate diuina. Consequenter ponitur quartum. s. Lazari vocatio/ cum dicit. * Hec cum dixisset voce magna clamauit. Lazare veni foras.] Hoc facit ad declarationez miraculi: quia si dixisset in silētio possent dicere aduersarij ꝙ verba magica dixisset: vel interposuisset. Per hoc etiam tollitur error eorum: qui dicebant animas defunctorū latitare in sepulchris: et ideo clamauit Jesus voce magna in suscitatione Lazari: quasi animam reuocās a longinquo. scz ab inferno/ vt ad corpus rediret. Consequenter ponitur quintum. s. Lazari suscitatio cū dicitur. * Et statim prodijt qui fuerat mortuus.] Quia virtus diuina operatur in instanti. * Ligatus pedes ⁊ manus institis/ ⁊ facies illius sudario erat ligata.] Hic declaratur virtus diuina non solum suscitando mortuuz: sed etiam faciens exire ligatum. Per hoc etiam apparet certitudo miraculi: inquantū exiuit Lazarus eo modo/ quo fuerat in sepulchro posit⁹. * Dixit eis Jesus. Soluite eū.] Hoc precepit alijs: licet posset facere per seipsum: vt accedētes de prope ⁊ tangentes: ex visu ⁊ tactu essent testes miraculi efficaciores: sicut supra dictum est de amotione lapidis. * Et sinite abire.] Ut ostendat vere suscitatus ⁊ non phantastice. Per opera vite: cuiusmodi est ambulatio ⁊ comestio: et consimilia. Ideo dicitur Johā. 12. ꝙ Lazarus erat vnus de discumbentibus. Cōsequenter ponitur suscitationis effectus dupliciter. Primo q̄ ad presentes. Secundo quoad absentes. Effectus miraculi circa presentes ostenditur ex hoc/ ꝙ viso predicto miraculo multi eorum crediderunt Christo: nec mirum: quia illud signum fuit diuine virtutis manifeste ostensiuum: que nō potest adesse ad testificandum aliquod falsum. Et hoc est quod dicitur. * Multi ergo ex iudeis: qui venerāt ad Mariam ⁊ Martham: ⁊ viderunt/ que fecit Jesus: crediderunt in eum.

☞ Hic terminatur hoc euangelium...
sequenter ponitur effectus suscitation...
respectu absentium/ cum dicitur. * Co...
ergo pontifices. ⁊c.] Quere annotam...
quinte partis. sermonis Dominice p...
* Erat quidam languens Lazarus. ⁊c...
raliter. Per quem significari potest ge...
tationem patiens. Per eius sorores si...
persone pro eius alleuiatione deuote...
cantes: que non semper exaudiuntur...
patiens aliquando per actum peccan...
mori permittitur ab eo: qui est tante bo...
potentie/ ꝙ scit ⁊ potest bona de malis...
Per Jesum autem/ qui salus interp...
dicator vel confessor salutem animarum...
significatur: qui peccatorem non solum...
um reperit per culpam: sed etiam aliqu...
tentem per infamiaz: ⁊ sepultum sub lap...
obstinationem: ⁊ tamen deo principalit...
te: sic per bonam monitionem reductu...
tam gratie/ ꝙ non solum tollitur obstin...
mors culpe: sed etiā infamie fetor ⁊ in...
redditur bone fame.
* Erat quidam languēs. ⁊c.] Glo. ...
ratur trans Jordanem: infirmatur La...
mittunt ad eū sorores illuc. Iste sorores...
figura sunt iudeorum in eterna beatitu...
receptorum: qui ꝓ fratre sanando: id est...
quijs in tenebris ignorantie adhuc erran...
domino supplicant ex notissima actione...
guens Lazarus.] Lazarus figura est ...
qui infirmi erāt in fide Christi. Marth...
ria significant doctrinam bonorum in...
* Ecce quem amas.] Lazarus per...
cator significatur: a domino amatur...
venit vocare iustos: sed peccatores. S...
catoris sunt bone cogitationes: que p...
tis dissoluēdis orant. * Pro gloria dei...
vt glorificetur filius dei. Ecce se deum...
tra illos: qui dicunt filium dei non ess...
* Diligebat.] Diligebat languentium...
tor ⁊ mortuorum suscitator Lazarum...
guens ⁊ mortuus. * Duob⁹ diebus.] ...
triduum impleretur. Primo enim die...
ciatū est ei: mortuus est languidus: trans...
danem per duos dies mansit: ecce tres...
autem die venit. * Eamus in iudeā.] ...
ce significat diem redituram ad iudeos in...
Heliam ⁊ Enoch. * Dicunt ei discipuli...
riti volentes consiliū dare magistro: ne m...
sicut alibi Petrus Matth. 16. d. Absit a...
mine: nō fiet tibi istud. Sed sicut Petrus...
tur de alieno. Ibidem. Beatus es Simo...
na: quia pater reuelauit tibi: culpatur...
Redi post me sathana: quia sapis non...

ſed que hominis ſunt. Ita ⁊ hos corripuit: dicēs
ſe diem in quo ambulare debent/ ne offendant:
⁊ ſine eo ambulantes offendant/ vt modo nolē=
tes cum mori: qui pro hominibus venit mori: il
los autem dicit eſſe horas: que diem ſequūtur/
nō dies eas: ſed dies eas illuminat. Duodecim
eſt ſacratus numerus: qui permanet plenus. de
iecto enim Juda: qui non lucebat inter horas/
alius ſurrogatur. Actuū. 1. d. * Ut credatis.]
Non ꝙ modo inciperent credere: ſed vt robuſti⁹
crederent: ſemper enim fides eorū miraculis au
S gebatur. * Et inuenit. ⁊c.] Myſtice quattuor
ſunt dies mortis. Naſcitur homo cum origina=
li peccato: ecce dies vnus mortis. Poſtquā ve
nit ad rationales annos: naturalem legem/ que
dicit in corde. Quod tibi non vis aliȷ̄ ne feceris:
tranſgreditur: ecce ſecundus dies mortis. Data
eſt a deo etiam lex ſcripta prohibens mala: que
⁊ ipſa contemnitur: ecce dies tertius mortis. Ad
ditur euangelium: predicatur Chriſtus: eterna
vita: econtra gehenna: ſed ⁊ hoc cōtemnunt ho=
mines: ecce quartus dies mortis: in quo putret
homo: ſȝ nec tales relinq̄t miſericordia. * Erat
autem. ⁊c.] Quod Bethania. i. domus obediē
tie: vbi. ſ. ſuſcitandus erat mortu⁹/ vicina eſt hie
roſolymis bene myſterio congruit: quia gens iu
deorū: que in fine ſeculi conuertetur: cito ad hie
ruſalem. i. ad pacis viſionem perueniet. Nō ta=
mē niſi expletis quindecim ſtadiȷ̄s. i. poſt cogni
tionem veteris ⁊ noui teſtamenti ſpiritualem.
* Sed ⁊ nunc ſcio.] Hoc ſcio: quia potes ſuſci
tare ſi vis: quod tuo relinquo arbitrio: nō tamē
preſumo: nec rogo vt ſuſcites: q̄ neſcio an ſit vti=
lis fieri reſurrectio. * Etiam ſi mortuus fue=
rit.] Tres mortuos ſuſcitauit Jeſus. Unum in
domo. i. in corde. Secūdū in porta. i. in ore. Ter
tium in monumento. i. in opere ⁊ conſuetudine
peccandi. * Uiuet.] Ut viuit Abrahā Iſaac
⁊ Jacob: quorum deus dicitur ſicut viuorū. Cre
dens etiā mortuus viuit: ſicut non credens: etiā
viuens mortuus eſt. * Silentio.] Quia ſi au
T diſſent iudei eam vocatam fuiſſe a Jeſu/ non ſe
querent̄: ⁊ ita nō viderent miraculum: ſed quia
putauerūt eas ad ſepulchrū fratris ituras: ſecu
ti ſunt. * Et vocat ⁊c.] Cauſa breuitatis in ver
bis Marthe oſtendit nō prius dictum. i. ꝙ dñs
Mariā vocauerit. * Secuti ſunt eā.] Hec ideo
euangeliſta narrare curauit/ vt videamus qua
occaſione fecerit: vt plures haberet teſtes reſurre
ctio quatriduani. * Infremuit ſpiritu.] Nota
poteſtatem: ipſe fremuit ⁊ turbauit ſe: quē alius
turbare nō potuit: ſicut omnia huiuſmodi ſuſce
pit: q̄ȝ voluit. Significat aūt quantū homo tur
bari debeat: preſſus tanta mole peccati. Quan
do autem peccator computans: que bona dei ac

cepit: que mala reddidit: fremit in ſpiritu ⁊ tur=
batur. Chriſtus fremit in eo ⁊ turbatur: quia fi
des de xp̄o: Chriſtus eſt in corde. Fremit vero fi
des in homine: dum de peccatis increpat ſe. *
Ubi poſuiſtis eū?] Qui abſens ſciuit mortuū V
ſcit ⁊ vbi ſit ſepultus: ſed ſic dicens ſe quaſi neſci
re perditū hominem ſignificat. Unde dicit. Nō
noui vos. Mat. 8. et Luce. 13. ☞ Et annota.
1. B. q̄nte partis. ſer. Fe. 6. Dñice. 13. poſt octa.
corporis xp̄i. Et Geñ. 3. b. Ubi es Adam? * Je
ſus vero.] Difficultatem oſtēdit viuificationis
talis peccatoris. * Erat autē ſpe.] Lazar⁹ mor
tuus figura eſt iudeorū in xp̄o non credentium:
et lapide. i. onere legis oppreſſorum. Sorores p
eo rogantes: fideles ſunt in populo iudeorum.
¶ Moralit̄. Unuſquiſq̄ȝ peccator mole pctōruȝ
preſſus ⁊ ſua lege grauat⁹: ⁊ ꝯſuetudine ſua ma
la iā fetens: alios exemplo ſuo malo aperte cor=
rumpit. Sorores: cogitatiōes alique: q̄ȝ qñq̄ȝ co
gitans ſe male feciſſe dolet. * Dñe iā fetet.] Ti
mebat remoto lapide potius fetorem excitari: q̄ȝ
fratrē reſuſcitari. Sed ꝓpter populū.] His ver=
bis ſe gloriā patris querere/ ſicut in aliȷ̄s operi=
bus: oſtēdit. Nā q̄ȝ ſm hoīem minor erat patre:
ab eo petit ſuſcitationē Lazari: ⁊ ideo ſe exaudi
tū dicit. et hoc ꝓpter circūſtantes: vt ſic crederēt
dei filiū. * Uoce magna.] Fremuit: lachryma
uit: clamauit: q̄ȝ difficile ſurgit: quē moles male
cōſuetudinis premit: ſed tū̄ poſt magnā vocem
ſurgit. i. per magnā dei gratiā viuificat̄/ dū peni
tet. * Et ſtatim.] Dū pctōr contemnit: ſepultus
iacet: qñ penitet/ ſurgit: qñ confitet̄/ ꝓdiȷ̄t: quaſi
de occultis exeundo manifeſt⁹: ſed adhuc ligat⁹
eſt: ⁊ dicit̄ miniſtris. Soluite eum ⁊ ſinite abire.
Uñ Mat. 16. c. Que ſolueritis ſup terrā ſoluta
erūt ⁊ in celis. * Soluite eū] Xp̄s p ſe viuificat
intus: miniſtris tribuit poteſtatē ſoluēdi. ☞
Terminato hoc euāgelio: ſequitur immediate.
* Quidā aūt ex ipſis. ⁊c.] Quere infra an. 1.
A. quinte ptis. ſer. Ferie. 6. Dñice Paſſionis.
☞ Applica ad hec aliq̄ de annota. ſer. Dñi= X Auctor.
ce. 1. q̄dragesime. fol. 83. Ul' ſer. Pctōrū. fo. 189.
ſub the. * Erat q̄dā lāguēs. ⁊c.] P. Q. vel. *
Iā fetet. ⁊c.] V. ¶ Uel ſer. Prelatorū. fo. 90. ſub
the. * Uenit itaq̄ȝ Jeſus. ⁊c] P. ¶ Uel ſer. Fu
nerū. fo. 305. ſub the. * Dñe ſi fuiſſes hic fr̄ me⁹.
⁊c.] G. ¶ Uel ſer. Final' iudiciȷ̄. fo. 236. ſub the.
* Scio q̄ȝ reſurget. ⁊c] G. ¶ Ul' ſer. Aplorū. fo.
82. ſb the. * Nōne duodeci hore ſunt diei?] D.
R. ¶ vel ſer. Orōnis. fo. 180. ſub th. * Ego ſcie
bā: q̄ȝ ſemꝑ me audis.] N. ¶ vel ſer. Magdale
ne. ſb the. * Diligebat Jeſus Mariā.] B. ¶ vl'
ſer. Religioſorū. fo. 136. ſub the. * Si q̄s ambu=
lauerit in die.] D. i. in religiōe approbata. ¶ vel
ſer. Fidei. fo. 59. ſb th. * Oīs q̄ credit i me.] M

¶ Uel sermonis Incarnatiōis. Fol. 2. sub the. ✳ Ego credo q: tu es xp̄s filius dei viui: qui in hunc mundū venisti.] H. ¶ Uel sermonis. Penitentie. Fol. 211. sub the. ✳ Soluite eum. ꝛc.] O. Uel. ✳ Infremuit. ꝛc.] T.

Sabbati Dñice. iiij. Quadragesime sermo. Annot. Ex quinta pte Biblie

¶ I. Johā. 8. A

Dicebat dn̄s Jesus turbis iudeoꝝ Ego suz lux mūdi. ꝛc.] Lyra. Postq̄ euāgelista ostēdit xp̄m docentē/ cuz dixit. ✳ Perrexit Jesus in mōtem oliueti. ꝛc.] ☞ Quod inuenies Anno. 1. A. quinte ptis. sermonis. Sabbati. Dñice. 3. quadra. Fol. 134 Col. 1.) Hic consequēter describit doctrinā ipsiꝰ quantum ad virtutem illuminatiuā. Et diuiditur in duas partes: q: primo ꝑponitur intentū: secūdo probatur. Circa primū tria ponūtur: primum est ipsius xp̄i speciale priuilegiū/ cum dicitur. ✳ Ego sum lux mundi.] Alij enim non sunt lux: sed ab hac luce illuminati: nō tamē sic est intelligendū/ q xp̄s sit sol iusticie visibilis: sicut intelligebāt manichei. Lux enim magis ꝓprie dicitur in spūalibus quaz in corporalibus: quia lux habet rationez manifestatiui: quod ꝓprie habet locum in cognitione intellectiua: que summum tenet gradum. Et ideo ipse solus deꝰ est lux per essentiaz: quia ab ipso omnis notitia deriuatur. Secundo proponitur huius lucis beneficium/ cum dicitur. ✳ Qui sequitur me.] Per fidem formatam. ✳ Non ambulat in tenebris.] Ignorantie ꝛ culpe: et per cōsequens non veniet ad tenebras gehenne: que sunt terminus predictaꝝ tenebrarū. Propter hoc Matth. 8. b. dicuntur tenebre exteriores. i. vltime. Per xp̄m enim facta est veritas cōtra tenebras ignorātie: et gratia cōtra tenebras culpe: et gloria dabitur ab eo cōtra tenebras gehenne. Tertio proponit̄ huius lucis fructus/ cum dicitur. ✳ Sed habebit lumen vite.] Quia per irradiationē huius lucis eleuabitur intellectus ad videndum deuz clare: et per consequens affectus ad fruendum

B ipso perfecte/ in quibus consistit vita eterna. Cōsequēter probat tria ista proposita per ordinem: primo primū: secundo secundum: tertio tertiuz. Prima in duas: quia primo ponitur iudeorum obiectio: secundo xp̄i responsio: ex qua ostendit̄ primum propositum. Obiectio autem eorum ꝓcedit non ex parte dicti: quia erat verissimū: sed ex parte dicentis: et hoc est quod dicitur. ✳ Dixerunt ergo Pharisei. Tu de teipso testimoniuz perhibes: testimoniū tuum non est veru[illegible] habēs firmitatē: dato q esset verum in se[illegible] lus potest ferre testimoniū de seipso. Co[illegible] ter ponitur xp̄i responsio: ꝛ excludit co[illegible] ctionem dupliciter. Primo ostendendo q[illegible] tia non tenet: secūdo quod antecedens [illegible] Circa primum sciendum/ quod testimo[illegible] habet firmitatem et veritatem et certitu[illegible] gnitionis. Et ideo hominis testimoniū [illegible] est firmum: quia etsi se cognoscat: tñ freq[illegible] inordinate afficitur ad seipsum. Deus a[illegible] fecte se et alios cognoscit: nec potest esse [illegible] in eius affectu: propter quod testimoniū [illegible] seipso firmū est. Testimoniuz aūt hoīs de [illegible] inualidū propter defectū cognitionis. C[illegible] aūt erat homo et deꝰ: nec poterat esse defe[illegible] gnitionis vel inordinatio affectionis in [illegible] natura vel humana: propter quod eius te[illegible] nium de seipso erat firmum magis quam [illegible] cūque aliud testimoniū: et sic patet defect[illegible] sequentie: et hoc est quod dicitur. ✳ Resp[illegible] Jesus et dixit eis. Et si ego testimonium p[illegible] beo de meipso: verum est testimoniū meum[illegible] scio vn̄ veni: ꝛ q̄ vado] Idest pfecte cogn[illegible] trem: a quo exiui in mundum: ꝛ ad quem [illegible] tar: et sic patet probatio pmi proposi[illegible] xp̄s sit lux per essentiaz: quia verbum est [illegible] progrediens sicut lux a luce. ✳ Uos aut[illegible] scitis vnde venio aut quo vadam.] Qui[illegible] diuinitatem ignorabant. Consequenter [illegible] xp̄s antecedens eorum esse falsum: et d[illegible] in duas partes: quia primo ponit̄ xp̄i p[illegible] secūdo remouetur iudeorū obiectio. An[illegible] eorum erat q xp̄s esset solus: qui de se t[illegible] um perhiberet. Et hoc est falsum: qu[illegible] non potest esse sine patre et spū sancto: [illegible] diter dant testimoniū cum eo: vt dicitur [illegible] 5. b. Tres sunt qui testimoniuz dant in c[illegible] tñ non fit hic mentio nisi de patre: ꝛ hoc [illegible] dicitur. ✳ Uos secundum carnem iudica[illegible] Scilicet me esse solum hoiem. ✳ Ego non [illegible] coquenq̄.] Scilicet per exteriora sicut vo[illegible] deus intuetur cor. ✳ Et si indico ego: iudic[illegible] meum verū est.] Idest firmum. ✳ Quia [illegible] lus nō sum.] Ut supponitis/ quia nō potest [illegible] solitudo in diuinis: cum vna persona sit in [illegible] et ecōuerso/ ideo subditur. ✳ Sed ego et qui [illegible] misit pater.] Ex hoc arguit ad propositū di[illegible] ✳ Et in lege vestra scriptum est.] Deut. 19. [illegible] Quia duorum hominum testimoniuz ver[illegible] est.] Idest debet reputari verum: quia quam[illegible] uis duo homines possunt simul mentiri: tamen [illegible] non contigit de facili. ✳ Ego sum qui testimo[illegible] nium phibeo de meipso.] Ecce vna persona. ✳ Et testimoniū perhibet de me/ qui misit me pa[illegible]

ter.] Ecce alia. Argumentum est a minori. Si enim duorum hominum testimoniuz est firmū: qui habent cognitionem paruam et possunt habere affectionem distortam: multo fortius testimonium patris ⁊ filij in diuinis/ vbi non potest
D esse talis defectus: debet firmum reputari. Consequenter remouetur iudeorum obiectio: audientes enim quod allegabat patrez suum in testimoniū/ statim obiecerūt. et * Dicebāt ḡ ei: vbi est pater tuus?] Q. d. non est talis ac tantus q in hoc sit ei credenduz: credebant enim eum esse hominem purum filium Joseph/ et ideo de ipso derisorie querebant. * Respondit Jesus.] Objectionem excludendo. * Nec me scitis.] Secundum deitatem. * Neque patrem meum.] Per consequens: quia cognito vno correlatiuorum cognoscitur et reliquum. Ideo sequitur * Si me sciretis: forsitam et patrem meū sciretis.] Quamuis enim iudei haberent maiorem noticiam/ quam gentiles: secundum quod dicitur. Psalmo. 75. a. Notꝰ in iudea deus: tamen non cognoscebant eum quantum ad mysterium trinitatis: quia non erat adhuc plene reuelatum. * Hec verba locutꝰ est Jesus in gazophylatio/ docens in templo.] Gazophylatio: idest in loco vbi ponebantur oblationes pro edificijs templi: hoc autem addidit euāgelista: ad ostendenduz quod Jesus tunc erat in loco vbi poterat faciliter capi ab eis: qui querebant eum occidere: nisi fuissent repressi diuina virtute: ideo sequitur. * Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius.] Idest ab eo preordinata: quia quādo voluit captꝰ est ⁊ nō ante. ☞ Hic hoc euangelium terminatur: ⁊ consequenter probat secundum supra positum scilicet quod sequens eum non ambulat in tenebris/ cum dicitur. * Ego vado et queretis me. ⁊c.] Quere Annotamento. 1. A. quinte partis. sermonis Ferie secūde Dominice secūde Quadragesime. Fol. 106. Columna. 3.

E Glosa * Ego sum lux mūdi.] Glo. Que nube carnis tegitur: ⁊ sic toleranda hominibꝰ efficitur. Unde et peccata possum dimittere et etiam hominem illuminare. * Testimoniū.] Putant non credendū ei: quasi solus de se testetur/ obliti premissarum lucernarum: et ipsius Johannis baptiste: qui de eo euidenter ostendit. * Uerum est testi.] Meum testimoniū ideo verum est habenduz/ quia scio vnde venio: hoc est quia testimonio patris confirmatur. Ueni missus a patre/ non tamen eum deserens: et impleto ministerio ad patrem redeo: nec tamen mundum relinquo. * Uos secundū carnem.] Quia illud nescitis: ideo vos secundū carnem iudicatis: hoc est hominē putatis/ cui in laude sua credenduz non sit: et etiam dānatis. * Ego non iudico.] Secundū carnem sicut vos: vel penitus non iudico hoc primo aduētu: sed saluo: sed qꝛ secūdo aduentu iudicabit/ subdit hoc. Et si iudico ego * Quia solus. ⁊c.] Augu. Ideo verum/ quia non solus: sed ego ⁊ pater. Ecce ergo duo in personis licet vnum in substantia: quod est. Ideo verum est iudiciū meum: quia verus dei filius sum: vnde probatur quod filius: quia nō solus: sed pater mecum. * Et in lege.] Aug. dicto de iudicio/ quod suum et patris testimoniū veruz sit: ꝓbat ab auctoritate legis. Dicitᷣ in lege Deutero. 17. b. In ore duorum vel trium stat omne verbum: non quod duo vel plures non sint inuēti sepe fallaces: sed trinitas in hoc cōmendatur: in qua perpetua veritas. Si ergo vis habere bonā causam: habe duos vel tres testes. Patrez et filium simul: vel patrem et filium et spiritūsanctū: vt accusata Susāna habuit. Daniel. 13. d. * Dicebant.] Secundum carnem iudicātes. F
patrem xp̄i carnaliter acceperūt: sed erat homo in aperto: verbum patris in occulto. * Ubi est pater?] Quasi te videmꝰ: sed non patrem tecū: quibus econtra dicitur: sed nec me scitis: quia si hoiem/ quem nō videtis/ qđ in occulto sum scitis: et ideo nec patrem scitis: sed si me sciretis: qđ est. priꝰ me cognoscite: ⁊ sic patrem scietis: quia vnum sumus. * Forsitan.] Non dubitat sed dubitantes quasi irridet et increpat: vt et dominus seruo: forsitan dominus tuus sum. * Hec verba. ⁊c.] Gaze diuitie: phylaxe: seruare. Typice Gazophylatiū est mysteria scripturarum que sunt in templo. i. in xp̄o: hec secreta post resurrectionē aperuit apostolis: sed in his modo loquitur per parabolas non intelligentibꝰ iudeis. * Et nemo.] Idest loquētē/ de deitate supple. Nemo etiam si vellet: apprehendit: quia ipse necdū voluit. Dicit ergo de passione sua: que in sua potestate est: iudeis capere volentibus. ☞ Immediate sequentia quere Anno. quo supra

G Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de Annotamētis sermonis. Incarn̄. Fol. 2. sub the. * Ego sum lux mundi.] E. ¶ Uel sermonis. Trinitatis infra in hoc Tomo. sub the. * Ego scio vnde veni et quo vado.] Uel. * Duorum testimoniū. ⁊c.] B. C. E. ¶ Uel sermonis. Finalis iudicij. Fol. 236. sub the. * Si iudico ego: iudicium meū verū est. ⁊c.] C. E. ¶ vel ser. Passiōis. Fol. 35. sub the. * Nemo apprehēdit eum. ⁊c.] D. ¶ vel Anno. 1. D. quinte partis. sermonis. Natiuitatis xp̄i. Fol. 25. Colūna. 1. sub the. * Ego sum lux mundi. ⁊c.] A. E. ¶ vel sermonis. Peccatoruz. Fol. 189. ¶ Uel sermonis. Fidei. Fol. 59. Uel. Religiosorū. Fol. 136. sub the. * Qui sequitur me. ⁊c.] A.

¶I.
Joh.8
A

Dicebat dominꝰ Jesus turbis iudeorū ꝛ principibus sacerdotuȝ. Quis ex vobis arguet me de pctō:ꝛc.] ☞ Quere annotamēto.I. G.Et fere per totū anno.I. qn te partis.sermo. Feric.5. Dñice.I.q̄dragesime. Fol.101.col.4.Sequitur immediate.¶Lyra. Consequenter ostenso patre coꝝ/ponit coꝝ iniuriosa responsio.Et diuidit in duas partes: qꝛ primo ponit dicta responsio. Secūdo ipsius responsionis mansueta declinatio. Circa primuȝ sciendum ꝙ modus hominū:qui nesciūt rationabiliter respondere:est ad conuitia se conuertere:et ideo iudei nō habētes quod Christo rationabiliter responderent:ad cōuitia se conuertūt: cum subditur.✳Responderūt ergo iudei: et dixerunt ei.Nonne bene dicimus nos: qꝛ samaritanus es tu:]Licet em̄ Christꝰ esset genere Judeus:et nō samaritanus:tn̄ vocant eum samaritanum duplici de causa.Una est: qꝛ q̄uis samaritani essent gentiles: tn̄ legem in parte seruabant.Et ideo erat vulgare apud iudeos: ꝙ ille: qui in parte legē seruabat: et in parte legē soluebat:vocabat samaritanus:q̄uis esset iudeꝰ: ꝓpter similitudinem ad samaritanos:sicut apud christianos aliquis dicitur iudeus vel saracenus:qui ritum catholice fidei in parte soluens: iudeis et saracenis(quantum ad aliquid)assimilatur. Alia causa est: quia samaritani erant multū infesti iudeis:et odibiles eis:et ideo vulgare erat apud iudeos:ꝙ homines malos ꝛ eis odibiles vocabant samaritanos: q̄uis essent iudei.Talis aūt erat xp̄s ſm reputationeȝ coꝝ:iō vocabāt eū samaritanū ✳Et dmoniū habes:] Hoc enim iudicabant de xp̄o ꝓpter mirabilia: que faciebat: et magicis artibus imputabant. Et quia secreta eorum frequenter dicebat: et qꝛ aliquādo quedam alta et subtilia loquebatur: que non intelligebant:propter quod eum arrepticium dicebant:sicut de Saule dicitur.I.Regum.18.c.ꝙ arreptus a demonio ꝓphetiȝabat

B in aula sua.Consequenter ponitur ipsius Christi mansueta declinatio:quia cum malediceretur:non maledicebat:vt habet.I. Petri.2.ideo mansuete iniuriam declinat:cum subdit.✳Respondit Jesus.Ego demoniū non habeo.]Qd patet:quia demones expellebat.Nec doctrinaȝ malam habebat:sed sanctissimā:vt patet intuēti. Si enim aliquis homo in nulla lege imbutꝰ videret Christi doctrinam:statim ex sola ratione naturali iudicaret eam mundissimā et honestissimam/respectu cuiuscunq alterius [doctri]ne. Similiter miracula Christi non fiebant [vir]tute demōis:quod patet ex hoc/ꝙ facta [fuerun]ta:non solum virtutem demonis:sed [virtutem] cuiuscunque creature transcendentia:[sicut re]suscitatio mortuoꝝ:illuminatio cecorum:[et i]llustratio subita hominū simplicium:[et ta]lia.Ex quo patet/ꝙ fiebāt virtute diuina [...] sequitur.✳Et honorifico patrem meum.[de]clarando eius virtutem in miraculo.✳[Et vos] inhonorastis me.]Attribuēdo demoni[is quod] virtuti diuine deberet attribui.Et ne po[sset di]cere ꝙ talia diceret ad iactantiā:subdit.✳[Ego] autem non quero gloriā meam.]Sed que[ritur] hic:cum Christus quereret gloriā dei pa[tris] [...] eadē sit gloria patris et filij: quomodo po[tuit di]cere.Ego autem nō quero gloriā meam:[Dicen]dum ꝙ dirigit verbum ad intentionē coꝝ [qui]bus loquebat:qui reputabant eum quere[re ho]norē mūdanū:et est sensus.Ego aūt nō q[uero glo]riam meā.Q.d.Ego nō quero gloriā m[un]d[ana]m [...] honore dei patris deuianteȝ: sicut vos cre[ditis]. ✳Est qui querat et iudicet.]Quasi dicat:[...] li:qui querunt gloriam mundi: possunt ma[ni]feste iudicare et perpendere per facta mea [...] talia non quero: quia vita Christi in pa[upe]rtate et abiectione existens: glorie mundan[e] contraria.¶Aliter exponitur.Ego autem [non] quero gloriam meam:idest exaltationem [...] pro nunc: quia ante passionem Christus [que]rebat abiectionem.Est qui querat: scilicet [...] pater:qui post humiliationem in cruce ex[alta]uit eum:et dedit illi nomen: quod est super [omne] nomen.Philippen.2.b.Et iudicet.Scilicet [...] us pater:de illis:qui me inhonorant:[...] faciendo de ipsis: quod factum est: q[uia] [...] vindictam mortis Christi destructa est ci[ui]tas:et templum:et populus occisus est et cap[ti]uatus per romanos. Consequenter probat [...] tium supra positum : scilicet ꝙ sequens [Chri]stum lumen habeat vite.Et diuiditur in [du]as:quia primo ponitur Christi probatio.Se[cundo] iudeorum obiectio. Jn prima parte [...] citur sic. ✳Amen amen dico vobis.]Idest [...] deliter:ꝛ duplicatur ad maiorem affirmatio[nem]. ✳Si quis sermonem meum seruauerit/mor[tem] non videbit in eternū.] Cuius ratio est:quia [se]men est verbum dei:vt habetur Luce.8. Jn q[uo] tum vita eterna in verbo dei ꝯsistit: sicut in q[uo]dam principio seminali:quia finaliter producit in vitam beatam: sicut virtute seminis produ[ci]tur fructus:et ideo sicut ille: qui seruat semen a corruptiōe/peruenit ad fructum: sic seruans verbum diuinum/peruenit ad beatitudinem

statum: que beatitudo designatur: cum dicitur.
* Mortem non videbit in eternū.] Vita enim
beata in visione et fruitione consistit: et ideo per
exclusionē mortis gehēne: que huic visioni op=
ponitur: cōsecutio beatitudinis intelligit̄. Et sic
patet ꝙ sequens Christū/ habet lumen vite: q̄a
sequela Christi/ in obseruatione verbi eius con
sistit. Consequenter ponitur iudeoꝝ obiectio in
contrariū. Et diuidit̄ in duas partes: q̄ꝛ primo
ponitur dicta obiectio. Secūdo Christi respon=
sio. Obiectio autem eorū incipit a conuitio: q̄ꝛ
sicut hoīes irratiōabiles ⁊ turbati: statim * Di
D xerunt ergo iudei. Nunc cognouimꝰ: q̄ꝛ demo=
niū habes.] Q.d. prius tm̄ opinabamur te ha
bere demoniū: sed modo sumus certi: q̄ꝛ ita est/
ꝙ nulla falsitas a deo est: sꝫ a diabolo: qui est pa
ter mēdacij: vt tu dixisti. Verbum autem tuum
est apertum mendaciū. Ad cuius ꝓbationē in
ducunt. * Abraham mortuus est/ et ꝓphete.]
Qui tamen sermonē dei seruauerūt: q̄ est maio
ris virtutis: q̄̄ꝫ sit sermo tuus: ⁊ ideo patet falsuꝫ
quod. * Et tu dicis. Si quis sermonē meū ser=
uauerit/ mortem nō gustabit in eternū.] Ex quo
patet ꝙ decipiebātur in eq̄uoco: ex quo xp̄s dice
bat de morte spirituali: ipsi autem acceperūt de
morte corporali: et ideo querunt derisorie duo.
Primū est. * Nunquid tu maior es patre no=
stro Abraham: q̄ mortuus est? Et ꝓphete mor=
tui sunt.] Q.d. non es. Secūdum est. * Quē
teipsum facis?] Q.d. manifeste patet ꝙ ad glo=
E riam vanā de te falsa dicis. Consequenter ponit̄
xp̄i responsio. Et primo ad secūdum: secūdo ad
primuꝫ. Et q̄ꝛ in vltimo quesito imponebant ei
querere vanam gloriā: ideo hoc excludit/ dicēs.
* Si ego glorifico meipsum.] Idest si ego que
ro gloriā meam p̄ter regulam veritatis diuine:
vt vos mihi iponitis. * Gloria mea nihil est.]
Idest falsa: q̄ꝛ falsum est non ens: vel nihil. Sed
nō est ita: q̄ꝛ gloria mea ē a deo patre: a quo nul
lum falsum pōt esse: ⁊ hoc est qđ dicit̄ hic. * Est
pater meus: q̄ glorificat me.] Per miraculoruꝫ
operationē: et postea glorificabit ꝑ resurrectiōis
⁊ ascensionis gloriā. * Quē vos dicitis: q̄ꝛ deꝰ
noster est.] Per opeꝝ imitationē: sed hoc falsuꝫ
est: qđ ꝓbat/ dicens. * Et nō cognouistis eū.]
Per fidem formatā: in qua cōsistit dei filiatio ꝑ
adoptionē. * Ego aūt noui eū.] Sicut eius fi=
lius naturalis habens eandem sciētiā cum ip̄o.
* Et si dixero: q̄ꝛ nō scio eum: ero similis vobis
mendax.] Sicut estis mendaces: asserēdo vos
eū cognoscere: cum tm̄ non eum cognoscatis: ita
essem mendax: si assererē me eū ignorare: cū in=
quantū deus/ habeam noticiā eandem cū eo: et
inquantū homo/ eum clare videam. ⁊ ideo sub
dit. * Sed scio eū.] Scꝫ predicto modo. * Et
sermonē eius seruo.] Hoc addit: q̄ꝛ vera cogni=
tio per op̄a demonstrat̄. In omni eī̄ opere ma=
lo est aliqua ignorātia. Propter qđ dicit ph̄s.3.
Ethi. Omnis malus est ignorās. Consequēter F
respondet̄ ad primū. Quesierāt eī̄ primo deri=
sorie: si ipse esset maior q̄̄ꝫ Abrahā: ⁊ ipse respon
dit/ ꝙ sic: dicens. * Abrahā pater vester exulta
uit: vt videret diē meū.] Q̄ꝛ Abrahā desidera=
uit cognoscere tp̄s aduētꝰ xp̄i: qđ est videre chri
stum in sp̄ū: et sic patet/ ꝙ est maior q̄̄ꝫ Abrahā.
Propter hoc eī̄ cognitioneꝫ hanc desiderabat:
q̄ꝛ ab ipso oīm gentiū redemptionē expectabat.
* Vidit: et gauisus est.] Q̄n dictū est ei. In se
mine tuo benedicētur oēs gentes terre. Gen̄.22.
d. Et q̄n in figura trium angeloꝝ sibi apparen
tiū cognouit trinitatis mysteriū. Gen̄.18.a. Et
in oblatione Isaac: propter qđ locus ille dictus
est. Dn̄s videt: vt habetur Gen̄.22.c. Q̄ꝛ dn̄s fe
cit videre Abraham occultum christi mysteriū.
Sed contra hoc xp̄i dictū arguunt/ cum sequit̄.
* Dixerūt ergo iudei ad euꝫ. Quinquaginta
annos nōduꝫ habes: et Abrahā vidisti?] Q.d.
hoc est impossibile: q̄a a morte Abrahe vsqꝫ ad
tempus Christi fluxerunt anni circiter duo mi=
lia. Solet queri: cum christus nō haberet vltra
triginta tres annos: quomodo iudei assumpse=
runt tantam superfluitatē/ dicendo. Quinqua
ginta annos? ⁊c. Dicēdum ꝙ propter labores ⁊
ieiunia videbat̄ longe maioris etatis/ q̄̄ꝫ esset.
Vel s̄m alios: propter reuerentiā anni quinqua
gesimi: qui erat iubileus: iudei per ipsum com=
putabant: et est sensus. Quinquaginta annos
nondum habes. ⁊c. Q.d. Non vixisti adhuc
vnum iubileum: ⁊ Abraham vidisti? Ex modo
loquendi apparet eorum falsitas et calumnia:
quia Christus nō dixit. Vidi Abraham: sicut
ipsi repetierunt: sed econtrario: ꝙ Abraham vi
derat ipsum: tamen eorum obiectio procedebat
ex hoc: ꝙ solum in eo naturam humanam con
siderabant: ideo ostendit se naturam diuinam
habere: cum subditur. * Dixit eis Iesus. Amē
amen dico vobis: anteq̄̄ꝫ Abraham fieret/ ego G
sum.] Ubi ostēditur eius eternitas/ coniungen
do verbum presentis temporis/ ego sum: cū ver
bo preteriti temporis/ anteq̄̄ꝫ fieret: quia eterni=
tas assistit omni tempori. Et quia iudei nescie=
bant verbis eius contradicere rationabiliter lo
quendo: ideo contradixerunt corporaliter: perse
quendo: ideo subditur. * Tulerunt ergo lapi=
des: vt iacerent in eum.] Sicut in blasphemuꝫ.
Et patet manifeste: ꝙ non mouebantur amore
iusticie: sꝫ liuore inuidie: q̄ꝛ in lapidatiōe blasphe
mi requirit̄ debitus processus ꝑ accusationē co
rā iudice/ et testiū depositionē: et iudicis sniam:
et tunc sequitur lapidatio extra ciuitatem: vt

habetur Leui.24. Ipsi autē volebant eum lapidare: omisso processu predicto. Et cum hoc in loco sacro: quod erat illicitū: etiam de conuicto. Propter quod Joiada pontifex fecit Athaliā trahi extra septa templi anteq̄ occideref: vt habetur.4.Reg.11. * Jesus autem abscondit se] Non occultando se retro parietem: vel aliquod huiusmodi: sed virtute diuinitatis se reddendo eis inuisibilē: et in hoc nobis exēplū patiētie dedit: et fidelibus suis materiā consolationis: qui aliquādo se absconsuri erāt. * Et exiuit de templo.] Per medium illoꝝ inuisibiliter pergens: sicut dicitur de illis: qui voluerunt eum precipitare. Luce.4.e. Jesus aūt transiens/ per mediū illoꝝ ibat: tamen a suis discipulis videbatur: quia secuti sunt eum.ꝛc.

H Moral r * Tulerunt lapides.ꝛc.] Moraliter. Beda. Mystice aūt: quot malas cogitationes quis assumit: quasi tot lapides in Jesum mittit: ac deinde quantū ad se pertinet: si ad deliberationē transit: Jesum extinguit. * Jesus autem abscondit se.] Quid autem abscondendo se dñs significat: nisi vt q̄ eis ipsa veritas abscōdif: qui eius verba sequi contēnunt? Eam quippe: quā nō inuenit humilē: veritas fugit mentē. Quid autem nobis hoc exemplo loquif: nisi cum etiam resistere possumus: iram superbientium humiliter declinemus.

I Glosa * Nonne bene dicimus?] Glosa. Quia conuicti sunt non esse filij Abrahe vel dei: sed diaboli: ingerunt conuitia: quia non poterant resistere. * Honorifico patrem.] Non me (ne arrogans vobis videar) facio quod debeo: sed vos nō facitis quod debetis: q̄ nō honorastis me: quem si cognosceretis: sicut ego honorifico patrē: sic vos me honoraretis. * Ego aūt.ꝛc.] Audito conuitio/ demoniū habes: ecōtra de gloria sua hoc solum dicit. Honorifico patrē/ oīa tribuendo ei: et ego nō quero gloriā meam: vt hoīes: q̄ illatis cōtumelijs/ aliq̄d reddunt: sed patri reseruo: ꝛ est qui querat et iudicet. * Est q̄ querat.ꝛc.] Due sunt tentationes. Una ꝓbatiōis: de qua tentat vos de⁹. Alia deceptiōis: de q̄: de⁹ itētator malorū ē. sic et duo timores. Un⁹: quē charitas foras mittit. Alter: q̄ ꝑmanet in seculum seculi. Sic et duo iudicia. Unū damnatiōis: quo nō iudicat pater: sed omne iudiciū dedit filio. Alteꝝ discretionis. Uñ.ps.42.a. Judica me de⁹: et discerne causam meā. Scōm hoc dicif. Est pater: q̄ querat gloriā meā: et discernat a gloria vestra: quia vos fm̄ seculū gloriamini: ego nō: s; ea gloria: quā habui apud patrē anteq̄ mūdus esset: que est ab humana inflatione discreta. * Amē amē dico.] Non ego: sed pater querit gloriā meam. Ego aūt dico: si vos dicitis/ demonium habes: ego vos ad vitā voco. Hinc discat hom[o]
nō malū/ s; bonū reddere. * Nō vide[bit]
dicif/ videbit: vel gustabit: nihil aliud
perietur. * Nunc cognoscim⁹.] Sicut
cōtumelia bon⁹ fit melior: ita mal⁹
peior. * Quē teipm facis?] Scōm illos
bat filiū dei: eq̄lem sibi: q̄si nō esset: sed
bat: imo vere erat. Uñ Apl's. Non rapin[am]
tratus est: faciēs se eq̄lem deo. Ideo no[n]
sed quem teipsum facis? * Respondit. I
hoc qd̄ dicunt: quē te facis? refert glori[am]
patrē: de quo est: qd̄ deus est. * Est pa[ter]
Aperte dicit patrē suū esse deū: qui ann[unciatus]
est iudeis: nō recentē deum vobis annū[cio]
lum: de cui⁹ cognitiōe soletis gloriari. *
pr̄is glorificat filiū in baptismo: i mōte
hmōi. * Et nō cognouistis.] Spūaliter
renis seruistis. Ecce videt apte eos sibi
s; tñ nō desinit se eis p̄dicare * Et si dixero
Ne in h̄ videat arrogās gloriari: addit.
xero. Arrogātia sic cauef: vt veritas nō relinq[uatur]
* Abrahā.] Credēs exultauit sperādo
ret itelligēdo tātū mysteriū. * Diē meū.
Incertū est an diē tpalē: q̄ erat vētur⁹
an diē etnitatis. S; vtrūq̄ Abrahā vidit
fabile gaudiū illi fuit. Quāti.n.est vid[ere]
apud patrē: ꝛ q̄ ipm caro factum est? *
uit] Exiēs de tēplo.i. de figuris iudeoꝝ
q̄d fecerit in tēplo gētiū. ☞ Seq̄tur in
in seq̄nti capi. * Preteriēs Jes⁹.ꝛc.]
an.4.A.ꝛc.q̄nte p.ser. Ferie.4. Dñice
dragesime.fol.146.col.3.
☞ Applica ad hec aliq̄ de an.ser.
cip.fol.189.sub the. * Quis ex vob[is arguet me]
de pctō?] vt.s̄.lr̄a.A.H. ¶ Uel ser.
drage.fo.117.sub the. * Demoniū h[abes]
¶ vl' ser. Trinitatis. ifra in h̄ Tom. sb the.
non q̄ro gloriā meā.ꝛc.] B.E. ¶ vel ser.
4.q̄drages.fol.135.sub the. * Si q̄s serm[onem]
meū seruauerit.ꝛc.] L.H.s. de auditio[ne]
ꝛc.] ¶ vel ser. Judicij final'.fol.236.sub
Est q̄ q̄rat: et iudicet.] J. ¶ vel Incarna.
¶ vel Trāsfiguratiōis. Tom.2. vl' Resurr[ectionis]
Ascēsiōis. infra in h̄ Tom. sub the. * Est pa[ter]
me⁹: q̄ glorificat me.ꝛc.] K. ¶ vel ser.
59.sub the. * Abrahā vidit diem meū.ꝛc.
¶ vel ser. Epipha.fol.39.sub the. * Exiuit
plo.] K. ¶ vel ser. Funeꝝ.fol.305.sub the.
Abrahā mortu⁹ est.ꝛc.] ¶ vel ser. Passiōis.
35.et an.1.L. prime ptis.ser. Dñice.4.q̄drag.
Fol.135.col.1.sub the. * Tulerūt lapides.ꝛc.
vel. * Jesus abscondit se.] G. Quia non i[ntendebat mori morte]
lapidum: sed crucis morte erat moriturus
pter hoc/ legitur hoc euangelium in hac p[rima?]
pta Dominica passionis.

Ferie. ij. Dñice Passionis.

sermonis annotamenta. Ex quinta pte Biblie.

Iserunt principes et pharisei
ministros. ꝛc.] Lyra. Postq̄
xp̄s ostendit suam originē: ex
q̄ orta est turbe diuisio. ☞
Sic supra dicebat/ ibi. * Cla
mabat Jesus in templo. ꝛc.]
vsq̄. * Audierunt pharisei
turbam murmurātem de illo hec.] De quibus
quere anno. 1. S. H. q̄nte ptis. ser Ferie. 3. Dñi
ce. 4. quadragesime. fol. 145. col. 1. Seqtur im
mediate in hoc euāgelio hodierno. * Miserūt
principes et pharisei ministros: vt apprehende=
rent Jesum.] Idem Lyra. Consequēter hic sal
uator declarat terminū: ad quē tendebat. Et di
uiditur in duas: q2 primo ostendit ꝓpositū. Se
cundo ex hoc sequit admiratio turbaꝝ. Termi
nus aūt ad quē tendebat/ est ipse pater: ad queꝫ
per mortē rediyt: inquantū ꝑ hoc gloriā corporis
ꝛ exaltationē accepit. et hoc ē qd dicit. * Dixit
ergo eis Jesus.] Quasi respōdendo intentioni
querētiū ipsum capere. * Adhuc modicū tēpꝰ
vobiscū sum.] Q. d. Non mō implebitis quod
vultis: q2 adhuc modico tpe volo manere i po=
pulo ad docēdū/ et miracula faciendū. * Et va
do ad eū: qui misit me.] Per mortem. n. iuit ad
patrē. * Queretis me.] Q2 post ascensionē eiꝰ
in celū/ iudei videntes signa ꝑ aplos fieri: pnia
ducti/ reuersi sunt ad fidē xp̄i: dicētes ad aplos.
Quid faciemꝰ? vt habet Actuū. 2. * Et nō in=
uenietis.] Scꝫ fm p̄sentiā corporalē: sed penitē=
tes eū inuenerunt fm p̄sentiā spūalem. ¶ Aliter
exponit. De presentia corporali: q2 post appro=
pinquāte destructiōe ciuitatis ꝑ romanos: mul
ti iudeoꝝ cognouerūt hanc miseriā eis euenire
ꝓpter mortē Jesu: quē tūc libenter voluissent ha
bere presentē ad sui liberationeꝫ. Seqtur. * Et
vbi ego sum/ vos non potestis venire.] Quare
nō dixit. Ubi ego vado: qd videt conueniētius
dicere? Dicēduꝫ/ q sicut ire ad patrē conuenit ei
fm humanitatē: in qua est mutatio: ita esse sem
per apud patrē conuenit ipsi per diuinitatē: in q̄
est idē cū ipso patre in essentia: distinctꝰ tn̄ in per
sona. ꝛ ad h designandū dicit. Ubi ego sum. ꝛc.
Consequenter ex verbis xp̄i sequit turbe admi
ratio. Ex hoc enī q xp̄s dixerat. Queretis me: ꝛ
nō inuenietis. quasi dubitantes arguebāt/ q de
beret a Judea recedere: ꝛ ire ad predicādū gen=
tibus extra terrā iudeoꝝ: ideo subdit. * Dixe=
runt ḡ iudei ad semetipos. Quo hic iturꝰ est: q2
nō inueniemꝰ eum? Numqd in dispsionē gentiū
iturꝰ est: et docturꝰ gētes?] Sed ex fine verbi ar
guunt contrariū/ dicentes. * Quis est hic ser= B
mo: quē dixit. Queretis me: et nō inuenietis: et
vbi ego sum/ vos nō potestis venire?] Q. d. Ex
hoc qd dixit. Ubi ego sum: patet q illud qd di=
xit. Queretis me: et nō inuenietis. nō intelligit
ꝑ hoc recessꝰ a Judea: q2 dixisset. Ubi ero. ꝛ nō.
Ubi sum. q2 tūc erat in Judea: cū ꝓtulit verbū
predictū: et sic patet coꝝ dubiū circa xp̄i verbū.
Sic enī debebat loq̄ obstinatis: vt videntes non
viderent: ꝛ audiētes nō intelligerēt: ꝓut erat de
eis ꝓphetatū Esaie. 6. Declarata origine doctri C
ne xp̄i: ꝛ ostēso q erat a deo data et facta: conse=
quēter inuitat ad ipsam. Et diuidit in duas: q2
primo ponit hmōi inuitatio. Secūdo ex hoc se=
quens populi dissensio. In prima igit pte dicit
sic. * In nouissimo aūt die magne festiuitatis.]
Idest in die septīo: q2 primꝰ dies ꝛ vltimꝰ erāt so
lenniores intermedijs. ¶ Uel aliter. In nouissi
mo. i. in octauo: q2 pactis septē diebus festiuita
tis tabernaculoꝝ/ in octauo die erat festū cetus
vel collecte: ꝛ dicebat illa dies sanctissima in le=
ge. Cuiꝰ ratio est: q2 figurabat cōgregationem
sanctoꝝ in supna felicitate. In illa ḡ die magna
et solemni. * Stabat Jesus et clamabat.] Pre
dicando verbum dei. Et ex hoc inoleuit ꝯsuetu
do: vt turbis vulgaribꝰ fiat sermo stando: religi
osis aūt sedēdo: q2 xp̄s docebat discipulos suos
sedendo: vt habet Matth. 5. a. Et cū sedisset: ac
cesserūt ad eū discipuli eiꝰ: ꝛ aperiens os suū do
cebat eos. Et in pluribus alijs locis in euāgelio
turbas docebat stando: vt hic habet. Quid aūt
docebat/ subdit. * Dicens. Si qs sitit.] Si qs
desiderat doctrinā vite. * Ueniat ad me.] Per
fidem formatam. * Et bibat.] Aquam sapiētie
salutaris: nō solum ad sufficientiā: sed etiam ad
redūdantiā: q2 fides ꝛ bonitas vnius fidelis de
bet ad alios deriuari: quod ostendit saluator ꝑ
scripturam: cuius sententia habetur Prouerbi
orū q̄nto: sed verba sunt hic aliquātulum mu=
tata. Et hoc est quod dicitur. * Qui credit in
me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius
fluent.] Ad alios per redundantiam. * Aque
viue.] Dicitur autem sapientia diuina aqua
viua: quia continuat hominem suo principio:
scilicet deo. * Hoc autem dixit de spiritu: quē
accepturi erant credentes in eum.] Hec sunt
verba euāgeliste exponentis verbum Chri=
sti predictum de acceptione spiritussancti in si=
gno visibili: sicut acceperunt apostoli die pente=
costes: q2 ex illa acceptione facta est redundan=
tia fidei in predicatione euangelij per totum or
bem. ¶ Quem accepturi erant credentes in
eum. Quāuis enim apostoli haberent gratiaꝫ

spiritussancti ante illam diẽ pentecostes:non tamen ita plene:⁊ ꝓpter hoc nõ receperãt in signo visibili:qđ denotat gratie plenitudinẽ. Cui⁹ tñ causa subditur. Scilicet immediate post terminationem euangelij hodierni:cũ subdit. ✳ Nõdum erat spiritus datus.] In tali plenitudine et signo visibili. ✳ Quia Jesus nondum erat glorificatus.] Ad hoc enim dat spiritus:vt trahantur corda fideliũ ad celestis glorie desiderium. Nihil aũt desiderat/nisi apprehendatur vt possibile. Possibilitas autẽ humane nature ad assecutionem celestiũ manifestatur per glorificationem humanitatis in xp̃o. Et ideo prius debuit glorificari:q̃ daretur spiritussanct⁹ in sensu visibili:vt per factũ videretur aditus regni celestis possibilis homini. Consequẽter describit populi dissensio sequens ad verba xp̃i:cum dicitur. ✳ Cum audissent quidam sermones.⁊c.] ☞ Quere infra annot.1.A. quinte ptis.ser. Ferie.5.predicte Dñice Passionis.

D ✳ In nouissimo.⁊c.] Moraliter. Ex hoc inoleuit ꝙ turbis fit predicatio stando et magis clamose. Claustralibus aũt et capitulis sedendo ⁊ magis remisse:eo ꝙ dicitur Matth.5.a. Et cũ sedisset accesserunt ad cuz discipuli: et aperiens os suũ/docebat eos.

Moralr

E ✳ Adhuc modicũ tempus vobiscũ sum.] Glo. Quasi qđ modo vultis facere:post facturi estis: sed nõ modo:q2 adhuc modicũ temp⁹ vobiscuz sum:quo dispensationẽ meam implere debeo:et tunc vado ad eũ:qui me misit: tunc pati debeo. Et qui modo nõ vultis audire presentẽ et miracula facientẽ:queretis me post resurrectionem ⁊ ascensionẽ/cum tanta miracula fient per ap̃los mea virtute: et cum tanta credet multitudo. Tunc enim cõpũcti de tanto scelere mortis xp̃i/dixerunt Petro. Quid faciemus? ✳ Vobiscũ sum] Non ait ero:sed suz. Q2 etsi ẜm ꝙ homo/mutat loca;ẜm ꝙ deus/non mutat: cũ vbiq3 sit. Unde alibi. Fili⁹ hois: qui est in celo. q. dicat loquens in terra. ✳ Vos non potestis venire.] Non ait poteritis:sed potestis. Tales enim tũc erant:qui non possent:sicut et alibi dicit Petro. Nõ potes me sequi modo:sequeris aũt postea: sic nec de istis dat desperatio. ✳ Ad semetipsos.] Unde dño dicere nescierunt:et tñ illud quod futurum erat/nesciẽtes ꝓnunciauerunt. Qđ etsi nõ presentia:per ap̃los tñ itur⁹ est ad gentes credituras. ✳ Quis est hic?] Cum ignorãtes prophetassent veritatẽ:replicantes eandem questionem/ostendũt se ꝓphetasse ex ignorantia:vt potius ignorasse videãtur:q̃ ꝓphetasse. ✳ In no

Glosa.

F uissimo.] Post dissensiones iudeoꝝ de Jesu: et post verba:que dixit: quibus alij cõfunderent: alij docerẽtur:in vltimo die scenophegie: vocat

nõ solum loquendo:sed ⁊ clamãdo...
veniat ad eum. ✳ Si q̃s sitit.] Bibat...
vt post exponit:et cuz biberit:flumina...
eius fluẽt aque viue. Uenter est...
que bibito spiritu/purgata viuit...
et ipsa est fons vel fluui⁹: q̃ manat bona...
dum primo vult ꝯsulere:q̃ bona sua...
soli sufficere:nõ fluit ille fons. ¶ ...
cter et totã libertate ꝓnuncio ex co...
apostoli dño crediderunt habuisse...
nec potuisse signa facere absq3 spũsan...
ꝓ modulo atq3 mẽsura. Unde saluator...
uit in tẽplo:dicens. Si quis sitit:veniat...
et bibat.⁊c. Hoc aũt dixit de spũ.⁊c. En...
loco infert. Nondum erat spũs datus...
sus nõ erat glorificatus. Non ꝙ nũc...
ritussctũs/dicẽte saluatore. Si aũt in sp...
eijcio demonia. sed q̃ erat in dño:nec...
ap̃lis morabat. Quãobrẽ cũ ducerẽ...
passionẽ/negãt:⁊ xp̃m se nescire iurãt...
euangeliũ hoc terminat. Et sequit im...
✳ Nondum eñ erat spũs dat⁹.⁊c.] ...
fra anno.2.q̃nte ptis.ser. Pẽteco. Et an...
supra.f. Ferie.5. Dñice Passionis.
☞ Applica ad hec aliqua de anno...
1.K.Q.q̃nte ptis.sermonis Dñice...
me. Fol.70.col.3. Et Ferie.6.lra.F...
Quadragesime.fol.112.col.2. Et an...
quarte partis.ser. Epipha.fol.45.col...
iudei cognouerũt xp̃m esse Messiã.⁊c...
modo ad tantã cecitatẽ deuenerũt.⁊c...
serunt ministros (vt dicitur in capite...
gelij)vt apprehenderent Jesuz.] Q...
thema:vel thematis introductio. ¶ ...
B.q̃nte partis ser. Dñice.4.post ...
phanie.fol.64.col.1.et.2. ¶ Uel de ...
tis sermo. Passionis.incipientibus...
ser. Crucis.fol.55. ¶ vel Incarnationis...
sub themate. ✳ Uado ad eum: qui misit...
vt supra.A. ¶ vel sermonis prelatoꝝ.fol...
themate. ✳ Clamabat Jesus.⁊c.] C.D...
ser. Fidei.fol. 59.sub the. ✳ Qui credit...
⁊c.] C. Et specialiter anno.8.principis...
col.2. ¶ vel Penteco.infra in hoc Tomo...
ser. Ap̃loꝝ. fol.82.sub the. ✳ Hoc dixit...
quem accepturi erant.⁊c.] C.F. ¶ vel ser...
phanie.fol.39.sub the. ✳ Nunquid itur...
doctur⁹ gentes?] ¶ Et an.1.E.q̃nte ptis...
rie.6. Dñice.3.q̃drage.fol.130.col.1.f...
siti.sub themate. ✳ Si quis sitit.⁊c.] E.F...

Ferie.iij. Dñice Passionis

Sermonis annotamẽta Ex quinta pte...

Sermonis annotamēta. Ex quinta parte Bib.

AMbulabat Jesus in gal'.ꝛc] Lyra. Postquaʒ euangelista egit de nutrimento spūali collato filijs xp̄i: cum dixerat. ✳ Abijt Jesus trans mare.ꝛc.] (☞ Quere Anno.5.A.ante par.ser. Dn̄ice.4.quadragesime. Fol'.138.col'.1.) Hic consequēter agit de doctrina eis collata: q2 sicut predictuʒ est pater debet filijs nutrimentū et documētū. Et diuidit in tres partes: quia primo ostendit euangelista aptitudineʒ loci ad manifestandū doctrine xp̄i originem. secundo manifestandi occasionē. tertio manifestationē actualem. Circa primum sciendum ꝙ locus aptus ad predictam manifestationeʒ erat ciuitas hierosolymitana. Ubi ad diem festum cōueniebat populus. Et ideo ad manifestandū se in hoc loco inuitatur xp̄s. Et licet primo recuset: tn̄ finaliter consentit: ꝛ rationabiliter/ vt videtur. Et hoc est quod dicitur. ✳ Ambulabat Jesus in Galileā.] Docēdo in synagogis eorū. Non enim volebat in iudeam ambulare: quia querebant eum iudei interficere.] Licet enim posset esse inter eos sine nocumento: voluit tamen se aliquādo absentare ante tempus debitū passionis sue: ostendēdo in se veritatem humane nature: ꝛ quod licitum erat fidelibꝫ suis

Christi non aufertur ab eis. * Tunc dimisit illis Barrabam. ⁊c.] Barrabas latro seditiosus ⁊ homicidiorum auctor dimissus est populo iudeorum. ¶ Isidorus. Diabolus: qui iam olim per superbiam a patria lucis expulsus: ⁊ in tenebrarum carcere fuerat missus. Et ideo iudei pacem habere non possunt: quia seditionum principem habere eligere maluerunt. Uel Barrabas typum gerebat Antichristi. * Jesum vero flagellatum tradidit/ vt crucifigeretur.] Ideo credendus est Pilatus Jesum flagellasse ⁊ militibus ad illudendum dedisse: vt satiati penis eius ⁊ opprobrijs iudei mortem eius vltra nõ sitirent. * Jesum vero. ⁊c.] Seruiens romanis legibus/ que crucifigendos prius iubẽt flagellari. * Et exuentes eum/ chlamydem coccineam circundederunt ei. ⁊c.] Quecunq; fecerunt licet alia mente: tamen nobis sacramenta dederunt. Chlamydem idem est quod Marcus. 15. b. dicit purpuram: in qua Christi caro passionibus obiecta insinuatur. Unde Esa. 63. a. Quare ergo rubrum est indumẽtũ tuum? In spinea corona/ nostrorum susceptio peccatorum: que per spinas notantur. In calamo venenata occidit animalia. Iuxta Lucam. 23. b. apud Herodem alba veste induit: in quo innocentia et castitas assumpte humanitatis exprimitur: ⁊ gloria regni immortalis: quam per passionem accepit. Uel induitur purpura: idest sanctis martyribus: Alba veste alijs sanctis. Quia vero solet calamo scriptura fieri: caput Christi percutiũt calamo: qui diuinitati illius contradicentes: errorem suum auctoritate scripture sancte confirmare conãtur. In faciem spuunt: qui Jesum in carnẽ venisse denegant. Ut illi falso adorabant: ita hodie qui credunt/ sed peruersis actibus verba eius ⁊ promissa regni despiciunt/ quasi fabulosa. ¶ Hieronym⁹. In chlamyde coccinea opera gentium cruenta sustentant. In corona spinea maledictum soluit antiquum: In calamo venenata occidit animalia. Uel calamum tenet in

manu: vt sacrilegium scriberet iudeorũ. In su is vestibus non illuditur: sed in ijs/ que ꝓpter peccata nostra portauit. Cum crucifigeretur su um recepit ornamentum statim: quia elemen= ta turbantur: et creatori testimonium dat crea= tura. * Exeuntes autem inuenerũt hominem Cyreneum. ꝛc.] Primo dominus crucem suaꝫ portauit: quod Johannes. 19. c. refert antequã iste veniret obuius/ cui imposita est. Et hoc con gruo ordine mysterij: quia Christus passus est pro nobis/ nobis relinquens exemplum: vt se= quamur vestigia eius. 1. Petri secũdo. d. Et qꝛ Simon de Cyrenis est: que est in libya: per eum gentes signantur: qui primo peregrini a testa= mento dei: nunc obediendo/ ciues sunt ꝛ dome stici dei et heredes. Simon enim obediens. Cy rene heres interpretatur. Qui bene de villa ve= nit: idest de gentilitate. Villa grece pagus: vn= de pagani: qui a ciuitate dei sunt alieni. Qui relictis paganis ritibus passionis vestigia imi tantur. Vel in domino figurantur: qui sponte portant crucem domini. In Simone: qui inui ti. * Cyreneum. ꝛc.] Ecce non hebreus: sed alie nigena opprobrio Christi subditur: vt plenitu= do sacramentorum transire a circumcisione ad preputium ostendatur. * Et venerunt in locũ: qui dicitur Golgotha. ꝛc.] Syrum est: et inter= pretatur caluarie: non ob caluitium Ade: queꝫ mentiuntur ibi sepultum: sed ob decollationem dãnatorũ. Adam iuxta Hebron in libro Je= su (Josue. 14. d.) legitur sepultus. Loca sunt fo ris portam: in quibus capita truncabantur dã= natorum. Et caluarie: hoc decollatorum sum= psere nomen: quasi ergo noxius inter noxios. * Et dederunt ei vinum bibere/ cum felle mi= xtum.] Alius euangelista (.s. Marcus. 15. b.) dicit myrrhatum: idest amarissimum. Et potu= it vtrãqꝫ esse cõmixtio fellis ꝛ myrrhe. * Et cuꝫ gustasset noluit bibere. ꝛc] Hoc Marcus tacet. Noluit bibere. Hoc est quod Marcus ait. Nõ accepit. s. vt biberet. * Diuiserunt sibi vestimẽ= ta mea. ꝛc.] Hoc Johãnes. 19. capitu. distincti us. Vestimẽta in quattuor partes: vt ecclesia in quattuor partibus mundi signetur. Tunica sor tita: significat omnium partium vnitatem/ vin cula charitatis/ que sorte: idest gratia dei proue nit non humano arbitrio. * Et imposuerũt su= per caput ei⁹ causam ipsius scriptam. ꝛc.] Pro qua cum iudei Pilato tradiderũt. Rex per cru cem non perdidit: sed confirmauit imperiũ: ve= lint nolint iudei. * Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris ꝛ vnus a sinistris. ꝛc.] Vnus a dextris: per quem mortificatio si= gnificatur carnis pro celesti gloria. Vnus a si=

fff.

nistris: per quem iterum significatur mortifica tio carnis/ pro aliqua mundi causa. * Præ reuntes autem blasphemabant. ꝛc.] Predictum erat in libro Sapiẽtie: capitulo secũdo. d. Mor te turpissima condemnemus eum. Erit enim re spectus in sermonibus illius. Si enim verus fili us dei est/ suscipiet illum: de manu contrario rum suorum liberabit illum. Quia ergo non eri gebatur/ ꝛ non liberabatur: credebant illum non esse dei filium. Propterea pendenti in ligno in sultant/ ꝛ caput agitant. * Si filius dei es de scende de cruce.] Si insultantibus cederet: de scenderet de cruce/ virtutem patientie non de monstraret. * Et credimus ei.] Fraudulenta promissio: maius facit surgens de sepulchro: et non creditis: si ergo de cruce descenderet non cre deretis. Sed hoc demones immiserunt: [illegible] enim senserũt virtutem crucis: et suas vires [illegible] ctas: et hoc agunt/ vt de cruce descẽdat. Sed [illegible] ens hoc dominus permanet/ vt diabolum de struat. * Idipsum autem ꝛ latrones: qui cru cifixi erant cum eo. ꝛc.] Prius vterqꝫ blasphe mauit. Deinde visis signis vn⁹ credidit. [illegible] qꝫ populus deum prius blasphemauit [illegible] signis territus penituit: et nunc iudeos [illegible] Vsitate dicitur. Et rustici insultant [illegible] hoc facit. Ita et hic. Lucas enim ait [illegible] vnum fideliter dixisse. Memento mei [illegible] cum veneris. ꝛc. ¶ Moralem sanctę [illegible] ram descripsit Paulus Ephesorũ. 3. d. [illegible] In charitate radicati ꝛ fundati: vt possitis com prehendere cum omnibus sanctis: que sit longi tudo: latitudo: sublimitas ꝛ profundum. Co gnoscere etiam supereminentem scientie chari tatem Christi. In latitudine quippe opera cha ritatis significat. In longitudine/ perseuerantiam conuersationis sancte vsqꝫ in finem. In alti tudine spem celestium premiorum. In profun do inscrutabilia iudicia dei. Quando ista gra tia inter homines venit: ꝛ hec coaptantur sacra mento crucis: vt in latitudine accipiatur trans uersum lignum: quo extenduntur manus [illegible] pter operum significationem. In longitudine ab ipso vsqꝫ in terram/ vbi totum corpus erat: si gnificatur persistere: idest longanimiter perma nere. In altitudine ab ipso transuerso ligno sur sum versus/ vbi caput erat propter expectatio nem supernorum: ne illa bona opera/ ꝛ illa perseuerantia propter beneficia dei terrena ꝛ temporalia facienda credatur: sed propter il lud sempiternum/ quod desuper sperat fides: que per dilectionem operatur/ vt dicitur Gala= tarum quinto. a. In profundo autem parellam que in terra abdita defossa latet: sed inde con=

ſurgit omne illud/ quod eminet: ſicut ex occul=
ta dei voluntate vocatur homo ad participatio
nem tante gratie. Alius ſic: alius autẽ ſic: ſuper
eminentem vero ſcientie charitatem Chriſti: cã
profecto vbi pax illa eſt: que precellit omnem in
tellectum. ✱ A ſexta autem hora tenebre facte
ſunt ſuper vniuerſam terram.] Nota ſole a cen
tro mũdi receſſuro crucifigitur dominus: quia
propter peccata moritur: et Adam poſt meridiẽ
cum peccaſſet: vocez domini audiuit. Geñ. 3. b.
Et ordo eſt rationis/ vt quo tempore preuaricã
ti Ade clauſit: eo tempore penitenti latroni ia=
nuam reſeret paradiſi. Quod Marcus ait. 15.
ca. hora tertia crucifixiſſe dominum: ideo eſt/ vt
iudeos qui ſe excuſant: magis crucifixiſſe oſten
dat linguis/ ꝙ milites: quoruz manibus factũ
eſt: qui hora tertia vt crucifigeretur inclamaue
runt: quãdo enim crucifixus eſt: hora erat qua=
ſi ſexta: ideſt non adhuc plene ſexta. ✱ Et circa
horam nonam clamauit Jeſus voce magna.]
Cum inclinata eſt dies ad veſperam ⁊ tepefact⁹
eſt ſol a feruore: paſſionem conſumat: oſtendẽs
ſe mori propter peccata noſtra: quibus a diuina
luce ⁊ dilectione in hanc noctẽ cecidimus. Ma
ne ſurrexit dominus/ docens reſuſcitatos in ani
ma ſe eſſe perducturum in lucem eterne felici=
tatis. ✱ Dicens. Heli Heli lamma azabtani.
⁊c.] Quorum ſuſcipit naturam: eorundem plo
rat miſeriam. In quo oſtendit quantum ipſi fle
re debent; qui peccãt. Ne mireris verborum hu
militatem: ⁊ querimonias derelicti: cum formã
ſerui ſciens ſcandalũ crucis videas. ✱ Quidã
autem illic ſtantes ⁊ audientes dicebant: Heliã
vocat iſte.] Non om̃es: forſitan romani hebrei
ſermonis ignorantes proprietatẽ/ vel aliqui iu=
dei xp̃m minorẽ Helia reputãtes/ vt ei⁹ auxiliũ
deprecẽtur. ✱ Et continuo currens vnus ex eis
acceptam ſpongiam impleuit aceto: ⁊ impoſuit
arundini ⁊ dabat ei bibere.] Quare acetum ſit
ei datum. Joh. oſtendit/ dicens. Sciens Jeſus
qđ omnia alia conſumata ſunt vt hoc imple=
retur. Et in ſiti mea potauerunt me aceto. (p̃s.
68. c.) dicit. Sitio. Judei erant acetum degene=
rantes a vino patriarcharum de pleno vaſe/ de
iniquitate huius ſeculi impleti: cor habentes vt
ſpongiam cauernoſis et tortuoſis latibulis frau
dulentum vt ſpongia. Spongia herba eſt va=
cua et cauernoſa. Hyſſop⁹ humilis herba ⁊ pur
gans pectus. Humilitatem Chriſti ſignificat.
ſpongiam ergo hyſſopo circumponũt: quia hu
militatem Chriſti circundederunt: et ſe circũ=
ueniſſe putauerunt. Arundo ſignificat ſcriptu=
ram: que hoc facto implebatur. Imponunt er=
go ſpongiam arundini: ideſt euentum rei pre=
miſſe prophetie adiungunt. ✱ Ceteri vero dice
bant. Sine videamus an veniat Helias libe=
rans eum. ⁊c.] Quia vocem domini male in=
telligebant: fruſtra Helie expectabant aduen=
tum. ✱ Et ecce velum templi ſciſſum eſt in du= III
as partes: a ſummo vſq; deorſum.] Ut arca te=
ſtamenti et omnia ſacramenta legis que tegebã
tur appareant: et ad gẽtes tranſeãt. Joſeph⁹ ait
virtutes angelicas: preſides quõdam templi:
tunc pariter conclamaſſe. Tranſeamus de his
ſedibus. Veluz quod dicebatur exterius: quia
nunc ex parte videmus: cũ autem venerit quod
perfectum eſt: (vt dicitur prima Corinthiorum.
13. c.) Tunc velum interius dirumpetur. ✱ Et
terra mota.] Omnia elementa ſuum dominũ
crucifixum demõſtrant. Terra mouetur domi=
num ſuum pendentem ferre non ſuſtinẽs. ✱ Et
petre ſciſſe ſunt.] Ideſt corda gentilium: vel va
ticinia prophetarum: qui petre dicuntur a petra
Chriſto: vt quicquid in eis duro legis velami=
ne clauſum erat: ſciſſum pateret gentib⁹. ¶ My
ſtice. Corda terrenorum per paſſionem Chriſti
commutãtur. Petre ſciſſe ſunt/ quia duritia iu=
daica ex parte erat emollienda. ✱ Et monumẽ
ta aperta ſunt.] Et tamen cũ monumenta aper
ta ſunt/ non ante ſurrexerunt/ ꝙ dominus reſur
geret: vt eſſet primogenitus ex multis fratribus.
Roma. 8. f. ✱ Et multa corpora ſanctoruz: qui
dormierant ſurrexerunt.] Hi credendi ſunt cuz
domino aſcendente ſimul aſcendiſſe cum corpo
re. ✱ Et exeuntes de monumentis poſt reſurre=
ctionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem: ⁊
apparuerunt multis.] Hieruſalem: que ſancta
dicitur propter templum ⁊ ſanctaſanctoruz: qđ
nulla alia. ✱ Centurio autem. ⁊c.] Hi in ſcan=
dalo crucis confitentur filium dei. Arrius in ec
cleſia predicat creaturam: quem ceci iudei nec
tot miraculis credunt. In Centurione fides ec
cleſie deſignatur: que velo celeſtium myſteriorũ
per mortem domini reſerato: Jeſum filium dei
tacente ſynagoga confirmat. ✱ Erãt autem ibi
mulieres. ⁊c] Mattheus ⁊ Lucas. 23. g. dicunt
Mariam Magdalenam a longe ſtetiſſe. Johã
nes vero. 19. f. iuxta crucem: quia tanto inter=
uallo aberat: vt ⁊ iuxta diceret: quia preſto erat
in conſpectu eius: ⁊ longe comparatione turbe
propioris. Poſſumus etiam dicere/ ꝙ ille que
erant cum matre domini poſtquam eam com=
mendauit diſcipulo/ abire ceperãt iam: vt a den
ſitate turbe exuerent ſe: ⁊ cetera/ que facta ſunt
longius intuerentur. ✱ Miniſtrantes ei.] Cõ=
ſuetudinis hebraice erat/ vt mulieres de ſubſtã
tia ſua preceptoribus ſuis miniſtrarent: quod ⁊
dominus accepit/ vt exemplũ daret apoſtolis.

*Et Maria Jacobi. ꝛc.] Jacobus Alphei minor dicitur: ad differētiam Jacobi: qui inter primos apostolos vocatus est ꝛ electus a domino.
KKK *Uenit homo diues ab Arimathia nomine Joseph. ꝛc.] Quia ad presidem nisi diues accedere non poterat. Non q̄ diuitias commendet euangelista. Dictus est ꝛ Decurio: quia fuit de ordine curie: et officium curie ministrabat: per hoc potuit habere facultatem: per hoc q̄ discipulus / hoc ministerio dign⁹ fuit. *Qui ꝛ ipse discipulus erat Jesu.] Et si occultus: vitans prius inimicitias iudeorū: in hoc extremo officio nihil curat de illis. *Inuoluit illud in sindōe munda.] Mystice sindone munda Jesum inuoluit qui pura mēte eum suscipit. Hinc etiam mos ecclesie habet: vt sacrificium altaris: non serico: non panno tincto: sed puro lineo celebret. *Et posuit illud in monumento.] Quia si in monumento: vbi alius positus esset poneretur: alius fortasse resurrexisse fingeret. In petra: ne si ex multis lapidibus edificatum esset: suffossis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur. *Erant autem ibi Maria magdalene ꝛ altera Maria sedentes contra sepulchrum.] Alijs notis Jesu ad sua redeuntib⁹ sole mulieres que arctius amabant: obsequium funeris inspiciebant: expectantes qđ promiserat Jesus. Et ideo prime resurrectionem vident. *Altera autem die: que est post parasceuē ꝛc.] Parasceue: idest preparatio: hoc nomine dicit̄ sexta sabbati: idest qua preparabant̄ necessaria sabbato: vt de māna dictum est. Exodi.16.b. Sexta die colligetis duplum: quia sexta die homo factus est: ꝛ in septima requieuit domin⁹. Geñ.2.a. Ideo sexta die Jesus pro homine moritur: vnde et dixit. Marci.15. ꝛ Johan.19.f. Cōsumatum est: idest sexta die pro redemptione mundi opus expletū est: ꝛ in sabbato quieuit in sepulchro. Ita ꝛ nos in hac sexta etate pro domino pati debemus: et in septima (que est mortuorum) in secreta pace quiescere: donec octaua resurrectionis veniat. In. Geñ. cap̄.2.a. septim⁹ dies vesperam habere non legitur: quia in illo seculo requies animarum nullo merore consumitur: sed gaudio future resurrectiōis augetur. Nostrum pascha est immolatio Christi: idest parasceue: idest preparatio ei⁹ ab hora captiōis. *Post tres dies resurgam.] A parte totum: pars sexti diei quo crucifixus est cum sua nocte pro vno die. Sabbatum itegre. Tertius dies a parte prima: idest nocte totus cum suo diurno: et sic est triduum. *Illi autē abeuntes munierūt sepulchrū. ꝛc.] Diligentia eorum nostre profuit fidei. Nā quāto amplius seruabatur: tanto magis virtus resurrectionis ostenditur. ¶ In capitulo.26. vbi dicitur in Postilla. Prima autē die azymorū. Ista dies fuit feria quinta. ¶ Additio. Ad declarationem tēporis cene domini. (circa quod nō solū inter grecos et latinos: sed etiā inter [illegible] ctos doctores diuersitas nō modica inuenitur [illegible]) quandam formaui questionem: quam in hoc loco supaddere decreui: cui⁹ tenor talis ē. Utrū quinta feria: in qua Christus cū discipulis pascha manducauit: fuit.14. luna / primi mensis in qua agnus paschalis fm legem immolari debuit. Et videtur primo q̄ sic. Matth.26.b. legitur q̄ prima die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum: dicentes. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? ꝛc. Sed prima dies azymorum vel.14. luna. in cuius secundis vesperis immolatur agnus: qui cum azymis comedebat. Uel 15. luna. que erat prima dies solennitatis azymorum. Sed in proposito non est decimaquinta luna. Nam si sic: nec Christus pascha comedisset in tempore debito / nec in tempore a lege prefigurato fuisset passus: quorum vtrunque est valde inconueniens in ꝓposito. Patet cōsequētia: quia si comedisset pascha in.15. ꝛ fuisset passus in decimasexta: ergo prima die azymorum predicta / est.14. luna. Preterea Marcus.14. prima die azymorum / quādo pascha immolabāt dicunt ei discipuli. ꝛc. Ubi expresse habetur [illegible] prima die immolationis agni Xp̄s pascha [illegible] medit quod est propositū. Nā illa sola [illegible].14. Preterea Lucas.22. cap̄.a. Uenit aūt dies azymorū: in qua necesse erat occidi pascha: ꝛ misit Petrū ꝛ Joh. ꝛc. Sȝ nulla dies est: i q̄ necesse [illegible] occidi pascha nisi.14. luna. vt ptȝ. Exo.12. ꝛ Nu.9. Et i alijs q̄plurimis loc̄. Ergo ꝓpositū. ¶ Idē patȝ p Chrys. sup Matth. dicētē q̄ [illegible] ad vltimū diē nō fuit xp̄s ꝯtrari⁹ legi: qđ fuisset si pascha cōmedisset non tp̄e debito fm legem. Idem ptȝ per Hiero. dicentē expresse / q̄ Xp̄s cenam fecit.14. luna. Sed ad oppositum arguit̄ sic. Sexta feria: in q̄ xp̄s fuit passus / erat luna 14. ergo feria.5. immediate precedēs erat luna 13. Consequētia ptȝ de se: ꝛ antecedēs habetur. Joh.18.c. Ubi dr̄: q̄ iudei nō introierūt p̄toriū Pilati: vt nō cōtaminarentur sed māducarent pascha. Sed cū pascha māducari nō posset legitime nisi.14. luna scȝ vespis scdis. (vt Exo.12.) Ergo dies passionis Xp̄i fuit.14. luna: qđ fuit assumptum. Nec cōsonum videtur: q̄ māducare pascha in loco euāgelij allegato: intelligatur de cibis paschalib⁹. s. de azymis: put videt̄ sentire Chryso. quem sequitur sanct⁹ Thomas: et etiam aliqui moderni glossatores. Tum q: licet pascha cū azymis hēbat comedi: nusq̄ tn̄ legitur

ꝙ azyma nec aggrestia dicātur pascha: nec ecō=
tra. Tum qꝛ azyma poterant comedi etiā ab im
mundis: cuius contrariū non legitur in aliquo
loco: vbi agat̃ de hac materia i sacra scriptura:
quod etiā ꝯsuetudo hebreoꝝ hodierna testat̃: ꝗ
licet ꝓfiteant̃ se esse immūdos ⁊ contaminatos
isto tempore (cum careant legitima aspersiōe ci=
neris vitule ruffe: de qua Nu.19.) Comedūt iā
hodie azyma ⁊ aggrestia in paschatis tempore:
nō curantes de cōtaminatiōe. ¶ Itē Joh.19. ex
presse dicit. Erat aūt parasceue pasche. ⁊c. Cum
eīm parasceue alicuius festi: idem est qꝺ prepara
tio ad illam diem: ⁊ nō dicit parasceue sabbati:
sed pasche: manifeste ostendit/ ꝙ in illa die/ pa=
scha parabat̃: quod est ꝓpositū. ¶ Itē si sexta fe
ria: in qua xp̄s fuit passus/ fuisset. 15. sequeret̃/
ꝙ res nō correspōnderent ꝓprie figure: quod est
valde inconueniens in hac materia. Nam cum
agnus paschalis nihil aliud figurabat/ nisi pas
sionem xp̄i: ad cuius agni imolationē sola. 14.
luna erat tempus determinatū in tantū/ ꝙ im=
pediti a comestione agni ꝓpter euentū contami
nationis nō poterant defectū supplere in. 15. se=
quenti: nec in alia quacūqꝫ: sed in. 14. luna mē
sis secundi: vt habetur Num.9. ergo nullo mo=
do dicendum videt̃ ꝙ res principaliter figurata
esset in. 15. luna. Unde ⁊ idem Chryso. expresse
dicit Christum reseruasse suam occisionez sexte
ferie: quando vetus pascha fiebat. Nec videtur
rationi consonū: quod Remigius ⁊ alij docto=
res dicunt. s. ꝙ xp̄s fuit ligatus ⁊ tentus in. 14.
in vesperis: ⁊ ꝙ tunc inceperunt passionis exor=
dia. Nam immolatio Christi propria nō fuit/
nisi in ara crucis: vt cōmunis doctrina ecclesie
testatur. Item feria sexta: in qua Christus fuit
passus: non fuit celebris nec solennis in obseruā
tia hebreorum: ergo nec fuit decimaquinta lu=
na mensis primi. Consequētia patet. Nā Exo.
12. de eadem die. s. 15. legitur. Dies prima erit
sancta ac solennis. Nihil operis facietis in ea:
exceptis his: que ad vescendum pertinent. Ex
quibus verbis manifeste elicitur/ ꝙ quicquid
operis prohibetur in sabbato: est prohibitū in
decimaquinta luna primi mensis: exceptis his:
que ad vescendum pertinent. Sed assumptum
probatur. Nam multa fecerunt hebrei in eadez
sexta feria: que nullo modo licebat fieri in sab=
bato: nec in tali solennitate: videlicet. Accusare:
flagellare: testes presentare ⁊ examinare: senten
tiam diffinitiuā ferre: que omnia exercuerūt cir
ca personā Christi: vt euangeliste testant̃. Que
quidem iudicialia etiam apud nos in solenni=
bus diebus festiuis sunt illicita: multo magis
apud eos: ꝗ nimis litteralizāt. Itē angariauert
patrem Alexādri et Ruffi. Marci. 15. quod est
manifeste prohibitum in diebus festiuis: preser
tim extra ciuitatem. Hieremie. 17. quod licz de
sabbato dicat: idem tamen est de prima die so=
lennitatis paschalis: vt dictum est. Nec est dicē
duz ꝙ hoc cōmisissent ex odio Christi: nam ipsi
tenebantur iustificare facta sua: ⁊ per legem mo
saicam ea reuelare/ dicentes. Nos legem habe
mus. ⁊c. Preterea veritas assumpti patet expres
se in sepultura Christi. Fuit enim sepultus per
Joseph ab Arimathia ⁊ Nicodemuz: qui iusti
erant: ⁊ nullo modo quod non liceret in tempo
re solenni/ fecissent. Unde super illud Johānis.
19. ibi. Propter parasceuen iudeoꝝ: quia iuxta
erat monumentū. ⁊c. Augustinus accelera tam
vult intelligi sepulturā/ ne aduesperaret: quoni
am iam facere aliquid nō liceret. Sed constat/
ꝙ si feria sexta fuisset decimaquita luna: sic erat
illicitum in eadem sepelire: sicut erat in sabba=
to. Hoc idem patet Luce. 23. quia dies erat pa=
rasceue: ⁊ sabbatū illucescebat. Ex quo videtur
ꝙ sepultura illa licita erat in sexta feria: non ta=
men in die sabbati. Ex quo patet ꝙ feria sexta il
la nō erat prima die solēnitatis paschalis apud
hebreos: quod fuit assumptum. ⁊c. Nec valet di
cere/ ꝙ Joseph ab Arimathia ex deuotione chri
sti festum violasset pro eius sepultura. Nam de
Magdalena: que Christum feruentius dilige=
bat: ⁊ de ceteris mulieribus ip̄m sequentibus le
gitur Mar. 16. Et cum transisset sabbatū/ eme=
runt aromata: vbi manifeste apparet/ ꝙ ab em
ptione aromatū ꝓ sepultura domini ptinentiū:
(quod est valde leuius opus/ ꝙ̄ sepultura) mu
lieres deuote ꝓpter obseruātiā sabbati abstinue
runt. ¶ Idē Hiero. sup illud Matth. 28. a. Ue
nit Maria Magdalene. ⁊c. Sepulto namqꝫ fe
ria sexta dn̄o: mulieres p̄parauerunt aromata ⁊
vnguenta/ ꝙ̄diu licuit operari: scilicet vsqꝫ ad
occasum solis. Sabbato siluerunt: idest quieue
runt ab operādo ꝭm legis mandatū: vt Lucas
ait. Hec Hieronymus. Ex quo sequit̃ ꝙ feria se
xta/ illa non erat celebris solennitas azymoꝝ.
Nam si sic: omnia predicta fuissent illicita: sicut
in sabbato (vt dictum est) Preterea Johā. 19. f.
Erat dies illa magna dies sabbati: ergo in illa
die sabbati concurrebant due festiuitates: scilicz
sabbatina et paschalis: ⁊ per consequēs dies sab
bati erat. 15. luna apud eos. Consequentia pa=
tet: quia tota celebritas hebdomade azymoruz
erat solū in prima die: ⁊ septima: vt pꝫ Leui. 23.
Concordat Beda: dicens. Erat magna dies il=
la sabbati. Idest ꝓpter solēnitatem paschalem.
Ad cuius difficultatis declaratione aliqua sunt
circa festiuitates legis antique presupponēda:

quoꝝum quedam sumuntur ex sacra scriptura: vel in ea habent aliquod fundamentū: quedaꝫ ex regulis calendarij hebꝛeoꝝ apud eos diuulgatis: ⁊ vsqꝫ in hodiernū diem infallibiliter obseruatis. Primū presupponēdum est/ ꝙ dies naturalis apud hebꝛeos īcipit ab occasu solis diei sabbati: ⁊ terminaẗ in occasum solis diei dn̄ice: ⁊ sic de alijs. ⁊ sic intelligiẗ illud. A vespere vsqꝫ ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Leui. 23. Secundum est: ꝙ mensis apud eos est lunaris: ⁊ perficitur ex triginta dieb⁹ ⁊ duodecim horis naturalibus: ⁊ duabus tertijs vni⁹ hore: cuꝫ tribus minutis. Que quidem computatio concordat cū Ptolemeo ⁊ alijs astronomis ſm cursum medium lune: q̄ est inuariabilis. Tertium est/ ꝙ annus hebꝛaic⁹ incipit a calendis seu nouilunio: quod est prope equinoctium vernale. Unde Exodi. 12. a. Mensis iste vobis principium mensiū primus erit in mensibus anni. ⁊ infra Exodi. 13. a. Hodie ingrediemini in mense nouarum frugū. Quartum/ ꝙ omnia festa hebreoꝛum: preter sabbatū: exoꝛdium cōputationis: ⁊ per consequens mobilitatem per diuersas ferias hebdomade sumunt a neomenia primi mensis predicti. Uerbi gratia. Sit predicta neomenia in quinta feria: tunc dies solēnitatis azymoꝛum erit similiter quinta feria: quia in decimaquinta luna: ⁊ dies immolationis agni solennitatis paschalis: iuxta illud Numeri. 28. d. Numerabitis ergo ab altero die sabbati. ⁊c. Septem hebdomadas plenas: ⁊ festum tubaꝝ erit in die sabbati. Nam sex menses lunares: qui cōputabantur a neomenia primi mensis/ vsqꝫ ad neomeniā septimi: sunt centum septuaginta et septem dies integri: qui reuoluti per hebdomadas in sexta feria finiuntur: ⁊ sic neomenia mensis septimi sequentis erit in sabbato. Consequēter festum expiatiōis erit feria secunda: nam est in decima die a festo tubarum. Consequenter festum scenophegie seu tabernaculoꝝ erit in sabbato: quia in decimoquinto festo tubarum: ⁊ sic de similibus: que oīa Leuitici. 23. et in alijs locis habentur. Quintum est: ꝙ in quacunque die coniunctio luminariū secundum medium cursum supradictum prope equinoctiū vernale occurrerit: in eadem die est calendas seu neomenia mensis primi predicta: nisi in certis casib⁹: in quibus repellenda est/ seu transferenda ad sequentem diem: et quandoqꝫ ad subsequentem. qui quidem casus duo sunt. Primus: quando talis coniunctio transcendit decimāoctauā horam eiusdem diei: in qua est. Cuius repulsiōis ratio est: quia tunc magis declinat talis coniūctio ad diem sequentem: q̄ȝ ad illam: in qua est:

als. 29

alias/ certis.

cum iam transit tres quartas partes illius diei: ⁊ attingit quartam vltimā: ⁊ talis coniūctio vocatur apud eos nouiluniū vetus seu antiquū. Uerbi gratia. Si nouiluniū equinoctij vernalis esset in decima octaua hora sabbati/ vel ultra: tunc calendas seu neomenia esset fienda in eadem die sabbati: ⁊ per consequēs principiū computationis festiuitatū totius anni esset ab eadem die sabbati. Si autem coniunctio esset vltra. 18. horam: tunc talis neomenia esset transferenda seu repellenda ad diem dominicā immediate sequentē: ⁊ per consequens paschalia festa ⁊ alie festiuitates illius anni transferrenẗ ad ferias correspondentes diei dominice/ ⁊ nō sabbati: vt patet ex dictis. Secundus casus est: quando nouilunium vernale occurrit in secunda feria/ quarta/ vel sexta. In his enim tribus ferijs nō potest figi calendas seu neomenia equinoctij vernalis: cuius ratio patebit infra. Sexto presupponendum est/ ꝙ quandoqꝫ oportet ꝙ fiant due repulse de eadem neomenia. Hoc patet ex duobus casibus supradictis. Nam si nouiluniū vernale occurrat in die dominica vltra decimāoctauā horam: tunc in eadem die nō est neomenia fienda propter antiquitatem seu vetustatem nouilunij secundum primum casum. Nec in secunda feria sequenti propter hoc/ ꝙ est vna de tribus ferijs interdictis iuxta secūdū casum: et sic oportet ꝙ transferatur ad tertiā feriam: ⁊ hec contingit apud eos satis frequenter: nec sentiēdum est erroneum seu contra mentem legis loquentis simpliciter de prima die mensis. Nam computatio mensium quātum spectat ad cultū festiuitatū: sufficit ꝙ sit vniformiter regulata ⁊ apud omnes cōmuniter suscepta: ⁊ aliqualiter veritati propinqua: prout gratiosius ⁊ remotius cōtingit in computo nostro circa festiuitatē paschalem/ ⁊ alia festa mobilia ipsam sequentia. Ratio aūt quare predicte tres ferie. s. secūda: quarta ⁊ sexta repelluntur/ ne in aliqua earū neomenia primi mensis figatur. quantū ad secundam ⁊ quartā feriam vna est/ ⁊ ē talis. Nam cū festum expiatiōis sit celeberrimū/ sicut dies sabbati: intantū: ꝙ cibaria non permittuntur in eadem die parari: sicut nec in sabbato: vt ex sacra littera potest haberi. Inde est: ꝙ ex coꝝ traditiōe antiq̄ seu consuetudine immutabili: que vsqꝫ hodie durat: habetur/ ꝙ dies expiatiōis nunq̄ȝ concurreret in die veneris: nec in die dominica. Nam si dies sabbati a parte ante: vel a parte post continuaretur cū festo expiationis: tunc essent duo dies naturales cōtinui celeberrimi: in quibus nullo modo liceret parare cibaria: quod esset graue ⁊ valde onerosum toti populo. Ex quo sequitur ꝙ licet

menia predicta primi mensis non potest esse in secunda feria. Nam sic festum expiatiōis occurreret in sexta feria/ ⁊ continuaret cum die sabbati a parte ante: quod est contra predicta. Similiter nec neomenia primi mēsis habet esse in q̄rta feria. Nam si sic/ festū expiationis esset in dominica: ⁊ per consequens continuaret cum sabbato a parte post: quod est contra predicta. vnde patet ratio repulse secūde ferie ⁊ quarte. Sed ratio quare feria sexta excluditur ad hoc/ vt in eadem neomenia primi mensis non figatur/ apud eos talis est. Nam in festo tabernaculorū seu scenophegie: quod festum secundum eos/ et etiam secundum doctores nostros preceptū fuit ad commemorandum beneficiū diuine protectionis et deductionis: quod habuerunt per desertum: vbi in tabernaculis habitauerunt: in quo habebant letari per septem dies coram domino: sumentes fructum arboris pulcherrime: spatulasq̄ palmarum. ⁊c. prout legitur Leuitici. 23. ad significandum ꝙ per aridam terrā deserti deduxit eos deus ad terrā delitiosam: prout sanctus Thomas. 1. secunde. questione. 102. art. 4. in responsiōe ad decimū argu. ponit. In qualeticia (prout traditur in eorum codicibus apud eos auctenticis) circuibāt altare solenniter cum huiusmodi spatulis ⁊ ramis semel in pma die: ⁊ in alijs diebus vsq̄ ad sextam inclusiue. In septima autem circuibant septies in memoriam captionis Hiericho: que fuit prima ciuitas terre promissionis ab eis capta per huiusmodi circuitiones septenarias: vt habetur Josue. 6. Unde ⁊ in illa septima die procedebant in huiusmodi leticia intantum/ ꝙ quedam ibi facta non licebat fieri in die sabbati: cuius circuitionis memoria hodie fit inter eos in gyro rotuli legis/ cū altare nō habeant. Sed si neomenia primi mensis fuisset in sexta feria: sequeretur/ ꝙ festum tabernaculorum concurreret in die dominica: vt patet computanti: ⁊ sic septima dies tabernaculorum esset in die sabbati: vnde cessarēt illa: que dicta sunt. ¶ Ex quibus omnibus elicitur quedam regula in calēdarijs eorum vbiq̄/ ⁊ apud omnes diuulgata: ⁊ vsq̄ in hodiernū diem infallibiliter obseruata: ꝙ prima dies solennitatis paschalis nunq̄ est feria secunda: quarta: nec sexta. Septimū est/ ꝙ anno: quo Christus passus fuit: concurrit coniunctio luminariū ꝓpe equinoctium vernale: iuxta veram computationem hebreoꝝ: que est s̄m mediū cursum solis ⁊ lune: vt dictū est: in feria quinta post. 19. horam cum certis minutis. hoc est certissime calculatū p me: ⁊ cum peritis hebreoꝝ diligentissime repertū et reconcordatū. Quibus presuppositis/ patet solutio dubij predicti. Nam in anno passiōis xp̄i licet coniunctio luminariū (vt dictum est) fuit feria quinta: nō potuit in ea neomenia figi/ ꝓpter ipsius vetustatē: quia fuit vltra. 18. horā: vt patet in septimo presupposito: ⁊ per consequens occurrit primus casus repellendi supradict⁹. Habuit ergo transferri ad sequētē diem. Sed quia sequens erat sexta feria: nec in ea poterat neomenia assignari: vt dictū est: nam est secundus casus repulsionis iam dictus. Habuit ergo repelli seu transferri neomenia ad diem sabbati: ⁊ p cōsequens decimaquinta luna fuit eodem anno/ secundum hebraicam computationē legitimā ⁊ assuetā in die sabbati: in qua concurrunt due festiuitates solennes apud eos. Sabbatina. s. et paschalis: que est prima dies solennitatis azymorū: et sic erat magna dies illa sabbati: s̄m Johannem. ⁊ in feria sexta immediate precedenti fuit s̄m eos decimaquarta luna: i qua legitime erat pascha immolādum: vnde in eadem sexta feria fuit imolat⁹ ver⁹ agn⁹ paschalis ab eis. Similiter et typicus: pro cuius typici manducatione: vt non contaminarent/ non intrauerunt pretorium: s̄m Johannē. Christus autem in huiusmodi neomenia primam repulsam tm̄ tenuit: ⁊ non secundam. Prima enim est rationabilis in se: ⁊ sine respectu ad festa futura: sed solum propter vetustatem coniunctionis: vnde neomenia illius anni apud ipsum fuit translata ad sextā feriam: sed de sexta ad septimam nullatenus debuit transferri apud eum. Nam ratio illius repulse ex festis futuris in mense septimo dependebat: vt patet ex iam dictis: que festa. s. futura: cum Christus sciuisset per passionem suam de propinquo imminentē cassari: sicut et cetera legis cerimonialia: nullam vim habebant transferendi seu repellendi presentē neomeniam: vt patet intuenti. Nam cessante causa (presertim finali) cessare habet effectus. Fuit ergo iuxta verissimam ⁊ infallibilem notitiam Christi: neomenia tempore sue passionis in sexta feria. Similiter ⁊ prima dies paschalis solennitatis: hoc est decimaquinta luna apud eum. Unde et in feria quinta precedenti fuit vera decimaquarta luna: in qua pascha cum discipulis tempore determinato secundum legis veritatem manducauit. In hoc etiam videtur concordare magister historiarum/ dicens. Quod si tabulam computi diligenter retro percurramus: inueniemus quod tempore passionis christi feria sexta fuit decimaquinta luna: ⁊ hoc est verum: licet tabula nostri computi sit grossior: quam hebraica in hac materia. ¶ Ex quibus habetur: quod tempore passionis Christi duplex fuit decimaquarta luna: sicut et neomenia primi mensis. Una scz vera simul ⁊ legitima secundum verā

computationẽ xp̃i cuncta legis mysteria tã presentia/ q̃ futura scientis. Alia vero legitima tñ fm cõmunẽ ⁊ assuetam cõputationẽ alioꝝ oim: preter xp̃m: ⁊ in vtraque decimaquarta vterq̧ agnus fuit imolatus: verus/ ⁊ typicus. In decimaquarta eñ vera ⁊ legitima: que fuit feria q̄nta: xp̄s manducauit agnum typicũ: ⁊ ꝯsequẽter verum agnũ sub sacramẽto discipulis tradidit. In decimaquarta vero legitima tñ: que fuit sexta feria: agnus verus fuit imolat⁹: ꝯsequenter aũt typicus: ⁊ sic reddẽdo singula singulis/ oia veraciter ꝯcordant. Nam Mattheus/ Marc⁹/ ⁊ Lucas: qui de cena dñi notabilem mentionez fecerunt/ exprimendo in illa agnũ paschalem solenniter xp̃m cum discipulis mãducasse: ⁊ in eadem sacramentũ eucharistie instituisse: vt patet ex coꝝ dictis. Quilibet eoꝝ ipsam feriam quintam notat tanq̃ ꝓpriaz ad immolationẽ agni: ⁊ per consequens decimãquartã lunam fm veram cõputationẽ christi predictã: fm quam auctoritates Chryso. ⁊ Hiero. ad partem affirmatiuam supra inducte/ ⁊ similes obtinent veritatẽ. Sed Johãnes: qui de cena dñi breuissime se expediuit: solum dicens. Cena facta. ⁊c. Johã. 13. nihil exprimens de agni manducatione: nec de sacramenti institutione: cũ iam de hoc sacramẽto plus ceteris tradiderat: fecit potius mentionẽ de secũda decimaquarta. s. legitima tñ: que fuit sexta feria: vt dictũ est. Ad excludendum errorẽ: qui insurgere posset ex hoc/ q̄ principale figuratum nõ correspondet figure in tempore tam districte per legem determinato: vñ ⁊ vocat eum parasceuẽ pasche. i. vigiliã: ⁊ dicit q̄ hebrei nondum manducauerant pascha tempore passiõis Christi: qđ habet veritatẽ fm legitimã computationem hebreoꝝ/ ⁊ ceteroꝝ/ mysteria passiõis pro tunc ignorantiũ. Et ideo in illa sexta feria licuit eis iudicialia exercere: sepelire: angariare ⁊ xxx huiõi: ⁊ sanctis mulieribus in eadem sexta feria aromata p̃parare: tanq̃ in die nõ festiuo. ¶ Ex quo clarius patet error grecoꝝ dicentiũ/ q̄ Johannes correxit alios euãgelistas asserentes q̄ntam feriam ꝓ tunc decimãtertiã lunam. Nam (vt ex iam dictis patet) Johãnes nõ correxit alios: sicut nec ipsi falsum aliquod asseruerũt: sed potius (vt de more euangelistaꝝ est) illud: quod alij pretermiserunt/ ipse declarauit. s. decimãtertiam lunam pro tunc etiam fuisse feria sexta fm aliam computationẽ legitimã: cui concordant historie hebreoꝝ dicentiũ manifeste/ q̄ in vigilia pasche Christus fuit patibulo suspẽsus: ⁊ q̄ a seculis nunq̃ fuit inter eos prima dies paschalis feria sexta. ¶ Et aduertendum/ q̄ ex verbis euangelij predicta differẽtia duplicis neomenie seu decimequarte lune aliqualiter posset nota-

Als xiiij.

Als xiiij.

ri. Nam Matthei. 26. legitur. Magister dicit: tempus meum ꝓpe est: apud te facio pascha cũ discipulis meis. Unde si li/ tempus meũ prope est: diligẽter intelligat: non habet referri ad tempus passiõis: sicut cõmuniter exponitur. Nam licet sit verum q̄ tempus passiõis erat prope: non tamen consonat cum littera sequẽti: dato enĩ q̄ tempus passionis esset pro tunc remotius: adhuc Christus habebat pascha manducare cum discipulis suis/ vt legem adimpleret. Sed verus intellectus iuxta predicta videtur talis. Magister dicit: tempus meum: idest tempus manducandi pascha fm veram meam computationẽ prope est: idest hodie feria quinta: licet aliquorum tempus iuxta ipsoꝝ assuetam computationem fuisset remotius. s. in feria sexta. ⁊ ideo sequitur. Apud te facio. ⁊c. Et notãdũ etiam videtur q̄ in manducatiõe pasche cum xp̄o non fit mentio de alijs discũbentibus vel conuescẽtibus: nisi de duodeciz Christi discipulis tñ: sicut ⁊ illis tantum secrete passionẽ futuram denunciauit. Matth. 20. c. cõcordat predictis. Nam et passione futura: quam solis apostolis secrete ... se prenosticauit: diuersitas huius paschalis temporis dependebat: vt dictum est. Et ideo mirum si sancte mulieres ⁊ Joseph ab Arimathia ⁊ huiusmodi potius sequerentur hebreorum computationem cõmunem/ q̃ Christi veram computationem. Nam mysteria passionis ... puc legalium euacuatio absconditaerat vsq̧ ad tempus apostolis post resurrectionem/ vsq̧ ad ... Et sic iuxta sententiã philosophi. 1. Ethicoꝝ. Omnia vera consonat vero. Diuina igitur prouidentia circa hec deuote attendenda est: que paschalia festa sic in antiquis precordinauit: vt tempore passionis Christi duplex. 14. luna occurreret ad agni immolationẽ presignata: vt in prima Christus sacrificiũ adimpleret legale: et nouum institueret: ⁊ in secunda se deo in sacrificium offerret vespertinũ: ⁊ vtrunque tempore presignato pro humana salute perficeret. Qui nobis concedat. ⁊c.

¶ Replica. In capitulo. 26. cum postillator soluisset omnes difficultates circa cenam domini consuetas: ⁊ esum agni paschalis moueri consuetas: preter... sertim a grecis: Burgensis facit vnam longam singularem computationem: in qua multa ... nit multis dubia: cui placet/ videat: et finaliter in eodem capitulo dicit quis fuerit ille hymnus de quo dicitur. Et hymno dicto. ⁊c. Et dicit q̄ fuit magnum alleluya: quod incipit a psalmo. Laudate pueri. vsq̧ ad. Beati immaculati: exclusiue. Idem dicit circa psalmũ. Laudate pueri. Si verum est/ placet. Auctoritatem autem ad id sacri canonis non habemus.

Ferie. ij. Dn̄ice Ramorum.

Sermonis annotamēta Ex quinta pte Biblie.

Ti. Joh. 12. A Ante sex dies pasche venit Jesus in Bethaniā. ꝛc̄.] Lyra. Postq̄ Johannes in superioribus declarauit diuinitatez Christi per opera facta in eiꝰ vita: ꝯsequenter etiā declarat p ea: que in eius morte facta sunt. Et diuiditur in duas partes: qꝛ primo determiñat de eius morte ꝛ passione. Secundo de eius resurrectione. s. Joh. 20. cap. Prima in duas: qꝛ primo declarat mortis xp̄i occasionē. Secundo ipsam mortē. Joh. 18. capi. Circa primū sciendum/ ꝙ occasio mortis xp̄i fuit inuidia iudeoꝝ ex fama ꝛ gloria xp̄i: ideo diuiditur in duas: qꝛ primo describit̄ eius fama siue glorificatio. Secundo iudeoꝝ infidelitas ꝛ obstinatio. ☞ Terminato tamen euangelio hodierno:) ibi. Cū tanta signa fecisset. ꝛc. Prima in duas: qꝛ primo ponitur eius glorificatio ab hoīe. Secundo a deo patre: ibi. Nunc anima mea turbata. Prima in tres: qꝛ primo ponitur glorificatio xp̄i ab amicis familiaribꝰ. Secundo a turbis vulgaribus: ibi. Cognouit ergo turba. Tertio a gentibꝰ: ibi: Erant gentiles. Prima adhuc in duas: qꝛ primo ponitur obsequiū xp̄i factuz ab amicis in generali. Secūdo a Maria in speciali: ibi. Maria ergo. In prima parte dicit̄ sic. * Ante sex dies pasche] Immediate enim post suscitationē Lazari/ iudei diffinierunt occidere xp̄m: ꝛ ideo recesserat/ quousq̄ appropinquaret pascha: in quo imolabat̄ agnꝰ paschalis: vt sic xp̄s: qui est agnus verus/ imolaretur pro nobis immediate post imolationē agni paschalis figuralis: vt veritas figure succederet. * Venit Bethaniā] Que est ppe hierl'm ad duo miliaria. * Ubi Lazarꝰ fuit mortuꝰ: quē suscitauit Jesus] Illuc. n. venit: vt ex memoria miraculi ibidē facti turba popl'i moueret̄ ad eū honorifice recipiendum in hierl'm ante suā passionē: sicut fuerat p̄dictū p Zachariā ꝓphetā. 9. ca. b. Exulta satis filia sion: iubila filia hierl'm: ecce rex tuus venit. ꝛc. * Fecerūt aūt ei cenā ibi.] Homines illius loci: ꝛ fuit hec cena in domo Simonis leprosi: vt cōiter tenent doctores. Fuerat tñ priꝰ a xp̄o curatꝰ: sed nomē remāserat ad memoriā miraculi. ¶ Origeñ. aūt dicit/ ꝙ illa cena fuerat in domo Marthe: qđ ꝓbat ex eo: qđ subdit̄. * Et Martha ministrabat.] Sed pōt dici ꝙ iste Simon erat viciñꝰ Marthe: ꝛ ꝓpter hoc ipsa ministrabat in domo eiꝰ: sicut hoīes solēt facere in domibꝰ amicoꝝ suoꝝ: ꝛ maxime ꝓpter reuerentiā ipꝰsi xp̄i comedētis ibidē. * Lazarꝰ vo vnꝰ erat ex discūbētibꝰ cū eo.] Inuitatꝰ a Simone. Hoc aūt factū est ad declarationē veri miraculi de eius suscitatiōe. Cōseq̄nter describit̄ obseq̄ū xp̄o ipensum a Maria in speciali. Et diuidit̄ in tres: qꝛ primo ponit̄ Marie deuotio. Secundo Jude indignatio: ibi. Dixit ḡ vnus. Tertio eiꝰ reprehēsio: ibi. Dixit ḡ Jesus. In prima igit̄ pte dicit̄ sic. * Maria ergo.] Scꝫ soror Lazari. * Accepit librā vnguēti.] In q̄ notat̄ q̄ntitas vnguenti. Non est verisile ꝙ esset aliq̄d grosse materie: sicut vnguēta cōiter dicta: qꝛ indecēs esset tale q̄d ponere sup caput hoīs sedētis in mensa. Maria aūt nō solū vnxit pedes dn̄i: sed etiā caput: vt Mattheꝰ exp̄mit. 26. ꝛ Marcꝰ. 14. licet hic omittat̄. Et ideo dicēdum: ꝙ hic vocat̄ vnguentū liq̄r p̄ciosus de re aromatica exp̄ssus: sic aq̄ rosacea de rosis exprimit̄. Aliter dr̄/ ꝙ fuit lachryma naturaliter fluens de arbore aromatica. * Nardi] Nomē est herbe nigre aromatice habētis spicas. ꝓpt̄ hoc dr̄ Mar. 14. a. Nardi spicati. ꝛ ex illis spicis extrahebat̄ liq̄r p̄dictꝰ p artificiū: vel naturā: ꝭm alios. * Pistici.] Secūdū Aug. nomē est loci: vbi crescit herba: vnde talis liq̄r exprimit̄. Sꝫ meliꝰ dr̄. pistici. i. fidelis. Pistis. n. grece: fides latine. Ꝧ est dictū: ꝙ ille liquor erat purꝰ ꝛ verꝰ: nō habēs aliq̄d aliud admixtū nec sophisticatū. * Preciosi] Qꝛ valebat trecētos denarios: vt habet̄ Mar. 14. cap. i. trecētos nūmos vsuales. Erat. n. liq̄r ille refrigeratiuꝰ et ꝯfortatiuꝰ mēbroꝝ: ꝛ ꝯsolidatiuꝰ: ꝛ valde odoriferꝰ * Et vnxit pedes Jesu: ꝛ extersit capill' suis pedes eiꝰ.] Ordie ꝯuerso factū fuit q̄ꝫ hic scribitur: qꝛ p̄mo lauit pedes ꝛ extersit: ꝛ postea vnxit * Et domꝰ ipleta ē ex odore vnguēti.] Ex q̊ patet p̄ciositas vnguēti: ꝛ deuotio Marie expēdētis rē tā p̄ciosaꝫ i obseq̄ū dn̄i. Utrū aūt ista fuit mulier: de q̄ narrat Lucas: dictū fuit ca. p̄ce. ☞ Ideo q̄re ibi: vel an. 1. A. q̄nte p. ser. Fer̄. 6. Dn̄ice. 4. q̄drage. fol. 150. co. 4. Cōseq̄nt̄ ponit̄ Jude murmuratio: cū subdit̄. * Dixit ḡ vnꝰ ex discipul' eiꝰ Judas scariothis.] Hoc dr̄ ad differētiā alteriꝰ Jude. * Qui erat eū tradimrꝰ.] Licet. n. p̄mo fuerit bonꝰ qñ vocatꝰ fuit ad ap'latū: tñ postea lapsꝰ ē in pctm̄. Qđ aūt dn̄s i sua societate tolerauit euꝫ: dedit nobis exēplū tolerandi malos. * Quare hoc vnguentū non venijt trecentis denarijs.] Idest vendit̄ Uñ versus. B Dere: q̄ venijt: gr̄a nulla venit. Habꝫ. n. sensum passiui sub voce actiua. * Et datū ē egenis?] Hoc dixit simulās pietatē: ad opiēdum suam cupiditatem. propter quod subdit euāgelista. * Dixit aūt hoc: non qꝛ de egenis pertinebat ad eum.] Idest de illis nō curabat. Licet em̄ ea portaret: que dabantur Christo ad dandum pauperibꝰ;

non tñ faciebat:sed retinebat sibi. Ideo subdit.
* Sed q₂ fur erat ⁊ loculos habēs.] In quibꝰ
abscondebat ea:que debebant in alios vsus ex=
pendi. Unde subditur. * Ea que mittebātur.]
Idest xp̄o dabantur ad subueniendum necessi
tatibus xp̄i/⁊ discipulorum eius: ⁊ ad dandū pau
peribus. * Portabat.] Idest officiū portandi
⁊ seruandi habebat ad istos vsus:licet hoc infi=
deliter ageret. Ex hoc patet ꝙ xp̄s ⁊ discipuli eiꝰ
de elemosynis viuebant. Sciendum etiā ꝙ ista
portatio pecunie in via nō pertinet ad perfectio
nem:sed xp̄s hoc faciendo/ suscepit personā in=
firmorum.eis condescendens:sicut fecit se abscō
dēdo a iudeis. Joh.8.⁊.10.capi.⁊ hoc habet̄ ex
de signifi.vborum. Exijt q̄ seminat. Et ꝑpter hoc
male arguunt illi:qui ex hoc loco dicunt/ ꝙ ha
bere aliqua mobilia in cōmuni/ad perfectionē
pertineat. Potest aūt hic queri. Quare xp̄s per
misit Judā portare pecuniā p̄dictā:cuz sciret eū
latronē? Dicēdum ꝙ a principio:qñ fuit sibi tra
ditum portandi officiū:latro non erat. Et q̄uis
Xp̄s sciret eum futurum latronem: tñ tradidit sibi
istud officium:q₂ minor erat inter ap̄los alios:
propter qđ vltimus inter eos nominat̄: vt patet
Matthei.10.⁊ Marci.3.c.talibus aūt tempo=
ralia sunt tradenda. Maiores aūt debent circa
doctrinā ⁊ spiritualia occupari: ꝑpter quod in
primitiua ecclesia ap̄li septem diacones ordina
uerunt sub eis ad temporalia administrāda:vt
ipsi ap̄li liberius possent intendere oratiōi ⁊ pre
dicationi:vt habetur Actuū.6. Consēq̄nter po
C nitur Jude reprehēsio:cum subditur. * Dixit
ergo Jesus. Sinite illā.] Q.d.nō habetis cau=
sam sufficientē murmurādi:q₂ egit opus bonū.
Unde patet/ꝙ nō solum Judas murmurauit:
sed etiā alij discipuli:vt habetur Matthei.26.a
⁊ Marci.14.a. Ueruntamen/q₂ fuerunt inci=
tati per Judam:⁊ iterum moti pietate:Judas aūt
cupiditate:ideo Johānes solum Judam nomi
nauit. * Ut in diē sepulture mee seruet illud.]
Non loquitur de hoc:quod iā erat effusum: sed
de alio simili.q.d.illud quod ꝑ sepultura mea
preparabit:illud reseruabit:q₂ non poterit illud
in me expendere:preuenta acceleratione resurre
ctionis mee. Quia qñ venit ad monumentum
ad vngendum corpus dominicū: xp̄s iā resur=
rexerat:vt patet Johānis.20. Mattheus autē
expressius hoc dicit. Preuenit vngere corpꝰ me
um in sepulturā.⁊ idem exprimit̄ hic obscuriꝰ:
cum dicitur. Sinite illam.⁊c.q.d. dimittēda est
nunc facere:qđ tunc faceret/si posset: ⁊ illud vn
guentū tunc seruabit in loco istius/nunc in me
expensi. Et q₂ Judas ita murmurando ⁊ alios
ad hoc incitando/causam pietatis pretenderat:
ideo hanc excludit/ dicens. * Pauperes enim

semper habetis vobiscū.] Q.d. potestis ...
rare ad benefaciendum pauperibꝰ:sed nō ...
ritis recuperare ad inungenduz me corpo...
ꝑpter quod seq̄tur. * Me autem nō semper
bebitis.] Scz presentia corporali ad habita...
in carne passibili:que indiget tali vnctiōe. ...
hoc patet ꝙ aliquod opus minus necessari...
test p̄poni magis necessario:qñ imminet casu...
illud minus necessariū non potest al's recup...
ri. Consequenter ostendit̄ qualiter xp̄s fuit ...
noratus a turbis:⁊ hoc dupliciter. Primo ...
visitando. Secūdo/honorifice ei obuiādo ...
In crastinū. In prima parte dicitur sic. * ...
gnouit ergo turba mlta ex iudeis:q₂ illic ...
Bethania cū erat ꝑpe Hierusalem ad vnū ...
cam:⁊ ideo de facili poterant hoc cognoscere ...
Et venerunt/nō ꝑpter Jesum tñ.] In hoc ...
nuitur duplex causa. Una ꝑpter ipsum ...
reuerēter visitādum. Alia:que subditur. * ...
vt Lazarum viderent: quē suscitauit a mortuis ...
Facta enim mirabilia libenter vident ...
lissimum aūt erat videre quatridianū ...
suscitatum/comedentē ⁊ bibentē: ⁊ alia ...
cientem. Sperabant etiā ipsum audire ...
tem statū alterius vite:quem omnes scire ...
rant. Et q₂ in hoc gloria xp̄i manifestat̄ ...
dolebant principes populi:ideo subdit. * ...
gitauerunt autem principes sacerdotū vt ...
zarum interficerent:q₂ multi propter illum ...
bant ex iudeis:⁊ credebant in Jesum. Ex ...
patet corum malignitas:q₂ volebant interfic...
lum:quem deus viuificauerat:ad occultād...
miraculum. Si autem queratur: quare ma...
Lazarum persequebātur/q̄ cecum illuminat...
quo agitur Joh.9.cap. Et languidum sana...
de quo Joh.5.capi? Dicendum ꝙ hoc erat ...
Lazarus erat homo nobilis ⁊ famosus: ...
miraculum in ipso factū/erat magis publi...
famosum. Consequēter describit̄ honor ...
tus xp̄o in turbe obuiatione. Et diuidit̄ ...
as:q₂ primo describit̄ ipsa obuiatio. Secūdo ...
subditur huius obuiatiōis ratio:ibi. Testim...
niū ergo. In prima parte dicit̄ sic. * In cra...
num autem turba multa:que venerat ad die...
stum.] Quia omnes tenebātur venire in ...
rusalem in solennitate pasche. * Cum audi...
q₂ venit Jesus Hierosolymā.] Istud fuit ...
die ante pascha:illa die accipiebat̄ agnus: ...
uabat̄ vsq₃ ad vesperā quartedecime diei: ⁊ ...
immolabat̄:vt habetur Exo.12. Ideo xp̄s ...
die venit in Hierusalē:vbi erat imolandꝰ tan...
verus agnus ꝑ nobis: vt sic veritas respōderet ...
figure. * Acceperunt ramos palmarum.] ...
diuina dispositione factum est: ad designādum ...
victoriā:quam xp̄s de hoste in ꝑximo erat hab...

turus. Unde antiquitus dabatur ramus palme victori in certaminib⁹. * Et pcesserũt obuiã ei.] Reuerẽter. * Et clamabãt osanna.] Idest salua obsecro: q2 petebãt ab eo salutẽ. * Benedictus qui venit.] In hoc laudant τ confitenẽ eius aduentum. Dicere enĩ hominis: non est suum facere: sed tantum fateri: τ ideo quando deum benedicimus: nõ cum bonum facimus: sed tantummodo eius bonitatem fatemur: τ laudamus. Dicere autem dei est suum facere: fm quod dr̃. ps.32.b. Dixit τ facta sunt: et ideo qñ deus homini benedicit: ei bñficium impendit. * In nomie dñi.] Idest sicut dñs: nõ sic autem venit Moyses: sed tñmodo vt seru⁹. vt habeẽ. Heb.3. ¶ Uel aliter. In noie dñi.i. a deo patre missus ad explẽdũ eius volũtatẽ. * Rex isrl'.] In hoc confitẽtur eius potentiã: tamen diminute: q2 credebant ipsum regnaturũ tpaliter: τ liberaturũ eos a tributo: ipse aũt venit ad regnãdum spũaliter τ ad liberandũ totũ gen⁹ humanũ a diabolo: qđ erat maius. ppt̃ qđ ps.117.d vbi ista laus predicta fuit: dr̃. Benedictus qui venit in nomine dñi: deus dñs et illuxit nobis. In quo exprimitur eius diuinitas τ regnũ spiritu ale. * Et inuenit Jesus asellum: τ sedit sup eum.] Modũ autẽ τ qualiter τ per quẽ xp̃s hũc asellum habuit: sc3 per missionẽ discipulo2 euãgelista transit: q2 sufficienẽ fuerat expressum ab alijs sc3. Matth.21. ☞ Uel Annota.1.A.5. par ser.do.1. Aduen.s̃.fol.1.col.2. Et Mar.11. ☞ Uel.s̃.anno.3.B.5.par ser.do. Ramo2ũ. fol.164.col.3. * Sicut scriptũ ẽ.] Zach.9. * Noli timere filia sion. Ecce rex tuus venit sedẽs super pullũ asine.] Hoc fuit expositũ Matth.21. ☞ Uel annot.q̃.s̃.dixi.) * Hec non cognouerunt discipuli eius primũ.] Idest pro tũc: q2 adhuc erant simplices τ illitterati. * Sed quãdo glificatus est Jesus.] Idest post resurrectionem suã quãdo fuit gloriosus simul in anima τ corpe. Tũc enĩ aperuit illis sensũ: vt intelligerẽt scripturas. vt hẽtur Lu. vlti. * Tunc recordati sunt: quia hec erant scripta de eo: τ hec fecerunt ei.] Cõsequẽter ponit̃ dicte obuiatiõis ratio: q̃ fuit promulgatio suscitationis Lazari ipsis turbis per illos: qui presentes fuerunt in suscitatione. τ hoc est quod dicitur. * Testimoniũ ergo perhibeat turba: que erat cum eo qñ Lazarũ vocauit de monumẽto: τ suscitauit eum a mortuis/ propterea τ obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.] Consequẽter ponitur phariseorum zel⁹ siue emulatio/ cũ dicit̃. * Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos.] Idest inter se * Uidetis quia nihil pficim⁹.] Hoc exponitur dupliciter. Uno modo de bono zelo: quia aliqui de phariseis in eum crediderant. vt pt3 de Nicodemo. Joh.3.cap. τ isti volebant alios retrahere a xp̃i psecutione. q.d. q̃tũcunq3 laborauerim⁹ ad eũ impediendũ: nihil tamen proficimus: et ideo videtur q̃ sit factũ diuinum. Cui simile fuit dictum Gamalielis retrahentis iudeos a psecutiõe aplo2ũ. vt habeẽ. Actuũ.5.f. Discedite ab hoibus istis τ sinite illos: qm̃ si ex hoibus est cõsiliũ hoc aut opus/ dissoluetur: si aũt ex deo est: nõ poteritis dissoluere: ne forte τ dõ repugnare videamini. Alio modo exponitur de malo zelo quantũ ad illos: qui nõ crediderant xp̃o: τ ideo inuidia moti talia dicebant. * Ecce totus mundus post eũ abijt] Sermo ẽ hyperbolicus: ad exprimendũ q̃ multi sequebantur xp̃m. Conseqnter ostẽditur glificatio xp̃i a gẽtilibus τ diuidit̃ in duas: q2 pmo exprimit̃ eo2ũ deuotio/ scdo xp̃i respõsio ibi. Jesus autẽ respondit. In pma igit̃ parte dr̃ sic. * Erãt autẽ quidã gẽtiles ex his: qui ascenderãt vt adorarent in die festo.] Nã aliqui de gentilitate cõuertebantur ad ritum iudeo2ũ: qui dicebantur proselyti: τ isti tenebãtur esse in solennitate paschali: sicut τ alij: dicũẽ eni hic gentiles: quia remanebat eis nomẽ pristinũ. Alio modo exponitur hoc τ melius de gẽtilibus secundũ veritatẽ: quia templũ pro sui sanctitate habebaẽ in reuerentia a gẽtilibus: qui erãt in circuitu iudeo2ũ. vt habeẽ.2. Macca.3 τ ideo multi de eis ascẽdebant adorare in hierl'm: τ maxime in solẽnitate paschali: non tamẽ admittebãtur ad esum agni paschalis: nisi prius dimisso ritu gentilitatis/ essent circũcisi. vt habeẽ Exod.12. Isti ergo qui audierãt xp̃i miracula: ideo volebant eum videre: et eius doctrinam audire: ideo subditur. * Hi g̃ accesserũt ad Philippũ: q̃ erat a Bethsaida Galilee: τ rogabãt eum dicẽtes. Dñe volumus Jesum videre.] Q2 videbãt Philippũ mansuetũ τ piũ: τ ideo prius ei exposuerũt suũ desideriũ. * Uenit Philipp⁹ τ dicit Andree.] Quia Andreas principalio2 erat ipso: cũ esset primus xp̃i discipulus: τ per eũ etiã fuerat Philippus cõuersus. vt dr̃. Joh.1. τ ideo volebat circa hoc agere de eius cõsilio: τ maxime quia forte memo2 erat verbi Christi dicentis apostolis. Matth.10.a. In viam gentiũ ne abieritis: propter quod ipse Christo nolebat hoc nũciare pro p2io capite. * Andreas rursu3 τ Philippus dixerunt Jesu] Hoc diuina dispositione factũ est: ad prenosticandũ q̃ gentiles erant in proximo adducendi ad fidem Christi per predicationem apostolo2ũ. Consequenter ponitur xp̃i responsio in qua primo denũciat suam passionẽ; secũdo exhortatur ad eius imitationem/ ibi. Qui amat animã suam. Circa primũ sciendũ q̃ xp̃s respondendo denũciationi sibi facte de gentiliũ

deuotione prenũciauit suam passionẽ: q2 imme
diate post illam gẽtiles erant recipiẽdi ad fidez.
et hoc est quod subditur. * Jesus autẽ respõdit
eis dicens. Uenit hora: vt clarificetur filius ho
minis.] Jn passione sua fuit clarificat⁹ p signa
ostensa in solis obfuscatiõe: in terremotu ꝛ sepul
chrorũ apertione ꝛ veli templi scissiõe. Fuit etiã
clarificatus in sua resurrectione ꝛ ascẽsione ẜm
qδ dr̃. Phil'.2.a. Humiliauit semetipsum. ꝛc.
Sequit̃. Propter quod ꝛ deus exaltauit illũ: et
dedit illi nomẽ quod est sup om̃e nomen. Fuit
etiam clarificatus in gentiliũ cõuersione: q̃ eius
deitatẽ vbiq3 cõfitentur. Propter quod ibidem
subditur. Et omnis lingua cõfiteatur. ꝛc. Et q2
xp̃s preuidebat ista futura in proximo: ideo au
diens deuotionẽ gentiliũ: qui iam erant dispo=
siti ad credẽdũ dixit. Uenit hora. ꝛc. Sicut aliqs
vidẽs messes dispositas ad collectionẽ: dicit. Ue
nit hora: vt mittant̃ falces. Uerũtamẽ p cõgruũ
exemplũ ostendit ꝙ mors ei⁹ debebat preuenire
conuersionem gentiliũ. Sequit̃. * Amen amẽ
dico vobis. Nisi granũ frumẽti cadens in terrã
mortuũ fuerit ipsum solum manet. Si autem
mortuũ fuerit: multum fructum affert.] Quia
non facit fructus multiplicationẽ: nisi per suam
precedentem corruptionez: sic mortuo xp̃o: quo
ad suam humanitatẽ: multiplicata est fides in
gentilibus. Unde simile est ac si xp̃s expresse di
b xisset. Jsti gentiles: qui modo volunt venire ad
me/ post mortẽ meã veniẽt ad me per fidem. Cõ
sequenter hortat̃ xp̃s ad sue mortis imitationẽ.
Ad cuius intellectum sciendũ ꝙ amare aliquẽ:
est ei velle bonũ: ꝛ si bonũ volitũ sit vere ꝛ simpli
citer bonum: est verus amor/ ꝛ aliter nõ. Sunt
autẽ quedã hominis bona: que sunt bona sim=
pliciter ꝛ vera: que sunt bona spũalia. Quedaz
autẽ sunt bona ẜm quid: sicut tp̃alia bona cor=
poralia ꝛ mundi delectabilia. ꝛ ẜm hoc. Aug.
exponit dupliciter hanc litteram. * Qui amat
animã suam: perdet eã.] Primo sic. Qui amat
animã suam: sc3 vere: quoad spiritualia. Per=
det eam in presenti: non formidãs sustinere ma=
la presentis vite pro christo. Unde dicit Aug.
Si cupis vitam tenere cum christo/ noli mortez
timere pro christo. Jn morte enim dicitur quo=
dãmodo anima perdi quoad presentem vitam:
quia separatur a corpore. Alio modo exponi=
tur ad sensum contrarium. Qui amat animaz
suam: sc3 non vere: volendo sibi delectabilia hu
ius mundi. Perdet eam in futuro: quia priua=
bitur vita beata: et secundum hunc sensum di=
cit. Augustinus. Noli amare scilicet animam
in hac vita: ne perdas eam in vita eterna: ꝛ hec
vltima expositio magis conuenit textui: quia
sequitur. * Et qui odit animan suam in hoc
mundo: in vitam eternam custodit eam.] Et
ideo quando prius dixit. Qui amat animam
suam: subintelligitur in hoc mundo. Et quan=
do subditur. Perdet eam: intelligitur in futuro.
Et ꝙ debeamus ipsum imitari in passione: osten
dit per rationem dicens. * Si quis mihi mini
strat: me sequatur.] Q.d. rationabile est ꝙ mi
nister sequatur dominum: ꝛ cum hoc ostendit
huius sequele premium: ipsam scil3 beatitudi
nem dicens. * Et vbi sum ego: illic et minister
meus erit.] Quia christus inquãtum deus: erat
essentialiter ipsa beatitudo: et quantum ad hu
manitatem erat actu beatus in anima: que est
principalior pars hominis: ideo ipsa anima ali
quãdo nominatur homo. vt habetur. 10. Eth.
* Si quis mihi ministrauerit.] Obediẽdo man
datis meis. * Honorificabit eũ pater meus.]
Honor enim datur homini ab aliis hominibus
in vita presenti in testimonium virtutis: sed ho
nor datur hominibus a deo in gloria celesti:
premium virtutis. Consequenter ostendit qua
liter xp̃s glorificatus est a patre. Et diuiditur in
duas: quia primo ponitur huius glorie petitio
secundo subditur ipsius promissio. ibi. Uenit
ẜ. Circa primũ xp̃s premittit sue petitioni osten
sionem affectionis naturalis ad declarationem
vere humanitatis in ipso: dicens * Nunc ani
ma mea turbata est.] Turbari enim aliquid di
citur quando commouetur: ideo mare motum
dicitur turbatum. Jn christo autem pars sensi
tiua dimittebatur agere quod erat sibi propri
ideo imminente passione affectus sensitiuus
mouebat̃ timore ex horrore naturali. ꝛ hoc est
qδ dr̃ hic aĩe turbatio: tñ ista turbatio non erat
rationẽ: sed magis conueniens rationi: ꝛ per
tionem excitata: ad ostendendum veritatẽ hu
mane nature (vt dictum est) ꝛ ad merendum no
stram redemptionẽ: sicut ꝛ alie afflictiones
Et quia dixerat alios imitari mortẽ suã: mor
te aliquis ei diceret: secure potes mortez subire
quia nihil mali sentis: ideo cõtrariũ voluit oste
dere per talem turbationem: et per consequens
non est recedendum ab eius imitatione propter
naturalem horrorẽ. * Et quid dicam.] Q.d.
secundum appetitũ sensitiuum faciam hanc pe
titionem. * Pater saluifica me ex hac hora.]
Liberando me a passione imminente. Uerũ
tamẽ quia secundum appetitum rationalem
qui dominabatur in eo/ volebat pati pp̃ter pa
tris obedientiam: ꝛ propter humani generis sa
lutem: ideo aliter loquitur/ dicens. * Sed pro
pterea veni in hanc horam.] Quasi diceret: ad
hoc veni in mundum/ vt patiar propter pre
cta: ideo orando dicit. * Pater clarifica nomẽ
tuum.] Jdest fac illud in quo relucet gloria tui

nominis.s.passionem filij/ in qua ipse pater est clarificatus: et per consequens filius: qui est idẽ cum patre in substantia: quia per passionem filij diuulgatam per apostolorum predicationez: notitia patris et filij et spiritussancti diffusa est per totum orbem. Consequenter ponitur glorie petite promissio. Et diuiditur in tres: quia primo ponitur vox patris gloriam promittẽtis. Secũdo opinio turbe de illa voce varie sentiẽtis: ibi. Turbe ergo. Tertio expositio prolate vocis: ibi. Respondit Jesus. Circa primum sciendum/ quod illa vox fuit formata a tota trinitate: cum eius opera sint indiuisa. Uerũtamen dicitur vox patris: quia fuit formata ad representandum personã eius. Et hoc est quod dicitur. * Uenit ergo vox de celo.] A deo patre modo predicto. Sequitur. * Dicens. Clarificaui.] Quia Christus non clarificauit semetipsum vt põtifex fieret (vt dicitur Hebre.5.) sed pater glorificauit eum primo in miraculis in vita Christi factis. * Et iterum clarificabo.] Quia postea clarificauit euz in morte per signa diuinitatis ostensa/ resuscitãdo eum et exaltando eum ad celum. Consequẽ-
K ter ponit̃ opinio diuersa de illa voce. In illa em̃ turba aliqui erant magis rudes/ qui tantum sonum vocis perceperant: non significationem: et quantũ ad illos dicitur. * Turba autem: que stabat et audierat/ dicebat tonitruum factuz esse.] Jdest aliquid per modum soni confusi. * Alij autem.] Magis perspicaces intellexerunt articulationem vocis. Et isti. * Dicebant. Angelus ei locutus est.] Credebant enim eum esse purum hominem: et ideo dicebant angelum ei loqui: sicut aliquãdo in scriptura dicitur quod angeli prophetis loquebantur. Consequenter ponitur expositio audite vocis. Et diuidit̃ in tres. quia primo ponitur Christi expositio. Secũdo iudeorum contradictio: ibi. Nos audiuimus. Tertio Christi responsio: ibi. Adhuc modicuz. Jn prima parte ostendit Christus/ quod nõ erat tonitruum: nec sonus confusus sicut aliqui credebant: sed vox diuina propter instructionem populi circũstantis: vt cognoscerent ipsum Jesum esse verum Christum: cui de celo dabatur testimonium. Et hoc est quod dicitur. * Respõdit Jesus: et dixit. Non propter me vox hec venit.] Quia vox fit propter instructionem alicuius. Christus autem instructione non indigebat: secunduz quod deus. Similiter nec in quantum homo: quia ab instanti conceptionis omnia perfecte cognouit: que cognoscit deus scientia visionis. Jdeo vox illa non est facta propter eius instructionem: quia sciebat se per passionem glorificandum a patre. * Sed propter vos.] Jdest propter instructionem vestram. * Nunc iudiciũ est mundi.] Jdest iudicium discretionis: quia tempore passiõis Christi discreti sunt fideles credẽtes ab obstinatis per infidelitatem: in futuro autem erit iuditium condemnatiõis infideliũ: et premiationis credentiũ. ¶ Uel aliter. Nunc iudicium est mundi. Jdest pro mundo: in quãtum ex diuina sententia mũdus a potestate diaboli ereptus est in passione christi: ideo subditur * Nunc princeps huius mundi eijciet̃ foras.] Diabolus enim hic dicitur mũdi princeps: nõ quod sit dñs substãtie mundi: sed hoim̃ mũdialiter viuentiũ: in quãtũ se subijciũt ei per pctm̃. Dicitur autem eiectus diabolus per passionẽ xpi: per quã apta est ianua glorie: et sic diabolus nõ potest impedire sanctos a cõsecutione glie: sicut faciebat ante: tamen pmittitur tẽtare homines ad exercitium et meritũ electorũ. * Et ego si exaltatus fuero a terra.] Scilicet in cruce vbi exaltatus est moriens in aere debellãdo aereas potestates. Dicitur etiam in cruce exaltatus: quia per hoc meruit glificationẽ et exaltationẽ sui corporis: et subiecta est sibi mltitudo gentiũ per fidẽ: vt habetur Phil.2.b. Propter quod et deus exaltauit illum.etc. Sequit̃. Et omnis lingua cõfiteatur: quia dñs Jesus xps in glia est dei pris. * Oĩa trahã ad me ipsum.] Ex amore enim in cruce ostenso ad genus humanũ habet vim attractiuã oim mẽtiũ. * Hoc autẽ dicebat significans/ qua morte esset moriturus.] Jsta sunt verba euãgeliste interpretantis quid xps intelligeret: per illã exaltationẽ: scz suã crucifixionẽ. Cõsequẽter ponit̃ iudeorum cõtradictio arguentiũ ex eius morte audita: quod ipse nõ esset xps: et hoc est quod dr. * Respõdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia xps manet in eternũ.] Nomine legis iudei aliqñ accipiũt totũ vetus testamentũ: et non soluz quinque libros Moysi: qui appropriate dicũtur lex. Jn prophetis autẽ fit mẽtio de eternitate xpi: vt ptz Esa.9.b. Et vocabit̃ nomẽ eius admirabilis/ cõsiliarius/ deus fortis/ pater futuri seculi/ princeps pacis: multiplicabitur eius imperiũ: et pacis nõ erit finis. Similiter Dañ.9. Ptãs eius potestas eterna.etc. et Mich.5.a. Et tu bethleẽ ephrata.etc. Sequit̃. Ex te mihi egredie̍t qui sit dñator in israel: et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Talis autez permanẽtia videt̃ contrariari morti: ideo arguunt. * Et quomõ tu dicis. Oportet exaltari filium hominis: et quis est iste filius hominis?] Jdest mori in cruce.q.d. Si tu loqueris de teipso sequitur quod tu non sis christus: qui manet in eternum. Si autem loqueris de alio/ dic nobis quis est iste filius hominis? licet autem christus non vocauerit se in isto loco filium hominis: tamen cõmuniter sic se vocabat: et ideo iudei repetendo ver- L

ba eius hoc addiderunt. Si autem queratur qualiter iudei intellexerunt/ q Christus suam futuram crucifixionem vocaret exaltationem. Dicendum q ꝓuerbium erat apud iudeos/ q crucifixio vocabatur exaltatio: ⁊ adhuc homines tali modo loquendi vtuntur: sicut cũ aliquis imprecatur alteri suspensionẽ dicit ei: tu sis in altũ eleuatus. Consequenter ponit xp̄i respõsio: in qua cõmendat eos de aliquali cognitiõe xp̄i per scripturas quantũ ad eius eternitatẽ: sed ostendit eam imperfectã cum subditur * Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicũ lumẽ in vobis est.] Qr non intelligebãt mortem xp̄i et passionem in humanitate stare simul cum deitatis eternitate: et tñ vtrũq ponit scriptura de xp̄o. De eternitate iaz dictũ est. De eius passione scribit. Esa. 53. b. Tanq̃ ouis ad occisionem ducetur. ⁊c. Et secũdum antiquos doctores hebreoꝝ totũ illud capitulum de xp̄o ad litteram intelligitur: ab illo loco qui ponitur capi. p̄cedenti. Ecce intelliget seruus meus. ⁊c. Similiter Dañ. 9. g. Expresse predicitur passio xp̄i. Et post hebdomadas. 72. occidetur xp̄s: et ideo monet eos ad querendũ perfectam cognitionem de xp̄o: dicens. Ambulate. Jdest in cognitione proficite. * Ambulate dum lucem habetis.] Jdest me presentialiter/ q̃ sum lux illuminãs per veritatem doctrine et lumen gratie. * Ut tenebre vos non comprehendant.] Scilicz ignorãtie et culpe. * Et qui ambulat in tenebris.] Scilz predictis. * Nescit q̃ vadat.] Quia declinauit a rectitudine vie. * Dum lucem habetis.] Jdest meipsum. * Credite in lucem. Ut filij lucis sitis.] Per imitationem et gratie adoptionem. ☞ Hic hoc euangelium terminatur ideo reliqua immediate sequentia quere in textu.

N Morale * Ante sex dies. ⁊c.] Moralit. Alchuin⁹. Mystice. Quod ante sex dies venit Bethaniã significat/ quod ille qui sex diebus omnia fecerat: et sexto die hominem creauerat: ipse sexta mundi etate: sexta feria: sexta hora redimere mundum venerat. * Maria ergo accepit libraz vnguẽti. ⁊c.] Exponatur sicut Matthei. 26. ☞ Uel sicut supra expositum est annotam. 7. L. M N. quinte partis. sermonis Dominice Ramorum. Fol. 166. Col. 1. Et etiam Marci. 15. Uel infra sequenti annotamẽto. s. 1. B. G. quinte partis. ser. Fer. 3. eiusdẽ Dñice Ramorũ. Fol. 184. * Cogitauerunt autẽ principes. ⁊c.] Augustin⁹. O ceca seuitia: quasi dominus suscitare potuerit mortuum ⁊ non possit occisum. Ecce vtrũq dominus fecit. Nam Lazarum mortuum: ⁊ seipsum occisum suscitauit. * Jn crastinum. ⁊c] Exponatur sicut Matthei. 21. a. Et Marci. 11. a. ☞ Uel an: quo supra: scz. 1. B. q̃nte p. ser. [illegible] Dominice prime Aduentus. Fol. 1. Col. 3. [illegible] annotamento. 3. A. quinte partis. sermonis D[illegible] minice Ramoruz. Fol. 164. col. 2. * Dom[illegible] volumus. ⁊c.] Augustinus. Ecce volunt [illegible] iudei occidere: ⁊ gentiles videre: sed ⁊ illi [illegible] deis erant: qui clamabant. Benedictus qui [illegible] nit in nomine domini. Ecce isti ex circũcisio[illegible] ⁊ illi ex preputio velut duo parietes d̃ diuers[illegible] nientes: ⁊ in vnam fidez Christi pacis osculo [illegible] currẽtes: ideo sequitur. * Uenit hora. ⁊c. [illegible] rificatus est enim in ecclesia ex iudeis ⁊ gent[illegible] collecta. Quod sequitur morale est vsque [illegible] * Et ego si exaltatus fuero. ⁊c.] Nam amo[illegible] quo pro nobis passus est trahit nos ad ipsu[illegible] sicut magnes lapis attrahit ad se ferrum: et [illegible] omnia trahit ad se. Nam homo dicitur om[illegible] creatura. Marci vltimo. d. Predicate euang[illegible] lium omni creature. Jdest omni homini. * D[illegible] xit ergo eis Jesus. Adhuc modicum lum[illegible] Attritus de peccatis modicũ lumen habet [illegible] pter quod vsq ad contritionẽ perfectã debet [illegible] dere: ne comprehendant eum tenebre perm[illegible] uum mortalis culpe.

* Ante sex dies. ⁊c.] Glo. Ord. Mysti. Sex[illegible] q2 sex diebus omnia fecit. Sexta die homin[illegible] didit. Sexta etate redimere venit. Sexta [illegible] passus est. Sexta hora mortuus est. Uenit [illegible] ad Bethaniam: idest ad domũ obedient[illegible] Do obediẽs patri vsq ad mortem. Philip. [illegible] cens ecclesiã obedientiam: que est in [illegible] idest misericordie. Nec potest abscondi: in qua sucitat sepultos a peccatis grauibus: ibi fit [illegible] na in fide ⁊ deuotione iustorum. Martha mi[illegible] nistrat: idest dum quilibet fidelis opera deuoti[illegible] nis domino impendit. Lazarus: idest suscitat[illegible] de grauibus cum his/ qui manserunt in iust[illegible] tia: leti epulantur de presentia domini. Maria [illegible] que olim penitens vnxit pedes. Nec ibi dicitur [illegible] quo vnguento: modo caput ⁊ pedes [illegible] Jbi rudimenta penitentium: hic iustitiam de[illegible] signat perfectorum. Unde hic libra vnguenti: idest perfectio iusticie. Unguentum: quia bo[illegible] nus odor sumus deo. Caput vnxit: qui alta [illegible] eo predicat. Pedes/ qui infirma veneratur. [illegible] pillis tersit: qui suis superfluis pauperes: qui [illegible] terra indigent/ reficit. Odore domus: idest [illegible] na fama mundus repletur. * Uenit in Beth[illegible] niam.] Jdeo prius Bethaniam venit: vt resu[illegible] scitatio Lazari altius memorie omnium tradi[illegible] retur/ ⁊ inexcusabiles iudei confunderentur [illegible] tractantes de morte tanti suscitatoris. * Ma[illegible] ria ergo.] Preciosum vnguentum fit de nardo [illegible] maxime de spicis. Hic autem dicitur pistici [illegible]

loco vnde erat: et interpretatur fidelis non alia admixtione corrupti. ✳ Dixit ergo vnus.] Judas: etsi malus/ tamen inter apostolos numeratur/ vt doceamur malos tolerare: ne corpus christi diuidamus: et malos bonis non obesse. ✳ Non quia de egenis. &c.] Quantũ ad suam intentionẽ: ad cũ non ptinebat de egenis: q2 nõ curabat de ipsis nõ quin comissum esset ei dispẽsare pauperibus. ✳ Loculos habẽs.] Cui ministrãt angeli: loculos habet in sumptus pauperũ: condescendẽs infirmis: ✳ Sinite illam.] Nouit furem: sed non prodit: docẽs tolerare malos. Tñ obsequium Marie cõmẽdat: ostendẽs q2 esset moriturus: & ad sepeliendũ aromatibus vngẽdus: ideo Marie: cui nõ licuit mortuũ vngere: datum est viuentem officio funeris donare. Unde ẽm Marcũ dr qđ habuit. i. potuit hoc fecit: preuenit vngere corpus meũ in sepulturã. ¶ Magna patiẽtia: non arguit Judã auaritie: & non causa pauperũ dixisse: sed ex rõne mõstrat nõ esse culpãdos illos: qui ipsi inter hoies conuersanti de facultatibus ministrãt: qui paruo tpe corpaliter est apud eos mansurus: cum semper sint pauperes futuri: quib⁹ elemosyna possit impendi. ✳ Me autem.] Corpali presentia. Uel non habebitis: tu Juda/ & qui sunt huiusmodi: q2 si mali iam cõmunicant sacramentis: postea tamen non habẽt dñm/ vt boni. ✳ Et venerunt non propter Jesum. &c.] Curiositas hos nõ charitas adduxit. Nos ecõtra: si cognoscimus Jesum obediẽtis anime domũ/ in qua habitet/ inuenisse: veniam⁹ illuc cõtemplatiõe: nõ propter hoiem tñ: quem in anima suscitatũ videmus: sed vt bonã vitã imitemur: & per hoc ad visionẽ Jesu perueniamus. ✳ Sed vt Lazarũ.] Mystice. Resurgẽtes in scđo aduentu rapiẽtur in aera cum dño. ✳ Cogitauerũt.] Q2 nõ poterant occultare vel negare miraculũ: stulte volunt occidere: quasi non possit suscitare occisum qui suscitauit defunctum. ✳ Jn crastinũ.] Ecce oues ex israel veniunt ad pastorẽ. Rami: sunt laudes significãtes victoriã superaturi diabolũ & mortẽ. ✳ Et clamabãt] Aug. Osanna vox obsecrantis magis indicãs affectũ/ quã rẽ aliquã significans sicut interiectiones. ✳ Rex israel.] Rex nõ terreno more: quod parũ est: sed q2 regit: et ad mentes & ad regna celorũ ducit: & est misera tionis non indignationis. ✳ Noli timere.] Jn reprobo populo erat filia sion. i. hierlm scz oues: que deuote occurrunt venienti: quibus diuinitus dicitur. Agnoscite quem laudatis: et ne timeatis: cũ patitur qui est vestra redẽptio. Pullus in quo nemo sederat: populus est gentium: qui legem dei non acceperat. ✳ Ecce totus mũdus. &c.] Per passionẽ & resurrectionẽ totũ mũdum redemit & secutus est eum. Et quid mirũ si post eum vadit mundus: per quem factus est mundus? ✳ Hi ergo accesserũt.] Ostendit gẽtes per predicationem apostolorum conuersas. ✳ Jesus autem. &c.] De iudeis erant/ qui clamabant. Benedictus qui venit in nomine dñi. Modo gentiles querunt videre. Ecce duo parietes cõcurrentes. Dicit itaqz angularis lapis. ✳ Uenit hora. &c.] Hec non est clarificatio de istis volentibus videre: sed occasione horũ annũciat venturã plenitudinẽ gẽtiũ eo in celis glorificato. Sed hanc altitudinẽ glorificatiõis precedit humilitas passiõis. Unde. ✳ Amẽ amen dico vobis. &c.] Ubi se dicit granũ mortificandũ & multiplicandũ: ad quã passionẽ iaz exhortatus subdit. Qui amat animã suã. &c. ✳ Nisi granũ. &c.] Aug. Ipse est frumentũ: quo viuere debet fidelis anima. Granũm/ de quo spũalis seges debet surgere: cum sint multa grana seminũ/ nulli se comparat nisi frumento. Unde mos cepit ecclesie de hoc solo grano confici corp⁹ dñi. ✳ Qui amat. &c.] Aug. Qui amat in hac vita: perdit in futuro: qđ magis congruit. Unde subdit. ✳ Qui odit. &c.] Nõ amat sed odit animã in hoc mundo/ qui diligendo deum: potius q̃ in eũ peccet eligit occidi. ✳ Si qs mihi. &c.] Precium operis/ quo illi ministrãt/ est esse cũ illo: sine quo nusquã bñ est esse: & cũ quo nusquã male est esse. Unde & apertius subdit. Si quis mihi ministrauerit. ✳ Nũc anima mea.] Predicta passione & ad eam supposita exhortatione quasi data voce fortitudinis sue: subdit affectũ infirmitatis nostre: quem vere suscipit. Sed ex voluntate pro nobis: ne de hac infirmitate desperemus: in qua etiam docet quid dicere debeamus: et quo confugere: quasi conturbatur anima mea: quid dicam? quo confugiam? quẽ inuocem? in quem sperẽ? in patrẽ: qui saluat: cui voluntatem meã propono: quia ꝓpterea vt hec patiar veni in hanc horaz. Unde & clarificatio mihi sic fit: & in membris meis. ✳ Pater clarifica.] Saluationem quero. Sed passionẽ non recuso: propter q̃ passionẽ clarifica me: quod est gloria tui nominis. Non propter me. &c.] Ostẽdit hanc vocem non sibi indicasse quod sciebat: sed eis quibus indicari oportebat. ✳ Nũc iudicium.] Discretionis scz: quod est ante vltimuz damnationis: quia nunc per passionẽ iure diaboli destructo multi liberabũtur. Unde exponẽdo subiũgit. Patiorũ turborũ: & per hec. &c. ✳ Eijcietur.] A redemptis expelletur: predicãtibus apostolis plene expelletur/ qui olim a paucis: etsi extra tententur: non ledit intus. ✳ Et ego si exaltatus.] Eiecto diabolo cum exaltatus fuero (non enim dubitatur) traham omnia. Nõ di

cit omnes: vt de vniuersitate hominum accipe=
res: sed omnia de integritate creature: idest ani=
mā: quod et corpus intelligimus: quod viui=
mus: vt nec capillus pereat. Uel vt de solis ho=
minibus dicatur: omnia predestinata: de qui=
bus nihil perit. Uel omnia genera hominum:
omnia de quibus diabolus eijcitur. * Et quo=
modo tu dicis? ꝛc.] Quomodo in cruce morie=
tur hoc enim cum dixisse putabatur quod face=
re cogitabāt. * Filium hominis.] Quia hoc
memoriter tenebant ꝙ sepe dixerat se filiū homi
nis: non ꝙ hic dixisset. Si exaltatus fuerit filius
hominis. Quis est iste filius hoīs? si eīm xp̄s est:
manet in eternum: si manet in eternū quomodo
exaltabitur a terra: idest morietur i cruce? * Am
bulate.] Idest totū itelligite ꝛ moriturū xp̄m: vt
redimat victurum in eternū in celo: quo perdu=
cat. Uel dum xp̄m vobiscuz habetis: ne tenebre
ignorantie ꝛ mortis perpetue vos comprehen=
dant. * Nescit quo vadat] Qui nō credit mor
tem xp̄i: nescit quo vadit: sed offendit in petram
scandali: quod est xp̄s: iudeis cōtemnētibus et
irridentibꝰ mortuū. * Dum lucem habetis.]
Idest dum aliquid veri intelligitis de eternita=
te xp̄i / credite in veritatē addēdo de humilitate:
vt renascamini in veritate.

Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis Magdalene. Tomo. 2. sub themate.
* Maria accepit. ꝛc.] vt supra. A. ¶ Uel de an
notamentis sermonis Sabbati Ramorum. in=
fra sub themate. * Quare hoc vnguentū non
venijt. ꝛc.] B. Scilicet vtrum Iudas aliquan
do fuerit bonus. ¶ Uel de annotamētis sermo=
nis Ferie sexte Dominice Passionis. folio. 35.
sub themate. * Uenerunt vt Lazarū. ꝛc.] D.
¶ Uel de annotamentis sermonis Dominice
Ramorū. folio. 162. sub themate * Accoperūt
ramos. ꝛc.] E. ¶ Uel de annota. sermonis Epi
phanie. fol. 39. sub themate. * Inuenit Iesus
asellum. ꝛc]. E. R. ¶ Uel de annotamētis ser=
monis Incarnatiōis. fol. 2. sub themate. * Ec
ce rex tuus venit. ꝛc.] E. ¶ Uel de annotamētis
sermōis Passiōis. folio. 35. sub themate * Ue=
nit hora vt clarificetur filiꝰ hominis.] G. ¶ Ul'
de annotamentis sermonis Religiosorum. fol.
136. ꝛ. Pugne. folio. 165. sub thema. * Si quis
mihi ministrat. ꝛc.] H. ¶ Uel de annot. sermo=
nis Penitentie. folio. 211. sub thema. * Adhuc
modicū lumē in vobis est. ꝛc.] M. ¶ Uel de an
notamētis sermonis Sacramenti. folio. 14. sub
thema. * Me autē non semper habebitis.] P.
¶ Uel de annotamētis sermo. Iudicij finalis.
folio. 236. sub themate. * Nunc iudicium est.
ꝛc.] R. ¶ Uel de annotamentis sermo. Domi
nice prime ꝛ tertie Quadragesime. Fol'. 83. et
fol'. 117. sub themate. * Nunc autē princeps
mundi. ꝛc.] R. ¶ Uel de annotamentis sermo
nis Fidei. Folio. 59. sub themate. * Credite in
lucem. ꝛc.] M.

Ferie. iij. Dn̄ice Ramorum.

Sermonis annotamēta Ex quinta pte Biblie.

Erat pascha.] Lyra. Postq̄ [...]
descripta est reductio pecca[...]
toris in deum per mediatoris [...]
predicationem: hic consequē[...]
ter describitur eadē reductio
per passionis sue redemptio=
nem: ꝛ quia superius predixit
passionem suam per iudeos inchoandaz: ꝛ per
gentiles consumandam: ad quos tunc pertine=
bat iudicium sanguinis in hierusalem: ideo pri
mo describitur eiꝰ passio per iudeos inchoata:
secundo per gentiles consumata capitulo sequē
ti. Circa primum quattuor per ordinem descri=
buntur. Primum est ipsius Christi venditio
non ex eius ignorantia / sed ex eius prescientia
ꝛ voluntate. Secundo venditi traditio non ex
eius displicentia: sed charitate: ibi: Et prima die
azymorum. Tertio traditi comprehensio non
ex sua impotentia: sed mititate: ibi. Et adhuc eo
loquente. Quarto comprehensi condemnatio
non ex sua iniusticia: sed humilitate: ibi. Sum
mi vero sacerdotes. Circa primam partem pre=
mittitur venditionis occasio: que fuit duplex.
Prima sacerdotum inuidia: et hec ponitur in
principio. Secunda fuit Iude auaritia: qui vo
luit recuperare precium vnguenti effusi: que po=
nitur ibi. Et cum esset Bethanie. ꝛc. Tertio po=
nitur ipsa venditio: ibi. Et Iudas Scariothis.
ꝛc. Secunda pars principalis incipit ibi. Et pri
ma die azymorum: vt dictum est. Et diuiditur
in quattuor: quia primo ponitur paschale con=
uiuium ad proditoris reuocationem. Secun=
do instituitur eucharistie sacramentum ad cha
ritatis vnionem: ibi. Et manducantibus illis.
Tertio predicitur discipulorum scandalum ad
eorum confirmationem: ibi. Et ait illis Iesus.
Omnes vos scādalizabimini. ꝛc. Quarto descri
bitur xp̄i desideriū ad nostrā redemptionē: ibi.
Et veniunt in predium. Tertia pars principa=
lis huiꝰ capi. que incipit ibi. Et adhuc eo loquē
te: diuiditur in tres: qꝛ primo describitur Iude
fraudulentia. Secundo xp̄i patientia: ibi. Ut
autem de circūstantibus. Tertio discipulorum
ignauia: ibi. Tūc discipuli relicto eo fugerunt.
Quarta ps principalis / q̄ incipit ibi. Sūmi vo
sacerdotes: diuiditur in quattuor: quia primo

scribitur accusatio Christi per falsos testes. Secundo eius condemnatio per iniustos iudices: ibi. Exurgens autem summus sacerdos. Tertio condemnati vituperatio per malignos satellites: ibi. Et ceperunt quidam conspuere eum. Quarto negatio Petri per tres vices: ibi. Et cū esset Petrus. Sententia autem huius totius capituli patet ex dictis Matthei vicesimosexto: vbi ista sunt exposita eodem ordine: quo hic ponuntur: ꝛ sub eisdem verbis pro magna parte. ☞ Ideo quere. s. Annotamento. 7. quinte partis. sermōis Dñice Ramorū. folio. 165. ꝛc.)

B Restant pauca exponenda: que discurrentur. In prima parte principali dicitur. * Erat autem pascha/ ꝛ azyma post biduum.] Solennitas autem paschalis iudeorū celebrabat̄ qntadecima die primi mensis: vt habetur Leuitici vicesimotertio. Hec solennitas incipit a vespere quartedecime diei/ quādo immolabat̄ agn⁹: ꝛ tunc vescebantur azymis vsq; ad septimū diem. Sequitur. * Et querebant summi sacerdotes et scribe quomodo eum dolo tenerent ꝛ occiderent. Dicebant enim. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et cū esset Bethanie in domo Simōis leprosi/ ꝛ recūberet: venit mulier habēs alabastrū vnguēti nardi spicati ꝑciosi.] Dicunt aliqui/ quod nardus est herba faciens spicas in cacumine: de quibus extrahitur liquor optimus: sicut aqua rosacea de rosis: ꝛ talis liquor vocatur hic vnguentum. Alij dicunt/ quod est frutex vel arbor paruula: et inde fluit vel extrahitur liquor modo predicto. Sequitur. * Et fracto alabastro/ effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos/ et dicentes. Ut quid perditio ista vnguenti facta est? poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecentis denarijs: et dari pauperibus. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis? bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum: et cum volueritis/ potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. Quod habuit hec fecit: preuenit vngere corpus meum in sepulturā. Amen dico vobis: vbicunq; predicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo: ꝛ quod fecit hec/ narrabit̄ in memoriā eius. Et Judas scariothis vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes: vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: ꝛ promiserunt ei pecuniā se daturos. Et querebat quomodo illū opportune traderet.

C In secunda parte principali dicit̄. * Et prima die azymorum/ quando pascha immolabant.] De ista die est controuersia inter grecos ꝛ latinos: que plenius tractata est Matthei. 26 ☞ Ideo quere supra an. 7. XXX. qnte partis. ser. Dñice Ramoꝝ. fol. 177. col. 4. ꝛ Joh. 13. Uel anno. 1. H. qnte ptꝭ. ser. Ferie. 5. in cena domini. Sequit̄. * Dicunt ei discipuli. Quo vis eamus ꝛ parem⁹ tibi comedere pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: ꝛ dicit eis. Jte in ciuitatē: et occurret vobis homo lagenam aque baiulans.] Istud signum dedit eis ad inueniēdum locū pro cena: ꝛ credit̄ ꝙ domin⁹ illius domus esset discipulus xp̄i occult⁹. Sequit̄ * Sequimini eum: ꝛ quocunq; introierit/ dicite domino domus: quia magister dicit. Ubi est refectio mea: vbi pascha cū discipulis meis manducem?] Idest agnū paschalē: q2 dn̄s illius domus non solū ꝓuidit de loco: sed etiā de agno. * Et ipse vobis demōstrabit cenaculum grande stratū: ꝛ illic parate nobis.] In illo cenaculo pascha comederunt: ꝛ in illo post resurrectionē latuerunt discipuli ꝓpter metum iudeoꝝ: et in illo spiritū sanctū receperunt in die pentecostes: vt habetur Actuū. 2. * Et abierunt discipuli eius: et venerunt in ciuitatē: ꝛ inuenerunt/ sicut dixerat illis: ꝛ parauerunt pascha. Uespere aūt facto/ venit cum duodecim/ et discumbentibus eis/ ꝛ manducantib⁹/ ait Jesus. Amen dico vobis: q2 vnus ex vobis tradet me: qui manducat mecum. At illi ceperunt contristari/ ꝛ dicere singulatim. Nunquid ego? Qui ait illis. Unus ex duodecim: q̄ intingit manū mecū in catino] Uas est fictile ad refrigerādum vinum: ꝛ in illo erat ius lactucaꝝ aggrestium: cum quo carnes agni debebāt comedi: vt dicit̄ Exo. 12. Sequit̄. * Et fili⁹ q̄dē hoīs vadit: sicut scriptū est de eo. Ue aūt homini illi: per quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei: si natus nō esset homo ille. Et manducantib⁹ illis/ accepit Jesus panē: et benedicēs fregit/ ꝛ dedit eis: et ait. Sumite. Hoc est corpus meū. Et accepto calice/ gratias agēs dedit eis. Et biberūt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundet̄. Amen dico vobis/ ꝙ iam non bibam de genimine vitis vsq; in diem illam: cū illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto exierunt in montem oliuarū: ꝛ ait eis Jesus. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptū est. Percutiā pastorem: ꝛ dispergentur oues: sed postquam resurrexero/ precedam vos in Galileam. Petrus autem ait illi. Etsi omnes scandalizati fuerint: sed nō ego. Et ait illi Jesus. Amen dico tibi: quia tu hodie in hac nocte priusquam bis gallus vocem dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Etsi oportuerit me simul commori tibi: non te negabo. Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in predium: cui no=

men Gethſemani: et ait diſcipulis ſuis. Sedete hic donec orem. Et aſſumit Petrũ/ ⁊ Jacobum ⁊ Johannem ſecum: ⁊ cepit pauere et tedere. Et ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Suſtinete hic/ ⁊ vigilate. Et cũ proceſſiſſe ẽ pau lulum/ procidit ſuper terram ⁊ orabat: vt ſi fieri poſſet/ tranſiret ab eo hora. Et dixit. Abba: pa= ter.] Idem ſignificat. tamẽ vnum eſt hebraicũ: ⁊ aliud grecum. Sequitur. * Omnia poſſibi= lia ſunt tibi. Transfer calicem hunc a me: ſed nõ quod ego volo: ſed quod tu. Et venit: ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait Petro. Simon dormis: Nõ potuiſti vna hora vigilare? Vigilate ⁊ ora te: vt non intretis in tentationem. Spiritus qui dem promptus eſt: caro vero infirma. Et iterũ abiens/ eundem ſermonẽ orauit/ dicens. Et re= uerſus denuo inuenit eos dormiẽtes. Erant enĩ oculi eorum grauati: ⁊ ignorabant/ quid reſpõ derent ei. Et venit tertio: et ait illis. Dormite iã ⁊ requieſcite: ſufficit: venit hora. Ecce filius hõ= minis tradetur in manus peccatorum. Sur= gite/ eamus. Ecce qui me tradet ꝓpe eſt. Et ad= huc eo loquente/ venit Judas Scarioth/ vnus de duodecim: ⁊ cum eo turba multa cum gla= dijs et lignis/ miſſi a ſummis ſacerdotibꝰ ⁊ ſcri bis et ſenioribus. Dederat autem traditor eis ſi gnum/ dicens. Quemcunque oſculatus fuero ipſe eſt: tenete eum.] In tertia autem parte prin

D cipali dicitur. * Et ducite caute.] Ne forte ra= piatur de manibus veſtris. Quia populus cõ= munis habebat deuotionem ad eum. Sequitur. * Et cũ veniſſet/ ſtatim accedens ad eum: ait. Aue rabbi: ⁊ oſculatus eſt eum. At illi manus iniecerunt in eum: ⁊ tenuerunt eum. Vnus au tem quidam de circumſtantibus educens gla= dium/ percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis: ⁊ am putauit illi auriculam. Et reſpondens Jeſus/ ait illis. Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs et lignis comprehẽdere me. Quotidie eram apud vos in templo docens: et non me te= nuiſtis: ſed vt impleantur ſcripture. Tunc diſci puli eius relinquentes eum: omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum.] Quia iſte non nominatur hic: ideo dicunt ali qui/ ꝙ fuit Jacobus/ frater domini. Alij autem ꝙ fuit Johannes euangeliſta: qui iunior erat inter apoſtolos. Alij autem dicunt ꝙ fuit iuue= nis de illa domo: in qua comederãt paſcha. Se quitur. * Amictus ſindone.] Ideſt veſte linea * Super nudo.] Scilicet corpore: quia nõ ha bebat aliam veſtem. Sequitur * Et tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone/ nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Jeſum ad ſummum ſacer= dotem. Et conuenerũt omnes ſacerdotes: ⁊ ſcri= be: et ſeniores. Petrus autem a longe ſecutus

eſt eum vſq; intro in atriũ ſummi ſacerdotis: ⁊ ſedebat cũ miniſtris: ⁊ calefaciebat ſe ad ignẽ. Summi vero ſacerdotes et omne conciliũ quere rebant aduerſus Jeſũ teſtimoniũ: vt eum mor ti traderent: nec inueniebant. Multi enim fal= ſum teſtimoniũ dicebant aduerſus eum: ⁊ con= uenientia teſtimonia nõ erant. Et quidam ſur= gentes/ falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum: dicentes.] In quarta parte principali di= citur. * Quoniam nos audiuimus eum di= centem. Ego diſſoluam templum hoc manu fa ctum: ⁊ poſt triduum aliud non manu factum edificabo] Falſum enim impoſuerunt ei: quia hoc non dixerat: vt habetur Johannis. 2. Sed ſic dixerat. Soluite templum hoc. ⁊c. Predicẽs mortem ſuã: in qua corpus eius: quod erat tem plum deitatis: ſolutũ eſt: etſi de materiali tem= plo intelligatur: adhuc falſum impoſuerunt: quia ſi abſolute dixerit: quod tamen dixerat condici onate. Et ideo bene ſubditur. * Et nõ erat con ueniens teſtimoniũ illorum. Et exurgens ſum= mus ſacerdos in medium: interrogauit Jeſum: dicens. Non reſpõdes quicq̃ ad ea: que tibi ob ijciuntur ab his? Ille autem tacebat: ⁊ nihil re= ſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interroga= uit eum: ⁊ dixit ei. Tu es Chriſtus filij dei bene dicti? Jeſus autem dixit illi. Ego ſum: ⁊ videbi tis filium hominis a dextris ſedentem virtutis dei: et venientẽ cum nubibus celi.] Interroga= tus de veritate diuinorũ reſpondet: qui prius in alijs tacuerat: quia de diuinis nõ debet ita taceri ve ritas (ſi interrogetur) ſicut de humanis. Sequitur. * Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimen ta ſua: ait. Quid adhuc deſideramꝰ teſtes? Au diſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerũt eum eſſe reum mortis. Et ceperũt quidam conſpuere eum: ⁊ velare fa ciem eius: et colaphis eũ cedere: ⁊ dicere ei. Pro phetiza. Et miniſtri alapis eum cedebãt. Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum: venit vna ex an cillis ſummi ſacerdotis: et cum vidiſſet Petrum calefacientẽ ſe: aſpiciens illum/ ait. Et tu cũ Je ſu Nazareno eras. At ille negauit/ dicẽs. Neq; ſcio neq; noui q̃d dicas. Et exijt foras ante atri um: et gallus cantauit. Rurſus autem cum vi diſſet illum ancilla: cepit dicere circũſtantibus: quia hic ex illis eſt. At ille iterũ negauit. Et poſt puſillũ: rurſus q̃ aſtabant: dicebãt Petro. Vere ex illis es.] In quarta parte minus principali dicitur ſic. * Nam et Galileus es.] Licet enim eſſet vna lingua omnium hebreorũ: tamen ſm varias partes Judee variabatur in aliqua pro prietate: ſicut lingua gallica i Picardia ⁊ Nor mandia: per quã percipitur in loquela/ de qua natione ſit aliquis. * Ille autem cepit anathe

matizare.] Idest maledicere sibiipsi: si cognouisset Jesum. Unde anathematizatio signat iurationem: que est per execrationem: scilicet quando aliquis imprecatur sibimetipsi maluʒ pene/ si ita sit: sicut imponitur ei. Seq̄tur. ✳ Et iurare: quia nescio hominem istum: quem dicitis. Et statim iteruʒ gallus cantauit: et recordatus est Petrꝰ verbi: quod dixerat ei Jesus. Priusq̄ gallus cantet bis: ter me negabis: ⁊ cepit flere.]

¶ Sequit̄ capi. 15. ✳ Et confestim. ⁊c.] Hic cōsequenter describitur Christi passio per gentiles consumata. Et primo describitur ipsius Christi crudelis occisio. Secundo eius fidelis ⁊ deuota tumulatio: ibi. Et cum iam sero esset factū. Prima in duas: quia primo describitur Christi iniqua condemnatio. Secundo inique sententie executio: ibi. Et postq̄ illuserunt ei. Prima in quattuor: quia primo Christus gentili iudici presentat̄. Secundo ab eo examinatur. ibi. Et interrogauit eum Pilatus. Tertio eius innocentia declaratur: ibi. Per diem autem festum. Quarto iniqua condemnatio: ibi. Pilatus autem volens satisfacere populo. Sententia istarum partium patet ex dictis Matthei. 27. vbi ista ponuntur eodem ordine a principio illius capi. vsq̄ prope mediū. ☞ Ideo quere supra Annotamento. 7. quinte partis. sermōis Dominice Ramorū. Folio. 169. Tamen aliqua sunt ibi interposita: que hic omittuntur: quia Marcus breuitati studebat: vt dictū fuit a principio libri huius: ideo dicit̄ in littera. ✳ Et confestim mane concilium facientes summi sacerdotes cum senioribus ⁊ scribis ⁊ vniuerso concilio vincientes Jesum/ duxerunt ⁊ tradiderūt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es rex iudeorum? At ille respōdens/ ait illi. Tu dicis. Et accusabant eū summi sacerdotes in multis. Pilatus aūt rursum interrogauit eū/ dicēs. Non respondes quicquam? Uide in quantis te accusant. Jesus aūt ampliꝰ nihil rn̄dit: ita vt miraret̄ pilatus. Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis/ quemcūq̄ petiissent. Erat auteʒ qui dicebatur Barrabas: qui cum seditiosis erat vinctus: qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba: cepit rogare/ sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respōdit eis: ⁊ dixit. Uultis dimittam vobis regem iudeorum? Sciebat enim/ ꝙ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autē concitauerunt turbam/ vt magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus autem volens satisfacere populo/ dimisit illis Barrabam: ⁊ tradidit Jesum flagellis cesum: vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium pretorij: ⁊ conuocant totam cohortem: ⁊ induunt eum purpura: ⁊ imponunt ei plectentes spineam coronam: ⁊ ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorum. Et percutiebant caput eius arundine: ⁊ conspuebant eum: ⁊ ponentes genua/ adorabant eum. Postq̄. ⁊c.] Hic consequenter describitur inique sententie late in Christum executio: vbi primo ponitur ipsius Christi iudicati crucifixio. Secundo crucifixi illusio: ibi. Et pretereuntes blasphemabant. Tertio illusi expiratio: ibi. Et facta hora sexta. Sentētia istarum partium patet ex dictis Matthei vicesimoseptimo. ☞ Ideo quere quo supra. Un̄ lr̄a. ✳ Et postq̄ illuserūt ei/ exuerunt illum purpura: et induerunt eum vestimentis suis. Et deducunt illum: vt crucifigerent eum. Et angariauerunt quempiam pretereuntem Simonem cyreneuʒ venientem de villa/ patrem Alexandri ⁊ Ruffi.] Hic dicit Hieronymus/ quod nomen istius Simonis hic exprimitur ratione filiorum suorum: qui erāt discipuli Christi. Sequit̄. ✳ Ut tolleret crucem eius. Et perducunt eum in golgotha locū: qđ est interp̄tatū caluarie locꝰ. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum.] Dicunt aliqui/ quod istud vinum dicitur myrrhatum ex proprietate myrrhe: que est valde amara. Ista tamen amaritudo causabatur ex admixtione fellis. Alij autem dicunt/ quod non solum fuit ibi mixtio fellis: sed etiam myrrhe. ✳ Et non accepit.] Contrarium tamen videtur Johannis vicesimonono. f. vbi dicitur. Cum accepisset Jesus acetum. ⁊c. Ad quod dicēdum/ quod aliquid accepit ad gustandum: modicum tamen: propter impletionem prophetie/ dicentis. In siti mea potauerunt me aceto. Et quia illud: quod modicum est: quasi nihil reputatur: ideo hic dicitur/ quod nō accepit: scilicet ad perfecte bibenduʒ. Seq̄tur. ✳ Et crucifigentes eū: diuiserunt vestimenta eius/ mittentes sortem super eis/ quis quid tolleret. Erat autem hora tertia.] Johannis. 19. c. dicitur. Erat autem hora quasi sexta. ſm veritatem erat hora media inter sextam et tertiam. Medium vero denominatur ab vtroq̄ extremoꝝ. ⁊ ideo ab euangelistis aliquando denominatur tertia: aliq̄n sexta. Seq̄tur. ✳ Et crucifixerūt eum. Et erat titulꝰ cause eius inscriptꝰ. Rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt duos latrones: vnū a dextris: et aliū a sinistris eius. Et impleta est scriptura: que dicit. Et cum

iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua: ⁊ dicentes. Vah qui destruis templum dei: ⁊ in tribus diebus reedificas. Saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter ⁊ summi sacerdotes illudentes ad alterutrũ cum scribis/dicebãt. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluũ facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce: vt videamus: ⁊ credamus. Et qui cum eo crucifixi erant/conuitiabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totam terram/vsq; in horam nonã. Et hora nona exclamauit voce magna Jesus/dicẽs. Eloi eloi lãma azabtani: qđ ẽ interptatũ. De⁹ me⁹: de⁹ me⁹: vt qd dereliquisti me? Et quidam de circũstantib⁹ audientes/dicebant. Ecce Heliã vocat. Currens autem vn⁹ ⁊ implens spongiã aceto: circũponensq; calamo potum dabat ei/dicens. Sinite. Videamus si veniat Helias ad deponendum eum. Jesus autem emissa voce magna/expirauit. Et velum tẽpli scissum est in duo/a summo vsque deorsum. Videns autem Centurio: qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset.] Videbat enĩ ꝙ illa vox nõ poterat naturaliter formari ab homine sic propinquo morti: ⁊ ideo conclusit/ꝙ esset formata virtute dei: et ✳ Ait. Vere hic homo filius dei erat. Erant autẽ ⁊ mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene: ⁊ Maria Jacobi minoris ⁊ Joseph mater: et Salome. Et cum esset in Galilea/sequebantur eũ: ⁊ ministrabant ei: et alie multe: que simul ascenderant cum eo Hierosolymam. Et cum iam sero esset factum.] Hic describit̃ ipsius Christi deuota tumulatio: ⁊ patet sententia ex dictis Matthei.27. (☞ Quere vbi.s.) Seqtur. ✳ Quia erat parasceue: quod est ante sabbatum.] Idest preparatio: quia tunc erat feria sexta: in qua preparabant̃ ea: que debebant comedi die sequenti. ✳ Venit Joseph.] Ad sepeliendum Christum: anteq; intret sabbatum: in quo non erat licitũ facere talia. ✳ Ab Arimathia/nobilis.] Que antiquitus dicta est Ramatha: de qua fuit Samuel: vt habetur.1. Regum. ✳ Decurio: qui et ipse erat expectans regnum dei.] Idest vnus de curialibus. Decuriones enim dicũtur: qui sunt de curia alicuius magni principis. Dicuntur etiam decuriones: qui accipiunt curam plebis. ✳ Et audacter introiuit ad Pilatũ: ⁊ petijt corpus Jesu.] Prius enim erat discipulus christi occultus ꝓpter metum iudeoꝝ: sed exemplo mortis Christi animatus: ostendit se publice esse Christi discipulum: petendo eius sepulturã: ⁊ exequendo. Sequit̃. ✳ Pilatus autem mirabatur/si iam obijsset: et accersito Centurione: interrogauit eum/si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a Centurione: donauit corpus Joseph. Joseph autem mercatus sindonẽ: et deponens eum inuoluit sindone: ⁊ posuit eum in monumento: quod erat excisum de petra. Et aduoluit lapidem ad ostiũ monumenti.] Circa enim sepulchrũ erat quedam clausura: et ad ostium illius clausure fuit positus lapis magnus non solum a Joseph: sed etiam ab alijs: qui fuerunt cum eo in sepultura Christi. ✳ Maria autem Magdalene: ⁊ Maria Joseph.] Idest que erat mater Joseph. ✳ Aspiciebant vbi poneretur.] Ad hoc: vt transacto sabbato venirent ad vngendũ corp⁹ ei⁹. ✳ Erat autẽ pascha. ⁊c.] Moraliter. Theophilus. Voluit enim dominus in paschate crucifigi: quia ipse erat verum pascha. ✳ Et querebant summi sacerdotes. ⁊c.] Adhuc aliqui de istis Christum persequũtur in membris suis. ✳ Et cum esset in Bethania in domo Simonis leprosi. ⁊c.] Per hoc ostẽdit ꝙ predicatores nõ debẽt abhorrere peccatores. ✳ Venit mulier habens alabastrum. ⁊c.] Mulier ista/ratiõalis est anima: que frangit alabastruz: cum rationabiliter domat corpus propriũ. Et quoniã hoc cedit ad honorẽ dei/effundit super caput xpi.1. Corinthiorum vndecimo a. Caput Christi deus. ✳ Erant aũt quidam indigne ferentes. ⁊c.] Illis sunt similes illi: qui grauius portant expensas decem solidoꝝ pro Christo: q̃ quinquaginta vel centum pro mundo: ideo sequitur. ✳ Sinite illam.] Eius approbando operationẽ. ✳ Et Judas Scariothis. ⁊c.] Beda. Multi hodie scelus Jude: scilicet ꝙ dominũ ac magistrum/deumq; suum pecunia vendiderit: velut immane ac nefarium abhorrẽt: nec tamen cauent: nã cum pro muneribus/charitatis ac veritatis viam spernunt: deum: qui veritas et vita est: spernunt. Et primo die azymorũ. Sequitur. ✳ Et mittit duos ex discipulis suis. ⁊c.] Scilicet Petrum ⁊ Johannem: vt dicitur Luce vicesimosecundo. Per Petrũ significatur actio bona: per Johannem/contemplatio deuota: que preparant pascha: idest disponunt ad Christi corpus debite sumendum. Preparant autẽ in cenaculo: idest in homine per orationem in deum eleuato: grandi/longitudine longanimitatis: lato/latitudine charitatis: strato varietate virtutis. ✳ Et discũbentibus eis.] Per hoc autem ꝙ Christus in mensa denunciauit suũ ꝓditorem: designauit/ꝙ multi ꝓditores veniunt ad mensaz suã. Hiero. Dic sacerdos: dic clerice: quomodo eisdem labijs deoscularis filiũ virginis: quibus deosculatus es filiã meretricis? O iuda/osculo

filium hominis tradis. ✳ Et mãducãtibꝰ illis
accepit Jesus panem.ꝛc.] Per Jesum: ꝗ salꝰ in
terptaẗ: intelligiẗ bonus prelatus xp̃i vicarius:
ꝛ de sua subditorumq; suoꝝ salute solicitꝰ. Hic
accipit panem: cum diligenter studet sacrã scri=
pturam. Et benedicit: quãdo deo attribuit eius
intelligentiã. Frangit autem et dat/ deuote pre=
dicando. Econtra de ignorante dicitur Threñ.
4.a. Paruuli petierunt panẽ: ꝛ non fuit q̃ fran
geret eis. ✳ Et accepto calice.] Per quem perse
cutio designaẗ in scriptura. Hic calix sumiẗ/ pa
tienter tolerando: ꝛ datur alijs/ ad simile exhor
tando. ✳ Et hymno dicto.ꝛc.] Per hoc osten=
dit/ ꝙ ascendens ad vitam arctiorem/ primo de
bet implorare clementiam diuinam. ✳ Et ait il
lis Jesus. Oẽs scandalizabimini.ꝛc.] Chry
sostomus. Carnale est cadere: sed diabolicũ est
iacere. ✳ Petrus autem ait illi. Etsi oẽs scan
dalizati fuerint: sed ego non.] Cõmuniter acci
dit/ ꝙ illi: qui alijs in virtute se preferunt: turpi
us alijs cadunt: ideo subditur. ✳ Amen dico ti
bi.ꝛc. Et veniunt in predium: quod diciẗ Geth
semani.ꝛc.] Quod interpretaẗ vallis pingue=
dinis: ideo significat humilitatem gratiosam.
Per hoc autem: ꝙ Christus orauit ibi humili=
ter: significaẗ/ ꝙ oratio humiliãtis se veraciter:
deo est accepta. Ecci.35.c. Oratio humiliantis
se nubes penetrat.ꝛc. Per hoc autem ꝙ dicitur
dominus hic ter orasse: docuit nos orare perfe=
cte: quia perfectio cõsistit in tribus: scilicet prin=
cipio: medio: et fine. ✳ Quemcunq; osculatus
fuero.] Amicitie signis proditores vtuntur: vt
eorum dolus latentius peragatur. ✳ Et ampu
tauit illi auriculam.] Hoc signũ fuit de mentis
aure iudeoꝝ amputãda: sicut patet per effectũ:
quia nihil audire volunt de salute sua. ✳ At il
le relicta sindone: nudus ꝓfugit ab eis.] Beď.
Qui vult fugere manus iniquorũ: relinquens
mente: que mundi sunt: fugiat post Christum:
sicut Joseph relicto pallio: fugit de domine ma=
nibus impudice. ✳ Petrus autem a longe se=
cutus est eum.] Beda. Merito a longe seque=
batur: qui erat de proximo negaturus. Non eñi
negare posset: si Christo proximus adhesisset.
✳ Usq; intro in atrium.] Hieronymus. Atri=
um sacerdotis: est circuitus secularis. Mini=
stri: demonia: cum quibus qui sedet: non po=
test flere peccata. Ignis autem: desiderium est
carnis. ✳ Summi vero sacerdotes ꝛ omne con
cilium querebant aduersus Jesum testimoni=
um.ꝛc.] Modus autem iudicum iniquorum
est: aduersus innocentes querere testimonia: et
recipere falsa. ✳ Summus autẽ sacerdos scin=
dens vestimenta sua.ꝛc.] Per hoc fuit signifi=
catum: ꝙ prescindendum erat sacerdotium iu=
deorum: sicut ꝛ stabilitas sacerdotij Christi: per
hoc ꝙ eius tunica etiã a crucifigentibus eũ non
fuit scissa. ✳ Et ceperunt quidam ꝯspuere eũ: et
velare faciẽ eius.ꝛc.] Hiero. Ut sputaminibus
susceptis: faciẽ anime nostre lauaret: ꝛ velamine
faciei sue: velamen cordiũ nostrorum auferret.
✳ Et colaphis eum cedere.ꝛc.] Quibus in ca
pite percussus est: caput humani generis: quod
est Adam/ sanaret. ✳ Et ministri alapis eum ce
debant.] Quibus expalmatꝰ est/ laus eius ma
xima manibus nostris labijsq; plauderet: vt di
citur ps̃.46.a. Omnes gentes plaudite mani
bus. ✳ Et statim iterum gallus cantauit.ꝛc.]
Hiero. Gallus lucis nuncius/ quid est nisi spi=
ritussanctus? cuius voce in ꝓphetis ꝛ apostolis
nos de trina negatione excitamur ad amarissi=
mos post lapsum fletus: qui male de deo cogita
uimus: ꝛ male locuti sumus de proximo: ꝛ ma=
le fecimus ad nosipsos. ¶ Sequitur capi.15.
✳ Et tradiderũt Pilato.ꝛc] Juste traditi sunt b
romano exercitui: qui saluatorẽ tradiderũt ro=
manorum presidi. ✳ Ita/ vt miraret Pilatus.
ꝛc.] Scilicet de eius patientia: quem audierat
peritum in lege: ꝛ potentẽ ad omnia respondere.
✳ Põtifices autem cõcitauerũt turbã.ꝛc.] Ad
huc.n. hodie aliq magis nitũtur saluare: ꝛ etiã
ꝓmouere malos homines/ q̃ bonos. ✳ Pilatꝰ
aũt volens satisfacere populo/ dimisit illis Bar
rabam.ꝛc.] Sic faciunt mali iudices/ pro fauo
re humano iusticiã subuertentes. ✳ Et ceperũt
salutare eũ.ꝛc.] Ita faciũt multi i eccl'ia deuote
salutantes eũ in apparentia: sed cum expoliant
bonis et affligunt: ꝛ percutiũt in membris suis.
✳ Et angariauerunt quẽpiam.ꝛc.] Sic multi
portant hodie in angaria crucem penitentie. ✳
Et dabant ei bibere myrrhã.ꝛc.] Similiter ho=
die multi dant Christo bibere potum amarũ: et
diuidunt sibi vestimẽta sua: rapiẽtes bona sim=
plicium christianoꝝ. ✳ Et cum iniquis reputa
tus est.] Sic fit hodie ipsius membris per iusti=
cie subuersionẽ in multis locis. ✳ Et pretereun
tes blasphemabant.ꝛc.] Hoc similiter faciũt de
tractores bona facta membroꝝ Christi denigrã
tes ✳ Deus meus: vt quid dereliquisti me? ꝛc]
Propter quod non debet christianus mirari/ si
a deo permittitur per malos tribulari: qꝛ sic suo
capiti ꝯformaẗ. ✳ Et velum templi scissum est.
ꝛc.] Prima Coꝝ.3.d. diciẗ. Templum dei san=
ctum est: quod estis vos. Et ideo velum huius
templi scinditur: quando per compassionẽ mor
tis Christi/ fidelis ab omni terrenorum inordi=
nato amore separatur. ✳ Videns autem Cen=
turio.ꝛc.] Per hoc/ ꝙ iste gentilis confitebatur
in Christo veritatem deitatis: significata fuit il
luminatio futura gentiũ: ꝛ excecatio iudeoꝝ.

* Venit Joseph ab Arimathia: ⁊ petijt corpꝰ Jesu.⁊c.] Joseph: q̃ interpretatˀ accrescens: corpus Jesu petit: qñ persona crescēs in virtutibꝰ/ eucharistiā sumit. Et inuoluit in sindone: qñ deuotionem suā abscondit ab humana laude. Et ponit in monumēto: qñ iugiter cogitat de ipso: quia monumentuz dicitur/ quasi monens mentem. Per hoc aūt ꝙ sancte mulieres aspiciebant vbi poneretur: significatū fuit/ ꝙ religiose persone: que sunt mundo mortue: debent cum eo per compassionē sepeliri: vt resurrectionis eius participes fieri mereantur.

Glosa J * Erat pascha.⁊c.] Glo. Hiero. Pascha transitus interpretatur: phase vero immolatio. In immolatiōe agni: ⁊ transitu per mare/ vel egyptū: prefiguratˀ passio xp̄i: ⁊ redēptio pp̄li de inferno: quando post biduū nos visitat.i. plenissima luna/ etate xp̄i perfecta: vt pte nulla tenebrosa/ carnes agni immaculati: qui tollit peccata mūdi: in vna domo: que est vna ecclesia catholica: calciati charitate: ⁊ armati virtute: comedamus/ dicentes. Etenim pascha nostrum immolatus est xp̄s. ¶ Beda. Pascha: quod hebraice phase: a transitu: nō a passione: eo ꝙ exterminator videns sanguinē in foribus israelitaꝝ: transiuerit: nec percusserit eos: vel dn̄s auxiliū dans eis/ desuper ambulauerit: cuius mysteriū Johannes aperuit. Ante diem festuz pasche sciēs Jesus/ qꝛ venit hora eius: vt transeat de hoc mūdo ad patrem. Ubi ostēdit sic mystice notatuz/ ꝙ agnus dei: qui peccata mundi tollit: de hoc mundo esset transiturus. Uel nos salubri transitu de egyptiaca seruitute redempturus est: vel educturꝰ. ¶ Beda. Pascha/ solus dies: quo agnus occidebatur ad vesperā: quartadecima luna primi mensis. Azyma/ quintadecima luna: quādo filij israel egressi sunt de egypto: que septem celebrantur diebus.i. vsq; ad vicesimūprimū eiusdem mensis diem ad vesperū. Sed indifferenter alteruz pro altero ponitˀ: qꝛ ⁊ dies pasche in azymis celebrabatur: ⁊ nos quasi perpetuū pascha facientes: semp ex hoc mūdo trāsire precipimur. Uno q̄ppe die agno imaculato imolato ad vespeꝝ: septē ex ordie dies sequūtˀ azymoꝝ: qꝛ xp̄s pro nobis semel in fine seculoꝝ vel tempoꝝ passus: per totū huius seculi tempus: quod septem diebus agitur: in azymis synceritatis ⁊ veritatis nobis precepit esse viuendum: ⁊ oīm nisu desideria terrena/ quasi egypti retinacula fugere: ⁊ velut a mundana conuersatione secretam: solitudinem: iter.s. admonet subire virtutuz. * Et querebant summi sacerdotes.⁊c.] Hierony. A principibus egressa est iniquitas: qui templum parare: ⁊ vasa/ ⁊ se purificare fm legem ad esuz agni debuerant. * Non in die festo.⁊c.] Hieronymus. Uitāt diē festum: quod conuenit illis. Non est festiuitas eis: qui vitam ⁊ misericordiā perdiderūt. * Et cum esset Bethanie.] Hiero. Hinnulus ceruoꝝ semper ad lectulum suum redit.i. filius obediens patri vsq; ad mortē obediētiam a nobis petit. Simō cū obediens dicitur. * In domo Simonis leprosi.] Hiero. Simon leprosus: mundum infidelem primo: postea fidelem significat. * Et recūberet.] Hiero. Recūbente seipso.i. humiliante se/ vt cum tangeret pedes peccatricis: que de pedibus ascendit ad caput: a capite descendit per fidem.i. a xp̄o ad membra eiꝰ. * Venit mulier.] Bed. Maria Magdalena soror Lazari: quem suscitauit dn̄s. Hoc Johānes dicit esse factū ante sex dies pasche pridie ꝙ asino sedēs/ venerit Hierusalem. Ipsa est enī: nō alia: q̃ quōdam adhuc peccatrix (vt Lucas scribit.7.capitulo.) pedes dn̄i rigauit: ⁊ vnguento vnxit. Nunc iustificata ⁊ familiaris facta: non tm̄ pedes (vt Johannes dicit) sed ⁊ caput (vt Mattheus ⁊ Marcus phibent) oleo sancto perfudit. * Habens alabastrum.] Alabastrum marmor candidum/ varijs guttis distinctum: vnguenta incorrupta seruat. * Unguenti nardi spicati preciosi.] Pistica nardus dicitur mixta: quia nō solum de radice: sed de spicis ⁊ de folijs compositū erat: quod est preciosius. * Et fracto alabastro/ effudit super caput eius.] Hierony. Domus impleta odore: celum ⁊ terra est. Fractum alabastrum: carnale est desideriū: quod frangitˀ ad caput: ex quo omne corpus compaginatū est. ¶ Beda. Mystice. Deuotionem Marie/ fidem et pietatē designat ecclesie: que dicit. Dū esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suū. Quod ad litterā Marie manibus cōpleuit: ⁊ q̄tidie spūalitˀ in mēbris suis adimplere non desinit: que in toto mundo gloriādo dicit.1.Cor.2.d. Deo aūt gratias ago: q̄ semper triūphat nos in xp̄o Jesu. Et odorez notitie sue manifestat p nos in omni loco: qm̄ Christi bonus odor sumus deo.1.Cor.2.d. Cum potentiam diuinitatis eius: que illi vna est cum patre: digna reuerentia ꝯfitetˀ: laudat ⁊ predicat. Caput eius vnguento perfundit precioso: cum humanitatem digna reuerentia suscipit. In pedes vnguentum pisticū.i. fidele ⁊ verum perfundit: quia illam naturā eius: qua terrā contingere.i. inter hoies conuersari dignatus est: pia predicatione et deuotis veneratur obsequijs. * Erant aūt quidam indigne ferentes intra semetipsos.] Beda. Per synecdochen plurale pro singulari posuit. Johannes Judam hoc dixisse dicit: qa fuerat fur ⁊ loculos habens: ea: que mittebantur portabat. Forsitan ⁊ alij discipuli aut senserunt hoc: aut dixerūt: aut Juda dicente psuasi sunt:

et omniū voluntatem Matthꝰ ⁊ Marcus ver
bis expresserūt. Sed Judas qꝛ fur: ⁊ alij propter
curam pauperū. Johannes autem illū solū cō=
memorare voluit: cuius hac de causa furādi cō
suetudinem intimare curauit. * Et dicentes.
Ut quid perditio ista vnguenti facta est?] Hie
rony. Perditus de salute perditionē inuenit: vt
in ficu fructifera mortis laqueū nancisceretur.
* Poterat enim vnguētū istud. ⁊c.] Hierony.
Sub pretextu auaritie mysterium loquitur fi=
dei. Etenim nostra fides trecentis emitur dena=
rijs: idest decem sensibus per corpus ⁊ animā et
spiritū triplicatis: vt ⁊ nos sicut Gedeon (Judi.
7.b.) trecentorum virorū numerum assumētes:
allophylorum castra pauperes spiritu fractis la
gunculis nostris cum tubis ⁊ lucernis destrua=
L mus. Et sicut Abrahā (Geñ.14.d.) cū trecentis
viris spolia diuidamus ad vesperam. * Bonū
opꝰ operata est in me.] Hierony. Qui credit in
deum reputatur ei in opus iusticie. Rom.4.d.
Aliud enī est credere ei: aliud est credere in eū. i.
totū se inijcere in illū. * Me aūt non semper ha
bebitis.] Beda. Corporali presentia ⁊ familia=
ritate coniunctū sicut nunc. Unde Apostolꝰ. 2.
Corī.5.c. Et si nouerimus xp̄m secundū carnē:
sed nunc iā nō nouimꝰ. Spūaliter aūt semp est
nobiscū. Unde Mat.28.d. Ecce ego vobiscum
sum vsq̄ ad cōsumationem seculi. ¶ Hierony.
Ita intelligendū est. Me aūt non semper habe=
bitis: in corporali presentia. Ut prius in cōuictu
⁊ familiaritate. Unde ⁊ per Apostolū. 2. Corī.
5.capi. Si nouerimus xp̄m ꝺm carnem: sed nūc
iam non nouimus. * Quod habuit hec fecit/
preuenit enim vngere. ⁊c.] Quod putatis per=
ditionem esse vnguenti: officium sepulture est:
nec mirum si mihi dedit odorē fidei bonū: cum
ego pro ea fusurus sum sanguinē meū. * Amē
dico vob: vbicūq̄ p̄dicatū fuerit euāgeliū. ⁊c.]
Beda. Nota in xp̄o noticiam futurorū: passu=
rus post paucos dies prescit euangelium suum:
toto orbe predicandū. ¶ Beda. Notandum ꝙ
sicut Maria toto orbe: quo est ecclesia diffusa/
gloriam meruit de pio obsequio: qđ dn̄o deuote
exhibuit: sic ⁊ Judas: qui ei detraxit: pfidie no=
ta longe lateq̄ infamatur. Sed dn̄s bonum pia
laude remunerat: futuras impij cōtumelias ta=
M cet. * Et Judas scarioth] vnꝰ de duodeci. ⁊c.]
Hiero. Unus numero nō merito. Nomine: nō
numine. Corpe: nō animo. Unde. Cant.4.b.
Sponsus ad sponsam. Uerberasti cor meum so
ror mea in vno oculorum tuorum: et in vno cri=
ne colli tui. Oculus et crinis sapientia est ⁊ vir
tus: qm̄ Jude cū ceteris dr̄. Matth.13.b. Uob[
datū ē nosse mysteriū regni dī: ⁊ Luce.10.c. De=
di vobis ptātē calcādi. ⁊c. * Abijt ad summos
sacerdotes Ille abijt ad principes: ⁊ postquam
exiuit: intrauit in eum sathanas.] Hic nox no=
cti indicat scientiā. Unūquodq̄ aial ad sibi si=
mile iungit. Eccs.13.c. Maria currit ad apl'os:
vt dies diei eructet verbū. p̄s.18.a. Judas ad
iudeos: vt nox nocti indicet scientiam. * Et q̄=
rebat quomō illū opportune traderet.] Hiero.
Promittit se tradere: vt magister eius ante di=
cebat. Tibi dabo hanc potestatem vniuersam.
¶ Beda. Multi hodie scelus Jude exhorrent:
nec tamen cauent: cum enim pro munerībꝰ fal=
sum cōtra quēlibet testimoniū dicunt: qꝛ verita
tem pro pecunia negant: deum pro pecunia vē=
dunt: qui dicit. Joh.14.a. Ego sum via veri=
tas ⁊ vita. Cum societatem fraternitatis aliqua
discordia cōmaculant: deum produnt: qꝛ deus
charitas est. Et (quod peius est) nō infirmitate:
non ignorantia: sed sicut Judas/ querūt oppor
tunitatem: vt amotis arbitris mendacio verita
tem: crimine mutent virtutem. * Et prima die N
azymorum. ⁊c.] Beda. Quartadecima luna:
quādo abiecto fermento agnus occidebatur ad
vesperum: qđ exponens Apostolus ait. 1. Corī.
5.c. Etenim pascha nostrū immolatus est Xp̄s.
Quāuis enim in sequenti die quintadecima lu
na sit crucifixus: hac tamen nocte: q̄ agnus imo
labatur: ⁊ discipulis suis corpus sanguinēq̄ su
um dedit: ⁊ a iudeis tentus ⁊ ligatus ipsius im=
molationis: idest sue passionis exordium sacra
uit. ¶ Isido. Cū amaritudine comeduntur azy
ma: que est redemptio nostra. Amaritudo enim
est passio domini. * Ite in ciuitatē. ⁊c.] Beda.
Judicium est prescientie diuinitatis/ ꝙ ⁊ cū di=
scipulis suis loquens: quod alibi fit: nouit. Pul
chre autem paraturis pascha homo lagenā vel
amphorā (ꝺm alium euangelistam) aque baiu
lans occurrit: vt ostendatur huius pasche myste
rium pro ablutione mundi esse celebrandum.
Aqua enim lauacrū gratie: lagena fragilitatē
corū designat: per quos hec gratia mūdo erat mi
nistranda. Uñ. 2. Corī.4.b. Habemus thesau
rum istum in vasis fictilibus. Parāt pascha di=
scipuli: vbi aque infert lagena: vt adesse tempꝰ
insinuent: quo cultoribꝰ veteris pasche typicus
de limine ac postibus cruor auferat: ⁊ ad tollen
da mundi crimina viuifici fontis baptisma con
secretur. ¶ Hiero. Ciuitas/ est ecclesia: que mu=
ro fidei cingitur. Homo occurrēs/ primitiuꝰ po
pulus est. Amphora aque/ lex littere. * Homo
lagenā aque baiulans. ⁊c.] Beda. Consulte et
aque baiuli/ ⁊ dn̄i domꝰ tacita sunt vocabula:
vt oībꝰ verū pascha celebrare volentibꝰ. i. sacra=
mentis xp̄i imbui: eūq̄ sue mētis hospitio susci=
pere querentibꝰ: facultas danda signet. * Seq̄
mini eū. ⁊c.] Hiero. Qui ducit in altū: vbi refe=

ctio xp̄i. Un Raab exploratoribꝰ mãdat: vt nõ
per ima/ieū p̄ercelsa irēt. Jos. 2. c. ✱ Et ipse vo
bis demonstrabit cenaculū. ⁊c.] Hiero. Ecclesia
magna: que narrat nomen dñi strata varietate
virtutū ⁊ linguarū. Un̄ p̄s. 44. c. Circūamicta
varietate virtutū. In qua paratur dño pascha.
Dñs domus Petrus apl's: cui dñs domū suam
credidit: vt sit vna fides (. 2. Cor. 3. b.) sub vno
pastore. ¶ Beda. Cenaculū lex spūalis: que de
angustijs littere egrediēs in sublimi loco recipit
saluatorem. Nã qui adhuc occidentē litterã ser
uauerit: qui in agno nõ aliud q̄ pecus intellexe
rit: in imo pascha facit: qꝛ maiestatem spiritꝰ nõ
comprehēdit in verbis dei. Qui autem baiulū
aque .i. grē preconē i domū eccl'ie fuerit secutꝰ p
spiritū scientie illustrantē supficiez littere trans=
cēdendo: in alto mentis solio parat refectionem
Christo: quia cuncta pasche sacramēta ⁊ cetera
legis decreta esse eius sacramenta cognoscit. ✱
Vespere autem facto. ⁊c.] Hiero. Vespera diei
vesperam indicat mundi. Circa vndecimam
namq̄ horam veniunt nouissimi: qui primi de
narium accipiunt vite eterne: quia ante crucem
Abraham erat in inferno: ⁊ post crucē latro i pa
radiso. ✱ Amen dico vobis: qꝛ vnus ex vobis
tradet me.] Sicut de passione predixerat: ita de
proditore predicit: dans locū penitendi: vt cum
intellexisset cogitatiōes suas presciri a deo: peni
teret eum facti sui: nõ tamē ex nomine designat:
ne aperte redargutꝰ impudētior fiat. Mittit cri
men in numerum: vt consciꝰ penitentiã agat.
✱ Quia vnus. ⁊c.] Dū falsitas arguitur: veri
tas cõprobatur ⁊ impletur. Qui edebat panes
meos magnificauit super me supplãtationem.
p̄s. 40. c. Om̄es tãgūtur: vt fiat harmõia in ci
thara. Omnes nerui bene suspensi cõsona voce
respõdent. Nūquid ego sum dñe? Matth. 26. c.
Luce. 22. b. Joh. 13. c. Unus remissus ⁊ pecu=
nie amore affectꝰ/ dixit. Nūquid ego suz rabbi?
✱ At illi ceperūt cõtristari et dicere singulatim.
Nūquid ego?] Sciunt vndecim: qꝛ nihil mali
cõtra dñm cogitauerãt: sed plus credunt magr̄o
quam sibi: ⁊ timentes fragilitatē suaz/ tristes de
peccato suo interrogabãt: cuius nõ habebãt cõ=
scientiã. ✱ Qui ait illis: vnus ex duodecim.]
Hiero. Separat seorsuz ouem lupus: quam cu=
pit. Quis que de ouili egredit/ lupi patet mor=
sibus. ✱ Qui intingit manuz mecum in cati=
no. ⁊c.] Beda. Mira dñi patientia. Prius di=
xit vnus ex vobis tradet me: perseuerat prodi=
tor in malo. Apertius arguit: ⁊ tamen non pro=
prie designatur. Judas alijs cõtristatis ⁊ manū
retrahentibus a cibis: temeritate ⁊ impudētia:
qua dñm tradit: etiã manū cū magr̄o i catino
mittit: vt audacia bonã cõscientiã mentiretur.

✱ Ve autem homini illi: per quem filius hoīs
tradetur.] Beda. In sempiternū. Ve homini il
li: qui ad mensam dñi accedit indigne. Ille eñ
in exemplum Jude filium hominis tradit: non
iudeis quidem pctōribus: sed tamen pctōribus
mēbris: scz suis/ qui accipere dñici corpis sacra=
mentū temerarie presumit. Ille dñz vendit: qui
eius timore et amore neglecto: terrena pro illo ⁊
caduca immo ⁊ criminosa diligere et curare nõ
metuit. ✱ Ve autem. ⁊c.] Beda. Nec primo
nec secundo correctus penitet: sed patientia dñi
nutrit impudētiam suam ⁊ thesaurizat sibi irã.
Pena predicitur: vt qui pudore non vincitur a
more corrigatur. ✱ Et mãducãtibus illis. ⁊c.]
Beda. Finito veteri pascha: quod in cõmemo=
ratione liberationis populi dei ab egypto age=
batur: transit ad nouum: quod in sue redēptio=
nis memoriã ecclesiã frequētare volebat: vt. s. p
carne agni ac sanguine: sui corpis ac sanguinis
sacramentū substitueret: ⁊ se esse mõstraret: cui
iurauit dñs: et non penitebit eū: tu es sacerdos
i eternū. ⁊c. p̄s. 109. d. Frãgit ipse panē: quē disci
pulis porrigit: qꝛ fractio sui corpis sponte sua i
procuratiōe venit. Unde. Joh. 10. d. Potestatē
habeo ponēdi aiam meã. ⁊c. Priusq̄ frangeret
benedixit: quia naturã humanã: quã passurus
assumpsit: vna cuz patre et spiritusãcto gratia
diuine virtutis impleuit. Benedixit panē ⁊ fre
git: quia hominē assumptum ita morti subdi=
dit: vt ei diuine immortalitatis veracit inesse po
tentiam demonstraret: ideoq̄ velocius a morte
resuscitandum. ✱ Accepit Jesus panem. ⁊c.]
Hiero. Figurãs corpus suum in pane: quod est
ecclesia presens: que accipitur in fide: benedici
tur in numero: frangitur in passionibus: datur
exemplis: sumitur doctrinis. Formans sangui
nem suum in calice vino ⁊ aqua mixtuz: vt alio
purgemur a culpis: alio redimamur a penis.
Sanguine namq̄ agni domus seruantur a per
cussionibus angeli. Et aqua maris rubri extin
guuntur inimici (Exod. 12. d.) que sunt myste=
ria ecclesie Christi. ¶ Beda. Myst. Panis qui
confirmat cor hominis (vt dicitur p̄s. 103. c.) re
fertur ad corpus. Vinū quod sanguinem ope
ratur/ ad sanguinem. Sed qꝛ nos in xp̄o ⁊ xp̄m
in nobis manere oportet: vinū cū aqua misce
qꝛ (teste Johãne) aque populi sunt. Apoc. 17. d.
Necq̄ aquam solã/ necq̄ vinum solum: sicut nec
solum granum sine aque confectione in panem
cuiq̄ licet offerre: ne videatur a membris caput
secernere: vel xp̄m sine nostre redēptionis amore
pati potuisse: vel nos sine illiꝰ passione saluari.
✱ Gratias agēs. ⁊c.] Gratias egit et benedixit
iam proximus passioni: qui penam aliene ini=
quitatis suscipit: qui nihil dignū passione egit:

vt ostendat q̄ equanimiter vnusquisq̄ proprie
culpe flagella sustinere debeat. * Biberunt ex
eo omnes. ꝛc.] Hiero. Ebrietas felix: salutaris
satietas: que quanto copiosius sumitur: tanto
sobrietatem mentibus dignatur donare. Et Iu
das bibit: sed non saturatur: nec sitim extinguit
ignis eterni: qꝛ qui indigne sumit mysteria xp̄i:
hic macula in luna ostenditur: que nunq̄ dele
tur. Luna ecclesie cōparatur merito: que a se nō
habet splendorē: sed a sole certis modis suscipit
lumē. Idest a Christo: qui permanet in eternū.
Sunt enim quidam in ecclesia: quos sacrificiū
nullum emūdat: sed insipiens cogitatio perdu=
cit ad culpas: qui se crudelitatis ceno miscuerūt.
Sanguis enim noui testamenti: qui (vt dicitur
Matth. 26. c.) pro multis effunditur: non oēs
emūdat. * Amen dico vobis q̄ iam nō bibam
de hoc genimine vitis. ꝛc.] Hiero. Hic mutat sa
crificium: sed non mutat tempus / vt nos nunq̄
cenam Iesu ante quartamdecimā lunam faci=
am⁹. Qui facit i quartadecima resurrectionē /
in vndecima cenam domini facit: quod nunq̄
inuentū est: nec in nouo: nec in veteri testamēto.
1. Cor. 11. c. * Vitis. ꝛc.] Beda. Vitis vel vi=
nea domini / synagoga. Unde Esa. 5. b. Vinea
domini sabbaoth domus israel est. De hac dn̄s
multo tempore bibit: quāuis pluribus ramis in
amaritudinē conuersis: pijs tamen quorūdam
cogitatiōibus summisq̄ virtutibus delectabat.
Sed post passionem domini figuralia in spūalē
sensum translata sunt. Iturus ergo ad passionē
ait. Luce. 22. b. Iam nō bibam de genimine vi
tis vsq̄ in diem illum: cum illud bibam nouū in
regno dei: quod est. Non vltra carnalibus ceri=
monijs synagoge delectabor: in quib⁹ erat ꝛ pas
chalis agni sacramētū: quod precipuū est. Adc
rit tempus / cū in regno dei positus / immortali
gloria sublimatus / de salute eiusdem populi ba
ptismo regenerati: nouo vobiscum gaudio per=
Q fundar. * Et hymno dicto. ꝛc.] Beda. Potest
intelligi hymn⁹ / quem ſm Iohānem patri gra
tias agens decātabat: in quo ꝛ pro se: et pro suis
discipulis: et pro his: qui per verbum eorum cre
dituri erant: eleuatis sursū oculis precabatur:
et pulchre discipulos sacramento sui corporis et
sanguinis imbutos: et hymno dicto patri cōmē
datos: educit in montem oliuaꝝ: vt doceret nos
per acceptionē sacramentoꝝ: et per opem inter=
cessionis sue ad altiora virtutū dona et charis=
mata sancti spūs: quibus in corde pungamur /
debere cōscendere. * Exierūt in montem oliua
rum.] Hiero. In monte oliueti tenetur Iesus: ꝛ
inde ascendit ad celos: vt sciamus qꝛ inde ascen
dimus ad celos. Unde vigilamus ꝛ oramus: ꝛ
ligamur / nec repugnam⁹ in terra. * Et ait eis
Iesus. Oēs scādalizabimini. ꝛc.] Beda. Pre
dicit quid passuri sunt: vt cum passi fuerint / nō
despērēt: sed peniteant. * In nocte ista.] Qui ebrij
sunt: nocte ebrij sunt: et qui scandalizātur / nocte
scandalizātur. 1. Thessal. 5. b. Idest in mente ob
scurati. Hiero. Omnes cadunt: sed non oēs
iacent. Nunquid qui dormit non adijciet vt re
surgat? Carnale est cadere. Diabolicum est ia=
cere. * Percutiam pastorem. ꝛc.] Hiero. Per=
cute pastorem. Propheta postulat passionē do
mini: pater respondet. Percutiā pastorem. Pre
cibus sanctorum filius a patre mittitur: idest in
carnatur et percutitur et patitur. Disperguntur
oues pastore capto. Resurrectio promittitur: vt
spes non extinguatur. * Petrus autem ait illi.
Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego.]
Hiero. Auis sine pēnis in altum volare nititur:
sed corpus aggrauat animā: vt timore humane
mortis / timor domini superetur. * Priusquā
bis gallus vocem dederit: ter me es negatur⁹.]
Beda. Alij simpliciter: priusquā gallus cantet:
ter me negabis. Marcus: priusquā gallus bis
vocem dederit: ter me negabis. Quod nō est cō=
trariū. Tota enim Petri negatio trina negatio
est: et in eo proposito animi remansit vsq̄ eo quo
amare fleuit. Hec tota si post primū gallicātum
inciperet: falsum tres dixisse viderētur: qui dixe
runt dominum dixisse. Priusquam gallus can
tet: ter me negabis. Item si totam ante peregisset
quam gallus cātare inciperet: superflue dixisset
Marcus ex persona domini. Priusquam gall⁹
bis vocem dederit: ter me es negaturus. Sed qꝛ
ante primum gallicantum incepta est: attende
runt tres / non quādo eam impleturus esset: sed
quando futura: quando ceptura: quia trina .s.
cepit ante gallicantum. Potest etiam intelligi:
quia ante primum gallicantum tota in animo
eius fuerit: quāuis enim verbis ante primū gal
licantum sit cepta: et ante secūdū completa ta=
men in affectione ꝛ timore animi Petri ante pri
mū gallicantū tota cepta est: sicut ꝛ illud Mat
thei. 5. d. Qui viderit mulierem ad ↄcupiscēdū
eam: iam mechatus est eam in corde suo. Hie
ro. Gallus cantat. Petrus negat ter. Gallus nū
cius lucis / spūssanctus est: cuius voce in ꝑphe
tis et apostolis nos de trina negatione: qua do=
minum negauimus nosse: voce ancille exterriti
exhortamur ad amarissimos fletus post lapsū:
qui male cogitauim⁹ d̄ deo: male locuti sumus
ad proximū: et malefecimus ad nosmetipsos.
Hiero. Nota q̄ Petrus negat: et tertio negat:
sed postquā gallus cecinit et discedentib⁹ tene=
bris / vicina lux nunciata est: conuersus amare
fleuit: et trine negatiōis sordes lauit lachrymis.
* Et veniūt in prediū [illegible] nomen Gethsema= R

ni.&c.] Hiero. Idest vallis pinguium: vbi tauri pingues obsederũt eum (ps.21.c.) & vituli multi circundederunt eum. * Sedete hic.] Isido. Separantur in oratione: qui separãtur in passiõe: q2 ille orat: illi dormiũt piguedie cordis oppressi. * Donec orem.]. Beda. Cũ dñs in mõte orat: admonet et nos vt orãdo sublimia .i. celestia petam9. Sed cum in valle: & hoc in valle piguium vel pinguedinis: monet nos humilitatẽ in orõnibus habere: et pinguedinẽ dilectionis interne. Et pulchre appropiãs morti in valle piguium erat: q2 per vallẽ humilitatis et pinguedinẽ charitatis pro nobis subijt mortẽ. Vñ. Phil. 2.a. Humiliauit semetipm factus obediẽs vsq3 ad mortẽ. Et maiorẽ hac dilectione nemo habz: vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Joh. 15.b. * Et cepit pauere & tedere.&c.] Hiero. Pauere & tristari docemur ante iudiciũ mortis: qui nõ possumus per nos dicere nisi per illũ. Venit princeps huius mũdi: & in me non habz quicq3. Joh.14.d. * Tristis est aia mea vsq3 ad mortem.&c.] Beda. Non propter mortẽ tristis est: quia eum cõditio corpalis affectus: nõ formido mortis offendit. Nã qui corpus suscepit, oĩa debuit subire que sunt corporis: vt esuriret & sitiret, angeretur & tristaretur. Zacharie.13.c. Diuinitas aũt nescit commutari per hos affectus. Beda. Tristis est anima.&c. Timet xps: Petr9 non timet: immo dicit. Aiam meã pro te ponã. Joh.13.c Christus dicit. Matth.26.d. Anima mea turbata est vsq3 ad mortẽ. Petrus quasi homo vim mortis ignorat. Christus quia deus in corpe constitutus exponit fragilitatẽ carnis: vt homo verus appareat. Tristis est anima mea. Suscepit tristiciam hominis et voluntatẽ hois sicut & dolorẽ hois: q pro se q doleret non habuit. Semota delectatiõe eterne diuinitatis: afficit tedio humane infirmitatis. * Sustinete hic et vigilate mecũ.] Beda. Non a dormitiõe precipit abstinere: cuius nõ est tẽpus imminẽte discrimine: sed a somno infidelitatis & torpore mẽtis. * Et orabat.&c.] Bed. Hec vox est somn9 infirmitatis

S nre Multi tristant morte futura: sed hñt rectum cor: vt vitent mortẽ quãtũ possunt: sed si nõ possunt; dicant quod ipse xps. Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Ecce habes volũtatẽ humanã expssã. vide rectũ cor. Sz nõ qđ ego volo: sed qđ tu vis. Vñ Joh.6.d. Nõ veni facere volũtatẽ meã: scz quã tpaliter sumpsi ex virgie: sed voluntatẽ ei9: q misit me: quã scz habui etern9 cũ pre. Orat trãsire calicẽ: q2 hõ: sz ppter qđ miss9 ẽ reminiscẽs: pficit dispẽsationẽ: & dicit. Nõ quod ego volo: sz qđ tu. q. si morit mors: me nõ moriẽte: sz carnẽ trãseat calix. Sed q2 alit nõ fiet. Nõ qđ ego volo: sed qđ tu. Hiero. Hoc cõtra Eutichianos q dicũt vnã tñ in xpo opationẽ: vnã voluntatẽ. Hic autẽ ostẽdit humanã: q p infirmitatẽ carnis recusat passionẽ: & diuinã: q prõpta est perficere dispẽsationẽ. * Sed nõ qđ ego volo: sz qđ tu.] Hiero. Vsq3 i finẽ nõ cessat docẽr nos parentib9 obedire: & volũtatẽ cor volũtati nre pponere. * Et ait Petro. Simõ dormis.&c.] Qui dixerat (Mat.26.d.) et si oporteret me mori tecũ: nõ te negarẽ. & si oẽs scãdalizati fuerit: sz nõ ego. Nũc tristicie magnitudine vicere nõ põt. * Vigilate & orate: vt nõ intretis in tẽtationẽ] Nõ ait: vt nõ tẽtemini: sed vt nõ intretis i tẽtationẽ. i. vt tẽtatio vos nõ superet: nõ teneat intra suos casses. Hiero. In tẽtationẽ itrat: q orar negligit. Trina re: discipli dormiũt: ter dñs orãs suscitat. Tres mortuos: qs dñs suscitauit signi. Pnimitio tres mortuos: qs dñs suscitauit sigt. Primi9 i domo: scđs ad sepulchrũ: terti9 đ sepulchro. Trina dñi vigilia: tres psonas nos hre in orãdo docet: & de pteritis & de pñtib9 & futuris veniã rogare. * Spũs qđẽ;&c.] Temerarios repmit: q quicqd crediderit putãt se posse oseq: sed q̃tũ ex mẽtis odor ofidim9: tñ ex fragilitate carnis timeam9. * Sz tñ fm Aplz spũ facta carnis mortificem9. * Dormite iã.&c] Nota q h dicto: aliqñtulũ siluit & reqeuert: vñ dr. Sufficit. q. reqeuistis. Deinde itulit. Ecce venit hora.&c. * Surgite.&c.] Post q̃ tertio orauit: & aplor timorẽ penitẽtia corrigẽdũ docuit: secur9 ad passionẽ pgit: dicẽs. Surgite eam9. q. nos nõ inueniãt timẽtes: sed vltro eam9 obuiã: vt passuri gaudiũ & ofidentiã videãt. * Dederat aũt.&c.] Hiero. Dat signũ osculi cũ veneno diaboli. Sic Cain (Geñ.4.a) obtulit sacrificiũ subdolũ & reprobatũ. vñ vinũ cũ aceto i cruce ponunt. * Ait. Aue rabbi.&c.] Bed. Impudẽs & scelerata ofidẽtia: magrm vocat: & osculũ ingerit ei: quẽ tradit. Aliqd tñ hz đ verecũdia discipuli: q2 nõ palã cũ psecutorib9 tradit: sed signo osculi. Suscipit osculum dñs: nõ vt doceret nos simulare: sed ne pditionẽ videat fugere. Illud etiã oplet. cũ his: q oderũt pacẽ, erã pacific9. ps.119.a. * Vn9 aũt de circũstãtib9.&c.] Petr9 fm Joh.18. Eodẽ ardore mẽtis. q cetera. Sciebat eñ qm Phinees puniẽdo sacrilegos mercedem iusticie & sacerdotij pennis acceperat: vt hr Nu. 25.c. Lu.22. ca. ait. Q2 dñs tãgens auriculã sanauit eã. Ipse. n. pietatis nũq oblituscit: hostes etiã suos vulnerari nõ panit. Mystice. Docẽs eos: q in sue mortis ofessiõe vuln9 aie otraxerũt: si digne penituerit salutẽ posse mereri * Jesus ait illis. Tãq ad latronẽ.&c.] Bed. Quasi stultũ ẽ cũ gladijs & fustib9 cõphẽdere: q vltro se vobis tradit: & i nocte q̃si latitatẽ inuestigare p pditorẽ: cũ qtidie in tẽplo doceat. Sed iã aduersum me cõ

gregamini in tenebris: quia potestas vestra in
V tenebris est. * Tunc discipuli eius relinquētes eum/fugerunt omnes.] Beda. Impletur quod dixit/ ꝙ omnes scandalizarentur in ipso in illa nocte. Nam etsi turba permittente: ad petitionē domini fugerunt: ſm Johā. pauorem tamē mētis ostendebant/ ⁊ ad fugā promptiores erāt/ q̄ȝ ad patiendi fidutiā. * Tunc discipuli. ⁊c.] Beda. Sicut Petrus/ qui negationē lachrymis abluit: ⁊ cōfessione dominici amoris trina funditꝰ extirpauit: recuperationem coꝝ ostendit: qui in martyrio labūtur. Sic discipuli alij: q̄ articuluȝ cōprehensionis fugiendo preuenerūt: cautelā fugiendi docent eos: qui se ad supplicia minꝰ sentiunt idoneos: quibꝰ tutiꝰ est latere/ q̄ȝ se discrimini opponere. Ita etiā adolescens: q̄ relicta sindone nudus ꝓfugit ab impijs/ illorum opꝰ designat ⁊ animā: qui vt securiores sint/ omnia mūdana abijciunt: ⁊ nudi potius dn̄o famulari/ q̄ȝ mundo adherendo materiā tentandi: ⁊ a deo re
X uocandi aduersarijs dare didicerunt. * Adolescens autē. ⁊c.] Quis iste fuerit/ euangelista nō dicit: ꝙ vero plus ceterꝭ dn̄m amauerit/ res ipsa indicauit: alijs fugientibus ipse donec ab hoste cōprehenderetur charitatis vinculo astrictꝰ/ dominū sequi nō omisit. Nondū tn̄ ꝑfectā charitatē habuit: qui vel tētus fugere potuit. Possumꝰ tn̄ hunc Johannē fuisse intelligere p̄ ceteris dilectum a magistro: quē eo tēpore fuisse adolescentē/ longa post vita eius acta indicio est. Potuit autem hoc fieri: vt ad horā elapsus mox sumpto vestimēto redierit: ⁊ sub dubia noctis luce se turbis ducentium Jesum: quasi vnus ex ipsis immiscuerit: quoad perueniret ad atrium pontificis: cui erat notus sicut ipse dicit. * At ille relicta sindone.] Sicut Joseph relicto pallio nudꝰ de manibus impudice domine effugit. Gen̄. 39. c. Qui autem vult effugere manus iniquoruȝ: relinquens mente que mundi sunt: post Jesum fugiat. * Nudus profugit ab eis.] Quoruȝ et presentiam detestabatur ⁊ facta: non a domino: cuius amorem etiā absens corpore fixum seruauit in mente. * Et adduxerunt Jesum ad summū sacerdotem. ⁊c.] Caipham scȝ: qui (secundū Johānem) erat pontifex anni illiꝰ. De quo consentaneuȝ scribit Josephus: ꝙ pontificium sibi absq̄ȝ merito dignitatis emerat a p̄cipe romano. Quid ḡ mirū si iniquus pontifex inique iu
Y dicat? * Petrꝰ aūt a lōge secutus est eū.] Bed. Erat negatiōi ꝓximus: si xp̄o ꝓximus fuisset: nō negasset. In hoc tn̄ admirandus est/ ꝙ dn̄m nō reliquit/ etiamsi timeat. Qd̄ sequit̄/ deuotionis est. Qd̄ timeat nature est. Qd̄ penitet/ fidei est. Qd̄ negat/ obreptionis est. ¶ Allegorice. Qd̄ ad passionem euntem Petrus a longe sequitur: significat ecclesiā quidem secuturam dn̄i passionem: sed longe differenter. Ecclesia enim per se patitur: ille pro ecclesia * Usq̄ȝ intro in atrium summi sacerdotis.] Hiero. Atriū secularis circuitus est. Ministri: demonia sunt. Ignis: desideriū carnale: cū quibus q̄ manet/ flere peccata nō valet. * Et calefaciebat se ad igneȝ. ⁊c.] Beda. Est ignis charitatꝭ: de quo dicit̄ Luce. 12. f. Ignem veni mittere in terrā: ⁊ quid volo: nisi vt ardeat? Est etiam cupiditatꝭ: de quo dicit̄ Osee 7. b. Omnes adulterātes velut clibanus corda eorum. Hic super credētes descendēs/ varijs linguis eos dominū laudare docebat. Ille in atrio Caiphe instinctu maligni spiritus accensus: ad negandum ac blasphemandum dn̄m perfidorū linguas armabat. Quod eīn intꝰ in domo maligna synodus gerebat: hoc ignis in atrio inter frigora noctis accensus figurabat. Qui huius ignis in pretorio flammam extinxit: dicat. p̄s. 118. Factus sum sicut vter in pruina. ⁊c. In q̄bus autem flammā charitatis vitiorum flumina obruerūt: a dn̄o audiāt Matth. 14. a. Qm̄ abundat iniquitas: refrigescit charitas multorum. Hoc frigore torpens ad horā Petrus: quasi prunis ministroꝝ Caiphe calefieri cupiebat: quia temporalis cōmodi solatiū perfidorum societate querebat. Sed respectus a dn̄o tum ignē perfidorum corpore/ tum infidelitatem reliquit mēte. Et post resurrectionem dn̄i sancto igne recreatus: funditus excessum trine negationis trina dilectionis confessione purgauit. Tūc enim completa illa memorabili captura piscium cuȝ veniret ad dn̄m/ vidit cum discipulis suis prunas positas ⁊ piscē superpositū ⁊ panem: mox q̄ȝ sui cordis arcana prunis inflāmauit amorꝭ. *
Multi enim falsum testimoniū ferebant aduersus eum. ⁊c.] Beda. Falsus est qui nō in codeȝ Z
sensu dicta intelligit/ quo dicunt̄. Dn̄s eīn dixerat de tēplo corporis sui: sed in ipsis verbis calumniātur paucis additis vel mutatꝭ. * Mos hereticoꝝ est vmbram de veritate trahere. Ille non dixit quod illi dicunt: sed simile verbum: vt de templo corporis sui: quod post triduum resuscitauit. Dominus dixit. Soluite vos: sed non ego: quia nullus debet sibi mortem inferre. Hoc addunt/ vt ꝓprie de tēplo iudaico videatur dixisse. * Et exurgēs summus sacerdos. ⁊c.] Iratus quia nō inuenit locum calumnie: motu corporis insaniam mentis demonstrat. * Non respōdes quicq̄ȝ ad ea/ que tibi obijciunt̄ ab his? ⁊c.] Ad responsum prouocat: vt ex qualibet occasiōe sermonis locum accusandi inueniat. Jesus autem non respondit: quia preuidit quicq̄d responderet in calumniā verti. * Rursum summus sacerdos dixit. Tu es xp̄s filius dei benedi

eti.⁊c.] Hierony. Quē expectabat a longe: nōn
videbat prope. Sicut Geñ.27.a. Ysaac caligā=
tibus oculis Jacob sub manibus non agnosce=
bat: sed lōge post de eo futura canit. * Jesus di
xit illi. Ego sum. Et videbitis filium hominis.
⁊c.] Sacerdos interrogat filiū dei. Jesus respō
dit filium hominis: vt intelligamus eundem fi
lium dei esse ⁊ filium hominis: ne quaternitatē
faciamus in trinitate: ⁊ homo in deo ⁊ deus in
hoīe sit. * A dextris sedentem virtutis dei. ⁊c.]
Q: humiliauit seipsum factꝰ obediens vsqȝ ad
mortem: ꝓpter quod ⁊ deus exaltauit illū: ⁊ de=
dit illi nomen: qđ est super oīe nomen. Phil'.2.
a. * Et venientem cū nubibus celi.⁊c.] Hiero.
Ascendit in nube: cum nube veniet.i. cū corpo
re solo suo: qđ assumpsit a virgine/ ascendit: ⁊ cū
multiformi ecclesia: que est corpus ipsius: ⁊ ple=
nitudo/ ad iudiciū vēturus est: sicut dicit Mat
thei.24.c. Cum aūt venerit filius hominis/ et
omnes angeli cū eo.⁊c. * Summus autē sacer
dos.⁊c.] Beda. Eadem rabies: q̄ prius de sede
excusserat: ad scissionem vestiū ꝓuocat: vt osten
dat iudeos sacerdotalem gloriā perdidisse: ⁊ se=
dem vacuā esse. ¶ Mos iudeoꝝ erat cū aliqd
blasphemie: ⁊ quasi cōtra deū audiunt: scindere
vestimenta: qđ etiā Paulus ⁊ Barnabas cū in
Lycaonia quasi dij honorarent/ fecerūt. * Sci
dens vestimenta sua.⁊c.] Hiero. Hoc est ephot:
in quo iudei habebant honorē/ amiserunt. Hic
adest Samuel scisso pallio de manu Saul.i. re=
gno.1. Regū.15.f. Milites gentiles nō scindūt
tunicā xpi: sȝ sacerdos scidit sacerdotij sui digni
tatē. ¶ Magno mysterio factū est: vt in passiōe
domini pontifex sua vestimenta scinderet: cum
domini tunica nec a crucifigentibus militibus
scindi potuit. Figurabatur enim qꝫ sacerdotiū
iudeorum pro sceleribus pōtificum esset scindē=
dum. Soliditas vero ecclesie: que vestis est redē
ptoris sui nunqȝ valet dirumpi. Quāuis enī iu
dei: gētiles: heretici: mali catholici: humilitatē
dñi ꝯtemnāt: eius tñ inuiolata ꝑmanet castitas
vsqȝ ad ꝯsumationē seculi in illis: quos sors ele=
AA ctionis inuenerit. * Qui oēs ꝯdemnauerūt eū
esse reū mort[.] Hiero. Quo reatu suo nr̄m rea=
tū solueret: ⁊ velamen faciei sue velamen cordiū
nr̄oꝝ auferret: ⁊ sputis susceptis faciē aīe nostre
lauaret: ⁊ colaphis: quibꝰ in caput percussus ē:
caput humani generis/ qđ est Adam: sanaret: ⁊
alapis: qbus expalmatus est/ maxima laus eiꝰ
a nr̄is manibꝰ ⁊ labijs plauderet. vñ. ps.46.a.
Oēs gētes plaudite manibus.⁊c. Et cruce sua
cruciatū nr̄m solueret: ⁊ morte sua nr̄ā necaret:
q: serpēte de vīga facto/ alij absorpti sūt serpētes.
Vñ Osee.13.d. Ero mors tua o mors/ ⁊ morsus
tuꝰ ero iferne. Opprobria eiꝰ nr̄m obstruxerīt op

probriū: vincula eiꝰ nos liberos fecerīt. Corona
spinea capitis eiꝰ diadema regni adepti sumꝰ.
Vulneribꝰ eiꝰ sanati sumꝰ. Sepultura eiꝰ resur
reximꝰ. Descēsu eiꝰ ad inferos/ ascēdimꝰ ad ce
los. Hic inuenitur mel in ore leonis mortui. Iu
di.14.b. Hic ꝓpheta. ps.115.a. Quid retribuā
dño ꝓ oibus q̄ retribuit mihi? * Et ceperūt qdā
cōspuere eū ⁊ velare faciem eiꝰ.] Non vt scelera
eoꝝ nō videat: sed vt ipsi quondā Moysi fecerūt:
a se gratiā cognitiōis eius abscondant. Hoc ve
lamentū vsqȝ hodie manet sup cor eoꝝ: quod in
xpm credentibꝰ est ablatū. Vñ eo moriente velū
tēpli scissum est: ⁊ sācta sctōꝝ arcana patefacta.
* Et colaphis eū cedere ⁊ dicere ei. Propheti=
za.] Secundū Mattheū capi.27.f. Quis te p=
cussit? Hoc faciunt in ꝯtumeliā eius: qui se pro
phetam voluit haberi. Sed dispensauit hoc vt
nos ad tolerandā ꝓ eius noīe irrisionem prepa
ret: qui pro nobis sustinebat. * Et ministri ala
pis eum cedebant.] Beda. Qui tunc cesus est
alapis: ⁊ nunc ceditur blasphemijs falsoꝝ xpia
norum. Qui cōsputus saliuis infidelium: nūc
vesanis fidelū opprobrijs exhonorat. * Et cū
esset Petrꝰ in atrio.⁊c] Ancilla primū Petrū p
dit: cum viri magis possent eū cognoscere: vt e
iste sexus in mortem dñi videatur peccasse: ⁊ p
passionem dñi redimeret. Et ideo mulier prima
resurrectionis accepit mysteriū/ ⁊ mandata cu
stodit: vt veterem preuaricationis aboleret erro
rem. * At ille negauit.⁊c.] Nota q̄ negat xpm
q̄ se negat eius esse discipulū. Dñs. n. non dixit.
Negabis te discipulū meū: sȝ me negabis. Nega
uit ḡ eū/ cū se negauit eiꝰ eē discipulū. * Et exi
uit foras ante atriū] Hiero. Petrꝰ sine spū: voci
ancille cessit: cum spū nec regibꝰ nec principibꝰ
cedit. Prima ancilla titubatio. Secunda cōsen
sio. Tertiꝰ vir: actus. Hec trina negatio: quā ab
luit per fletꝰ verbi xpi recordatio. Tunc autē no
bis gallus cantat: cum ꝑdicator ad cōpunctio=
nem corda nr̄a renocat. Tūc incipimꝰ flere/ cū
ignimur intus ꝑ scintillā scientie: et foras eximꝰ
extra qđ fuimꝰ. * Et gallus cantauit.⁊c.] De
hoc gallicātu alij tacent/ nō tñ negāt: sicut ⁊ alia
multa: que alij dicūt/ alij pretereūt. * Rursum
q̄ astabant dicebāt Petro. Vere ex illis es: nā ⁊
galileus es.⁊c.] Beda. Eadē lingua galilei et
hierosolymitis est: sed tamen quecunqȝ prouin
tia ⁊ regio/ habet proprium loquendi sonum:
quem mutare nō possit: vnde cum apostoli om=
nibus linguis loquerentur: inter alios etiam/
qui habitabant Judeam/ dixisse referuntur.
Actuū.2.b. Nonne ecce omnes isti: qui loquun
tur: galilei sunt: ⁊ quomō nos audiuimꝰ vnus=
qsqȝ linguā suā: in qua nati sumꝰ? Et Petrꝰ lo=
quēs fratribꝰ in hierlm/ ait. Notū factū est oibꝰ

habitantib⁹ in hierl'm: ita vt appellaret ager ille lingua eorum Acheldemach: qđ ideo dicitur: quia nomen illud aliter hierosolymite/ aliter galilei sonabant. ✳ Et recordat⁹ est Petrus. rc.] Beda. Petrus nocte negat: ad gallicantū penitet. In die/ quē tertio negauerat/ se tertio amare ꝓfessus est. Quod enim in tenebris obliuionis errauit: sperate iam lucis rememoratiōe correxit: et eius iā adepta presentia/ plene totū quicquid nutauerat/ erexit. ✳ Et cepit flere. rc.] Beda. Quā noxia prauorum colloquia inter fideles/ hominē se negauit nosse: quē inter cōdiscipulos iā filiū dei fuerat ꝯfessus. Sz in atrio Caiphe penitentiā agere nō pōt: egredit foras (vt alij euāgeliste narrāt) vt ab ipsijs secret⁹/ negatiōis culpā liberi⁹ abluat fletib⁹. ¶ Seqtur capi. 15. ✳ Et ꝯfestim. rc. Vinciētes Jesum. rc.] Mos erat iudeis: vt quē mori adiudicassent: vinctū iudici traderent. Et notādū/ q nō tunc primū ligauerāt: sed mox cōprehēsuz nocte in horto: vt Joh. dicit 18. b. et sic adduxerūt eū ad Annā primū. ¶ Hiero. Adest Samson vinct⁹ a Dalila. Samson interptat sol eorum: qb⁹ occubuit sol in meridie. Dalila situla interpretat. i. synagoga: q̄ situle more limpidū liquorē nō tenet: et qsqlias imūdas colligit. Samson noster maxilla verbi sui innumeras cateruas iudeorum et demonū hic sternit: et fontē pennis vite sitientib⁹ nobis. i. corpori suo aperit. ✳ Tu es rex iudeorum?] Cū Pilat⁹ nihil criminis interrogat/ nisi an sit rex iudeorum: arguit ipietas eorum: q nec falso qdē: qđ obijciāt/ inueniunt. ✳ Tu dicis. rc.] Sic tēperat responsum: vt verū dicat: nec tn̄ calūnie pateat. Et notā q Pilato: q inuit⁹ fert sentētiā: aliq in pte respōderit: sacerdotib⁹ aūt et principibus respondere noluerit: indignosqz sermone suo iudicauerit. ✳ Vide in quantis te accusent. rc.] Ethnic⁹ ꝯdēnat Jesum: sed causam refert in populum iudeorum. ✳ Vide in q̄ntis te accusant. rc. Pontifices autem cōcitauerūt turbā/ vt magis Barrabam dimitteret eis. rc.] Beda. Adheret iudeis vsqz hodie petitio sua: quā toto labore ipetrauerūt. Data eīs optione sibi: pro Jesu latronē: ꝓ saluatore interfectorē elegerūt. Merito ḡ salutē et vitā perdiderūt: et latrocinijs ac seditionibus intantū se subdiderunt: vt regnū et patriā perderēt: et libertatem corporis et aīe nunqz reciperent. ✳ Pilatus vero dicebat illis.] Multas occasiones dedit Pilatus liberādi saluatorē. Primo iusto cōferēs latronē: deinde inferēs. ✳ Quid ergo vultis faciā regi iudeorum?] Cūqz respondissent. Crucifigatur: nō statim acqeuit: sed ꝓm suggestionē vxoris: q mandauerat ei (vt Matthe⁹ cap. 27. b. dicit) Nihil tibi et iusto illi. Respondens ait. Quid eīn mali fecit? Quod dicēdo/ Jesum ab solnit. ✳ At illi magis clamabant] Dauid ps. 21. c. Circūdederunt me canes multi. rc. Esaie. 5. b. Expectaui/ vt faceret iudiciū: fecerunt autē iniquitatem et iniusticiā et clamorem. Hiere. 12. Facta est mihi hereditas mea/ quasi leo in sylua. Dedit contra me vocem. rc. ✳ Dimisit illis Barrabam.] Hierony. Hi sunt duo hirci: vnus apompeius. i. emissari⁹ cū peccato populi in desertum inferni absolutus dimittit: alter pro peccatis absolutorum/ vt agnus occiditur. Pars dn̄i semper mactatur. Pars diaboli: q est magister eorum: effrenata in tartara precipitat. ✳ Et tradidit Jesum flagellis cesuz/ vt crucifigeret. rc.] Vt nos a flagellis liberaret. Vnde ps. 90. Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Cū prius diceretur ps. 31. c. Multa flagella peccatoris. rc. ¶ Beda. Jesum flagellis cesum. rc. Cesus est ab ipso Pilato. Vnde Joh. 19. a. Apprehēdit Pilatus Jesum: et flagellauit. Et post subiunxit. Et milites plectentes coronam de spinis. rc. Et militibus illudendum prebuit. Qđ ideo fecit: vt eius penis et opprobrijs saturati: vltra mortem nō sitirent. ✳ Et induunt eum purpura. rc.] Beda. Matth. 27. capi. ita. Et exuētes eum chlamydem coccineā: circumdederunt ei: quod idem est. Pro regia enim purpura data est ei chlamys ab illudentibus: et est quedam rubra purpura/ cocco simillima. Potest etiā videri q Marcus purpuram cōmemorauit: quā chlamys habebat: qmuis esset coccinea. ✳ Et induunt eam. rc.] Vestimentis suis nudatur: id est iudeis. Purpura induitur: idest gentili ecclesia: de amaris populis collecta. Item ea scandalizante exutus: in fine iudaica rursum induitur plebe. Cum enim plenitudo gentium subintrauerit: tunc omnis israel saluus erit. Romanorum. 11. d. Quia rex dicebatur. et hoc sacerdotes et scribe imponebant: quia imperiū in populo vsurparet. Illudendo induunt purpura: qua reges vtuntur. Pro diademate spineam coronam: pro sceptro regali calamum donant. Sicut Matthe⁹ capi. 27. c. dicit. Et adorant quasi regē. rc. Sicut Caiphas nesciens dixit. Oportet enim vnum hominē mori pro populo: sic milites omnia mystice nescientes faciunt. Purpura: caro eius rubra passionibus. Vnde Esaie. 63. a. Quare rubrum est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Spineam coronam portat: quia pro nobis factus mortalis: nostra suscepit delicta. Vnde Johannis primo. d. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Quod autem spine peccata significent: dominus sic ostendit Genesis. 3. d. Terra tua spinas et tribulos germinabit tibi. i. conscientia tua punctiōes tibi et aculeos vitiorum

ꝑcreare nō cessabit. Quia vero s̄m Lucā capi. 23.b. apud Herodem alba veste induit̃: & s̄m alios a militib⁹ Pilati coccineo vel purpureo habitu induit̃: in vno innocentia & humanitatis castitas: in altero exprimit̃ veritas passionis: p quam venit ad gloriam regni immortalis. Purpura enim & passionē/& regnum significat. Sed quia (vt ait Apl's Gal. 3.d.) quotquot baptizati estis/Xp̄m induistis. Et Esaie. 49.c. His velut ornamento indueris. potest in vtroq̃ habitu ꝓbrosa quidem inimicoꝝ iudicio: sed domini electione gloriosissima multitudo electoꝝ designari: que in martyres ceterosq̃ fideles distinguitur. Alba veste induit̃: cum munda confessione iustorum circundat̃. Purpura vel cocco vestitur: cum triūpho gloriosoꝝ martyrū gloriatur. * Et percutiebāt caput ei⁹ arundine. &c.] Caput Christi/deus est. Caput ergo Christi percutiunt: qui cum denegant esse deum: & qui scripture auctoritate errorem suum defendunt: (quia scriptura arundine solet fieri) quasi arundine caput eius feriunt. In faciē eius spuunt: q̄ presentiā gratie eius/execrandis verbis ex interna cece mentis insania conceptis respuunt: & eū in carne venisse negant. * Et ponentes genua: adorabant eum. &c.] Quasi falso se dixisset deum. Sed hodie (quod est grauioris insanie) quidam eum certa fidē/vt deum verū adorant: sed peruersis actibus mox verba eius quasi fabulosa despiciunt: ac ꝓmissa regni illius temporalibus illecebris postponunt. * Et educunt illū: vt crucifigerent eū. &c.] Hieronymus. Hic educitur Abel in agrū a fratre/vt perimat̃. Gen̄. 4. b. Hic adest Isaac cum lignis: & Abraham cū ariete inter vepres herente. Gen̄. 22.c. Hic adest Joseph cū thalari tunica lita sanguie. Genesis. 37.e. Hic adest Moyses cū virga et serpente suspenso in ligno. Nu. 21.b. Hic botr⁹ in ligno portatur. Nu. 13.b. Hic adest Heliseus cū ligno ad querendam securim: que in imo demersa est. 4. Reg. 6.a. Et natauit ad lignū: idest genus humanum: quod a ligno vetito in infernū cecidit: per lignum crucis christi/& per baptismū aque ad paradisum natauit. Hic adest Jonas de ligno nauis for[a]s/& in mare ventremq̃ ceti triduo missus. Jone. 1. et. 2. * Ut crucifigerent. &c.] Hiero. Ipsa crucis species quid est/nisi forma quadrati mundi? Oriens de virtute fulget. Arcton dextera tenet. Auster leua cōsistit. Occidēs sub plantis firmatur. Unde Apostolus Ephes. 3.d. Ut sciamus que sit latitudo: lōgitudo: sublimitas: & ꝓfundum. Aues in forma crucis ad ethera volāt: homo adorat et natat in forma crucis. Nauis per maria antemna cruci assimilata sufflatur. Thau/littera: signum salutis & crucis demonstrat.

EE Nota bene has figuras

* Et angariauerunt quempiam pretereuntem Simonē cyreneū. &c.] Beda. Ipse dominus primo crucem suā portauit (sicut Johannes dicit) post iste Simon: de quo et alij dicunt. & hoc satis congruo ordine mysterij. Christus enim passus pro vobis/nobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia eius. 1. Petri 2.d. Et quia non hierosolymita: sed cyreneus a ciuitate Libye: recte per eum gentes signantur: qui quondam peregrini & hospites testamentorum: nunc obediēdo ciues sunt et domestici dei. Sicut Rom̄. 8.c. Heredes quidem dei: coheredes autem Christi. Unde Simon obediens cyrene⁹ heres interpretat̃. Et nota q̄ de villa venire dicitur. Villa enim grece: pagos. Unde paganos appellamus: quos a ciuitate dei alienos & quasi vrbane conuersationis videmus expertes. Sed de pago Simon egrediens: crucem Jesu portat: cum populus nationū paganis ritibus relictis: vestigia dominice passionis obedienter amplectit̃. Hiero. Simon: qui portat crucem in angaria: hic est: qui laborat ꝓ laude humana. Cogunt eum homines huic labori: quem non cogit timor vel dilectio dei. * Venientem de villa: patrem Alexandri et Ruffi: vt tolleret crucem eius.] Magne opinionis Simon iste videtur esse: cum et filij eius tanq̃ noti omnibus ex nomine designantur. Hierony. Alij per merita patrum suoꝝ commemorātur: alij per merita filiorum. Hic autem Simon: qui crucem in angaria portat: filiorum suoꝝ meritis: qui erāt discipuli: cōmemoratur. Per hoc monent̃ in presenti vita patres adiuuari per merita filioꝝ suorum: vt populus iudaicus per patriarcharum: ꝓphetarum et apostoloꝝ merita sepe cōmemoratur. De amaritudine enim radicis surgit dulcedo oliue. Unde Hiere. 11.c. Oliuā vberem: pulchram: fructiferā: speciosam vocauit dñs nomen tuum. * Et perducunt eum in Golgotha locū: qd̄ est interpretatū caluarie locus. &c.] Hieronymus. Tradunt iudei: q̄ in hoc loco montis immolatus fuerit aries ꝓ Isaac. Gen̄. 22.c. vt ibi decaluet̃ christus. i. carne sua. s. iudea carnali separetur. Beda. Extra portā truncabātur capita damnatoꝝ: & caluarie decollatoꝝ loca dicunt̃. Ideo ibi crucifixus dñs: vt vbi erat area damnatoꝝ: ibi erigātur vexilla martyꝝ. Et qui pro nobis factum est maledictū crucis: & flagellatus et crucifixus pro salute oīm: quasi noxius inter noxios voluit crucifigi. * Et dabant ei bibere myrrhatū vinum] Beda. Matthe⁹. Cum felle mixtū: quod idem est. Fel enī pro amaritudine posuit. Myrrhatū enim vinū est amarissimū: quanq̃ fieri posset: vt & felle et myrrha amarissimū redderent vinū. Hiero. Et dabant. &c.

Hoc aceto succus letalis pomi abstergitur. Et nō accepit id: pro quo patitur. Unde ps. 68. a. De eo: quod non rapui: tunc exoluebam. * Et non accepit.] Matthe⁹. Et cū gustasset: noluit bibere. Indicat Mattheus: ꝙ pro nobis amaritudinem mortis gustauerit: sed die tertia resurrexerit. * Et crucifigentes eum. rc.] Hiero. Hic figitur salus in ligno. Primo infixa est mors in ligno. Lignum primū/ scientie boni et mali. secundum boni tm̄: ⁊ vite nobis lignū est. Extensio prime manus ad lignum/ mortem apprehendit. Extensio secūde/ vitā: que perierat/ inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndosum ad terram viuentiū. * Diuiserunt vestimenta eius] Beda. Quadripartita vestis Christi fm numerum militū: significat ecclesiā quattuor partib⁹ orbis equaliter. i. concorditer distributā. ¶ Hiero. Uestimēta domini/ mandata sunt: quibus tegitur corpus eius: quod est ecclesia: quia diuiduntur inter milites gentiū: vt sint quattuor ordines/ cū sit vna fides. i. coniugati: viduati: prepositi: separati. Sortiti sunt tunicā indiuisam: que est pax ⁊ veritas in cunctis/ in modum regalis amictus vel anuli. * Mittentes sortē super eis/ quis quid tolleret.] Hiero. Super tunicam scz: que erat incōsutilis. Hec sortita omniū partiū significat vnitatē: que vno vinculo charitatis continetur: quia que supereminet omni scientie: ⁊ super omnia precepta est/ quasi desup contexta est. In sorte gratia dei cōmendat̄. Sic enim in vno ad omnes peruenit: cū sors omnibus placeat: qꝛ dei gratia in vnitate ad oīes ꝑuenit: et sors solius dei iudicio venit ⁊ cedit. * Erat autē hora tertia. rc.] Hiero. Hoc proprie Marcus. Nam sexta hora tenebre suffuderunt terram: vt nō quis posset mouere caput. A tricesimo namqꝫ fructu Marcus ascendit ad centesimū. i. a tertia hora crucis/ vsqꝫ ad tertiā resurrectionis: que post tres dies fuit. Tricesim⁹ fructus in cruce. Sexagesimus in inferno. Centesimus in paradiso. Quasi dico/ ꝙ milites crucifixerunt eum: quod factū est hora quasi sexta: fm Johānē. Sed prius iudei hora tertia crucifixerunt eum: qui magis dicendi sunt eum crucifixisse (ꝗuis nitant̄ hoc dissimulare) ꝙ milites: qui fm officiū suum duci suo paruere. * Et erat titulus cause eius inscriptus. Rex iudeoꝝ.] Beda. Titulus ostendit: ꝙ nec occidēdo potuerūt efficere/ ꝙ non esset eis rex. Unde. Ego aūt constitutus sum rex ab eo. Bene enim simul est rex ⁊ pontifex: cū eximiā patri/ sue carnis hostiam offerret in altari crucis: ⁊ regis dignitatē titulo pretenderet: vt cunctis insinuaret/ ꝙ per crucis patibulum nō ꝑdiderit: s ꝯfirmauerit imperiū. ¶ Hiero. Quod in titulis psalmoꝝ ꝓnotat̄. In finē/ ne corrumpas: ⁊ cum tribus linguis Malchus iudeoꝝ: basileus exomologison/ rex ꝯfessorum: he tres lingue in crucis patibulo coniūcte sunt: vt omnis lingua cōmemoraret perfidiā iudeorū. * Et cū eo crucifigūt duos latrones. rc] Beda. Sicut dicit Apl's. Uetus homo noster simul cū illo crucifixus est: vt destruat̄ corpus peccati: vt vltra non dominetur super nos peccatū. Quādiu ergo id agunt opera nostra: vt euacuetur corpus peccati: ꝙdiu exterior homo corrūpitur: vt interior renouet̄: temp⁹ est crucis. Hec ꝗdē etiā sunt bona opera: tm̄ adhuc laboriosa: quorū merces/ requies eius. Sed ideo dicitur. Spe gaudentes: vt requiem futurā cum hilaritate expectemus in laborib⁹. Hanc hilaritatē signat crucis latitudo in transuerso ligno: vbi figuntur manus. Per manus enī/ opera: per latitudinē/ hilaritatē operantis intelligim⁹: qꝛ tristicia facit angustias. Per altitudinem: cui caput adiungitur: expectationē retributionis de sublimi iusticia dei. Per longitudinē: qua totū corpus extenditur: tolerātiā: vnde longanimes dicūtur. Per ꝓfundum: qđ terre est infixū: ipm sacramenti secretum. Unde Apl's Ephes. 3. d. Ut in charitate radicati ⁊ fundati possitis comprehendere cū omnib⁹ sanctis: que sit latitudo: longitudo: sublimitas ⁊ profundum. * Duos latrones: vnum a dextris: ⁊ aliū a sinistris. rc.] Beda. Latrones: qui cum dn̄o crucifixi sunt: signant eos: qui fide ⁊ ꝯfessione xp̄i: vel agonē sui martyrii: vel quamlibet arctam continentiā subeunt. Et qui hoc pro eterna gloria gerūt: dextri latronis merito ⁊ fide signant̄. Qui aūt pro humane glorie/ vel qualibet minus digna intētione: sinistri latronis mentē imitant̄/ ⁊ act⁹. ¶ Hieronymus. Cum iniquis veritas deputata: vnū reliquit sinistrum: alterū assumit dextrū: sic faciet i die iudicii. Ex simili crimine dissimiles sortiuntur vias. Alter precedit Petrum in paradisum: alter Judam in infernū. Confessio breuis vitam acqrit longam: ⁊ blasphemia finita/ pena plectitur eterna. Hic pullus Jude ligatur ad vitem. Anabologiū. idest pallium tingit̄ in sanguine vue. Hic lacerant hedi vineam. * Et pretereuntes blasphemabant eum] Hieronymus. Emittitur mors iniquorum: quando exciꝫ ntur vincula inferni vsqꝫ ad ceruicem: que est ceruix humani generis. * Mouentes capita sua. rc.] Hieronymus. Etiam nolentes confitentur: ꝙ alios fecit saluos: ⁊ se propria damnant sententia: quia alios saluos fecit: et se (si vellet) saluare poterat. * Christus rex israel descendat nunc de cruce. rc.] Plus est de sepulchro surgere: ⁊ tm̄ non crediderunt. Hi oēs declinauerūt: simul inutiles facti sunt. * Et qui cū eo crucifi=

xi erant/conuitiabant ei.] Scdm Lucã vnus latro blasphemabat/dicens. Si tu es xps/saluuz fac te et nos. Alter eum redarguit: et dicit. Dñe: memẽto mei/dum veneris in regnum tuũ. Sic hodie: q ficto corde/et ficta mente dominice passionis sacramenta gestant: ad mundi gaudia liberari a domino cupiunt: et ideo a dño contẽnũtur: nec vlla respõsione digni iudicant. Qui autem cum Aplo in cruce xpi gloriantur: ita potius a presentibus erũnis optant exui: vt spiritũ sanctum suum in manus dei cõmendent: vnaqz cũ Christo regni celestis participes esse desiderent. Unde dñs preces eius: qui salutẽ querebat: pie audiuit: qr qui in tribulationibus positi/a domino tm temporalia solatia querunt: et a temporalibus separant: et eternis priuant. Qui celestia petũt: ad ea sine dubio xpo mediante et miserãte perueniunt. * Et facta hora sexta.] Beda. Notandum est q hora sexta. i. sole recessuro a cẽtro mundi/crucifixus sit: et diluculo: oriente sole resurrexit: qr mortuus est pter peccata nostra: et resurrexit pter iustificationẽ nostrã. De Adaz enim peccãte dictũ est: q audierit vocem dñi in paradiso deambulantis ad auram post meridiem: inclinata iam luce fidei. Ad auram refrigescente feruore charitatis. Deambulans aũt audiebatur: qr ab hoĩe peccante recesserat. Rationis ergo: immo diuine pietatis ordo pòscebat: vt eodem tẽporis articulo: quo Ade preuaricãti obcluserat: latroni penitenti ianuaz reseraret paradisi. Et q hora prĩmus Adã peccãdo mũdo mortẽ itulit: eadẽ hora scdus Adã mortẽ moriẽ

II do destrueret. * Tenebre facte sunt. etc.] Hieronymus. Hic adest Noe inebriatus ac nudatus: celo ac terra tenebroso palliõ tectus: et ab hoĩe irrisus: hic stillauit de ligno sanguis. * Eloi eloi: lamma azabtani: quod est interpretatũ. Deus meus: deus meus. etc.] Hiero. Inde inscribitur ps iste. prõ assumptione matutina: qua Xps ad crucem ducit. Uerba filij hoĩs in pphetia. Unde etiam sequit iuxta Lucã. In manus tuas cõmendo spiritũ meum. Nona hora inuenit euersa domo decima drachma: que perierat. * Et qdam de circũstantibus audiẽtes dicebant. Ecce Heliam vocat.] Non omnes. Forsitan milites romani nõ intelligentes pprietatẽ hebrei sermõnis: ex eo qd dicitur. Eloi: putauerunt Heliam ab eo vocari. Uel iudei sõlito sibi sermone verba domini deprauantes: imbecillitatis infamabant eum: q Helie inuocaret auxiliũ. * Currens aũt vnus et implens spongiã aceto. etc.] Beda. Joh. capi. 19. f. plenius dicit. Postea sciens Jesus: qr iam oĩa consumata sunt: vt consũmaret scriptura: dicit. Sitio. Uas ergo positũ erat aceto plenum. etc. Quasi hoc minus fecistis: date: quod estis. Erant enim acetũ: degeneratis a vino pphetaz et patriarcharz: tanqz de pleno vase de iniqtate huius mũdi pleni: cor habẽtes sicut spongiam cauernosis et tortuosis latibulis fraudulentuz. Hyssopo circũposuerunt spongiã acto plenã. Hyssopus herba humilis pectus purgans: Christi significat humilitatẽ: quam circum dederunt: et circũuenisse putauerunt. Unde ps. 50. b. Asperges me domine hyssopo et mundabor. Christi enim humilitate mundamur: qz nisi humiliasset semetipsuz factus obediens vsqz ad mortem: mortem autem crucis. Phil. 2. b. sanguis eius in mundationẽ nostram fusus nõ esset. Per arundinem: cui imposita est spongia: scriptura significat: que hoc facto impletur: qa scriptura significat: que per linguam arundine scribit: sicut locutio: que per linguam formatur: lingua dicit. Unde linguam grecam et latinã dicimus. Hiero. Currens autem. etc. Inuenit similitudinẽ eorz: spongiam concauã: etatem aridam: ignibus aptã: implet aceto: hoc est malitia et odio vel dolo: de quo. dñs plantauit vineam Soreth. Et quomodo conuersa es in arundinẽ vitis aliene: et expectaui vt faceres vuas: et fecisti spinas. * Jesus aũt emissa voce magna expirauit.] Beda. Quid dixerit: Lucas aperit capi. 23. f. Pater in manus tuas commendo spiritũ meũ. et hoc dicens expirauit. Quod aũt dicit Joh. capi. 19. f. Cum accepisset acetum dixit. Cõsumatũ est: et inclinato capite tradidit spiritũ. Inter h: qd dicit. Cõsumatũ est: et illud. Inclinato capite tradidit spiritũ. emissa est vox illa magna: quã Johãnes tacet: ceteri cõmemorãt. In manus tuas. etc. Hiero. Jesus aũt. etc. Inanimata eteni carne/mox vt diuina inualuit: q dicit ps. 117. c. Apite mihi portas iustitie. etc. nos aũt cũ nulla vl vna voce morimur: q de terra sumus. Ille. n. cũ exaltata voce expirauit: q de celo descẽdit. * Et velũ tẽpli scissum est. etc.] Ut arca testamẽti/et oĩa legis sacramenta: q tegebant apparerent: et ad gentes transeant. Ante dicebatur ps. 75. a. Notus in Judea deus: in israel magnum nomen eius. Nunc aũt. Exaltare super celos deus: et in omni terra gloria tua. psal. 56. b. Et in euãgelio prius. In viam gentium ne abieritis. Et post passionẽ. Ite et docete omnes gentes. etc. * Uidens aũt Centurio. etc.] Ostendit quare Centurio mirat: quia vidit eum sic expirasse. i. spiritũ emisisse. Nullus enim habet potestatem emittendi spiritũ: nisi conditor animarz. * Uere hic hõ filius dei erat.] Hiero. Nota q Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis vere filium dei confitet: et Arrius in ecclesia predicat creaturã. Uñ merito p Centurionẽ fides ecclesie significat: que velo mysteriorz celestiũ p mortẽ domini reserato: continuo Jesum et vere

iustum hoiem: ꝛ vere filiū dei synagoga tacente ꝯfirmat. ✳ Erant aūt mulieres. ꝛc.] Hiero. Sicut nō excludit mulicbris sexus a salute p Mariam virginē: ita non repellit a mysterio crucis scientie et resurrectionis p viduā Mariā Magdalenā/ ꝛ ceteras matres. ✳ Et Maria Jacobi minoris. ꝛc.] Beda. Minorē Jacobū dicit Jacobum Alphei: qui et frater dñi: eo ꝙ esset filius Marie matertere dñi: de quo Joh. ca. 9. c. Stabant autē iuxta crucē Jesu/ mater eius: ꝛ soror matris eius Maria Cleophe: ꝛ Maria Magdalene. Cleophe videt eam dicere a patre/ vel a cognatiōe. ✳ Et cū iam sero esset factū. ꝛc.] Beda. Parasceue grece: preparatio latine. Hoc nomine iudei iter grecos morātes sextā sabbati appellabant: qꝛ in eo: que sabbato erant necessaria preparabant: ſm ꝙ de manna dictū est. Sexta die colligetis duplum. ꝛc. Qꝛ ergo sexta die homo factus est (Genē. 2. a.) ꝛ tota mundi creatura perfecta est: septima aūt conditor ab omni opere suo requieuit: vnde ꝛ hunc/ sabbatū. i. requiē dici voluit: recte saluator eadem sexta die crucifixus/ hominē restaurauit. Ideoqꝫ cum accepisset acetū/ dixit. Consumatū est. i. diei sexte opus completū est: quod pro mundi reparatiōe suscepi. Sabbato aūt in sepulchro requiescens/ resurrectiōis: que octaua die futura erat/ expectabat exitum: vbi nostre deuotiōis ꝛ retributionis prelucet exemplum: quos in hac sexta etate pro domino pati/ ꝛ mundo necesse est crucifigi. In septima vero etate. i. cum leti quisqꝫ debitū soluerit: corpora quidem in tumulis: animas aūt in secreta pace cum dño gaudere: et post bona opera oportet quiescere: donec octaua veniente etate: ꝛ ipsa corpora resurrectione glorificata cū animabus simul incorruptionē eterne hereditatis accipiant. ✳ Venit Joseph ab Arimathia. ꝛc] Hiero. Joseph venit sero parasceue. ab Arimathia: que interpretatur deponens: ad deponēdum corpus Christi in monumento. Nobilis decurio expectans redemptionē dei/ intrauit ad Pilatum: ꝛ petijt corpus Jesu. Joseph inuoluit sindone. In sindone inuolutū corpus posuit in monumentū: quod excissum erat de petra: ꝛ aduoluit lapidem ad ostiū monumenti. Marie aspiciunt vbi poneretur. Hec omnia congruunt ad populum iudaicū in fine credentem: qui nobilitatur fide: vt Abrahe sit filius: deponit desperationem: expectat regnum dei. Intrat ad christianos: vt baptizetur: quod significat nomen Pilati. i. os malleatoris. i. qui domat gentes feras: vt regat eas in virga ferrea: ꝛ petit sacrificium: quod donatur penitentibus in fine (. i. viaticū) ꝛ mundo corde ꝛ peccatis mortuo inuoluit in munimine fidei/ stabilitū operculo spei per opera charitatis concludit. Finis enim precepti/ est charitas. Aspicientibus a longe electis: qui sunt stelle maris: quando (si fieri potest) scandalizabuntur etiam electi. ✳ Nobilis decurio. ꝛc.] Officium curie administrans magne dignitatis apud seculum: maioris apud deū fuisse legitur. Talem enim fuisse decebat: qui corpus dñi sepeliret: q ꝛ per iusticiā dignus esset: ꝛ per nobilitatē secularis potentie facultatē obtineret. Non enim ignotus aut mediocris ad presidem accedere/ ꝛ crucifixi corpus posset impetrare. ✳ Joseph autem mercatus sindonē. ꝛc.] Beda. Ex simplici sepultura dñi/ ambitio diuitū condemnatur: qui nec in tumulis pñt carere diuitijs. ¶ Allegorice. Corpus xp̄i nō auro: non gemmis aut serico: sed lineo puro inuoluendum est. ¶ Moraliter aūt in sindone mūda Jesum inuoluit: qui cum pura mente suscipit. Hinc ecclesia sacrificium altaris non serico/ nec panno tincto: sed lineo terreno celebrat: sicut corpus dñi in sindone munda sepultum est. Sic a pappa Sylvestro statutū est. ✳ Quod erat excisum de petra. ꝛc] Beda. Dicitur ꝙ monumentū domini/ domus rotunda fuit de subiacente rupe excissa: tāte altitudinis: vt homo rectus consistens/ vix extenta manu culmen possit attingere. Et habet introitū ab oriente: cui lapis ille magnus aduolutus ac impositus est. In eius parte aquilonari ipsum sepulchrum. i. locus dominici corporis de eadem petra factus est/ septem habens pedes longitudinis: trium palmorum mensura a pauimento altius eminens. Qui. s. locus non desuper: sed a latere meridiano per totum patet/ vnde corpꝰ inferebatur. Color autem monumenti ꝛ loculi/ albo ꝛ rubeo dicitur esse permixtus.

¶ In capi. 14. vbi dicitur in postilla. Abba: pater: idem significant. ꝛc.

¶ Additio. Abba pater/ est proprie nomen syrum. i. chaldaicum: ꝛ frequenter habetur in trāslatione Biblie chaldaica.

∴ Finit ista passio ∴

Ferie. iiij. Dñice Ramorum

sermōis Annotamenta. Ex qnta pte Biblie.

Passio domini nostri Jesu christi ſm Lucam. In illo tempore. Appropinquabat autem. ꝛc.] Postqꝫ euangelista descripsit christi predicationem: hic consequenter describit ipsius passionem: per quam solutum est precium nostre redemptionis. Vbi primo describitur maligna Christi comprehensio ¶ I. Luce. 22. A

per explorationem iudeorum. Secundo eius condēnatio iniusta per executionē gentiliū. ca=pi.sequēti. Prima diuidit in quattuor partes: quia primo describitur Christi venditio facta non ex eius ignorantia: sed magis ex presciētia ⁊ voluntate. Secundo ipsius venditi traditio/ nō ex eius displicentia: sed ex charitate. Tertio traditi comprehensio: non ex Christi impotentia: sed ex sua mititate. Quarto comprehensi illusio: non ex sua iniusticia: sed humilitate. Secunda ibi. Venit autem dies azymorū. Tertia ibi. Comprehēdentes aūt eum. Quarta ibi. Et viri: qui tenebant eum/illudebant ei. Circa primum dicit. * Appropinquabat aūt dies festꝰ.] Idest solennitas paschalis: q̄ celebrabatur primo mense/ quintadecima die mensis: vt habet Leui.23. Incipiebat tñ a vespere precedētis diei * Azymorū:] Quia fermentum et fermentatū non debent apparere in domibꝰ iudeorū septem diebus huius solennitatis: vt habet Exodi.12. * Qui dicitur pascha.] Idest transitus: quia tunc transiuit angelus dñi ꝑ egyptū/ interficiēs primogenita egyptiorū: ⁊ hebreos saluās. * Et querebant principes sacerdotū et scribe.] Moti inuidia contra xp̄m. * Quomodo Jesum interficerent.] Licet eñ hoc summe desiderarent: tñ erat eis difficile ꝓpter fauorē populi ad xp̄m: ideo subdit. * Timebant vero plebem.] Ne cō tra eos insurgeret/ si in xp̄m manus mitterent. * Intrauit aūt sathanas in Judam: q̄ cognominabat Scarioth: vnū de duodecim.] .i. In animā Jude/ nō per illapsum: qꝛ hoc est deo ꝓpriū: sed per effectū: venditionē Christi ei suggerendo. * Et abijt: et locutus est cum principibꝰ sacerdotū ⁊ magistratibꝰ: quēadmodum illum traderet eis.] Motiuū autem Jude hic tacet: sed exprimit Matthei.26. ⁊ Joh.12.c. vt recuperaret valorē vnguenti preciosi effusi sup xp̄m a Maria sorore Lazari. * Et gauisi sunt.] Qꝛ ille modus capiendi xp̄m per suum discipulum videbatur magis possibilis et secretus. Sequit. * Et pacti sunt pecuniā illi dare. Et spopōdit. Et querebat opportunitatem/ vt traderet illum sine turbis.] Consequenter describit ipsius xp̄i venditi traditio. Et primo ista traditio ꝓnūciatur. Secundo executioni datur: ibi. Et egressus ibat. Prenunciatio dicte traditionis facta est a xp̄o/ cum cenaret cum discipulis. Et ideo primo describitur paschale conuiuiū. Secundo instituitur eucharistie sacramentū: ibi. Accepto pane. Tertio ponitur dicte traditionis prenunciatio: ibi. Veruntñ. Quarto discipulorū informatio: ibi. Facta est contentio. Circa primū dicit.

B * Venit aūt dies azymorū.] Ista erat quartadecima dies mensis primi: in cuius vespere debebant comedere agnū paschalem/ cū azymis panibus: ideo sequit. * In qua necesse erat occidi pascha.] Et accipit hic pascha non pro die solenni/ sicut supra: sed pro agno paschali: qui illo vespe debebat occidi. Seqt. * Et misit Petrum ⁊ Johannē/ dicens. Euntes parate nobis pascha: vt manducemus. At illi dixerunt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem.] Scilicet Hierusalem. * Occurret vobis homo/ amphorā aque portans.] In hoc dedit eis signum directiuū in preparatione cōuiuij paschalis. * Sequimini eū in domū: in quam intrat.] Hic aūt credit fuisse xp̄i discipulꝰ. Et ideo ꝓuidit de loco: ⁊ de agno: ⁊ alijs necessarijs in celebratione cōuiuij paschalis: vt dictū fuit Marci.14. ☞ Et an.1. que ptis.ser. Ferie.3. Dñice Ramorū.fol.183.col.4. ⁊ hoc est quod subdit. * Et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium: vbi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnū stratum: ⁊ ibi parate. Euntes aūt inuenerunt/ sicut dixit illis: ⁊ parauerunt pascha. Et cū facta esset hora/ discubuit: ⁊ duodecim apostoli cū eo. Et ait illis. Desiderio desideraui.] Idest valde desideraui. * Hoc pascha manducare vobiscum/ anteq̄ patiar.] Quia tunc finiuit vetꝰ testamentū: ⁊ inchoauit nouū: quod erat sibi in desideriū. * Dico eñ vobis: qꝛ ex hoc nō manducabo illud: donec impleat in regno dei.] Qꝛ post illā cenā non comedit nec bibit/ donec post resurrectionē suam: in qua impletū est regnum dei: qꝛ tunc aperta est ianua: ⁊ xp̄s resurrexit ad vitam immortalem: ⁊ tunc xp̄s cum multis comedit ⁊ bibit: ad ꝓbandum sue resurrectionis veritatem: vt habet Luce.24. * Et accepto calice/ gratias egit: ⁊ dixit. Accipite ⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis: q̄ non bibam de generatione vitis/ donec regnū dei veniat.] Generationem vitis/ vocat vinū: qꝛ exprimit de fructu vitis. Consequenter instituit eucharistie sacramentum post legale conuiuium: cum dicitur. * Et accepto pane/ gratias egit.] Per hoc ostendit/ quod in consecratione huius sacramenti preexigitur deuotio ⁊ oratio. * Et fregit et dedit eis: dicens. Hoc est corpus meū: quod ꝓ vobis datur.] Nō est sic intelligēdū/ q̄ prius frangeret ⁊ daret discipulis: ⁊ postea diceret verba cōsecrationis: sed magis ecōuerso: quia xp̄s dedit aplis suis corpus suum ꝯsecratū: ⁊ ideo prꝰ dixit verba consecrationis: que sunt. Hoc est corpus meum. Qꝛ verba consecrationis efficiunt quod figurant. Postea fregit ⁊ dedit illis: dicēs. ¶ Hoc facite in meam cōmemorationē.] Quia eucharistie consecratio/ est quedam dominice

passionis rememoratio: τ propter hoc consecrat corpus separatim a sanguine: quia in passione sanguis fuit separatus a corpore: ideo subditur * Similiter τ calicē postq̄ cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo: q̄ pro vobis fundetur.] Cetera autē que ad istum sacramentuz pertinent tractāda sunt in quarto sententiaꝝ. Consequenter xp̄s prenūciat traditionem sui/dicens. * Uerūtn̄ ecce manus tradentis me/mecū est in mēsa.] Ex quo patet maxima ingratitudo et proditio Jude: qui ingerebat se comestioni cum xp̄o/quem non latebat sua proditio. * Et quidē filius hominis fm̄ q̄ definituz est vadit.] Quia licet sit deꝰ et homo: non tn̄ tradebatur et patiebatur fm̄ diuinitatē: in qua impassibilis est: sed tantū fm̄ humanitatem: fm̄ quod defīnitū est in prouidentia dei pro salute mundi. * Uerumtn̄ ve homini illi p̄ quem tradetur.] Quia licet Judas post factuz penituerit: hoc tn̄ fuit inutiliter: q2 per desperationem se suspendit: vt habetur Matth. 27. * Et ipsi ceperunt querere inter se.] Scilicet ap̄li. * Quis esset ex eis: qui hoc facturus esset] Tamen nesciuerūt: quia hoc xp̄s nō reuelauit manifeste: sed tantum Johanni secrete: vt habetur Joh. 13. Consequēter ponitur informatio discipuloruz. Et primo ostēditur qualis sit aptus ad officium prelationis: secundo quid foret eis licitum tempore persecutionis ibi. Et dixit eis. Ad huc primo ponitur informatio discipuloꝝ in generali: secundo ipsius Petri in speciali/ibi. Ait autē dn̄s Simoni. Adhuc primo informat discipulos de prelationis aptitudine: secundo de premij magnitudine: ibi. Uos autez. Circa primū
C sciendum q̄ cum ap̄li audierūt. Christū predicantem traditionē sui ad mortem: crediderunt firmiter hoc esse futuꝝ: et ideo ceperūt querere inter se quis inter ap̄los esset couenientior ad tenēdum xp̄i locuz: et hoc est quod dicitur. * Facta est autē τ cōtentio inter eos.] Idest disquisitio. * Quis eoꝝ videret̄ esse maior.] Idest aptior ad p̄sidēduz alijs loco xp̄i. Ideo xp̄s de hoc eos docuit: videlicz q̄ ille esset ad h̄ aptior: q̄ eēt vere humilior: per contrariū ad terrenam dominationem. Et ideo subditur. * Dixit autez eis. Reges gentium dominātur eorum: τ qui potestatē habent super eos benefici vocantur. Uos autez non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut minor: et qui precessor est: sicut ministrator.] Et ad hoc inducit exemplū sui dicens. * Nam quis maior est qui recūbit: an qui ministrat? Nonne qui recūbit?] Quasi dicat sic fm̄ iudiciū humanum: et infert. * Ego autē in medio vestrū sum sicut qui ministrat.] Hoc iam ostenderat in lotione pedum suoꝝ discipuloꝝ: et ex hoc intēdit cōcludere q̄ ille est aptus ad succedendū sibi in regimine ecclesie/qui est fundatꝰ in vera humilitate. Postq̄ ostendit aptitudinē prelati: hic cōsequenter ostendit magnitudinē premij: dicens. * Uos autem estis qui permansistis mecuz.] Jam enim Judas exierat de societate eoꝝ accepto pane intincto: vt habetur Joh. 13. * In tentationibꝰ meis.] Quia imminebat agonia sue passionis. * Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū.] Quod intelligit̄ dupliciter. Uno modo de regno militātis ecclie: cuius regimē xp̄s tradidit ap̄lis. Alio modo de regno triūphātis ecclie ad quod erant apostoli assumēdi post laborem vite presentis. * Ut edatis τ bibatis super mensam meā in regno meo.] Hoc similiter dupliciter intelligit̄. Uno modo de sacramento Eucharistie: cuius cōsecrationē: acceptionē et dispensationē xp̄s tradidit ap̄lis. Alio modo de fruitione glorie: ad quaz apostoli erāt predestinati. * Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.] Quia in iudicio extremo erunt assessores xp̄i iudicātis. Posita informatione discipuloꝝ i generali: hic ponitur informatio Petri in speciali de fragilitate humana consideranda. Et de constantia ex dei adiutorio habēda/cum dicitur. * Ait autē dn̄s Simoni. Simon/ecce sathanas expetiuit D
vos.] Idest studiose quesiuit per tētationes subuertere: q2 multū nititur ad subuersionē sanctorum. Illos eniz pulsare negligit/quos quasi iure quieto possidere se sentit: vt dicit Gregoriꝰ. * Ut cribraret sicut triticū.] Idest tentationū impulsu concuteret: et sicut in tali concussione remanet palea et transit farina: sic Judas remāsit diabolo ad penam eternam: alij vero ap̄li transierūt ad gloriam. * Ego autem rogaui pro te vt nō deficiat fides tua.] Scilicet finaliter. Nō enim rogauit q̄ Petrus nō caderet: sed vt in casu non remaneret. Ideo sequitur. * Et tu aliquando cōuersus.] Scilicet de peccato ad gratiam. * Cōfirma fratres tuos.] Hoc dicitur ei: quia ecclesia erat sibi cōmittēda: vt habet̄ Joh. vltimo. Ubi ter dicitur ei a xp̄o. Pasce agnos meos. Ex hoc etiam patet fidem nō deficere vsq̄ ad finem mundi: potissime in ecclesia romana/que a Petro post Xp̄m fundata est: sequitur. * Qui dixit ei. Dn̄e tecum paratus sum/et in carcerem et in mortem ire.] Hoc dixit ex feruore et cōfidens de sua constantia et virtute: ideo cōsequēter predicitur sibi sua fragilitas. * At ille dixit. Dico tibi Petre. Non cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me] Post binā aūt negationē Petri gallus cātauit: put fuit ex post tum plenius Mar. 14. ☞ Et supra an. 1. E. quite p̄t̄. ser. Ferie. 3. Dn̄ice Ramoꝝ. fol. 184.

Consequēter ostendit qd foret apl'is licitū tēpo=
re persecutionis. Qr cū primo xp̄s misit eos ad
predicandum/dedit eis formā incedendi/ vt si=
ne pecunia ⁊ ꝓuisione alia necessarioꝝ incede=
rēt: vt dicit Lu.10.capi. Et ideo forte crederent/
ꝙ tempore persecutionis/ q̄ immineret: nō lice=
ret eis talia portare qđ remouet/ cum subditur.
✳ Et dixit eis. Qñ misi vos sine sacculo ⁊ pera
⁊ calciamētis: nunquid aliqd defuit vobis? At
illi dixerunt. Nihil. Dixit ḡ eis. Sed nunc q̄ hȝ
sacculū.] Ad portandaȝ pecuniā ꝓ ꝓuisione ne
cessarioꝝ. ✳ Tollat.] .i. portet. ✳ Similit ⁊ pe
ram.] Idest repositoriū victualium. Et qr non
solū erat eis licitū talia portare: sed etiā seipsos a
ꝑsecutoribus moderate defendere: saltem ꝓ tūc:
ideo subdit. ✳ Et q̄ non habet.] Scȝ gladium.
✳ Vendat tunicā suaȝ: ⁊ emat gladiū.] Per h̄
innuens ꝙ licita esset eis defensio moderata ꝑtem
pore ꝑsecutionis: ideo subdit. ✳ Dico eñ vob:
qm̄ adhuc hoc qđ scriptum est oportet impleri ī
me.] Scȝ mortem acerbissimā ⁊ cōtemptibilissi
mā per iudeoꝝ persecutionē. ✳ Et cum iniquis
deputatus est.] Hoc scribit Esa.53. ✳ Etem̄ ea
q̄ sunt de me.] Scripta supple ꝑ ꝓphetas. ✳ Fi
nem habent.] Idest sunt ꝓpe cōplementum. ✳
At illi dixerunt. Dñe ecce gladij duo hic.] Non
curauerunt apl'i loqui de sacculis vel peris: sed
tm̄ de gladijs: qr erant animati ad defensionem
sui magistri: licet postea fugerunt timore huma
no percussi. Dicit autem Chrysostomus/ ꝙ illi
duo gladij/ erant duo magni cultelli ad scin=
dendum carnes agni. ✳ At ille dixit eis. Sa=
tis est.] Qr vnus euaginandus sufficiēter ostē=
dit licentiā se defendendi ⁊ audaciam Petri ad
defendendum suū magistrū: ⁊ voluntariā pas=
sionem xp̄i: q̄ cum haberet q̄ ꝓ eo pugnaret: ipse
tm̄ hoc ꝓhibuit. Alius nō euaginatus ostendit
aplos nō fuisse ꝑmissos facere q̄ʒtum poterāt ad
defensionem sui ⁊ magistri: vt ꝑ hoc ostenderet/
ꝙ perfectior est patiētia q̄ʒ defensio etiā licita. Et
consequenter ponit traditionis xp̄i executio. et
primo ex pte xp̄i se voluntarie offerentis. secūdo
ex parte Jude eum ꝓditorie tradentis: ibi. Ad=
E huc eo loquēte. Circa primum dicit. ✳ Et egres
sus.] De loco cene p̄dicte. ✳ Ibat fm̄ cōsuetudi
nem.] Qr assuetus erat illuc exire de nocte cau
sa orationis. ✳ In montē oliuaꝝ] Ubi sciebat
traditorem venturꝝ. ✳ Secuti sunt aūt illum et
discipuli. Et cum ꝑuenisset ad locuȝ: dixit illis.
Orate/ne intretis in tētationē.] Oratio eñ fm̄
Damasce. est eleuatio mētis in deū. Quāto aūt
magis mens eleuat in deū: tāto facili⁹ tentatio
ab eo separat. ✳ Et ipse auulsus est ab eis q̄ʒtuȝ
iact⁹ est lapidis.] Qr oratio dȝ esse solitaria. ✳
Et positis genibus orabat.] Qr debet esse reue=
rēs ⁊ deuota. Sequit. ✳ Dicēs. Pat si vis: trāf
fer calicē istū a me: verūtm̄ nō mea voluntas sed
tua fiat.] Qr debet esse discreta submittendo ꝑ
priā voluntateȝ voluntati diuine. ✳ Apparuit
aūt illi angelus de celo.] Uisione corporali in
specie humana. ✳ Cōfortans eū.] Per modū
seruiētis: qđ factū fuit ad cōfirmandū fidē disci
puloꝝ: ꝙ xp̄s sit maior angelis rōne deitat. Per
hoc etiā oñdebat ꝙ in eo vera humanitas erat:
q̄ ꝯfortabat ꝯtra tristiciā insurgentē in pte sensi
ua ex appꝛhensiōe mortis iminentis. ✳ Et fact⁹
in agonia.] Erat eñ ista agonia reluctatio sen=
sualitatis mortē horrētis ⁊ rōnis ipsam accep
tis: qr virtute diuina q̄libet ps ꝑmittebat agere
⁊ pati: qđ erat sibi ꝓpriuȝ. ✳ Prolixi⁹ orabat.]
Ostendens ꝙ in maiori necessitate magis debet
hō oratiōi insistere. ✳ Et fact⁹ est sudor ei⁹ sicut
gutte saguinis decurrentis in terrā.] Ex vehemē
ti eñ anxietate sensualitatis: q̄ ꝑmittebat agere
⁊ pati: qđ erat sibi ꝓprium: vt dictū est/ fiebat vt
nō solū humores exirent ꝑ sudorē: sed cū hoc ali
qd de sanguine sudorē tingente: fm̄ vero alios
supnaturaliter factū est: vt sanguis ꝑ sudorē cur=
ret: vt sic xp̄s iā suum sanguinē ꝓ salute nr̄a ef=
fundere inciperet. ✳ Et cū surrexisset ab oratiōe ⁊
venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormiē
tes p̄ tristicia] Tristicia. n. est passio causata ex
malo p̄senti: qđ nō pōt repelli: ⁊ sic causat aggra
uationē animi q̄si depressi pōdere mali p̄sentis:
qđ nō pōt ammoueri: ⁊ sic ꝑ ꝯsequēs impedit vl
terius motū spirituū/ a corde ad organa sensuū
exterioꝝ: sed qr hmōi spūs causant opa vigilie/
inde est ꝙ tristicia impediēs talē motū spirituū/
causat aggrauationem sensuum ⁊ cessationē ab
actib⁹ ꝓprijs: sicut fit in somno ꝓpriedicto: qui
causatur ex vaporatione humoꝝ ex cibis ⁊ po
tib⁹ ascendente versus cerebrū: q̄ humores ibidē
ingrossati ex frigiditate cerebri: descendunt ver
sus organa sensuū oppilātes meatus: ꝑ q̄s spūs
ꝓgrediētes a corde debēt ad organa sensuū trāsi
re: ⁊ sic cessant sensus ab actibus vigilie. Sequi
tur. ✳ Et ait illis. Quid dormitis? Surgite ora
te/ne intretis in tentationem.] Cōsequenter po
nitur executio traditiōis ex pte Jude tradentis/
cum dr̄. ✳ Adhuc eo loquēte: ecce turba: ⁊ qui
vocabat Judas vn⁹ de duodecim antecedebat
eos.] Tanq̄ʒ ductor illoꝝ: q̄ volebant cōprehen
dere Jesum. ✳ Et appropiquauit Jesu vt oscu
laret eum.] Dederat eñ Judas cōprehensori=
bus istud signū: ne ꝓ Jesu caperent Jacobū fra
trem dñi: qui fuit ei valde similis: vt dicitum fu
it Matth.26. ✳ Jesus aūt dixit ei. Juda/ oscu
lo filium hoīs tradis.] Idest in signo charitatis
proditionem homicidij facis. Ex quo factū Ju
de aggrauabatur valde. ✳ Uidentes autē hi/

qui circa ipsum erant.] Idest xp̄i discipuli. * Quod futurū erat.] Scz captionē magistri sui: vt duceretur ad mortē. * Dixerunt ei. Dn̄e si p̄cutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: et amputauit auriculā eius dexterā.] Alijs discipulis licentiā petētibus percutiendi ad magistri sui defensionem: Petrus q̄ erat audacior ceteris et feruentior/ nō petiuit licentiā: nec expectauit respōsionem: sed amputauit vnius auriculā: intendens eum interficere vel grauiter vulnerare. * Respondens aūt Jesus ait. Sinite vsq; huc.] Q.d. Non moueat vos qd̄ est futurum: q2 permittendi sunt vt me compr̄hendāt: vt impleant̄ ea q̄ de me scripta sunt. * Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eū.] In quo apparet maxima xp̄i charitas/ sanando illum: q̄ venerat ad cōprehēdendum ipsum. * Dixit autem Jesus ad eos: q̄ venerāt ad se principes sacerdotum et magistratus tēpli et seniores.] Contrarium videtur Matth. 26. vbi dici videtur q̄ principes sacerdotum nō fuerunt in captiōe Jesu: sed ductus fuit ad eos per comprehensores ad locum: vbi conuenerāt. Ad quod respondetur dupliciter. Uno modo q̄ licz non venerint ad comprehendendum Jesum in p̄prijs personis: venerunt tñ in virtute in ministris ab eis missis. Alio modo q̄ aliqui de principibus sacerdotum venerūt cum ministris ad comprehendendum Jesum: vt diligētius fieret negocium: plures tamen expectabant in domo: vt dicit Matth. Sequit̄. * Quasi ad latronez existis cum gladijs et fustibus: cum quotidie vobiscum fuerim in tēplo: nō extendistis man⁹ in me.] Q.d. Tunc nō cepistis me: q2 nolebā: nec modo caperetis nisi p̄mitterem. Ideo sequit̄. * Sed hec est hora vestra.] Uobis cōcessa ad me comprehēdendū. * Et potestas tenebrarū.] Q2 diabolus tenebrarū princeps eos ad hoc incitabat. Consequēter ponit̄ xp̄i traditi cōprehensio: et subditur Petri negatio: cum dr̄. Comp̄hendētes aūt eum: duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur eum a lōge. Accenso autē igne in medio atrij: et circūsedentibus illis: erat Petrus in medio eorum. Quē cū vidisset ancilla quedā sedentem ad lumen: et eū fuisset intuita/ dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum/ dicens. Mulier/ non noui illum. Et post pusillum alius videns eū/ dixit. Et tu d̄ illis es. Petrus vero ait. O homo/ non sum. Et interuallo facto quasi hore vnius: alius quidā affirmabat/ dicens. Uere et hic cū illo erat: nam et galileus est. Et ait Petr⁹. Homo: nescio quid dicis.] De negatione enim Petri varie loquūtur euangeliste: que materia exposita fuit: et concordata Matth. 26. ☞ Ideo quere annotamento. 7. X. y. Z. quinte partis. ser. Dominice Ramorū. Fol. 169. col. 1. et 2. Sequit̄. * Et continuo adhuc illo loquēte: cātauit gallus. Et cōuersus dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi dn̄i sicut dixerat: q2 p̄usq̄z gallus cantet/ ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare.] Cōsequenter sequit̄ xp̄i comprehensi illusio: cum dicitur. * Et viri qui tenebant illum illudebant ei cedentes. Et velauerunt eum: et percutiebant faciem eius: et interrogauerunt eum/ dicentes. Prophetiza. Quis est q̄ te percussit?] Per hōc eñ designabāt/ q̄ esset falsus propheta cum ignoraret: quis eum p̄cuteret. Et nō solum illudebant: sed etiam calūniose interrogabant. Si tu es christus. Quia si respondisset sic: statim imposuissent: q̄ voluisset sibi vsurpare dignitatem regiam contra Cesaris ordinationem: qui dignitatem regiam a iudeis abstulerat: sicut dictum fuit Luce. 3. capi. Si autem dixisset: nō: obiecissent contra eum de redargutiōe: quia pluries verbis et factis dixerat se esse xp̄m. Unde Johan. 10. c. dicentibus ei iudeis. Si tu es Christus dic nobis palā. Respondit eis Jesus. Loquor vobis et non creditis: opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimoniū p̄hibent de me. Sequit̄ * Et alia multa blasphemātes dicebant in eum. Et vt factus est dies conuenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in conciliū suum/ dicentes. Si tu es Christ⁹: dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero nō credetis mihi.] Sicut et al's nō credidistis: nec verbis meis: nec factis. * Si autem et interrogauero: non respōdebitis mihi.] Sicut cum al's petiuerat ab eis de Christo quomodo sit filius Dauid: non responderint: et in pluribus alijs eius questionibus simile inuenitur. * Neq; dimittetis.] Quia obstinationem sciebat corū. * Ex hoc autem.] Id est post passionem meā et resurrectionez. * Erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei.] Quod impletum est in ascensione Christi. Secundum quod dicit̄ Marci vltimo. d. Et dominus quidē Jesus postq̄z locutus est eis: assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. * Dixerunt autem omnes.] Matthei. 26. f. dicitur/ q̄ summus sacerdos hoc dixit. Dicendum/ q̄ ille dixit primo et principaliter: et ideo Mattheus ipsum solum exprimit. Alij autez consequēter idē dixerūt: volentes ex hoc cōcludere condēnationem Christi fore iustam. * Tu ergo es filius dei?] Hoc non sequebatur ex dicto precedenti: quia dixerat/ erit filius hominis. Ueruntamē quia hoc erat verū noluit negare: nec etiam affirmare/ ne aperiret locum calumnie: ideo sequitur. * Qui ait. Uos dicitis: quia ego sum.]

Quod verbum erat verum: ⁊ taliter prolatum, ꝙ calumniam non haberet secundum veritatē: sed tantum secundum iudeorum maliciam: ex qua concluserūt: cum dicitur. * At illi dixerūt. Quid adhuc desideramus testimoniū?] Q.d. Conuictus est ꝓprio verbo. Uñ subdit. * Ipsi enim audiuimꝰ de ore eius.] ¶ Sequitur capitulo.23. * Et surgens. ⁊c.] Postq̄ descripta est xp̄i comprehensio per maliciā iudeorū. Hic consequenter describit eius occisio per executionem gentiliū. Ubi primo describitur solicita examinatio. Secūdo iniq̄ cōdemnatio: ibi. Pilatꝰ autē interrogauit. Tertio impia occisio: ibi. Et cū ducerent eū. Quarto deuota tumulatio: ibi. Et ecce vir noīe Joseph. Circa primū, primo describit examinatio corā Pilato preside. Secūdo coram Herode: ibi. Pilatus aūt. Circa primū dr. * Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatū.] Qui erat ibi preses loco romanorum. * Ceperunt aūt illū accusare.] Et hoc de tribꝰ. Primo de auersiōe populi a lege Moysi seruanda, cū dicitur. Hunc inuenimꝰ subuertentem gentem nostrā. Secundo ꝙ per doctrinā suam impediret populū suū reddere Cesari tributū. Et hoc notat, cū dicit. Et prohibentē. Tertio ꝙ volebat sibi vsurpare regnū iudeorū: ideo sequitur. Et dicentem se xp̄m regē esse. Primum autem erat manifeste falsum: quia nō venit soluere legem, sed adimplere: vt habetur Matthei 5.b. Et legem Moysi vsq; ad mortē seruauit, vt declaratum fuit ibidē. ☞ Ideo quere hoc in annota.1.D.H. quinte partis. sermonis Uniꝰ Doctoris. Tomo scdo. Similiter secundum: quia iudeis querentibus. Licet nobis censum dare Cesari: an non? Respōdit. Reddite q̄ sunt Cesaris Cesari: vt habet Mat.22. ☞ Et hic annota.1. C. quīte ptis. ser. Dñice.23. post oc. cor. xp̄i. Similiter tertium: quia cū Jesus sciret turbas venturas vt eū raperēt, ⁊ facerent sup se regē: fugit, vt habet Joh.6.b. Pilatꝰ aūt de primo nō curauit: quia gētilis erat: ⁊ iō de lege Moysi nō curabat. Secundū reputabat falsum: quia responsionem xp̄i audierat per relationē de tributo Cesari reddēdo: vt predictū est. Sz de tertio inq̄siuit, quia videbat esse cōtra dn̄m suū. Uñ ⁊ iudei corā eo dixerūt. Non habemꝰ regem nisi Cesarē. Johā.19.b. Et ibidē dicit. Omnis enim qui se regem facit: contradicit Cesari. Christus aūt se regem esse nō negauit, neq; affirmauit: sed medio modo respondit, dicens. Tu dicis. Uerūtn̄ expressit: ꝙ si esset rex: regnū eius non esset de hoc mundo: vt habetur Johā.18.f. Et hoc est qd subdit. * Dicentes. Hūc inuenimꝰ subuertentē gentem nr̄am ⁊ ꝓhibentē tributa dari Cesari: ⁊ dicentē se xp̄z regem esse. Pilatus aūt interrogauit eū: dicens. Tu es rex iudeorum? At ille respondens ait. Tu dicis. Ait autē Pilatus ad principes sacerdotum ⁊ turbas. Nihil inuenio cause.] Scilicet criminis vel mortis. * In hoc homine. At illi inualescebant.] Ut clamoribus obtinerent, quod ratione non poterant. * Commouit populum.] Quasi dicerent: turbauit pacem cōmunem. * Docens per vniuersam iudeam incipiens a galilea vsq; huc.] Volebant enim notare, ꝙ esset similis Jude galileo: qui tempore natiuitatis xp̄i inducebat populum ad rebellandum imperatori romano, dicēs esse illicitum iudeis profiteri aliquē dn̄m terrenum: sed solū deū: vt habet. Act.5.g. Ante hos dies extitit Judas galileus: qui auertit populū in dies professionis. Sed Pilatus hoc falsum reputauit eo, ꝙ audierat Xp̄z dixisse. Luce.20.d. Reddite que sunt Cesaris Cesari: ⁊ que sunt dei deo. Per hoc ostendens ꝙ poterant esse subiecti non solum deo: sed etiam temporali dn̄o. Consequenter ponitur examinatio Xp̄i coram Herode. Pilatus autem audiens ꝙ Jesus esset de galilea: remisit eum ad herodem. Tum vt Herodi deferret. Tum quia credebat ꝙ libenter liberaret hominem: qui esset de terra sua ⁊ maxime innocētem. Sciendum etiā ꝙ licet Xp̄s fuerit in Bethleem natus (vt dicitur Luce.2.) Tamen dicitur hic de Galilea: quia fuit ibi nutritus ⁊ conuersatus: ideo subditur * Pilatus autē audiens Galileam: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit, ꝙ de Herodis potestate esset: remisit eum ad Herodem: qui et ipse hierosolymis erat illis diebus.] Scilicet paschalibus propter solemnitatem: quia iudeus erat. Pater enim suus fecit se circumcidi, transiens ad ritum iudaismi: sm quod dicit Josephus. * Herodes autem viso Jesu gauisus est valde.] Non propter deuotionem, sed propter curiositatem: ideo subditur. * Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum: eo ꝙ audierat multa de eo.] Scilicet de miraculis eius ⁊ doctrina. * Et sperabat signū aliquod videre ab eo fieri] Idest mirabile factū * Sperabat etiā ab eo audire quedā curiosa ⁊ insolita. Ideo sbdit. * Interrogabat aūt eū multis sermōibꝰ. At ipē nihil ei rn̄debat] Jesꝰ aūt in ꝯspectu eiꝰ noluit aliqd signū facere. Tū quia Herodes erat idignꝰ: cū moueret ex curiositate: vt dictū ē: tū quia Jesꝰ voluit ondere: ꝙ p̄dicator verbi diuini nō dz corā p̄ncipibꝰ ostentationē suā q̄rere ⁊ eisdē rōnibꝰ nō rn̄dit eiꝰ interrogatiōibꝰ * Stabāt aūt p̄ncipes sacerdotū ⁊ scribe ꝯstāter accusantes eū. Spreuit autē illum Herodes cū exercitu suo] Reputās eū idiotā ⁊ fatuū * Et illusit indutū veste alba] Sic.n. illudebat tūc fatuꝰ * Et remisit ad Pilatū] Ut eū honoraret sicut Pilatus

ei detulerat. *Et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die.] Propter mutuam reuerētiam factam: vt dictum est. *Nam antea inimici erāt adinuicem.] Propter galileos/quos Pilatus occiderat: miscens sanguinē eoꝝ cum sacrificijs: vt habeť Luce.13.ꝛ hic annoť.4.A. 5.par.sermo.diuinoꝝ officioꝝ.fol.33.col'.3.Cōsequenter describiť xp̄i cōdemnatio iniusta. Ubi primo declaratur xp̄i innocentia ex triplici confessione iudicis causam examinātis: ꝛ etiam ex allegatione Herodis: qui ip̄m non condēnauerat. Judei autem econtrario cōtra verba iudicis ter reclamauerunt: vt obtinerent per importunitatem clamoris/quod non poterāt via rationis. Propter quod Pilatus finaliter declinauit a iusticia condēnans ad mortem innocētem Jesum. inclinatus ad hoc ex populi fauore: quē querebat: ꝛ Cesaris timore/cuius indignationem formidabat: eo ꝙ dixerant iudei in cōspectu suo. Si hunc dimittis/nō es amicus Cesaris: vt habeť Joh..19. Et sequiť. *Pilatᵒ autē ꝯuocatis pricipibᵒ sacerdotū ꝛ magistratibᵒ ꝛ plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentē populum: et ecce ego corā vobis interrogans: nullam causam inuenio in homine isto ex his/in quibus eū accusatis: sed neqꝫ herodes.] Ex dictis patet littera. Paucis exceptis que exponētur. Nam remisit illum ad nos: idest ad nostrum iudicium: libri antiqui ꝛ correcti sic habent: *Nam remisi vos ad illū.] Scilicet ad herodem: vt patet ex dictis ꝛ littera sequens consonat/cum dicitur. *Et ecce nihil dignū morte actū est ei.] Scilicet corā Herode. *Emendatū ergo.] Idest verberatū. *Illū dimittam.] Liberum a morte. Sed contra hoc videtur: qꝛ Pilatus sciebat ip̄m esse innocētem: quomodo igitur volebat ipsum iniuste verberare: Dicendū ꝙ volebat facere vt iudei videntes hāc flagellationem/satiarenť hac pena: ꝛ cessarent a morte Jesu querēda. *Necesse autē habebat dimittere eis per diem festū vnum.] Qꝛ in nocte pasche angelus dn̄i saluauit hebreos/ꝛ percussit primogenita egyptioꝝ. Exod.12.f.et ideo in memoriā huius beneficij in solemnitate paschali saluabāt vnum propinquum morti: ꝛ aliquos condemnatos ad mortem interficiebāt ad representandum saluationem hebreorum et interfectionem egyptiorum: et istam consuetudinem eis obseruari impetrauerant ab imperatore romanorum: sicut fuerat obseruata anteqꝫ Judea esset romanis subiecta: ꝛ hoc ē quod dr̄. Necesse autem habebat.ꝛc. Quia tenebatur obseruare illud: qđ erat cōcessum ab impatore. Pilatus sciens Jesum innocentē/volebat eum liberare per hanc viam: proponēs ꝙ non expediret eis dimittere nisi Jesum aut Barrabam: cuius liberationem credebat iudeos nullo modo preeligere propter nimiā ipsius maliciā: sed ipsi nimio odio moti contra xp̄m preelegerūt Barrabam liberari: petentes Jesum crucifigi eo/ꝙ erat modus mortis asperior et durior: ꝛ hoc est qđ dicitur. *Exclamauit autem simul vniuersa turba/dicēs. Tolle hūc: ꝛ dimitte nobis Barrabam. Qui erat propter seditionē quandā factam in ciuitate ꝛ homicidiū missus in carcerē. Iterū autē Pilatus locutus est ad illos volens dimittere Jesum. At illi succlamabant dicētes. Crucifige: Crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullā causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo ꝛ illum dimittā. At illi instabāt vocibᵒ magnis postulātes vt crucifigeretur/ꝛ inualescebāt voces eorum. Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eoꝝ. Dimisit autē illis eū: qui propter homicidiū ꝛ seditionē missus fuerat in carcerem/quē petebant: Jesum vero tradidit volūtati eorum.] Consequenter describitur xp̄i impia occi K
sio/cum dicitur. *Et cum ducerent eum.] Ad crucifigendum. *Apprehenderunt Simonē quendam Cyrenensem venientē de villa: ꝛ imposuerunt illi crucem portare post Jesum.] Qꝛ coegerunt eum ad portandum crucē/vt citiᵒ venirent ad locum crucifixionis. Qꝛ Jesus videbatur nimis debilitatus ex afflictione p̄cedenti: et ideo ꝗuis Jesus primo portasset crucem suā: tamen illi qui eum ducebant/acceperunt eam: ꝛ posuerunt supra Simonem ratione predicta. Ille autem inuite portabat: tū quia hͦ erat turpe: tū quia forsitan erat discipulus Jesu/occultus tamen. *Sequebatur autem illum multa turba populi ꝛ mulierum: que plangebant ꝛ lamentabantur eum.] Quia aliqui sequebātur eum ad ipsum crucifigendum: aliqui ad deridēdum eum: ꝛ aliqui ad videndum spectaculū: et aliqui ad plangēdum. Specialiter mulieres deuote: vnde subditur. *Conuersus autem ad illas Jesus/dixit. Filie hierusalem.] Quia non solum alique de galilea secute fuerāt ipsum: sed etiam alique de hierusalem sibi adheserant per deuotionem. *Nolite flere super me: sed super vosipsas flete: ꝛ super filios vestros.] Non prohibet cōpassionē: sed predicit aliā luctus causaꝫ in obsidione hierusalē futura per Titū ꝛ Uespasianum. Ideo subdiť. *Quoniā ecce venient dies.] Scꝫ quadragesimo secūdo anno post passionē Christi: in quo fuit dicta obsidio. Sequitur. *In quibus dicēt. Beate steriles.] Quia agiliores erāt ad fugiendum: ꝙ̄ grauide. *Et ventres: qui non genuerunt: ꝛ vbera/que non lactauerunt.] Quia mulieres habētes pueros

in obsidione fuerunt anxiate: non solum pro se: sed etiam pro pueris suis: et aliquе pre famis anxietate proprios pueros comederunt: secũdum quod dicit Josephus libro de iudaico bello. * Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos: et collibus operite nos.] Quia aliqui pre horrore miserie: que tunc fuit in populo iudeorum: dicebant. Utinam montes caderent super nos. * Quia si in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet?] Christus hic dicitur lignum viride/ faciens fructum: et per cõsequens indignum abscisione per mortem. Populus autem iudaicus hic dicitur lignum aridum infructiferum: et per consequens dignum abscisione per mortẽ et cõbustionem gehẽne: que est pena extrema/ et maxima: sequitur. * Ducebãtur autem et alij duo nequam cum eo/ vt interficerentur. Et postquã venerunt in locũ: qui vocatur Caluarie: ibi crucifixerunt eum et latrones: vnum a dextris et alterum a sinistris. Jesus autem dicebat. Pater dimitte illis: nõ enim sciunt quid faciũt.] Erãt enim ibi aliqui simplices et illiterati a sacerdotibus iudeorum decepti: qui persequebãtur xp̃m zelo legis: et pro istis orauit xp̃s. Alij autem erãt litterati: qui ipsum esse xp̃m probabiliter nouerant/ seu agnoscere debuerãt: sed ex odio et inuidia fuerũt excecati et ipsum psecuti sunt vsq ad
R mortem: et pro illis nõ orauit. Sequitur. * Diuidentes vero vestimenta eius miserunt sortes. Et stabat populus expectans: et deridebant illũ principes cum eis/ dicentes. Alios saluos fecit: se saluum faciat: si hic est Christus dei electus. Illudebant autem ei et milites accedentes: et acetum offerentes et dicentes. Si tu es rex iudeorũ: saluũ te fac. Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris grecis: hebraicis: et latinis. Hic est rex iudeorum.] Quia iste erãt tres lingue principales/ vt oẽs possent legere. Sequitur. * Unus autem de his: qui pendebãt latronibus blasphemabat eum/ dicens. Si tu es xp̃s: saluum fac te ipsum et nos. Respondens autem alter increpabat eum/ dicẽs. Neq tu times deuz.] Quasi dicat. Licet homines non timueris/ tamẽ deberes deum timere: maxime in articulo mortis: in quo tu es. Ideo subditur. * Qui in eadem damnatione es.] Scz mortis. Sequitur. * Et nos quidem iuste. Nam digna factis recipimus. Hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum. Domine memẽto mei.] Magna fides huius latronis: qui nec propter acerbitatem pene/ quam sustinebat: nec propter infirmitatem carnis/ quaz in Christo videbat/ confessionem vere fidei omisit. * Cum veneris in regnum tuum.] Manifeste patet q non loquebatur de regno temporali: sed eterno. Ideo subditur. * Et dixit illi Jesus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.] Non accipitur hic paradisus p horto voluptatis: nec pro celo empyreo: sed pro fruitione beata: quam habuerunt sancti patres in morte xp̃i: qui erant in lymbo detenti: statim cum eius aĩa descendit ad eos. Et eadem die illuc descendit anima illius latronis facta particeps beate fruitionis. Sequitur. * Erat autem fere hora sexta: et tenebre facte sunt in vniuersam terram: vsq in horam nonam. Et obscuratus est sol: et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Jesus ait. Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum.] Ostendens q in articulo mortis maxime debemus recurrere ad deum. * Et hec dicens expirauit. Uidens autem Centurio.] Qui erat constitutus ad custodiendum xp̃m i cruce: quousq expirasset. * Quod factum fuerat.] Scilicet miracula in xp̃i passione facta: vtpote terremotus: petrarum scissio: obscuritas solis supernaturalis: et q cum clamore magno expirasset: quod non poterat fieri virtute nature. * Glorificauit deum.] Fidei confessione. * Dicens Uere hic homo iustus erat.] Dicit Matth.27.f..dr. Uere filius dei erat iste. Credendum q vtrumq dixit Centurio: sed Matthe. et Lucas aliud: de altero tacendo expressit vnum. * Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud: et videbant que fiebant: percutientes pectora sua reuertebãtur.] Penitentes et dolentes de xp̃i persecutione: et isti fuerunt qui a pe... ritis decepti fuerant: vt predictũ est. * Stabant aũt oẽs noti eius a longe: et mulieres que secute erant eũ a galilea hec vidẽtes.] Cõtrariũ videtur Joh.19.e. Ubi dr. Stabant iuxta crucem Jesu mater eius et soror matris eius. etc. Respõdet Aug. q non erant immediate iuxta illum propter turbam comprimentem: nec ita longe quin possent eum videre: ideo possent dici fuisse longe et prope diuersis respectibus. ¶ Sequitur euangeliũ. * Et ecce. etc.] Hic describitur deuota christi tumulatio: que fuit solennis et preciosa: licet mors fuerit ignominiosa prout de vtroq fuerat prophetizatum per Esaiam: sicut plenius fuit declaratum Matthei.27. ☞ Et hic Annotamento.7. MM. quinte partis. sermonis Dominice Ramorum. Folio.171. Columna.4. * Et ecce vir nomine Joseph: qui erat decurio vir bonus et iustus.] Idest existens de curia: scilicet presidis vel imperatoris. * Hic nõ cõsenserat cõsilio et actibus eorum.] Scz aliorum iudeorum xp̃m persequẽtiũ. * Ab Arimathia ciuitate iudee.] Ista ẽ ciuitas: q vocata est Ramatha: de q fuit Helchana pr Samuel: vt hr.1.Re.1.a. * Qui expectabat et ipse regnũ dei.] Nõ tẽporale et terrenũ: sed celeste et eternũ. * Hic accessit ad Pila

tũ ⁊ petijt corpus Jesu.] Erat em̃ de curia: ⁊ pro
pter hoc habebat maiorem accessum. * Et de=
positum inuoluit sindone.] Idest panno lineo.
⁊ ex hoc ordinatũ est / ꝙ corpus Christi non con
secratur nisi super pannuz lineum. * Et posuit
eum in monumento excisso.] Idest in vno lapi
de concauato s̃m quantitatez hominis: ne si ex
pluribus lapidibus esset factum / posset dici a iu
deis ꝙ suffossum fuisset sepulchrũ: ⁊ corpꝰ inde
sublatũ. * In quo nondum quis𝑞̃ positus fue
rat.] Ne posset dici: ꝙ ille: qui prius ibi fuisset se
pultus / resurrexisset: ⁊ non Christus.
M
Moralr * Appropinquabat. ⁊c.] Lyra. Moraliter. Ex
ponatur sicut. s̃. Matthei. 26. ⁊. 27. ☞ Uel
Annotamento. 7. N N. quinte partis. sermõis
Dominice Ramoꝝ. folio. 172. col. 1. Et Mar=
ci. 14. ⁊. 15. Uel annotamento. 1. G. ⁊c. quinte
partis. sermonis Ferie. 3. Dominice Ramorũ.
Folio. 185. Sequit̃ postea. * Intrauit autem
Sathanas. ⁊c.] Jam ante intrauerat ipsuz: cũ
esset fur / ⁊ loculos habens: vt dicitur Johannis
12. a. Sed tunc intrauit ad ipsum amplius pos
sidendum. Ex quo patet ꝙ in omni mortali pec
cato diabolus intrat hominẽ: vt ipsum de nouo
possideat: vel amplius q̃z ante. * Et abijt: ⁊ lo=
cutus est cum principibus sacerdotũ.] Expona
tur sicut supra Matth. 26. ⁊ Marci. 14. ☞
Uel sicut in supradictis annotamẽtis. * Et ait
illis. Desiderio desideraui hoc pascha mandu=
care vobiscũ. ⁊c.] Hoc est eucharistie sacramen
tum: quod nos per fidem spiritualiter mandu=
camus: ⁊ ipse manducat nobiscum: incorporan
do nos sibi per istud sacramentũ: quod alloq̃ns
Augustinus: dicit. Cibus es grandiũ: non mu
taberis in me: sed tu me mutabis in te. Cetera
moraliter sunt exposita Matthei. 26. et Marci
14. ☞ Et annota. superius dictis. * Facta
est contẽtio inter eos: quis eorum videretur esse
maior. ⁊c.] Similis contentio frequenter fit in
ecclesia pro dignitatibus obtinendis: ⁊ nõ soluz
inter seculares: sed etiam inter regulares / diuiti
as habentes: sicut canes contendunt ad obtinẽ
dum os carnibus ⁊ medullis repletũ. ꝓpter qꝺ
viliores canibus videntur religiosi mendican=
tes: qui pro officijs presidendis contendunt: cuz
nihil annexũ habeant / nisi miseriaz ⁊ laborem.
ꝓpter quod ad repellendum talem ambitionẽ /
subdit saluator. * Sed qui maior est. ⁊c.] Se=
quitur. * Uos autẽ estis: qui permansistis me
cum. ⁊c.] Permanentibus enim firmiter in tri=
bulationibus cum ipso disponit fruitionẽ beatã
in celesti regno. * Ait autem dñs Simoni. Si
mon / ecce sathanas expetiuit vos. ⁊c.] Per hoc
patet ꝙ diabolus fideles tentare non potest: nisi
ex dei licẽtia: sicut de sancto Job dicitur. Job. 1.

* Ut cribraret sicut triticũ.] Ex hoc habetur ꝙ
diabolus homines sanctos magis satagit con=
cutere tentationibus / q̃z alios. Unde refert Gre
gorius in Dialogo: ꝙ ille diabolus: qui per ma
gnũ tempus Andreã episcopũ tentando de qua
dam muliere: ipsum ad hoc induxerat / ꝙ illius
mulieris tergum blandiẽdo manu percusserat:
plus fuit a suo principe cõmendatus: q̃z illi: qui
ꝓcurauerant homicidia ⁊ alia multa mala. *
Ego aũt rogaui pro te: vt non deficiat fides tua.
⁊c.] Chrys. Non aũt dixit. Rogaui / vt non ne=
ges: sed vt fidem nõ deseras. Nam etsi paululuz
agitandus sis: habes tñ reconditũ semen fidei.
* Et tu aliquando conuersus. ⁊c.] Nam illi: q̃
consecuti sunt a deo donuz misericordie: debent
(quãtum possunt) in bono ceteros roborare. *
Qui dixit ei. Domine / tecũ paratus sum. ⁊c.]
Exponatur vt supra Matth. 26. ⁊ Marci. 14.
☞ Uel vt in annota. supradictis. * Et dixit
eis. Quando misi vos sine sacculo ⁊ pera. ⁊c.]
Quando missi fuerunt apostoli ad predicãduz
sine ꝓuisiõe aliqua necessarioꝝ: fuit diuinitus
eis laute ꝓuisum: qꝛ nihil eis defuit: (vt dicitur
in textu) quando vero relaxatũ fuit illis sibi pro
uidere de necessarijs in via: passi fuerunt penu=
rias multas: vt patet in actibꝰ apostoloruz: ⁊ in
legendis coꝝ. Hoc aũt fuit ad dandam fiduciã
pauperibꝰ predicatoribꝰ exequẽdi ꝯstanter offi
cium predicãdi. * Uendat tunicã suã: ⁊ emat
gladium. ⁊c.] Gladius spiritus: est dei verbum
in sacra scriptura contentũ: pro quo emendo in
sacre scripture studio vendẽda est tunica. i. exte=
riora bona sunt exponenda. Hec est illa marga=
rita: pro cuius emptiõe omnia sunt vendenda:
vt dicitur Matthei. 13. f. Et Sapientie. 7. b. di=
citur. Omne aurum in comparatiõe illius are=
na est exigua: et tanquam lutum estimatur ar
gentum in cõparatione illius. Sacra vero scri=
ptura continetur in duobus testamentis: ideo
subditur. * Ecce duo gladij hic. ⁊c.] Et quoni
am sufficiunt ad omnem falsitatem fidei contra
riam destruendam: sequitur. * Satis est. Et
egressus ibat secundum consuetudinem. ⁊c.]
Ad locum: vbi sciebat traditorem venturum: et
obtulit primo spiritum per feruorem orationis:
ideo subditur. * Et factus est sudor eius: sicut
gutte sanguinis decurrentis in terram.] Ex fer
uore orandi: ⁊ ex apprehensione imminẽtis tor
menti. * Et cũ surrexisset ab oratione. ⁊c.] Ex
ponatur sicut Matth. 28. et Marci. 14. ☞
Uel vt in anno. predictis vs𝑞̃ ibi. * Et cũ teti=
gisset auriculã eius: sanauit eũ.] Sicut precisio
auricule serui põtificis significauit inobediẽtiã
iudaici populi ad xp̃m: sic eius sanatio signifi=
cat eius obedientiã circa finẽ mundi: quia tunc

tanget Christus sua clementia corda iudeorũ.
* Comprehendentes autem eum.ꝛc.] Expo=
natur sicut Matth.26.ꝛ Marci.14. ☞ vel
vt in predictis annotamentis vsq ibi. * Et vt
factus est dies.ꝛc.] Exponatur sicut Matthei.
27.ꝛ Marci.15. Vel vt in predictis Annota=
mentis. * Et ait illis. Si vobis dixero/ non cre
detis.ꝛc.] Homines enim in malis obstinati/
veritatem dicentibus nõ credunt: nec interroga
ti de veritate/respondent: neq ad bonam psua=
sionem a sua nequitia cessant. ꝛ tales erãt isti.
Residuũ huius capituli exponat sicut Matth.
26.et Marci.14. ☞ Vel vt in supradictis
annota. ¶ Sequit capi.23. * Hunc inuenim⁹
subuertẽtem gentem nostram.ꝛc.] Ista contra
Christum ꝑposita erant simpliciter falsa.ꝑpter
quod Pilatus respõdit. * Nihil inuenio cau=
se in hoc homine.ꝛc.] Sed hic est modus iniq=
rum/ ꝙ per mendacia querunt condemnationẽ
iustorum. Ex hoc etiam patet ꝙ aliquando iu=
stius agit in curia laicali/ q̃ in clericali. Prin=
cipes enim sacerdotũ Christum condemnaue=
runt tanq̃ mortis reum: quẽ Pilatus ꝓnunci
at innocentẽ ꝛ iustum: ꝛ sic hodie fit in plurib⁹
locis/ ꝙ homicide notorij: qui per secularẽ iudi
cem suspenderent: per ecclesiasticũ iudicẽ in ma
gnum populi scandalum liberantur. * At illi
inualescebant.ꝛc.] Sic faciunt maligni/ querẽ
tes obtinere per clamorẽ: quod non possunt per
rationẽ. * Herodes autem viso Jesu.ꝛc.] Per
hoc autem ꝙ xp̃s corã Herode incestuoso ꝛ ho=
micida noluit facere miraculum: nec suis inter
rogationibus respõdere/significauit ꝙ tales di
gni nõ sunt opera videre diuina: nec eius habe
re responsa * Spreuit aũt illum Herodes.ꝛc.]
Sic hodie sectatores Christi a malis hominib⁹
spernuntur: ꝛ ab eis fatui reputant. * Et facti
sunt amici Herodes et Pilatus.ꝛc.] Hoc fuit si
gnum/ ꝙ iudeoꝝ principes ꝛ romanoꝝ conue=
nirent in persecutione christianoꝝ. Cetera expo
nant sicut Matthei.27.et Mar.15. ☞ Vel
vt in supradictis annotamẽtis.vsq ibi. * Filie
Hierusalem nolite flere super.ꝛc.] Scd̃m sensuz
litteralem fletus: ad quẽ induxit Christus mu-
lieres: fuit ꝑpter miseriã per romanos super iu=
deos venturã: et illa miseria figura fuit miserie
super incredulos venture per spirit⁹ malignos.
Pro cuius euasione flendum est ꝛ orãdum an=
te terminũ huius vite. * Ducebant aũt et alij
duo neq̃.ꝛc.] Hoc ad litterã procuratũ fuit per
pñcipes iudeoꝝ: vt a vulgarib⁹ xp̃s participas=
se videret in criminib⁹ coꝝ: ꝛ sic ipsi viderentur
iuste mortem eius ꝓcurasse: ꝛ sic frequenter fa=
ciunt maligni/ querentes operire suam nequiti
am per infamiã iusti. * Et postq̃ venerũt in lo

cum: qui vocatur Caluarie.ꝛc.] Exponat sicut
Matthei.27.et Marci.15. ☞ Vel vt in su=
pradictis annota. * Jesus autẽ dicebat. Pa=
ter dimitte illis.ꝛc.] Beda. Nec putandum est
cum hoc frustra orasse: sed in eis: qui post eius
passionẽ crediderunt: qđ orabat impetrasse. No
tandum sane ꝙ non pro eis orat: qui quem filiũ
dei intellexerunt crucifigere: q̃ confiteri malue
runt: sed pro eis: qui nescierunt: quod fecerunt:
zelum dei habentes: sed non ẜm scientiã. Unde
subdit. * Non eñ sciunt quid faciunt.ꝛc.] Ce
tera exponant sicut Matthei.27.ꝛ Marci.15.
vsq ibi. ☞ Vel ꝓut in supradictis annota.
* Unus autẽ de his: qui pendebant.ꝛc.] Per
istos duos significantur illi: qui pro peccatis su
is expiandis cum xp̃o crucifigũtur per ꝓfessio
nem in religione factam: sed aliqui reuertuntur
actu (etsi nõ habitu) ad vitã secularem. de quib⁹
dicit Rom.2.d. Nomen dei per vos blasphema
tur inter gentes. q2 scandalizant seculares: ꝛ isti
significant per latronẽ blasphemantẽ. Alij vero
ꝓfessi/ crucem penitẽtie per patientiã deuote sus
tinent: ꝛ isti significãtur per latronẽ xp̃m ꝯfiten=
tem: ꝛ eius gratiã postulantẽ: ꝑpter qđ sibi dicit
* Hodie mecũ eris in paradiso.] Quia tales
iam cum xp̃o sunt per gratiam: et erunt per glo
riam in futuro. * Erat autem fere hora sexta.]
Exponat sicut Matth.27.ꝛ Marci.15. ☞
Vel prout in annota. supradictis. * Pater in
manus tuas commẽdo spiritũ meum.] In hoc
docuit nos semper deo cõmendare spiritus no=
stros: quorũ corpora quotidie tendunt ad mor=
tem: et horam penitus ignoramus. * Videns
autẽ Centurio qđ factum fuerat.ꝛc.] Per hoc
autem/ ꝙ iste gentilis confessus fuit Christum
tam clare: significata fuit gloriosa confessio gen
tilium in eorum conuersione: ꝛ duritia iudeorũ
in infidelitate. ¶ Ambrosius. O duriora saxis
pectora iudeorũ. Judex arguit: credit minister:
proditor scelus suum morte condemnat: elemen
ta fugiunt: terra concutitur: monumenta resere
rantur: iudeorũ tamen auaritia immobilis atq
duritia: manent orbe cõcusso. * Et ecce vir/ no
mine Joseph.ꝛc.] Exponat vt supra Matthei
vigesimoseptio. vel Marci decimoqnto. ☞
Vel vt in annotamentis supradictis.
* Appropinq̃bat.ꝛc. Qui dicitur pascha.ꝛc.]
Glosa. Pascha nõ a passione: sed a transitu no=
minat: ꝙ illa die transiuit exterminator per egy
ptum: vel dominus liberans populum suum:
quo nomine significabat agnum in hac die de
mundo ad patrem transituꝝ. Inter pascha ve=
ro et azyma hoc distat: quia pascha vocatur so=
lus dies: in quo agnus occidebatur ad vesperã:
idest decimaqrta luna primi mensis. Dies azy=

morū erant a decimaquinta luna vſq; ad vi
ceſimūprimū diem eiuſdem menſis. Sed euan
liſte indifferēter ponūt: ⁊ diē azymoꝝ ꝓ paſcha:
⁊ paſcha ꝓ dieb⁹ azymoꝝ. Vn̄ hic Lucas. Di=
es feſtus azymoꝝ: q̄ dicit̄ paſcha: q2 ⁊ paſche di
es in azymis panib⁹ celebrari precipiebat̄. Exo.
12.b. Et nos q̄ſi ꝑpetuū paſcha faciētes: ſemper
ex hoc mūdo tranſire precipimur. Vno die imo
lato agno ad veſperā: ſequūtur ſeptem dies azy
moꝝ: q2 xp̄s in plenitudine tempoꝝ ſemel ꝓ no
bis paſſus: toto tēpore ſeculi: qđ ſeptē dieb⁹ agit̄:
in azymis ſynceritatis et veritatis p̄cepit eſſe vi
uendū. ✳ Et querebāt principes ſacerdotū. ⁊c.]
Hec ante biduū paſche ꝯgregatis principib⁹ ſa
cerdotū ⁊ ſcribis in atriū Caiphe: Matthe⁹. 26
capi.a. teſtat̄. ✳ Intrauit aūt ſathanas in Ju=
dam. ⁊c.] Dicit Johānes. 13. capi.a. ꝙ poſt buc
cellā a dn̄o traditā intrauit ſathanas in Judā:
ſed ⁊ an̄ buccellā inuaſerat eū ſathanas: ⁊ quē
prius intrauerat/ vt deciperet: poſtmoduꝫ intra
uit/ vt iam ſibi traditū pleni⁹ poſſideret. ✳ Ve
nit autem dies azymoꝝ. ⁊c] Licet ſequenti die:
ideſt. 15. luna ſit crucifix⁹: hac tamē nocte: qua
agnus immolabat̄: ⁊ carnis ſanguiniſq; ſuis di
ſcipulis ſacramēta celebranda tradidit: ⁊ a iu=
deis tentus et ligatus: ipſius immolationis. i.
paſſionis ſue ſacrauit exordiū. ✳ Ecce introeū
tibus vobis in ciuitatem. ⁊c.] Sicut deus cun=
ctorum preſcius cum diſcipulis loq̄tur: de his:
que alibi gerunt̄: ⁊ bene paraturis paſcha/ am=
phoram aque portans occurrit: vt oſtēdatur/ ꝙ
huius paſche myſteriū pro ablutiōe mundi per
aquam baptiſmi ſit celebrandum: vbi veri pa=
ſche cultoribus typicus de limine cruor aufert̄:
⁊ ad tollenda peccata viuifici fontis baptiſma
cōſecratur. Amphora ſignificat perfectā menſu
ram expleti temporis: quo dignū erat hec geri.
✳ Occurret vobis homo amphoram aque por
tans.] Sine nomine deſignatur: vt pauper et
ignobilis eſtimet̄: qui a domino eligitur: cuius
ſanctitas in hoc apparet/ ꝙ in ſtrato eius domi
nus cum diſcipulis/ cum ſublimiū virtutū dele
ctatione requieſcit. ✳ Sequimini eū. ⁊c.] Con
ſulte pretermittunt̄ nomina vel baiuli aque: vel
domini domus: vt omnibus volentibus imbui
ſacramentis Chriſti (quod eſt paſcha celebrare)
Chriſtum ſue mentis hoſpitio ſuſcipere: queren
tibus: facultas danda ſignetur. ✳ Et ipſe oſten
det vobis cenaculum magnum ſtratum. ⁊c.]
Spiritualis eſt lex: que de anguſtijs littere egre
diens: in ſublimi loco recipit ſaluatorē. Qui in
littera remanet: in imis paſcha facit: ſed q̄ aque
baiulum: ideſt gratie preconē in domum eccle=
ſie ſequitur: tranſcendens littere ſuperficiem: in
mentis ſolio refectionē parat Chriſto: cum cun
cta vel paſche ſacramenta: vel cetera legis decre
ta de eo intelligit ſcripta. ✳ Deſiderio deſidera
ui hoc paſcha manducare vobiſcum. ⁊c.] Deſi Q
derat primo typicū paſcha manducare: ⁊ ſic paſ
ſionis ſue myſteria mundo declarare: vt et anti
qui paſche ꝓbator exiſtat: ⁊ hoc ad ſue diſpēſa=
tionis figuram pertinuiſſe demōſtrans: iam ad
ueniente veritate/ vmbra ceſſare debeat: in cui⁹
rei figura defecit manna: poſtq̄ comederunt filij
iſrael de frugibus terre: nec vſi ſunt vltra cibo il
lo. ✳ Dico enim vobis: quia ex hoc non man=
ducabo illud. ⁊c.] Non vltra moſaicuꝫ paſcha
celebrabo/ donec in eccleſia: quod eſt regnū dei
ſpiritualiter intellectū/ compleatur. In hoc re=
gno vſq; hodie manducat Chriſtus: cū ea: que
Moyſes rudi populo carnaliter obſeruāda pre
cepit: in mēbris ſuis ſpiritualiter exercet. ✳ Et
accepto calice.] Hic calix ad vetus paſcha: cui
finem imponebat/ pertinet: quo accepto/ grati=
as agit. Ideo ſcilicet: quia vetera tranſierunt: et
noua omnia erant ventura. 1. Corinthioꝝ. 5.b.
✳ Gratias egit.] Oſtendit quid quiſque face=
re debet in flagello culpe proprie: cum ipſe equa
nimiter flagella tulit aliene. ✳ Dico enim vo=
bis/ ꝙ non bibam de generatione vitis. ⁊c.] Si
cut typicum eſum agni: ſic ⁊ typicū paſche potū
negat ſe bibiturum: donec oſtenſa reſurrectiōis
gloria: regnum dei: ideſt fides mūdi adueniat:
vt per horum duorum immutationē ſacramen
torum/ cetera legis ſacramenta vel iuſſa ad ſpi=
ritualem obſeruantiā doceat transferenda. Po
teſt tamen ſimpliciter accipi/ ꝙ ab hora cene: vſ
q; ad tempus reſurrectionis: quo in regno dei
erat venturus: vinuꝫ non erat bibiturus. Poſt
reſurrectionem enim cum diſcipulis ſuis man=
ducauit ⁊ bibit. Luce. 24.f. ✳ Et accepto.] Fi
nitis veteris paſche ſolennijs/ tranſit ad nouū:
quod in ſue redemptionis memoria eccleſiā fre
quentare deſiderat: vt ꝓ carne ⁊ ſanguine agni:
ſue carnis ⁊ ſanguinis ſacramētū in panis ⁊ vi
ni figura ſubſtituat. Frangit ⁊ porrigit: vt oſten
dat ſui corporis fractionem/ nō ſine ſua ſponte
futuram. Agit gratias de veteribus terminatis:
⁊ nouis incipiēdis. ✳ Pane: gratias egit. ⁊c.]
Quia panis corpus confirmat: vinum opera=
tur ſanguinem. ¶ Myſtice. Hoc ad corpus: il
lud ad ſanguinem Chriſti refertur. Verum
nec panis ſine aqua conficitur: nec vinum ſi=
ne aqua offertur. Per aquam populus ſigna
tur: qui nec Chriſti paſſione ſaluatur: nec ſi
ne cuius amore Chriſtus paſſus. Oportet er
go: vt nos ei vniamur: ⁊ ipſe in nobis mane=
at: et nos in eo. ✳ Veruntā ecce man⁹ tradētis

me.ꝛc.] Sicut de passiōe predixit: sic predicit de ꝑditore: vt vidēs se latere non posse: peniteat facti: nec designat ex noīe/ne manifeste correct⁹: impudētior fiat. Mittit ergo culpā in numero: vt conscius penitentiā agat. Predicit ꝛ penam: vt quem pudor nō conuicerat: denunciata supplicia coerceant. ✳ Man⁹ tradentis.ꝛc.] Exēplo Jude filiū hoīs tradit: qui illud inuiolabile dominici corporis sacramentū violare presumit. Vendit: qui eius timore ꝛ amore neglecto: caduca amare conuincitur et criminosa. ✳ Facta est autem ꝛ contentio.ꝛc.] Beda. Causa cō-

R tentionis nobis incognita: sed non est nobis incredibile: quia (iuxta hoc: quod Luce. 13.e. ꝑcipitur. Contendite intrare per angustam portā:) honore se inuicem preueniendo certarent. Sed qualibet ex causa contenderint: nō quid adhuc carnales gesserit: sed quid spiritualit magister iusserit/videamus. ¶ Ambrosius. Caueamus ergo impēdio: idest sedulo/ne qua inter nos de prelatione possit esse contentio. Si enim contendebant apostoli: nō excusationi obtenditur: sed cautioni proponitur. Omnibus vna datur forma sententie: vt non de prelatione iactantia sit: sed de humilitate contentio. ✳ Dixit autē eis. Reges gentium dominantur eorum.ꝛc.] Pius magister nō inite cōtentiōis arguit: sed formam humilitatis: quam sequantur/describit. Quasi dicat. Vos more seculariū per prelationem peruenire vultis ad regni possessionem: sed ad summa virtutū non potētia venitur: sed humilitate. Necesse est autem/vt correctionē subditus: ꝛ matrem pietas: ꝛ patrem exhibeat disciplina: aut ne districtio rigida: aut pietas sit remissa. ✳ Nam quis maior est: qui recūbit: ꝛc.] Ad verba exhortatiōis explende exemplum de se ponit. Hinc Johannis. 13.b. scribitur. Si ego laui pedes vestros dominus et magister: ꝛ vos debetis alter alterius lauare pedes. Possunt et in verbo ministrandi omnia: que dominus in carne gessit: non tantum predicando: vel miraculis admonendo: sed etiam animā: quam pro nobis accepit/ponendo: vt ꝛ nos proinuicē ponere animas discamus. ✳ Ego autē in medio vestrum sum/sicut qui ministrat.] Beda. Ego ministro: vos autem recūbitis. Et proponit causam: q2 permansistis mecum in tentatiōe mea. Infirmitas mea nō conturbauit vos: sed in bono cepto perseuerastis. Sicut ergo mihi perseueranti vsq3 ad mortem dedit pater nomeñ: quod est sup omne nomen (Philippēsiū. 2.b) sic et ego perseuerantes vos mecum ducam ad eternum regnum. Intelligendum est Judam iam recessisse: ꝛ multos alios iā retro abiisse: auditis verbis incomprehensibilis sacramenti: quādo hec loquebatur dominus. ✳ Et sedeatis super thronos.ꝛc.] Hec mutatio dextere excelsi: psal. 76. vt qui humiles nunc gaudent ministrare conseruis: tunc sublimes super mensam domini perpetuis dapibus alantur. Et qui in tentationibus iniuste iudicati cum domino permanent: illic cum eo super tentatores suos iusti iudices veniant. Quanto enim hic despectiores: tanto illic maiori culmine potestatis excrescēt. ✳ Iudicātes duodecim.ꝛc.] Per duodecim/nō duodecim persone: sed multitudo iudicantiū significatur: propter duas partes septenarij: quo vniuersitas significatur: idest tria ꝛ quattuor: per quas duodecim multiplicantur. ✳ Ait autem dominus Simoni.ꝛc.] Ne glorientur duodecim quod soli de tot milibus cū domino in tentationibus permansisse dicerētur: admonet eos eadem procella potuisse conteri: nisi diuina gratia fuissent protecti. Cum vero Sathanas expetit tentare: et velut qui triticum purgat/ventilando concutere: docetur nullus a diabolo: nisi deo permittente/tentari. ✳ Ecce Sathanas expetiuit vos.ꝛc.] Sathanas bonos ad cribrandum petit: cum ad eorum afflictionem estibus anhelat malitie. Quo enim inuidens eorū tentationem appetit: eo illorum quasi probationem deprecans petit. ✳ Ego autē rogaui pro te.ꝛc.] Nō vt nō tenteris: s3 ne deficiat fides tua: vt post lapsum negationis ad pristinū statum penitendo resurgas. Vtile est enim sanctis ꝛ tentationibus examinari: vt vel tentati q̄3 fortes fuerint appareat: vel cognita per tentationem sua infirmitate: fortiores fieri discant: ꝛ sic cum probati fuerint/accipiant coronam vite. ✳ Qui dixit ei. Domine/tecum paratus sum.ꝛc.] Quia dominus dixerat se pro Petro orasse: conscius ille presentis affectus ꝛ feruentis fidei: sed nescius casus futuri/non credit se ab eo posse deficere. Sed ille: qui nouit quid sit in homine: ne q̄s de suo statu incaute confidat: vel de casu incautus diffidat: (sicut deus) modum/tempus/numerū negationis eius predicit: ꝛ sicut misericors: auxilium sue defensionis ꝑmittit. ✳ Quando misi vos sine sacculo ꝛ pera.ꝛc.] Non eadem regula viuendi persecutiōis tempore: qua pacis: discipulos informat. Missis siquidem discipulis ad predicandum/ne quid tollerent in via precepit: ordinans scilicet: vt qui euangelium nunciat: de euangelio viuat: prima Corinthiorum. 9.c. Instante vero mortis articulo: et tota illa gente pastorē simul ꝛ gregē persequēte: congruā tēpori regulam decernit: ꝑmittēs necessaria victui: donec sopita persecutoꝝ insania/tps euāgelizandi

redeat. * Sed nũc qui habet hoc sacculũ. &c.]
In hoc nobis quoque datur exemplum: vt non
nunq̃ causa istāte quedā de nostri ꝓpositi rigo
re sine culpa possim⁹ itermittere. Verbi gratia.
Si per inhospitales regiões iter agimus: plura
viatici causa licet portare: q̃ domi habeamus.
* Et qui nō habet/vendat tunicā suaz: ⁊ emat
gladium.] Gladium vel habitum sumere: vel
non habitũ iubet emere: vt sciant legentes non
facultatē resistendi deesse discipulis: sed amorez
magistro poti⁹ inesse patiēdi: vbi etsi nulla alia
causa esset euaginandi gladiũ: sufficere potest
illa: vt amputata serui auricula/tactu domini
sanaretur. In quo admonemur/ne iram percus
si sustineamus: sed fidem resurgentis suscipia=
mus. Quare vero sacculum et perā ⁊ gladium
tollere iubeat/subdit. s. quia ipse passurus: ⁊ cũ
iniquis erat deputandus. i. cum latronibus: in
quoruz medio est crucifixus. Vel cũ inferis: ad
quos per mortem erat descensurus: vt educeret
eos vinctos de lacu: vbi nō est aqua. ¶ Mystice.
Est gladius spiritualis: vt vendas patrimoniũ
⁊ emas verbum dei: quo nuda mentis penetra=
lia vestiũtur. Est etiā gladius passionis: vt exu
as corpus: ⁊ immolate carnis exuuijs/emas ti=
bi corona martyrij. Deniq̃ vt scias/q2 de passio
ne locutus est: ne turbaret discipuloꝝ animos:
de se exemplũ supponit. Quomodo adhuc hoc
quod scriptũ est. * Ecce gladij duo hic.] Duo
gladij ꝓmuntur: vnus noui: alter veteris testa=
menti: quibus aduersus diaboli munimur insi
dias. ⁊ dicitur. * Satis est.] Quia nihil deest
ei: quem vtriusq̃ testamenti doctrina munierit.
* Satis est.] Duo gladij sufficiunt ad testimo
nium sponte passi saluatoris. Unus: qui et apo
stolis audaciā certādi ꝓ domino: ⁊ euulsa ictu
ensis auricula domino etiā morituro pietatem
virtutemq̃ medicandi inesse doceret. Alter: qui
nequaq̃ exemptus vagina: ostenderet eos non
totum: quod potuere/pro eius defensione face=
T re permissos. * Et egressus ibat f̄m consuetudi
nem. &c.] Tradendus a discipulo domin⁹: con
suetum locum addit: vbi facile posset inueniri:
ne mortem putaret timuisse. Et bene discipulos
sanguinis ⁊ corporis sui mysterijs imbutos/in
montem Oliueti educit: vt omnes in morte ipsi
us baptizatos/designaret altissimo sancti spiri=
tus charismate confirmandos. * Orate/ne in
tretis in tentationem. &c.] Impossibile est homi
nem non tentari. Nec ait. Ut nō tentemini: sed:
ne intretis in tentationem. Orate. i. ne tentatio
vos superet: ⁊ intra casses suos teneat. * Et ipse
auulsus est ab eis. &c.] Dato apostolis precepto
orandi: et ipse auulsus est ab eis. Solus orat ꝓ
omnibus: qui solus ꝓ omnibus passurus erat:

innuens orationē suam tantũ/quantũ ⁊ passi=
onem a nostra distare. * Iactus est lapidis.]
In hoc mystice innuit: vt in idipsum dirigāt la
pidem: idest vsq̃ ad ipsum perducant intentio=
nem legis: que scripta erat lapide (Exodi. 31. d.)
vsq̃ ad illum enim pōt peruenire ille lapis: quo
niam finis legis est Christus omni credenti ad
iusticiam. Rom̄. 10. a. * Orabat/dicens. Pa=
ter si vis. &c.] Orat non tam timore patiendi: q̃
misericordia prioris populi/ne ab illo bibat ca=
licem propinatũ. Unde ⁊ signanter dicit. Istũ:
idest populi iudeorum: qui non habent excusa
tionem ignorantie in meam mortē: quia quoti=
die annuncior illis in lege ⁊ prophetis. Si ergo
fieri potest/vt sine interitu iudeoꝝ credat multi
tudo gentium: recuso passionē. Si vero illi exce
candi sunt/vt alij videant: nō mea/sed tua fiat
voluntas. * Pater si vis/transfer calicem. &c.]
Ambrosius. Pro me doluit: cum pro se nihil ha
buit: quod doleret. Suscepit enim tristiciā meā:
vt mihi largiretur suam leticiam. Confidenter
ergo tristiciā nomino: qui crucē predico. * Ve
runtamen non mea voluntas. &c.] Appropin=
quans dominus passioni/infirmantiũ vocem
⁊ timorem vt abstraheret/in se suscepit: ⁊ rursus
per obedientiam/fortitudinez mentis ostendit:
vt cum nobis imminet: quod fieri nolumus: sic
per infirmitatem petamus/ne fiat: vt tamen per
fortitudinem parati simus ad implendam con
ditoris voluntatem potius q̃ nostram: * Et fa
ctus est sudor eius. &c.] Appropinquante mor=
te: certamen mentis nostre in se expressit: qui me
rito quandam vim terroris patimur: cum post
pusillum sumus inuenturi: quod ineternũ du=
ret. * Et factus est sudor ei⁹ sicut gutte sangui=
nis decurrentis in terram.] Per terram sangui
ne irrigatam declaratur q̄ effectuz sue precis iā
obtineret: vt fidem. s. discipuloꝝ: quam terrena
adhuc fragilitas arguebat: suo sanguine pur=
garet: et q̄cquid illa scandali de morte eius per=
tulisset: hoc totũ ipse moriendo deleret: sed et to=
tum mundum peccatis mortuũ ad vitam resu=
scitaret. * Ut oscularetur eum. &c.] Suscipit
dominus osculum: non q̄ simulare nos doceat:
sed vt nec proditorem refugere videretur: ⁊ plus
afficeret proditorem: cui amoris officia non ne=
garet. Unde dicitur psalmo. 119. d. Cum his: q̄
oderunt pacem/eram pacificus. * Domine si
percutimus in gladio: &c.] Ordo. Cum ꝑ inter=
rogassent: dicentes. Domine: si percutimus in
gladio. Tunc respondit. * Sinite vsq̃ huc.]
Idest non vos moueat: quod futurum est. Per
mittendi sunt hucusque progredi: vt me appre=
hēdāt: ⁊ impleanť: q̄ de me scripta sunt. Sed inter
moras verboꝝ interrogātiũ ⁊ respōdētis: Petr⁹

auiditate defensiõis/maiore cõmotione ꝓ dño
percussit. Sed nõ potuerunt simul dici: que po=
tuerunt simul fieri. Non ergo dicit. Sinite vsqȝ
huc: quasi dño placuerit factuȝ Petri: cũ apud
Mattheũ.26.capi.e. legatur dixisse. Conuerte
gladium tuũ in locum suũ. quod post factũ ap=
paret dixisse Jesum. * Et percussit vnus ex il=
lis seruum principis sacerdotuȝ.ꝛc.] Mystice.
Seruus est populus iudeoꝝ: principibꝰ.s. inde
bite mancipatus: qui in passione dñi dexteram
aurem.i.spũalem intelligentiam perdidit: sini=
stra.i. vilitate littere contẽtus: nõ Petro tollen=
te: sed diuino iudicio ablatã pandẽte. Que au
ris in his: qui credere maluerunt: pietate dñi re
stituitur. Uel auris amputata ꝛ sanata/ signat
auditũ (ablata vetustate) innouatũ: vt sit in no=
uitate spiritꝰ: ꝛ nõ in vetustate littere. Ro.12.a.
Nõ seruus inuentus est: pertinet ad illam vetu
statem: que generat in seruitutem: que est Agar.
Gal.4.d. Sed cuȝ accessit sanitas/ figurata est
libertas. Unde ꝛ nomen serui Malchus.i. rex:
vel regnaturus: qȝ regnauit cum xp̃o: cui audi
tus innouatur. * Dixit aũt Jesus ad eos: qui
venerant ad se.ꝛc.] Juxta alios euangelistas/
non venerant ad Jesum principes sacerdotũ et
magistratus: sed in atrio Caiphe expectauerãt.
Sed qȝ illi de nece dñi ita agebant: vt quasi in=
noxij viderent: cum per discipulum traditus: a
tribuno ꝛ turbis cõprehensus: a preside dãnatꝰ:
a romanis crucifixus: a populis etiã Barrabas
est electus: volens euangelista eos maxime esse
reos: quoꝝ ꝯsilio cuncta gerebãtur: dicit eos ve=
nisse ad cõprehendendum saluatorẽ: qui sue ius
sionis potestate venerunt. * Quasi ad latronẽ
existis.ꝛc.] Stultuȝ est cum gladijs et fustibus
querere: qui vltro se eoꝝ offert manibus: ꝛ in no
cte quasi latitantẽ ꝛ vestros oculos declinanteȝ
inuestigare per ꝓditorẽ: qui quotidie in templo
docet. Sed ideo aduersum me in tenebris cõgre
gamini: qȝ potestas vestra: qua cõtra lucem ar=
mamini/ in tenebris est. * Duxerunt ad domũ
principis sacerdotũ.] Caiphe: qui pontificatuȝ
vnius anni precio sibi emerat a romano princi=
pe: prius tñ ad Annam: vt Joh. ait.18.capit.b.
* Petrus vero sequebat eum a longe.] Meri=
to a longe: qui in ꝓximo fuerat negaturus. Si=
gnificat ecclesiam imitaturã Christi passionem
longe differẽter: qȝ ecclesia patit pro se: xp̃s ꝓ ec=
clesia. * Accenso autẽ igne in medio atrij.ꝛc.]
Ignis cupiditatis/ instinctu maligni spiritꝰ ac
census in atrio Caiphe ad negãdum ꝛ blasphe
manduȝ deũ: linguas pfidoꝝ armabat. Quod
enim intus in domo principis sacerdotũ mali=
gna synodus gerebat: hoc ignis inter frigora no
ctis foris accensus/ typice demõstrabat. Hoc fri
gore ad horã torpens Petrus: quasi prunis mi=
nistroꝝ calefieri cupiebat: qȝ temporalis com=
di solatium perfidoꝝ societate querebat. Sꝫ hūc
infidelitatem (dño respiciente) reliquit: ꝛ post re=
surrectionẽ (ꝓut Joh.21.c. dicit) in captura pi=
scium: cum prunas positas/ ꝛ piscem suppositũ
vidisset: cor suum prunis amoris inflammauit.
* Quem cũ vidisset ancilla quedam.ꝛc.] Cur
prima ancilla ꝓdit: cũ viri magis poterant co=
gnoscere: nisi vt iste sexus ostẽdat in nece domi=
ni peccasse: per passionẽ redimẽdus: ꝛ ideo mu=
lier prima resurrectiõis mysteriũ accepit: ꝛ man
data custodiuit: vt veterẽ preuaricationis erro=
rẽ aboleret. * At ille negauit.ꝛc.] Non in mon
te: nõ in templo: nõ in domo sua Petrus negat:
sed in pretorio iudeoꝝ: in domo principis sacer=
dotum: vbi nõ est veritas: vbi xp̃s captus ꝛ liga
tus. Quid/ nisi erraret: quẽ intromisit ostiaria
iudeoꝝ: Eua male induxit Adã. Gen.3.b. Pe=
trum male introduxit femina. * Uere hic cum
illo erat. Nam et galileus est.] Hierosolymite ꝛ
galilei eque sunt hebrei et vnius lingue: sed vna
queqȝ ꝓuincia habet suas ꝓprietates: vernacu
lum loquendi sonũ mutare non potest. * Et ait:
Petrus. Homo: nescio quid dicis.] Non solũ
negat xp̃m: qui dicit illum nõ esse xp̃m: sed etiã
qui cũ sit/ negat se esse christianũ. Et ita impleti
quod dicit dñs: Tu me negabis. * Et cõtinuo
adhuc illo loquente/ gallus cantauit.] Post ter
tiam negationẽ sequitur gallicãtus. Sacramẽ=
ta rerum/ per statum temporis designãtur. Me=
dia nocte negat. gallicantu penitet. ꝛ post resur
rectioneȝ/ sub luce quẽ ter negauerat: ter se ama
re ꝓfessus est: qȝ qui in tenebris obliuionis erra
uit: sperate iam lucis rememoratione correxit: ꝛ
eiusdem vere lucis presentia plene quicquid nuta
uerat: erexit. ¶ Mystice. Gallus aliqs doctoꝝ
est: qui somnolentos increpãs: ait.1.Cor.15.d.
Euigilate iusti: ꝛ nolite peccare.ꝛc. Nõ Petrꝰ
ante primum gallicantũ negat: eos significat: q
xp̃m ante resurrectionẽ deum esse nõ putauerũt:
morte eius turbati. Nõ bis ante secundum gal
licantum negat: illos significat: qui nunc in il=
lo scđm hoiem: vel scđm deũ in vtraqȝ substantia er=
rant: ꝛ ideo veritatẽ negant. Primus gallican=
tus est dñi resurrectio in seipso. Secundus/ eiu=
dem in corpore ecclesie. * Et conuersus dñs/ re=
spexit Petrum.ꝛc.] Intuitu ꝓuocauit ad la=
chrymas: quasi in mentẽ ei reducens quod ter
negauerat: quod ei predixerat: nec potuit in te=
nebris remanere: quẽ lux mundi respexit. * Et
egressus foras: fleuit amare.] Ab impioꝝ conci
lio seclusus: culpã lauat: que nõ intus. Ob hoc
permissus est hesitare: vt in ecclesie principe con
deretur remedium penitẽtie: ꝛ nemo auderet de

sua virtute cõsidere. * Et viri qui tenebãt illũ: illudebãt ei cedẽtes.] Impleta est ꝓphetia Michee.5.a. In virga ꝑcutiet maxilla iudicij isrl'. ⁊ Esa.50.c. Dedi maxillã meã alapis. Sed q̃ tũc cedebat colaphis iudeoꝝ: nunc ceditur blasphemijs falsorũ xp̃ianoꝝ. Uelauerunt faciem: non vt eorũ scelera non videret: sed vt a se (sicut quõdam Moysi fecerunt Exo.34.d.) gratiã cognitionis eius abscõdãt. Si enim crederẽt Moysi: crederent et dño. Joh.5.g. Hoc velamẽ vsq; hodie manet super corda eorum: sed credentib⁹ est ablatuz: cũ illo moriente: velum templi scissum est. * Et uelauerunt eum: et percutiebant faciẽ eius ⁊ interrogauerũt euz: dicẽtes. Prophetiza. ⁊c.] Contumelia in eum/qui se prophetã dicebat. Sed et heretici et iudei: qui vsq; hodie xp̃m negant: et mali xp̃iani: qui reprobis actib⁹ exacerbant: dum suas cogitationes ⁊ opera tenebrarum ab illo videri non putant: quasi illudentes aiunt. Prophetiza: quis est qui te percussit? * Si tu es Christus: dic nobis. ⁊c.] Non veritatẽ desiderant: sed calumniã parant. Intelligebant xp̃m purũ hoiem de Dauid nasciturũ. Secũdũ hoc ergo querunt: vt si diceret. Ego sum xp̃s/calũniarentur/ꝙ sibi arrogaret regiam potestatez. * Si vobis dixero nõ credetis. ⁊c.] Sepe dixerat se esse xp̃m. Interrogauerat etiam eos: quomodo dicerent Christũ filium Dauid: cuz eum Dauid dñm vocet ps.109. vt per hoc ad credendum deuz prouocaret: sed illi nec dicẽti credere: nec interroganti respondere; nec eum/qui innoxius erat/dimittere volebant. * Ex hoc autem erit filius hois sedens a dextris dei.] Qui semẽ Dauid calũniari querebant/plus etiam audiunt: ꝙ per contẽptuz sit ventur⁹ ad gloriam. * Uos dicitis. Quia ego sum. ⁊c.] Ita temperat responsionẽ/vt et verũ dicat: et sermo calũnie nõ pateat. Maluit se xp̃m filiũ dei probare/quam dicere: vt condẽnandi causa tolleretur: his qui fatentur quod obijciũt. * Ipsi enim audiuim⁹ de ore eius. ⁊c.] Ubi dixit. Marci.14.g. Erit filius hois sedens ad dexterã virtutis dei: et videbitis venientẽ cum nubib⁹ celi. Sua se sentẽcia damnant/qui cum morti tradunt: quem oris et operis sui testimonio deũ esse cognoscũt. ¶ Sequitur capi.23. * Et surgens omĩs multitudo eoꝝ duxerunt illum ad Pilatum. ⁊c.] Tradiderũt romane potestati: vt eo modo iudei ab ei⁹ interfectione alienos se esse ostenderent: in quo nõ eorum innocentia: sed insania monstratur. * Pilatus autem interrogauit eum. ⁊c.] Cum duo obiecta fuerint. s. ꝙ ⁊ tributa reddi prohiberet: ⁊ se xp̃m diceret. Pilatus potuit audire quod de tributis dixerat. Luce.20.d. Reddite que sunt Cesaris Cesari. Et inde hoc/quasi apertũ mendacium nihilipendens: solum quem nesciebat quesiuit. * Tu dicis.] Eodem verbo quo principibus sacerdotum: respondet et presidi: vt propria sentẽtia ambo condẽnentur. * Ait Pilat⁹ nihil inuenio cause in hoc homine. ⁊c.] Pridie quam pateretur dñs: ait discipulis. Joh.14.d. Uenit princeps mũdi huius ⁊ non habet in me quicq̃. Sed q̄ princeps .i. Pilat⁹ euz absoluit: in quo nihil dãnatiõis inuenit: vide quid agãt iudei: qui nõ equitatis amore verũ inuestigãt: sed inuidie stimulo iustum damnare laborant. * Commouit populum docens per vniuersaz Judeam. ⁊c.] Non illũ/sed se accusant. Docuisse enim populũ et a pristina torporis ignauia docendo cõmonuisse: taliq; actu a galilea vsq; ad iudeam .i. totam promissionis terram a fine vsq; ad finem pertransisse: non criminis/sed indicium est virtutis. Deniq; Pilat⁹ nec interrogandum saluatorẽ de hoc ratus: sed magis nacta occasione: libeꝝ ab eo iudicando cupit reddere. Unde sequitur. * Pilatus autem audiẽs Galileam: interrogauit si hõ galile⁹ esset. Et vt cognouit ꝙ d' Herodis potestate esset/remisit eũ ad Herodem.] Ne cõtra insontem et quem traditum per inuidiam nouerat: sententiã dare cogeretur: herodi mittit audiendũ: vt a suo tetrarcha: vel absolueret: vel dãnaretur: sed ne qua iudeis excusatio remaneret: Herodes quoq; qui natu et religione iudeus erat: quid de Christo senserit ostendere permissus est/vt vtraq; regio: et Judea in qua Christus natus: et Galilea in qua nutrit⁹ erat: in eius necez cõspirasse mõstrẽtur. * At ipse nihil illi respõdebat. ⁊c.] Tacuit et nihil fecit: q̄ et Herodis incredulitas nõ merebatur videre diuina: et dñs iactantiam declinabat. Significantur autem in Herode omnes impij: qui nõ credunt legi et prophetis: et in euãgelio Christi opera videre non possunt. Principibus ergo sacerdotum accusantibus apud Pilatum/pauca: apud Herodem nulla respondet: ne crimen diluẽs dimissus a principe crucis vtilitatem differret. Et ideo iustum erat vt Pilato: qui inuitus sententiam ferebat: ex aliqua parte responderet. Herodi vero et ceteris: qui contra legem innoxium damnabãt: sicut indignis nihil dicit. Ubi vero tacet: quasi pro grege agnus immolandus patientiã prestat: vbi respõdet: quasi pastor pro ouibus contra lupos et latrones pugnat. * Et illusit indutũ veste alba ⁊c.] Quod in alba veste spernitur et illuditur: significat ꝙ pro totius mũdi peccatis in carne casta immolat⁹ agn⁹ ẽ passus ⁊ sepult⁹. Qd' hic alba: iuxta alios euangelistas purpurea vel coccinea veste illuditur indut⁹: signat geminũ martyrij gen⁹: quo in passionib⁹ ecclesia adornat: vt sit cãdid⁹

actione: rubicũdus sanguine. Ipse enim mem=
broꝝ flosculus vernans: in pace lilia gignit: bel
lo rosas. ✳ Et remisit ad Pilatum. ⁊c.] Ad He
rodem mittitur: ad Pilatũ remittiẽ: etsi vterqꝫ
reum non pronũciat: aliene tamen iniquitatis
stimulis obsequitur. ✳ Et facti sunt amici He=
rodes ⁊ Pilatus. ⁊c.] Nefandum fedus q̃ He=
rodes ⁊ Pilatus in occidendo Xp̃m pepigerũt:
successores eorum hereditario iure custodiunt:
dum iudei ⁊ gẽtiles: sicut genere ⁊ religione: ita
mente quoqꝫ dissidentes: in xp̃ianis tamẽ perse
quendis: ⁊ fide Xp̃i perimenda consentiunt. In
typo Herodis ⁊ Pilati: qui per Iesum amici fa
cti sunt: iudeorum gentiũqꝫ figura seruatur: vt
per passionẽ Xp̃i vtriusqꝫ populi concordia fa=
cta sit ventura: ita tamẽ vt gentilis prius capiat
regnum dei: ⁊ ad iudeum fidei sue deuotionem
transmittat: vt illi quoqꝫ gloria maiestatis sue
corpus vestiãt Xp̃i: quẽ ante desperaũt. ✳ Ob=
tulistis mihi hunc hominẽ quasi auertentẽ po=
pulum. ⁊c.] Quantũ studiũ dimittendi Iesuz
Pilatus habeat attende. Primo illis accusan=
tibus dicit se nihil cause in eo inuenisse: deinde
tamen in incepto persistentibus: mittit ad hero=
dẽ vt exploret an ille aliq̃d sceleris ĩ eo inuenire
possit: an dimittendum decernat. Deniqꝫ Hero
dis agnita voluntate nec inuento in Iesu faci=
nore: plebis sentẽtiã querit: cui vnum in pascha
oportet dimitti. Iterum etiam tertio volens di=
mittere/ interrogat. Sed quãto curiosius dimit
tere querit: tanto criminosiores ad mortẽ ei⁹ in=
uenit. ✳ Sed nec Herodes: nam remisi vos ad
illum. ⁊c.] Ad exprobrandã duritiã iudeoꝝ vel
gentilium fatetur Pilatus: nec se nec Herodem
aliquid in occidendo Xp̃o ⁊ illudẽdo inuenisse:
sed aliene crudelitatis clamorib⁹ obtemperasse.
✳ Emendatum ergo illum dimittã. ⁊c.] Pila=
tus absoluit Iesum: quem probat insontem: sed
vt implerẽtur scripture: absoluit quidẽ iudicio:
Z quem tamẽ crucifigit mysterio. ✳ Tolle hũc et
dimitte nobis Barrabã. ⁊c.] Quia pro Iesu la
tronem/ pro saluatore interfectorem: pro datore
vite ademptorem elegerunt: merito salutem per
diderunt ⁊ vitam: ⁊ latrociniis ⁊ seditionib⁹ in
tantum se subdiderunt: vt ⁊ patriã regnũqꝫ qd
Xp̃o pretulerant/ perderent: ⁊ hactenus liberta=
tem anime vel corporis q̃z vendiderant: non re=
ciperent. ✳ Barrabã. ⁊c.] Barrabas qui filius
magistri vel patris eorum interpretatur: ipse est
Antixp̃s: quem illi Christo preferent: quibus
diciẽ. Ioh. 8. f. Vos ex patre diabolo estis. Pi=
lat⁹: q̃ os malleatoris interpretaẽ: diabolum si=
gnificat: q̃ est malleus vniuerse materie/ p quẽ
deus vasa probare permittit: ⁊ tandem conterit:
cum in extrema damnatiõe confringit. ✳ Cru=
cifige: Crucifige eum.] Magna crudelitas: nõ
solum occidere: sed crucifigere querũt: vt mani=
bus ⁊ pedibus ad lignũ cõfixis/ producta mor=
te necaretur: ne dolor citius finiretur: ⁊ vt in cru
ce diu videretur. ✳ Corripiam ergo illum ⁊ di
mittã. ⁊c.] Hanc correctionẽ deridendo ⁊ flagel
lando nefandorũ desideriis exhibuit: ne vsqꝫ ad
crucifigendum seuirẽt: quod ⁊ verba Iohãnis
euangeliste: ⁊ ipsa columna testatur: ad quã li=
gatus fuit dñs: que vsqꝫ hodie dñice sanguinis
cernẽtibus certa signa demonstrat. Sed licꝫ Pi
latus hoc agat: insatiabilis tamen sacrilegorũ
furor non cessat/ sed magis instat: quia accusa=
tionem/ quã contra dñm detulerãt: solicita Pi
lati interrogatione viderant euacuatam. Tan
dem impudici ad solas preces se conuertunt: vt
quod criminando/ vel quasi ratiocinando nequ
uerant: iã postulando ⁊ vociferando ⁊ perficien
do perficiunt. ✳ Dimisit autem illis eum: q̃ p̄=
pter homicidiũ. ⁊c.] Auctor seditionis ⁊ homi=
cidioꝝ iudeis dimittitur. i. diabolus/ q̃ ob cul=
pam a lucis patria depulsus ⁊ in tenebraꝝ car=
cerem fuerat missus. Et ideo pacẽ habere nõ pos
sunt: q: pacis auctorẽ nõ elegerunt. ✳ Apprehẽ
derunt Simonẽ Cyrenẽ. ⁊c.] Primo dñs cru=
cez portauit: sed postea imposita ẽ Simoni: quẽ
exeuntes obuiã habuerunt: ⁊ hoc congrue. Xp̃s
enim passus est p vobis vt sequamini vestigia
eius. ⁊c. 1. Petri. 2. d. Qui vero cuz vult sequi/
tollat crucem suã ⁊ sequaẽ. Mat. 16. d. Nã vero
Simon nõ israelita/ sed Cyreneus erat: per eum
gentiles designantur: prius peregrini ⁊ hospites
testamentoꝝ: sed nunc in fide ciues ⁊ domestici
dei ⁊ coheredes xp̃i. Ephes. 2. d. Unde ⁊ Simõ
obediens: Cyrene heres interpretaẽ. Sꝫ Simon
veniebat de villa. i. de pago: a quo pagani: qui a ci=
uitate dei alieni vrbane sunt cõuersationis igna
ri. Sed Simon pago egrediens: crucem portat
post Iesum: cum populi gentiũ paganis ritib⁹
derelictis obedienter amplectuntur vestigia do
minice passionis. ✳ Sequebaẽ aũt illum mul=
ta turba populi ⁊ mulierum.] Sed nõ eadẽ mẽ
te crucem sequitur. Mali sequunẽ/ vt morientẽ
leti aspiciant. Mulieres/ vt quem viuere deside
rabant: moriturũ morientem ⁊ mortuum plora
rent. Nec ideo inducitẽ solus mulierũ planctus:
quin ⁊ multi viri dolerent: sed q: feminneus sex⁹
quasi cõtemptibilior liberius poterat presentib⁹
principibus sacerdotũ quid contra eos senserit/
ostentare. Quia vero nouit dominus/ qui sunt
eius. 2. Timoth. 2. c. Pretermissa furentis po=
puli turba: ad amantes ⁊ plangẽtes se feminas
oculos ⁊ ora conuertit. ✳ Que plangebãt ⁊ la=
mentabantur eum.] Tristabantur de vita mor
tali: que morte erat finienda: non de cecis/ qui

medicum occidebant. Unde subditur. * Conuersus autem ad illas Jesus/ dixit. Filie Hierusalem.] Nota cum filias Hierusalem vocat/ q non sole que cum eo venerāt a galilea: sed etiam eiusdē vrbis ciues ⁊ multe mulieres ei adheserant. * Nolite flere sup me: sed super vosipsas flete: ⁊ sup filios vestros.] Ne lamentemini me moriturum: cuius cita resurrectio mortem soluere potest: cuius mors/ mortem ⁊ ipsuz mortis auctorem destruct. Osee.10.c. Et Apocal'.6.d. Uos potius vestrāq3 progeniem dignis lachrymarum fontibus abluite: ne cum perfidis damnemini in vltionem mee crucis. * Quoniam ecce venient dies: in quibus dicent. Beate steriles.ꝛc.] Dies romane obsidionis ⁊ captiuitatis. Naturale est imminente captiuitate: hostiliq3 per agros vrbesq3 clade feruēte: cunctos qui euadere queant: alta queq3 vel abdita refugia: quibus abscondant requirere. Refert Josephus de bello iudaico libro.3.cap̄.10. insistentibus sibi romanis iudeos cauernas montium colliūq3 certatim petijsse speluncas: ita vt seipsum testet munitione quadam destructe vrbis Jotapete: in speluncam cū quadraginta comitibus proditum inuentū: atq3 ab hostibus captum. * Tūc incipient mōtibus dicere: cadite super nos.ꝛc.] Potest hoc ex superfluo intelligi de his: qui in vtrolibet sexu seipsos castrauerūt propter regnū celorum Math.19.b. qui dicunt mōtibus: cadite super nos ⁊ collibus: cooperite nos. Cum sue fragilitatis memores ingruente tentationū articulo sublimiū virorum: vel ipsa virginitate vel martyrio: vel quacunq3 alia virtute querūt exēplis: monitis: precibusq3 defendi. * Quia si in viridi ligno hoc faciunt.ꝛc.] Uiride lignū xp̄s et sui electi. Aridum impij et peccatores. Unde ait. Si ergo ego qui peccatū non feci: qui lignū vite merito appellatur: duodenos fructus gratie per singulos mēses affero/ sine igne passionis de hoc mundo nō exeo: que tormēta manent illos: qui fructibus sunt vacui: insuper et ligunz vite flāmis dare non timent? Et si nunc est tēpus: vt incipiat iudiciū de domo dei: et omnes qui volunt pie viuere in xp̄o persecutionez patiuntur:
B quis finis eorum qui non credunt euangelio? 2.Timo.3.c. * Ducebantur autem et alij duo nequā.ꝛc.] Impletur quod dictum est Esa.53.d. Et cum iniquis deputatus est. In morte deputatur cum iniquis: vt in resurrectione viuificet iniquos: qui propter homines homo factus: hominibus dedit potestatē filios dei fieri Joh.1.b. * Postq3 venerunt in locum qui vocatur caluarie.ꝛc.] Extra portam Hierusalez erant loca in quibus trūcabantur capita dānatorum: et dicebātur loca caluarie.i. decollatorum: ibi crucifigit: vt vbi erat area dānatorum: erigātur vexilla martyrij. * Ibi crucifixerunt eum et latrones.ꝛc.] Execrabilis in facto iniquitas iudeorum: que quasi latronem crucifigit omniū redemptorem: bonus tamen in mysterio latro: qui insidiatus est diabolo: vt vasa eius auferret. Per illū qui a dextris: significatur mortificatio carnis p celesti gloria. Per illuz qui a sinistris: mortificatio carnis pro aliqua mundi causa. * Jesus autē dicebat. Pater dimitte illis.ꝛc.] Quia Lucas xp̄i sacerdotiū scribere disposuit: recte dominus apud eum pro persecutoribus iure sacerdotis intercedit: et latroni confitenti paradisum pandit: nec frustra orat: sed pro eis: qui post passionem eius crediderūt/ impetrat. Non pro eis orat: qui per inuidiam et superbiam filium dei intellexerūt: negant: et crucifigunt: sed pro eis: qui zelum dei habentes: sed non scdm scientiam: nescierūt quid fecerunt. * Diuidentes vero vestimenta eius] De his Johānes latius.19.c. quadripartita vestis significat ecclesiaz toto orbe (qui quattuor partibus constat) diffusam omnibus partibus equaliter.i. concorditer distributam. Tunica sortita: omniū partium significat vnitatem: que charitatis vinculo continetur. * Et miserunt sortes. ꝛc.] In sorte dei gratia commendata est. Sic q ꝑ pe in vno ad omnes peruenit: cum sors omnibus placuit: quia et dei gratia in vnitate ad omnes peruenit. Et cum sors mittitur: nō persone cuiusquam/ vel meritis: sed occulto dei iudicio creditur. * Alios saluos fecit.ꝛc.] Sua se sententia damnat: qui etiam nolentes q alios saluos fecerit/ confitentur. Poterat quidem se saluare: sed quia ipse Xp̄s dei electus/ de cruce descendere noluit. Nā qui ideo venit/ vt pro nobis crucifigeretur: ideo se de cruce saluare neglexit: quia cū ceteris pctōribus: etiā crucifixores moriēdo curauit saluare. * Illudebāt autem ⁊ milites.ꝛc.] Nota q iudei vocabulū Xp̄i ⁊ filij dei: auctoritate scripture sibi traditum irrident. Milites vero scripturarum inscij: non Christo dei electo: sed regi iudeorum insultant. * Et acetum offerentes.ꝛc.] Acetum erant iudei: a vino patriarcharum degenerantes. Hoc aceto milites potāt dominū: quem illorum suggestione morti tradūt. * Erat autem ⁊ superscriptio.ꝛc.] He tres lingue pre ceteris eminebant. Hebrea: ppter iu- C
deos in lege gloriantes. Greca: propter gentiliū sapientiam. Latina: propter romanos imperantes. Ergo velint nolint iudei: omne regnum mūdi: omnis mundana sapientia: omnia diuina legis sacramenta testantur: q Jesus est imperator credentium ⁊ confitentium. * Hic est rex iudeorum.ꝛc.] Titulus/ qui Christum regem testatur: non infra sed supra crucē ponitur: quia

licet in cruce hominis infirmitate dolebat: su=
per crucem tamen regis maiestate fulgebat: et
ideo immolato titulus est suprapositus: vt cun
ctis legere.i.credere volētibus pateat: q꞉ per cru
cem non perdidit: sed corroborauit imperium.
✱ Respondens autē alter increpabat eum.ꝛc.]
Ipsa increpatio futurū crucis scandaluz etiam
circa credentes reuelat: quorū alij a dextris: alij
a sinistris. ✱ Dñe memento mei.ꝛc.] Magna
gratia in hoc latrone eminet. Nulluz membꝝ a
supplicio liberū habet: preter cor et linguaz: totū
quod liberuz habet offert. Corde credit. Ore cō
fitetur Rom.10.b. Fidez habuit qui regnaturū
credidit/ quem secum morientē vidit: spem ha=
buit qui aditum postulauit. Charitatē firmiter
tenuit: qui latronem ꝛ de sua iniquitate arguit:
et vitam q̄ cognouerat/ ei predicauit. Magna
virtus/ confitetur quem videt humana infirmi
tate morientē: quem negabāt apostoli: quem vi
derāt miracula diuina virtute facientē. ✱ Amē
dico tibi: hodie mecum eris.ꝛc.] Pulcherrimū
affectande conuersionis exemplū: q꞉ tam cito la
troni venia relaxatur. Et vberior gratia quam
precatio. Semper enim dominus plus tribuit
quam rogatur. Ille rogabat Memēto mei dñe.
PP ꝛc. Dominꝰ ait. Hodie mecū eris.ꝛc. Cito igno
scit dñs: quia ille cito conuertitur. ✱ Et tenebre
facte sunt.ꝛc.] Sol retraxit radios: ne aut pen=
dentez videret dñm: aut ne impij blasphemātes
sua luce fruerentur. Et nota q꞉ sexta hora .i. sole
recessuro a centro mūdi crucifigit. Diluculo.i.
oriente sole resurgit: q꞉ mortuus est propter pec=
cata nostra(.Ro.4.d.)ꝛ resurrexit propter iusti
ficationem nostram. Adam peccante post meri=
diem .i. inclinata luce fidei: vox domini audit.
Eodem igitur: temporis articulo/ quo tunc pec
canti Ade obcluserat: nunc latroni penitēti dñs
paradisum reserat. ✱ Velum templi scissuz est.
ꝛc.] Hoc expirante dño gestum est: sed Lucas p̄
occupat/ volens miraculum solis cōiungere mi
raculo veli. Scinditur autez velū/ vt arca testa
menti et omnia sacramenta legis que tegebant:
appareant et ad gentes transeant. Josephus au
tem ait. Virtutes angelicas presides quondam
templi tunc pariter conclamasse. Fugiamꝰ ab
his sedibus. ✱ Pater in manus tuas cōmendo
spiritū meum.] Patrem inuocans: se filiuz dei
declarat. Spiritum commendans: non defectū
virtutis sed confidentiam eiusdem cū patre po=
testatis insinuat. Amat enim dare gloriam pa=
tri: in quo nos informat: vt gloriam demus cre=
atori. Cōmendat autem iuxta quod alibi legi=
tur.ps.15.c. Letatum est cor meum et exultauit
ligua mea: insuper ꝛ caro mea requiescet in spe.
Qm̄ non derelinques animā meam in inferno:
nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
✱ Vidēs autem Centurio.ꝛc.] Videns q꞉ ita
haberet potestatem mittendi spiritū: quod non
habet nisi conditor animarū. Ipse qui crucifi-
xerat/ in ipso passionis scandalo confitetur dei
filium: quem iudei post tot miracula credere
nuerunt. Unde per Centurionem fides ecclesie
designat: que velo mysterioꝝ celestiū per mortē
domini reserato/ mox iustuz ꝛ dei filium tacente
synagoga confirmat. ✱ Percutientes pectora
sua reuertebātur.ꝛc.] Quod percutiūt pectora
in signum penitencie et luctus dupliciter potest
intelligi. Siue enim cuius vitam dilexerant in
iuste occisum dolebant. Siue cuius mortuis se
impetrasse meminerant: hunc in morte ampli-
us glorificatū tremebant. Sed quecunq̄ causa
pectus tūdere coegerit: videamus distantiā gen
tis et gentis. Gentiles moriente domino/ deum
timentes/ aperte confessionis voce glorificant.
Judei percutientes solum pectora: silentes do-
mum redeunt. ✱ Et ecce vir nomine Joseph.
ꝛc.] Joseph per nobilitatem potentie secularis
corpus accipere: per iusticiam meritorū dignus
est sepelire. ✱ Hic accessit ad Pilatum.ꝛc.] Non
apostoli sed Joseph iustus ꝛ constans ꝛ Nico-
demus: in quo non erat dolus: sepeliunt. Talis
est etiam sepultura Christi: que fraudem iniqui-
tatemq̄ non habet: in quo obstruitur tergiuer-
satio iudeorum. Nam si apostoli sepelissent di-
cerent non sepultum: quem dixerunt raptum.
✱ Jnuoluit sindone.ꝛc.] Ex simplici sepultu-
ra domini ambitio diuitum condemnatur: qui
nec mortui carere possunt diuitijs. ¶ Mystice
In sindone munda Jesum inuoluit: qui pura
mente eum suscipit. Hinc etiam mos ecclesie ha-
bet vt sacrificium altaris non serico: non pan-
no tincto: sed puro lineo celebratur. ✱ Et posu-
it eum in monumento.ꝛc.] Solus dominus
tumulo includitur: vt sepultura illius ꝛ resurre-
ctio a nostre fragilitate nature dissimilis mon-
stretur. Sepultus est: sed quamdiu voluit: re-
surrexit: sed quando voluit. ✱ Et posuit eum
in monumēto excisso.] Bene ergo Christus in
monumento iusti conditur: vt habeat filius ho
minis vbi reclinet caput: et iusticie habitatio-
ne quiescat. Bene nouo: vt in nouitate vite: qui
Christum suscipit ambulet: non sepelit Christū
nisi qui credit in Christum. ✱ In quo nondum
quisq̄ positus fuerat.] Si in monumento vbi
alius positus fuisset: poneret: alius resurrexisse
fingeretur. In petra exciso: ne si ex multis lapi=
dibus edificatū esset: fossis tumuli fundamētis:
furto ablatus diceretur.

EE ¶ In capi.22. vbi dicit. In postilla. Quia ille modus capiendi xp̄m per suuz discipulū videt magis possibilis.
¶ Additio prima. Modus capiendi Christuz per suum discipulū non solum videbatur pharißeis magis possibilis et secretus: sed cum hoc erat magis cōueniens ad subuertendū populū: quē pharisei maxime timebant in captione Christi: vñ Mar.14.a. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Unde ex hoc ꝙ discipulus Christi associabat capiētes/erat populo magis persuasibile ꝙ Christus esset seductor seu malefactor et huiusmodi.
¶ In eo capi. vbi dicitur in postilla. Et fact⁹ est sudor eius sicut gutte sanguinis.
¶ Additio.2. prout Doctores dicunt contra naturam est sudare sanguinē: nec in libris medicorum: qui de istis corporalibus passionibus tractant (vt credo) hoc inuenitur. Unde tenenduz est ꝙ fuit supernaturale ⁊ figuratiuuz. Nam sicut Augu. dicit: significabat de corpore suo ma natura martyria.

Ferie.v.in cena domini. sermonis Annotamenta. Ex quinta pte Biblie.

Cı. Johā.13 A Ante diem festum pasche.⁊c.] Lyra. Postq̄ euangelista descripsit occasionem mortis xp̄i Joh.12.capi. dicens. ✳ Ante sex dies pasche venit Jesus in Bethaniā: vbi Lazar⁹ fuerat mortuus.⁊c.] ☞ Quod supra Inuenies Anno.1.A. quinte partis. ser. Ferie.2. Dominice Ramoꝝ. Fol.180. Col.1. Hic incipit describere mortem eius: et diuiditur in duas: q̄r primo describit qualiter Christ⁹ imminēte morte sua: animos discipuloꝝ suoꝝ confortauit hodierna die. Secūdo mortem Christi describit capi.18. ibi. ✳ Egressus est Jesus cuz discipulis suis trans torrētem cedrō.⁊c.] ☞ Prout inuenies infra Anno.1.A. quinte partis. sermonis Ferie.6. dñice Ramoꝝ. fol.203. co.1. Prima in tres: q̄r primo ponitur imitabile xp̄i exemplum: secundo eiusdez vtilitas ostenditur. Ibi. Uenit ergo ad Simonē Petrum.⁊c. Tertio exempli seu facti imitatio discipulis indicit: ibi. Postq̄ ergo lauit.⁊c. Prima in duas: q̄r primo premittit̄ Christi affect⁹ ad discipulos suos secūdo per factum instruit ipsos: ibi. Et cena facta.⁊c. Circa hoc sciendum ꝙ affect⁹ Christi ad discipulos premittitur/vt eius factū magis gratum ostendatur: et discipuli eius libentius imitent: dicit ergo sic. ✳ Ante diem festuz pasche.] Scilicet quartadecima luna in cui⁹ vespera immolabatur agnus: et incipiebat solennitas paschalis: que celebrabat̄ luna.15. et ſm hunc modum in ecclesia solēnitates incipiunt a vespera precedentis diei. ✳ Sciens Jesus.] Ex quo patet ꝙ nō ignorās nec inuolūtarius venit ad passionem: sed volūtarie obediens deo patri. ✳ Q̄r venit hora eius] Non fatalis: sed a deo patre determinata: ⁊ hoc cōueniens: vt immolatio agni: qui tollit peccata mūdi immediate post immolationē agni figuralis sequeretur: et sic veritas figure responderet. ✳ Ut transeat ex hoc mūdo ad patrem.] Dicebatur enim pascha iudeoruz transitus/eo ꝙ tunc angelus trāsijt per egyptuz interficiens primogēita egyptioꝝ: et filios israel seruans. Et similiter pascha christianoꝝ dicitur transitus/in quātum filius dei per mortē trāsijt ad patrem: nō per loci mutationem: sed sicut dicitur a patre venisse assumēdo nostrā naturam mortalem: ita dicitur ad patrē redijsse: faciendo ipsam cōsortem paterne glorie p̄ imortalitatē in suare u rrectiōe ✳ Cū dilexisset suos: q̄ erant in mūdo.] In q̄ ostendit̄ eius dilectio gratuita: q̄r prior dilexit suos. Ostendit̄ discreta: q̄r ista dilectio specialis nō fuit ad oēs: sed ad sibi familiares: cuiusmodi erant apostoli: qui erant in mūdo. Ostēditur hec dilectio necessaria: quia apostoli remanētes in periculo mundi/indigebant consolatione diuina. ✳ In finem dilexit eos.] Idest i morte specialia signa dilectiōis ostēdit. Uel aliter. In finem: idest perfecte animam suā p̄ eis ponēdo. Cōseq̄nt̄ describit̄ imitabile factū scʒ lotio pedum discipulorum suorum vbi premittitur tempus ⁊ modus huius lotionis: cum dicitur. ✳ Et cena facta.] Non est intelligendū ꝙ esset totaliter cōpleta: quia postea dicitur. Et cum recubuisset. Sed erat facta quātum ad hoc ꝙ comederant agnum paschalem. Et tunc surrexit ad lauandum pedes discipulorum suoruz anteq̄ daret eis sui corporis sacramētum: ad designandum ꝙ spiritualis munditia requiritur ad percipiēdum ipsum. ✳ Cum diabolus iam misisset in cor/vt traderet eum Judas Simonis Scariothis.] Die enim precedēti cum vendiderat suggestione diaboli hanc proditionem in cor ipsius mittentis. ✳ Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.] Ex quo patet in Christo plenitudo sciencie ⁊ potestatis. ✳ Et quia a deo exiuit/⁊ ad deum vadit.] Hoc exponitur Johan.16. ☞ Et annotamento.1.E. quinte partis: sermonis Dominice.4. post octauas pasche: infra in hoc Tomo.) scilicet qualiter dicitur filius a deo exijsse/⁊ ad eum redire. ✳ Surgit a cena.] Quia ministrare volebat. ✳ Et ponit vestimenta sua.] Idest deponit vt B

ꝯueniētius hoc ministeriū exhiberet * Et cum accepisset linteum: precinxit se] Et sic ad lauandum se optime disponit: nihil omittens de his/ q̄ ad istud officiū reqrunt̄. Et sequitur simplex humilitatis ministerium/ cū dicitur. * Deinde misit aquam in peluim.] Proprijs manibꝰ: non per ministerium aliorum. * Et cepit lauare pedes discipuloꝝ.] Lutosos: q2 discalciati incedebant. * Et extergere linteo: q̄ erat p̄cinctꝰ]
E Ut adimpleret humilitatis officiū. Consequēter ostendit̄ huiꝰ facti vtilitas: ⁊ ostēdit̄ hoc ex quadam ꝯcertatione Petri ⁊ xp̄i: ꝑ qđ ostendit̄ factū esse mysticū. Dicit ergo. * Uenit ḡ ad Simonem Petrū.] Scđm Origeñ. lotis alijs discipulis/ venit vltimo ad Petrū: q2 cepit lauare a minoribꝰ: ex hoc sumēs argumentū: qđ dr̄. Cepit lauare pedes discipulorum. Et postea subdit. Uenit ergo ad Simonē Petrū. Per hoc ostendens/ ꝙ añ alij erāt loti. Sed nō videt̄ verisimile/ si transisset ꝑ oēs alios/ qn aliqs coꝝ/ vel plures recusassent hanc lotionē: sicut ⁊ Petrꝰ. Et iō alij doctores dicūt/ ꝙ primo venit ad Petrū: ꝓpter qđ alij discipuli audita rep̄hēsiōe Petri: de hoc/ ꝙ recusauerat eiusmodi lotionē: nō fuerūt ausi eā vltra recusare. Qđ ḡ dicit euāgelista. Cepit lauare. Et postea subdit. Uenit ḡ ad Simonem Petrū. Non est ꝑ hoc intelligēdū ꝙ alios lauerit ante ip̄m: sed euāgelista priꝰ dixit factuꝫ in gñali: postea explicat modū in ꝑticulari: incipiens a Petro. * Et dicit ei Petrus. Dñe: tu mihi lauas pedes?] Idest vis lauare mihi pctōri/ tu: q̄ es filiꝰ dei? q.d. nullo mō decet. Sil'e verbum dixit in principio sue ꝯuersiōis: Luce.5.b. dicēs. Exi a me dñe: q2 hō pctōr ego sum. * Re-
D spondit Jesus: ⁊ dixit ei. Qđ ego facio: tu nescis mō.] Q.d. non solum hoc facio ꝓpter pedū corporaliū emūdationē: sed ꝓpter humilitatis eruditionē: vt postea exposuit: iō subdit. * Scies aūt postea.] Per hoc aūt designauit munditiā pedum spūaliū: qui sunt affectꝰ mentis: q̄ reqrit̄ in eucharistie ꝑceptione. * Dicit ei Petrꝰ. Nō lauabis mihi pedes in eternū] Idest nunq̄ lauabis. ac si diceret: ego nullo mō sustinerē. Licet aūt Petrꝰ faceret hoc bono zelo: tñ indiscrete hoc faciebat: q2 cum xp̄s nō posset errare: nō debebat voluntati eius aliq̄ modo resistere: iō seq̄tur. * Respondit ei Jesus. Si nō lauero te: nō habebis partē mecū.] Si hoc intelligit̄ de lotione interioris macule/ l'ra est plana: q2 nullꝰ pōt habere ꝑtē cum xp̄o in gloria celesti: nisi lotꝰ fuerit a macula pctī: scđm qđ scribitur Apocal'.21.g. Nihil coinq̄natū intrabit in illā. Si aūt intelligat̄ de lotione corporali pedum ipsius Petri: eodem mō est dicēdū. Sicut eñ aliq̄d est illicitū: nō ex natura sua: sed tm̄ q2 ꝓhibitū: vt patet de esu ligni vetiti primi parētis: ita sil'r aliq̄d est necessariū ad salutē: non ex natura sui: sed propter preceptū dei/ vel prelati: ⁊ sic erat in ꝓposito. Ex quo.n. xp̄s volebat simpliciter hoc facere: Petrꝰ de necessitate salutis tenebat̄ sustinere. * Dicit ei Simon Petrꝰ. Dñe: non tm̄ pedes meos: sed ⁊ manꝰ ⁊ caput.] Pedes sunt pars corporis inferior: manus/ media: caput/ sup̄ior: ⁊ ideo ꝑ expressionē istaꝝ partiū intelligitur totū corpus. Est igitur sensus. Dñe: non tm̄ pedes. ⁊c. Q.d. prius sustinerē a te per totuꝫ corpus lauari: q̄ a te separari: q2 q̄uis esset duꝝ Petro sustinere se-paratiuitium magistri: tñ grauiꝰ erat ei ab eo separari. Uñ dicit̄ in Itinerario Clemētis: ꝙ qñcunq̄ Petrus memor erat dulcissime societatis xp̄i: resoluebat̄ in lachrymas: ita ꝙ facies eius adusta videbat̄ ex frequēti lachrymaꝝ fluxu. * Dicit ei Jesus. Qui lotus est.] Per baptismum: ex quo accipitur: ꝙ apostoli fuerunt a Christo baptizati. * Non indiget: nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus.] Si enim aliquis baptizatꝰ statim moriatur: euolat ad patriam: nec indiget aliqua alia lotione: tamen si superuiuat: eam sancte: indiget lotione pedum spiritualiū.i. affectionum mentis: quia ex conditione mortalis vite/ affectus eius aliquando aliquas maculas contrahit ex temporalibus: sed non indiget lauare caput: idest partem contemplatiuā: que intendit superioribus ⁊ eternis. nec manꝰ: idest vite actiue opera: que in eo sunt sancta. talis autem erat Petrus: et etiam alij apostoli: excepto Juda proditore. propter quod sequitur. * Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset: qui traderet eum. propterea dixit. Non estis mundi omnes.] Ostēsa facti vtilitate in predicta lotione: consequen- F ter inducit discipulos ad imitandum in opere. Et diuiditur in duas: quia primo propositū declarat. Secundo confirmat: ibi. Exemplum eñ dedi vobis. ⁊c. Dicit igitur. * Postq̄ ergo lauit pedes eorum.] In hoc ostendit conuenientem modum docendi. In moralibus enim magis mouent facta: q̄ verba: vt potest haberi ex decimo Ethicoꝝ. Et ideo xp̄s doctrine de humilitate/ premisit humilitatis factū. * Accepit vestimēta sua.] Sicut.n. ad ministrādū congrue debēt vestimēta deponi: ita ad docendū honeste debent assumi. ꝓpter qđ magistri solent legere in habitu ad hoc disposito ⁊ ordinato: scđm dispositionem facultatis sue. * Et cuꝫ recubuisset.] Quia sedēdo debꝫ doctor docere. Doctrina eñ non capitur nisi in quiete. Propter quod dicit̄. 7. physicoꝝ. Sedendo ⁊ q̄escendo fit anima sciens ⁊ prudens. Sequit̄ doctrina. * Iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis.] Q.d. vos

debetis hoc scire: ⁊ in hoc reddit eos attentos. * Uos vocatis me/ magister ⁊ domine: ⁊ bene dicitis. Sum etenim.] Aliquid enim dicitur bene dictum/ quando congruit dicenti ⁊ rei dicte. Congruit autem rei dicte/ quando sic est in re: sicut dicitur. Congruit autem dicenti: quādo dicens talem se ostēdit facto: qualē verbo. Utroqꝫ modo apostoli bene dicebant: quia sic erat in re ex parte Christi: qui superior erat. Similiter et ex parte apostolorum: qui facto se ei subijciebāt/ sicut ⁊ verbo. propter quod contra discipulos solo verbo/ dicitur Matthei. 7. c. Multi dicēt mihi in illa die. Domine/ domine: nonne in nomine tuo prophetauimus? ⁊c. ⁊ tunc confitebor illis: quia nunquam noui vos. ⁊c. Ex predictis concludit saluator intentū/ dicēs. * Si ergo laui pedes vestros dominus ⁊ magister.] Multo fortius. * Et vos debetis alter alterius lauare pedes.] Per hoc intelligitur quodlibet pietatis ⁊ humanitatis officiū proximo impensum: ad qđ impendendum quilibet tenetur in causa necessitatis. Extra autem talem casum tenetur debito honestatis et congruitatis. Consequēter confirmat conclusionem predictā: ⁊ hoc quadrupliciter. Primo exemplo sui/ dicens. * Exemplū enim dedi vobis: vt queadmodum ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis.] Quasi dicat: ad hoc feci/ vt ostenderem vos ad hoc teneri. ☞ Hic euangelium hoc terminatur: ⁊ sequitur ibidem.) Secundo confirmat per suam auctoritatem: dicens. * Amen amen dico vobis. Non est seruus maior domino suo: neqꝫ apostolus maior est eo: qui misit illum.] Apostolus. i. missus: quia apostoli fuerunt missi a Christo ad predicandum: quibus missis tenebātur populi credere. Multo fortius apostoli tenebātur auctoritati Christi obedire. Tertio confirmat eam sequēti premio: cum dicit. * Si hec scitis/ beati eritis/ si feceritis ea. ⁊c.] Quarto confirmat conclusionē predictam ex dignitate eorum: quorum pedes lauabantur/ dicens. * Amen amen dico vobis: qui accipit si quē misero/ me accipit. ⁊c.] ☞ Reliqua quere ibi.

B Moraliter

* Ante diem festū pasche. ⁊c.] Moraliter. Pascha. i. transitus: et nos festū hoc debite celebramus: cum a vitijs ad virtutes/ vel a minoribus bonis ad maiora transimus. * In finem dilexit eos.] Per Iesum: qui salus interpretatur/ bonus prelatus significatur. Finis aūt vltimus est beatitudo vera: que consistit in clara dei visione/ ⁊ fruitione perfecta. Licet aūt ois homo debeat ad hunc finē/ primū diligere: prelatus tamen: qui est xpi vicarius/ tenetur erga suos subditos hoc facere. * Et cena facta. i. preparata: secundum sensum litteralem. Non enim erat terminata: cū xps a cena surrexit ad lauandū pedes discipulorum: vt dicitur infra eodem capi. Patet ergo quod Iudas cū alijs cenauit: ⁊ corporaliter lotus fuit. Sic igitur exēplo xpi bonus prelatus subditis etiā malis debet exhibere beneficia: vt (quantū in se est) eos a sua reuocet vita mala. * Uenit ergo ad Simonē Petrum.] Scilicet primo (prout dictum fuit in expositiōe litterali.) Et in hoc xps dedit exēplū superioribus/ illos inter subditos principaliter honorare: qui primi sunt etate vel dignitate. * Domine tu mihi lauas pedes.] Quasi dicat hoc indecēs est: ⁊ nullo modo sustinēdum. Et in hoc Petrus significat discipulum ignorātē ⁊ indiscrete loquentē de facto superioris sui: cuius ignorat rationē. Frequenter enim contingit/ quod illud iudicatur irrationabilissimū: ab ignorāte causam: qđ tamen rationabilissimū est secundum veritatē. Hoc aūt contigit in hoc casu Petro. propter qđ dixit ei Xps. * Qđ ego facio/ tu nescis mō. ⁊c.] Et in hoc docemur bene iudicare ⁊ sequi de factis superioris boni: nisi deo pmittēte erraret manifeste. * Si nō lauero te/ nō habebis partē mecum.] Christus. n. nō lauabat pedes discipulorum pro corporali mūdatiōe: sed pro exēplo humilitatis docende: propter qđ dixit eis. * Exēplū. n. dedi vobis. ⁊c.] Qđ ergo dixit Petro. Si nō lauero te: nō habebis ptē mecū. idem est ac si dixisset. Partem mecū nō habebis: nisi a me receperis exēplū humilitatis. Et in hoc facto xps dedit superioribus ⁊ prelatis exēplum vere humiliationis. * Postquam ergo lauit pedes eorum. ⁊c.] Per hoc ostendens: quod superior post actum humilitatis debet resumere debitū exercitiū auctoritatis. ☞ Terminato euangelio hoc/ sequitur.) * Amen amen dico vobis. ⁊c.] ☞ quere an. 60. quinte ptis. ser. Prelatorum. fol. 127. col. 4. Sequitur immediate. * Qui manducat mecū panem: leuabit cōtra me calcaneū suū.] Isti sunt prelati: clerici ⁊ religiosi: qui laute viuūt de ptimonio crucifixi: ⁊ tamen eorum plurimi leuant calcaneū contra xpm in membris suis: affligentes ea calūnijs ⁊ exactionibus iniustis. ☞ Reliqua quere ibi. ¶ Queritur vtrū cena in hoc capi. descripta: in qua xps corpus suū discipulis suis tradidit in sacramēto/ fuerit facta luna. 14. existente? Et arguitur primo quod nō: per illud: qđ dicit Iohā. in principio huius capi. Ante diē festū pasche. cuius prima dies erat luna quarta decima: quia tūc incipiebat pascha: ergo illa cena: de qua loquitur Ioh. fuit ante lunā. 14. Item infra capi. 18. dicit Iohannes: quod iudei nō intrauerūt pretoriū pilati: vt nō contaminarentur: sed manducarent pascha. ergo in vespere illius diei: quo passus est xps: manducauerūt agnū paschalē. Ipsi aūt tenebantur ex lege comedere illū luna quartadecima: ergo cū cena predicta fuerit in vespere precedētis diei: patet quod fuit luna tertiadecima. ¶ Cōtrariū

dicit beatus Hierony. videlicet q xp̃s illaȝ cenã
fecit luna quartadecima: ⁊ passus est luna qn=
tadecima existente. ¶ Responsio. Greci dicũt/ q
ista cena facta fuit luna tertiadecima ꝓpter au
ctoritates allegatas in arguendo ꝓ ista parte: ⁊
dicunt q xp̃s preuidens tempus sue passiõis fu
turum illa die: qua immolabat agnus pascha=
lis: vt immolatio agni veri corespõderet immo
lationi agni figuralis: ideo preoccupauit come
dere agnum paschalem per vnũ diem: ⁊ dicunt
consequenter: q xp̃s corpus suũ in pane fermen
tato consecrauit: q in domib⁹ coꝝ non inuenie
batur panis azymus vsq ad quartãdecimã lu=
nam. Sed dictum coꝝ est contra veritatẽ euan=
gelij: quia Matthei. 26. b. dicitur/ q prima die
azymoꝝ accesserunt discipuli ad Jesum/ dicen
tes. Ubi vis parem⁹ tibi comedere pascha? Iteȝ
Luce. 22. a. Uenit autem dies azymoꝝ: in qua
necesse erat occidi pascha: ⁊ misit Petrum ⁊ Jo
hannem/ dicens. Euntes parate nobis pascha:
vt mãducem⁹. Ex quib⁹ patet manifeste q illa
cena fuit die azymoꝝ: ⁊ per cõsequẽs luna quar
tadecima existente. Et ex hoc seqtur q xp̃s con=
secrauit in azymo pane: q illo tempore nõ inue
niebatur panis fermẽtatus in domibus iudeo=
rum ſm preceptũ legis per septẽ dies: vt habetur
Exodi. 12. Sed greci in tantam vesaniã ꝓrupe
runt ꝓpter defensionẽ sui dicti/ q negant textũ
euangelij/ dicentes alios euãgelistas falsum scri
psisse quãtum ad diem huius cene: ⁊ ꝓpter hoc
Johannes euangelista: qui scripsit posterioꝛ: de
scribens hanc cenam/ eos correxit/ dicens. Ante
diem festum pasche: vt. s. allegatum est. Sed ad
dictum istud seqtur destructio totius sacre scri=
pture: ⁊ per consequẽs totius fidei catholice: cũ
sacra scriptura sit regula fidei: ſm qđ scribit bea
tus Augustinus in ep̃la ad Hieronymũ. Si di
catur a fidelibus q scriptura in aliqua sui par=
te contineat falsum: eadẽ ratione poterit dici ab
aduersarijs fidei: q in nulla sui parte habeat cer
titudineȝ veritatis. Preterea fides catholica te
net euangelistas scripsisse nõ a ꝓprio capite: sed
spiritussancti inspiratiõe. Unde dicit beat⁹ Pe
trus. 2. canonica. 1. capi. Spiritusancto inspira
ti/ locuti sunt sancti dei homines: nullum autẽ
falsum potest esse a spiritusancto: ⁊ ideo dicere q
euãgeliste in aliq loco scripserũt falsum/ est erro
neum. Et ideo ꝓpter predicta dixerunt aliqui:
q christus comedit agnũ paschalem debito tem
pore ſm legem: videlicet luna decimaquarta: vt
dictum est. Sed iudei circa mortem xp̃i ꝓcurã=
h dam intenti ⁊ occupati/ illa die nõ comederunt
pascha: sed tardauerũt per vnũ diem: ſm quod
dicitur Joh. 19. quia iudei non intrauerunt pre
torium Pilati illa die: qua passus est christus:

ne contaminarentur ⁊ impedirent a comestione
pasche: vt supra allegatũ est. Sed istud dictum
non consonat cum verbis Marci euangeliste/
dicentis cap. 14. b. Et prima die azymoꝝ/ quã=
do pascha imolabãt/ dicũt ei discipli. Quo vis
eam⁹ ⁊ parem⁹ tibi vt mãduces pascha? Et q vi
detur q eadem die: qua alij immolabant agnũ
paschalem: eadem die xp̃s immolauit agnum.
Et sic cenã discipulis suis fecit luna quartadeci
ma existente. ¶ Ad primũ dicendum/ q pascha
le festuȝ apud iudeos incipiebat a vespere diei:
in qua erat luna quartadecima. Dies aũt festi=
uus apud eos incipit a vespere vnius diei: ⁊ du
rat vsq ad vesperã diei sequentis: ſm quod dici
tur Leui. 23. c. A vespere in vesperã celebrabitis
sabbata vestra. ⁊ sic dies solennis pasche erat lu
na quintadecima: ꝓpter quod eundeȝ diẽ: quẽ
Johannes nominauit ante diẽ festum pasche:
ꝓpter distinctionẽ naturaliũ dieꝝ: Marcus no
minat primum diem azymoꝝ: q a vespera pre
cedentis diei incipiebãt comedere azyma. Q
ergo dicit q luna quartadecima existente/ erat
primus dies solennitatis pasche: dicendum/ q
non est verum: sed in fine illius diei incipiebat
primus dies: ⁊ durabat vsq ad vesperam diei se
quentis: ⁊ sic prima dies solennitatis paschalis
celeberrima/ erat luna quintadecima: vt patet
Leui. 23. Mense primo quartodecimo die men
sis ad vesperã pascha domini est: ⁊ quintodeci=
mo die mensis huius solennitas azymoꝝ domi
ni est. Septẽ diebus azyma comedetis: dies pri
m⁹ erit vobis celeberrim⁹ sanctusq. ¶ Ad secũ=
dum dicendum/ q illud pascha: quod debebãt
comedere iudei in die passionis xp̃i/ non intelli
gitur de comestione agni paschalis: q illud pa
scha comederant in vespera precedentis diei: vt
dictũ est: sed intelligit de panib⁹ azymis: quos
debebant comedere septẽ diebus continuis: ⁊ nõ
debebant comedi: nisi ab hominibus mundis:
⁊ ideo nõ introierũt domũ hominis gentilis: ne
impedirentur a comestione ipsorum.

¶ Additio. 3. Hec questio disputat ⁊ ad plenuȝ
(vt credo) declarat in additione sup Matth. 26
capi. Uide ibi. ☞ Uel anno. 7. LLL. quite
partis. ser. Dñice. Ramoꝝ. fol. 177. col. 4.

[Glo. Diem fe
* Ante diem festum pasche. ⁊c.] Glo. Diem fe
stum dicit decimũquintũ diẽ. s. passiõis: q post
immolationẽ agni: que tunc fiebat in die iouis:
faciebant iudei magnũ festũ: qđ hic pascha vo
catur. Pascha apud grecos equiuocũ est. Dici
tur enim a paschim. i. a passione ⁊ trãsitu: quod
hebrei phase dicunt. Dies autẽ quartusdecimus
post eqnoctiũ vernale: in quo imolabat agnus
ad vesperã: ꝓprie pascha a transitu dicebat. Di
es vero solẽnitatis sequẽtes: qꝝ prim⁹ ⁊ vltim⁹

maiori cultu habebantꝛ: dies azymoꝝ ꝓprie vocabantur. Vocatur tñ ⁊ dies immolatiōis azyma: ⁊ quintadecima pascha. In hac significatione dicit Johannes. Ante diem festum pasche. vocando diem solennē/pascha. Greci vero diē: qua immolatꝛ agnus: dicunt solūmodo vocari pascha: ⁊ illa die dicunt xp̄m crucifixū fuisse ad meridiem: ⁊ dicunt eum anticipasse vnū diē ante: vt cum discipulis agnū comederet: ⁊ ad hoc confirmandum hec verba sequentia conducūt: idest noluerunt intrare in pretorium .s. pilati domum: ne ꝯtaminarētur/vt comederent pascha: intelligentes pascha/esum agni tantū. Nec erubescunt dicere alios euāgelistas mentitos: q̄ dicunt dn̄m cōmuniter cum alijs carnes agni comedisse. Hunc Johannē vero illos correxisse dicunt: sed errant: qꝛ cum omnes eodem spiritu locutos fuisse constet: si in vno mentirentꝛ: in alijs eis non crederetꝛ. ✳ Ut trāseat.] Interpretatur nobis euangelista nomen pasche .i. transitus/et significationē: qꝛ sicut illi de egypto: sic christꝰ de mundo: sic ⁊ nos sanguine agni insigniti: de vitijs ad virtutes: de mundo ad celū. ✳ In finē.] Idest in xp̄m: qui est finis consumans .i. vt eiꝰ dilectione transeant: quo ipse transijt. Vel. In finem .i. mortem: non ꝙ morte terminetꝛ eius dilectio: sed in tantū dilexit: ꝙ vsqꝫ ad mortem dilectio eum perduxit. In quo exemplum dedit: vt omnes in dei veritate permaneant vsqꝫ in finē.

K ✳ Et cena facta.] Cena significat passionē. Sicut enim post cenā non fit prandiū: sic et christꝰ postq̄ꝫ semel passus est/nō iterum patitꝛ. Surgit a cena: post passionē ponit vestimēta: fm priorē infirmitatē linteo precinxit se: eadem carne iam imortali. Aquā in peluim .i. gratiā baptismi: lauat pedes: ⁊ tergit a peccatis in baptismo. Accepit vestimenta .i. iudeos in fine seculi: q̄s priꝰ excecatos deposuit. ✳ Surgit a cena.] Ab illa celesti refectione: qua cū angelis reficiebatꝛ. Deponit vestimenta/gloriam eterne beatitudinis. ✳ Et deponit vesti.] Pretermisit altitudinem: suppositurus eius humilitatē: vt perfecte commendetꝛ humilitas homini: cū tā altꝰ/sic se humiliauerit: vt ⁊ pedes traditoris lauaret. ✳ Deinde misit.] Sanguinē in terram fudit: vt vestigia credentiū mundaret: que terrenis peccatis erant sordida. ✳ Dixit ei Petrus.] Pro altitudine ꝓmissi mysterij nondum permittit fieri: nō dum potest sustinere deuz ad pedes humiliari: pauore perterritus. ✳ Respondit Jesus] Qui non lauatur per baptismū ⁊ confessionē penitētie: non habet partem cum Jesu. ✳ Dicit ei Simon Petrus.] Error Petri hic nobis profuit. Errauit enim/ne nos erraremus. Errauit/cum se totum lauandum deo obtulit: quem deus correxit: ostendens semel baptizatū non esse baptizandum. ✳ Qui lotus est.] Ex his verbis intelligimus baptizatos apl'os: etsi nō legimꝰ vbi vel quando. L ✳ Qui lotus est.] Baptismo lotus est mundus. Sed qꝛ iterum puluere terrene habitationis inquinatꝛ: iterum opus est pedes lauare. Quos lauat dominus interpellans pro nobis: et nosipsi orando. Ille etiā: q̄ in ocio studet veritati/dum in alijs pulsanti sponso aperire pergit: pedes inquinat: quia veritas humiliter auditur: sed sine periculo non potest predicari: sed hos pedes dominꝰ discipulis lauat. ✳ Et cum recubuisset. ⁊c.] Sicut prius exemplo: sic etiam nunc verbo instruit eos magister veritatis. Et ꝙ dicit magna de se/non est arrogantia: sed veritas: que prodest auditoribus: sicut facit ⁊ Paulus. ¶ Gregoriꝰ. Incauti sunt humiles: qui se mendacio illaqueant: dum arrogātiam vitant: quia contra veritatem se erigunt: quaz relinquunt. Qui enim necessitate cogente/vera de se ⁊ bona loquitur: tanto magis humilitati iungitur: quanto veritati sociatur. ☞ Reliqua: que sequuntur terminato hoc euangelio/quere ibi. Nota

☞ Applica ad hec aliq̄ de annota. ser. Passionis. incip. fol. 35. sub the. ✳ Uenit hora vt trāseat. ⁊c.] vt. s. A. K. vel. ✳ Cena facta. ⁊c.] B. ¶ vel ser. Incarn. fol. 2. sub the. ✳ A deo exiuit. ⁊c.] B. ¶ vl' ser. pctōꝝ. fo. 189. ¶ vl' ser. Pnie. fo. 211. ¶ vl' ser. Prel'. fo. 90. ¶ vel ser. Relig. fo. 136 ¶ vel ser. Apl'oꝝ. fol. 82. sb the. ✳ Si nō lauero te. ⁊c.] D. E. H. K. vl'. ✳ Uos debetꝭ alꝛ alteriꝰ lauare pedes. ⁊c.] F. ¶ vel ser. Judicij final'. fo. 236. sb the. ✳ Qd ego facio: tu nescꝭ mō. ⁊c.] H Scꝫ de iudicio temerario ¶ vel ser. sacramēti. fo. 14. sb the. ✳ In finē dilexit eos.] A. s. ꝓbēdo seipm: vel istituēdo sacramētū. ⁊c. vel. ✳ Cena facta] B. ¶ Et maxie an. 1. scōe p. eiusdē ser. fo. 18 col. 2. ¶ Et an. 15. 3. p. ser. Passi. fol. 47. col. 2. M Auctor.

Ferie. vj. Dn̄ice Ramorum.

Sermonis annotamēta Ex quinta pte Biblie.

PAssio domini nostri Jesu xp̄i fm Johannē. In illo tempore. Egressus est Jesus. ⁊c.] Lyra. Hic incipit euāgelista describere Christi passionem ⁊ mortem. Ipsa aūt fuit p iudeos inchoata/⁊ per gentiles ꝯsumata: fm ꝙ xp̄s predixerat Matthei. 20. c. Filius hominis tradetꝛ principibꝰ sacerdotū: et scribis: ⁊ ꝯdēnabūt eū morte: ⁊ tradēt eū gētibꝰ ad illudendū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigendū. Et ideo euāgelista primo ostendit q̄d xp̄s a iudeis Cr. Johā. 18 et. 19. A

sit passus. Secūdo: qd a gentib⁹: sequenti capi.
Tūc ergo.rc. Prima in tres: qꝛ primo describit
euāgelista qualiter xp̄s a ministris iudeoꝝ fuit
captus. Secundo qualiter a ministris fuit pon
tificibus traditus: ibi. Cohors ꝗꝫ. Tertio q̄lit
a pontificib⁹ corā pilato est accusat⁹: ibi. Addu
cunt ergo. Circa primū euangelista tria descri=
bit. Primo ꝓditionis locū. Secundo ꝓditoris
apparatū: ibi. Judas ḡ. Tertio animuꝫ xp̄i ad
sustinēdum p̄paratū: ibi. Jesus itaꝗꝫ sciēs. Cir
ca primū sciendum/ ꝙ xp̄s iuit ad locū extra ci=
uitatem: ad quē sciebat venturꝫ ꝓditorē: vt ostē
deret se voluntarie subire mortem. Et hoc est qᷣ
dicitur. * Egressus est Jesus cum discipulis su
is trans torrentē Cedron.] Cedron nomē est tor
rentis inter ciuitatē Hierusalē ꝛ mōtē Oliueti/
currēs ꝑ vallem Josaphat: que est intermedia.
Et dicebaṫ ille torrens Cedron: eo ꝙ in ripa illi⁹
fluminis/ siue illius torrentis nascebanṫ multe
cedri. Hic em̄ fluuius appellabaṫ torrens: ꝓ eo:
ꝙ ad modū torrētis qn̄ꝗꝫ habebat aquas: qn̄ꝗꝫ
non. * Ubi erat hortus.] Et sic erat locus clau
sus/ conueniēs ad capiendum illos: ꝗ essent in=
tra ipsum. * Jn queꝫ introiuit ipse et discipuli
eius.] Offerens se captioni. * Sciebat aūt Ju
das: ꝗ tradebat eū/ locū: qꝛ Jesus frequenter cō
uenerat illuc cū discipulis suis.] Ex quo patet
aptitudo loci ad capiēdum xp̄m ex trib⁹. Pri=
mo. qꝛ erat a ciuitate remot⁹. Et ipsi querebant
eū cape sine strepitu turbaꝝ: vt habeṫ Lu.22.a
Secundo: qꝛ erat clausus. Et tertio: qꝛ ꝓditori
cognitus. Consequēter describiṫ ꝓditoris appa
ratus: qꝛ Judas de tribus se muniuit. Primo
de magna societate forti ꝛ auctētica: ꝛ ideo diciṫ
* Judas ḡ cum accepisset cohortē.] Scꝫ mili=
tum a preside assignatā: vt si multitudo populi
sup̄ueniret: nō auderet impedire eius ꝓditionē
ꝓpter iusticie publice timorē. * Et a pontifici=
cibus ꝛ phariseis ministros.] Ut sic haberet ful
cimentū ab vtraꝗꝫ curia. s. pontificis ꝛ impera=
toris. Secūdo muniuit se Judas de lumine cō=
tra noctis tenebras: qᷣ notatur/ cū diciṫ. * Ue
nit illuc cū laternis ꝛ facibus.] Tertio muniuit
se de armis: si vellent eius ꝓditiōi resistere: ideo
B subditur. * Et armis.] Conseq̄nter ostenditur
ꝓmptitudo xp̄i ad patiēdum: ꝛ hoc dupliciter.
Primo: qꝛ xp̄s se nō occultauit. Secundo: qꝛ de
fensionem ꝓhibuit: ibi. Simon ergo. Jn prima
igitur p̄te diciṫ sic * Jesus itaꝗꝫ sciens oia: que
ventura erant sup̄ eū: ꝓcessit/ ꝛ dixit eis. Queꝫ
queritis?] Ex quo manifeste patet/ ꝙ sua vo=
luntate captus est: qꝛ cū sciret omnia futura: nō
se occultauit: sed magis querētibus eum obuiā
iuit. * Responderunt ei. Jesum nazarenū. Di
cit eis Jesus. Ego sum.] Uirtute enim diuini

tatis factū est/ ꝙ venientes ad capiēdum eū/ pri
mo nō cognoscerent eum/ etiā suus discipulus:
qui venerat ad tradendum euꝫ. Unde subdit.
* Stabat aūt ꝛ Judas: ꝗ tradebat eū: cū ipsis]
Ut per hoc secundo ostēderetur ꝙ de voluntate
sua caperetur: qꝛ ex quo eis erat incognitus/ pote
rat ab eis recedere: ꝛ nō solum patuit hoc ꝑ p̄e=
dicta: sed etiā manifestius per hoc qᷣ subdit. *
Ut ergo dixit eis. Ego sum: abierūt retrorsum:
ꝛ ceciderunt in terrā.] Si em̄ vno verbo omnes
prostrauit: de facili poterat ab eis euadere. Dia
em̄ ista facta sunt ex diuina ordinatione: vt de=
clararetur virtus diuinitatis eius per predicta:
sicut fragilitas humanitatis per captionē eius se
quentem et passionē. * Iterꝫ ergo interrogauit
eos. Quē q̄ritis?] Hoc fuit factū interuallo a pri
ma interrogatione: qꝛ q̄mdiu iacuerunt ꝓstrati
nō mouit se de loco: vt magis declarareṫ sua vo
luntaria captio. * Illi aūt dixerūt. Jesum Na
zarenum.] Non em̄ cognoscere poterant eum
nec capere: donec ipse vellet. ꝓpter hoc subditur
* Respondit Jesus. Dixi vobis: qꝛ ego sum.]
Et tunc habuerunt ipsius noticiam: ꝛ capiendi
eum licentiā: ꝓpter quod subdiṫ. * Si ergo me
queritis: sinite hos abire.] Q. d. sic do vobis po
testatem me capiendi: vt tamen meis discipulis
non faciatis aliquid mali. * Ut impleretur ser
mo: quem dixit.] Scilicet Johā.17. * Quia
quos dedisti mihi/ non perdidi ex eis quenꝗ̄.]
Istud em̄ verbum dixerat Jesus non tm̄ de sa=
lute spirituali suorum discipuloꝝ: sed etiā de sa
lute corporali eorum: quod patet ex hoc/ ꝙ in=
de excepit Judam: qui perditus est: ꝛ spiritua=
liter/ ꝛ corporaliter: quia ex desperatione se sus=
pendit: ꝛ ideo euangelista (Matthei.26.a.) ap
plicans verbuꝫ predictum ad perditionē corpo
ralem/ non discedit ab intentione litere. Conse
quenter ostenditur ꝓmptitudo Christi ad pa=
tiendum/ ex hoc ꝙ defensionēꝫ ꝓhibuit. Et hoc
est quod dicitur. * Simon ergo Petrus ha=
bens gladium/ eduxit eum.] Dicunt hic aliq̄/
ꝙ discipuli emerant gladios de precepto domi=
ni: sm̄ quod habetur Luce.22.d. Ubi diciṫ sic.
Et qui non habet: vendat tunicā suam: ꝛ emat
gladium. Sed non est verisimile: quia ibidem
diciṫ: ꝙ apostoli statim responderunt. Ecce duo
glady hic. Et Christus dixit. Sufficit. Et quo
patet/ ꝙ ante illos gladios habebant. Est dicen
dum igitur/ ꝙ apostoli fuerunt piscatores: in pi
scatione aūt oportet aliquando retia cum paxil
lis affigere: ꝛ cum perticis nauiculas dirigere: ꝛ
ideo in talibus ꝛ consimilibus vsus magnorum
cultellorum est necessarius. Et ꝓbabile est ꝙ ali
qui de apostolis illos cultellos sibi retinuerant
ad scindendum cibaria. Unde etiam cum illis

carnes agni paschalis consciderant. Petrus autē vnū ex illis retinuerat apud se: quia erat magis ꝓmptus ad defensionē sui magistri / ꝙ alij. * Et percussit seruū pontificis.] Qui magis de ꝓpe se ingerebat ad xp̄m capiendum. * Et abscidit eius auriculam dextrā.] Credidit enim cū ma gis ledere: sed diuina ordinatione ictus declina uit. * Erat aūt seruo nomen Malchus.] Hoc addit euangelista ad ostendendum certitudinē rei geste: exprimendo ꝓpria nomina. * Dixit ergo Jesus Petro. Mitte gladiū tuum in vagi nā.] Q.d. Noli vti ad defensionē meā. Et sub= ditur causa. * Calicem: quē dedit mihi pater: nō vis vt bibam illum?] Q.d. passionē: quā or= dinauit pater celestis ad salutē humani generꝭ / debeo patiēter tolerare: ꝛ ideo nō est locus defen

D sionis ꝛ resistentie: sed magis patiētie. Cōseque n ter ostenditur qualiter xp̄s a ministris cōprehē= sus / pontificibus presentat̄. Et diuidit̄ in duas: qꝛ primo describit̄ ipsius presentatio Anne. Se= cundo Caiphe: ibi. Et misit cū Annas. Prima in duas: qꝛ primo ponitur xp̄i presentatio. Se= cundo eius examinatio: ibi. Pontifex ergo. Pri ma adhuc in duas: qꝛ primo describit̄ predicta presentatio. Secundo incidenter ponitur prima Petri negatio: ibi. Sequebatur aūt. Dicit̄ igit̄ primo sic. * Cohors aūt.] Scꝫ militū. * Et tri bunus.] Qui eis preerat: ꝛ illi erant gentiles. * Et ministri iudeoꝝ.] Isti erant iudei. * Cō prehenderunt Jesuꝫ.] Ex quo patet obstinatio eorum: qꝛ nō fuerunt auersi a suo malo visis pre dictis signis: sed magis attribuebant artibus ma gicis. * Et ligauerunt eum.] Quasi morte di= gnū. Illi enim: qui reputabant̄ morte digni: iu dicibus presentabant̄ ligati. * Et adduxerunt eum ad Annam / primuꝫ.] Idest primo: cuius causa subdit̄. * Erat enim socer Caiphe.] Et quia eundo ad domū Caiphe habebant transi re ante domū istius Anne: ideo introierunt do= mum eius ꝓpter eius reuerentiā. Alia aūt ratio fuit: qꝛ pontificatus tunc singulis annis vende batur: ꝛ isti duo. s. Annas et Caiphas / quasi al ternatim erant pontifices: ꝓpter qđ quasi ponti fex habebat̄: qꝛ anno precedenti fuerat. Tertia ratio est / vt xp̄s coram iudicibus pluribus con demnatus / videret̄ magis dignus morte. * Qui erat pontifex anni illius. Erat aūt Caiphas: q̄ consiliū dederat iudeis: qꝛ expedit vnum homi nem mori pro populo.] Ista sunt exposita Joh. 11. ☞ Et supra annotamento. 1. D. E. quite pri. ser. Ferie. 6. Dñice. Passionis. fol. 160. co. 2

E Consequenter ponit̄ prima negatio Petri: cum dicit̄. * Sequebat̄ aūt Simō Petrus / ꝛ alius discipulus.] Scꝫ Johānes. Licet eñi isti sicut et alij primo fugissent: tñ postea secuti sunt Jesuꝫ: qꝛ feruētiores erant alijs. * Discipulus aūt ille erat notus pontifici.] Dicunt aliq̄ / ꝙ Johānes erat peritus in lege: ꝛ ꝓpter hoc habebat noticiā cū pontifice: sed hoc nō est verisimile: qꝛ piscator erat: ꝛ de naui a xp̄o vocatus fuerat: vt habetur Matth. 4. d. Unde dicit Hiero. in ep̄la sua ad Paulinū. Johānes rusticus piscator indoctus. ꝛc. Et ideo alia fuit causa sue noticie cū pontifice: q̄a forte missus a patre suo / pluries portauerat pisces ad domū pontificis. Uel forte qꝛ aliq̄s de cognatione eius ibidem seruiebat: vel aliq̄ alia causa: quā aliq̄ assignant: qꝛ descēderat de Da= uid. Et sacerdotes habebant istas genealogias * Et introiuit cū Jesu in atriū pōtificis.] Pro pter noticiam predictā permissus est intrare. * Petrus aūt stabat ad ostiū foris] Tanꝙ incogni tus: tñ ꝓpter Johānē pmissus est intrare. * Exi uit ergo discipulus alius: q̄ erat notus pontifici: ꝛ dixit ostiarie: ꝛ introduxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. Nunqđ ꝛ tu ex discipu= lis es hoīs istius?] Q.d. videt̄ ꝙ sic. Uidit. n. euꝫ timide intrantē: ꝛ sic habuit de eo suspitionē. * Dicit ille. Non sum.] Ex quo patet fragilitas Petri: qꝛ ita cito negauit: ꝛ ad vocem vnius mu lieris: que non loquebat̄ acriter. Non eñi dice= bat. Es tu de familia huius ꝓditoris: vel aliqđ hmōi: sed: hoīs istius: quasi cōpassiue loquēdo. * Stabāt aūt serui ꝛ ministri ad prunas: quia frigus erat.] Sicut solet esse in martio post me= diam noctē. * Et calefaciebant se. Erat autē cū eis ꝛ Petrus stans ꝛ calefaciēs se.] Consequen

F ter ponitur xp̄i examiatio. Et diuidit̄ in tres: qꝛ primo ponit̄ dicta examinatio. Secundo xp̄i re sponsio: ibi. Respondit ei Jesus. Tertio respon sionis reprobatio: ibi. Hec aūt cum dixisset. Cir ca primū sciendum / ꝙ xp̄s reputabat̄ a iudeis seductor hoīm ꝛ doctor false doctrine: ideo exa= minatus fuit de vtroque: ꝛ hoc est quod dicitur. * Pontifex ergo interrogauit Jesum.] Dicit̄ autem Annas pontifex: non quia esset actu: sed quia ante fuerat: ꝛ quia socer erat pontificis: vt dictum est. * De discipulis suis.] Ut videret ꝛ posset eum deprehendere / ꝙ fuissent ab eo sedu= cti. * Et de doctrina eius.] Ad videndum si pos= set ibi inuenire falsitatem vel calumniam: ꝛ ali quod dictum contra legem. Consequenter poni tur Christi responsio. De discipulis autem suis nihil poterat pro tunc boni respondere: qꝛ princi paliorem inter eos statim audierat ipsuꝫ in sua presentia negasse: sed de doctrina sua respondit: ostendens ꝙ non erat mala vel suspecta: sed sa= na: quod declarat ex duobus. Primo ex loco: cum dicitur. * Respondit ei Jesus. Ego pa= lam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga et in templo: quo omnes iudei con

ueniunt: ꝛ in occulto locutus sum nihil.] Do=
ctrina autem suspecta in angulis ꝛ latebris do=
cetur: nō in loco publico ꝛ sacro. Secūdo ex au
ditorum testimonio: cum dicitur. ✳ Quid me
interrogas? Interroga eos: qui audierunt quid
locutus sim ipsis: ecce hi sciūt q̄d dixerim ego.]
Q.d. paratus sum testimoniū eorū subire: qd
est tibi magis credibile/ q̄ meum dictum: q̄uis
fm veritatem deberet esse contrariū. Conseque-
G ter ponitur huius respōsionis reprobatio: ꝛ hoc
dupliciter. Primo per factū: cū dicitur. ✳ Hec
autem cum dixisset: vnus assistens ministroꝝ/
dedit alapam Iesu.] Secundo per verbum: cū
subditur. ✳ Dicens. Sic respondes pontifici?]
Ille enim minister sceleris accepit responsionē
Iesu/ quasi notasset pontificē de stulta interro=
gatione. ✳ Respondit ei Iesus.] Humiliter ve
ritatem ostendendo. ✳ Si male locutus sum:
testimoniū perhibe de malo.] Idest potes perhi
bere: ꝛ nō me iniuste percutere: ꝛ hoc est qd sub=
dit. ✳ Si autem bene/ quid me cedis?] Sed vi
detur q hic Xp̄s fecit contra doctrinā suam? qa
Matthei.5.f. dicit. Si quis te percusserit in ma
xillam dexteram: prebe ei ꝛ alterā. Ipse autem
hoc non fecit: sed magis percutientē se correxit.
Dicendū q illud Christi preceptū ꝛ plura alia:
que ibi ponunt: non dantur absolute: fm quod
dicit Augustinus: sed magis fm preparationē
animi: quia homo debet habere animū semper
preparatum ad hoc faciendum: vbi viderit hoc
expedire ad honorē dei/ ꝛ vtilitatē ecclesie: alias
autem nō: immo aliquādo expedit iniurianti=
bus respondere/ ad ipsorum ꝛ alioꝝ instructio
nem: sicut fecit hic Christus: ꝛ aliquādo etiam
facto resistere: ne detur occasio malis male agen
di. Consequenter ostendit qualiter xp̄s presen=
tatus est Caiphe. Et diuidit in duas: qꝛ primo
describitur dicta presentatio. Secūdo subditur
secunda et tertia Petri negatio: ibi. Erat autē.
In prima igit parte dicitur sic. ✳ Et misit eum
Annas ligatū.] Quasi morte dignum: ꝛ iā co=
ram eo condemnatū. ✳ Ad Caipham pontifi=
cem.] Tum quia ad ipsum pertinebat principa
liter Christi examinatio: tum qꝛ videretur xp̄s
magis morte dignus: qui fuisset coram iudici=
bus pluribus condemnatus. Sciendum tamē
q Johannes hic tacet qualiter Caiphas eum
examinauit: et qualiter Caiphas vestimenta
sua scidit: et qualiter Xp̄s in domo eius illusus
fuit: qꝛ alij euangeliste hoc sufficienter expresse=
rant. Consequēter reuertitur euāgelista ad nar
H randum de negatione Petri: ꝛ ideo quasi eadē
verba: que dixerat in fine prime negationis: re=
assumit/ dicēs. ✳ Erat autem Simon Petrus
stans ꝛ calefaciens se.] Ille enim: qui narrat hi

storiam aliquam/ quādo occurrunt aliqua in-
cidentia narranda: interrūpit principale/ ad il-
lud incidens narrandum: quo facto/ reuertitur
ad ꝑpositū: ꝛ sic facit hic Johānes: vt dictū est.
✳ Dixerunt ergo ei.] Ministri ad ignem stan
tes. ✳ Nunq̄d et tu ex discipulis eiꝰ es?] Q.d.
Sic: qꝛ videbant eū timidum et pauidū. ✳ Ne
gauit ille: ꝛ dixit. Non sum.] De ista secunda
negatiōe Petri videtur Mattheus contradice
re Johanni. Primo quoad personam: qꝛ dicit
ipsum secundo negasse ad vocem alterius ancil
le. Matthei.26.g. Johānes aūt hic dicit: q fuit
ad vocem ministroꝝ ad ignem stantiū. Secun
do quoad locum: qꝛ Mattheus dicit q secūdo
negauit in exitu ianue: hic aūt dicitur/ q stans
ad ignem. Propter quod sciendum q principa
lis intentio euangelistaꝝ erat exprimere trinam
Petri negationē: ꝛ in hoc omnes conueniunt.
De personis aūt accusantibꝰ/ seu de negationis
loco non erat eorum principalis intētio. Et pro
babile est/ q multi ad verba Petri concurrebāt
circa eum: ꝛ consimilia verba dicebant: impro=
perando ei magistrū suum: ꝛ ideo vnus euāge=
listarum exprimit vnam personā accusantem: ꝛ
alius aliam: ꝛ vterq̄ dicit verū. Unde fm veri=
tatem historie videtur q prima negatio fit facta
ad vocem ancille ostiarie: Petro domū intrāte.
Secunda autem negatio facta est in domo: qa
post primam negationē Petrus timuit diu sta
re inter iudeos: ꝑpter quod voluit exire: ꝛ tunc
alia ancilla videns eū timidum/ accusauit eū.
ꝛ simul in hoc ꝯcurrerūt illi: qui ad ignem sta-
bant: ꝛ idem dicebant cum illa ancilla. propter
quod Mattheus dicit: q ad vocem ancille alte
rius negauit. Johannes aūt ministros conco=
mitantes exprimit. Item Mattheus dicit q ne
gauit ipso exeunte ianuā. i. volente exire: ꝛ ad h
se preparante ꝑpter timorē: vt predictū est: quia
tamen adhuc erat in domo: nec ab igne longe re
cesserat: ideo dicit Johānes: q ꝑpe ignem facta
est illa negatio. Tertia autem negatio facta est
multis eum accusantibus ꝛ concurrentibus p
pter predicta: tn̄ inter illos erat principalis vnꝰ
seruus pontificis: ꝑpter qd Johannes illum ex
primit/ tacendo de alijs: ideo subdit. ✳ Dicit
vnus ex seruis pontificis/ cognatus eius: cuius
abscidit Petrus auriculam.] Et ideo acrius ce
teris eum accusabat: ꝛ in accusationis sue alter
tionē adduxit factū precedens: cū dicit. ✳ Non
ne ego te vidi in horto cū illo?] Q.d. sic. ✳ Ite
rum ergo negauit Petrus.] Aliqui aūt volen
tes excusare Petrum/ dicunt q non negauit eū
ex timore mortis: sed ex amore: nolens ab eo se-
parari: sed semper eum sequi. Sciebat enim q si
diceret se esse discipulum eius/ statim ab eo sepa

raretur. Sed hoc est contra verba dñi supra ha=
bita capi.13. vbi exprobrauit Petro/dicēs. Ani
mā tuam ꝓ me pones/qđ fuit dictū negatiue: si
cut fuit .s̈. expositū ☞ Sic. Dicit ei Petrus.
Quare non possum te sequi modo? Idez Lyra
ibidem. Q.d. immo possum. Hoc ostendit ꝑ fa=
ctum. Animam meā ꝓ te ponā. Non dixit men
dacium: qꝛ ꝓ tunc sic cogitabat facere: anteq̃ꝫ di
mitteret xp̃m. ☞ Reliqua q̃re ibi si voluer(.)
Et ideo patet ꝙ Petrus negauit aīam suam ex
ponere ꝓ xp̃o. * Et statim gallꝰ cātauit.] Sci=
licet secunda vice: qꝛ post primam negationē se=
mel cantauit gallus: sed Petrus timore pertur=
batus nō ꝑcepit: ꝭm quod fuit expositum Mat
thei.26. Con sequenter ostenditur qualiter xp̃s
a iudeis corā Pilato accusatur. Et diuiditur in
tres: qꝛ primo describitur xp̃i presentatio. Secū
do presentati examinatio: ibi. Exiuit ergo. Ter
tio innocentie xp̃i declaratio: ibi. Et cum hoc di
I xisset. ⁊c. In prima parte dicit̃ sic. * Adducunt
ergo Iesum a Caipha in pretoriū.] .i. a domo
Caiphe pontificis ad domū Pilati presidis: ad
quem pertinebat iudiciuꝫ in causa sanguinis:
⁊ locus vbi iudicabat pretorium vocabat̃. Ali=
qui autem libri male habent/ad Caiphā: qꝛ in
domo Caiphe iam erat xp̃s. Nullus autem ad
ducitur ad locum in quo est. Preterea Iohan=
nes scripsit in greco hoc euangeliū: ⁊ ideo ꝓ ve
ritate textus habenda recurrēdum est ad grecū.
In greco autem ponitur a Caipha. * Erat aūt
mane.] Hoc addit euangelista ad ostendenduꝫ
quantū iudei sitiebant sanguinem Iesu xp̃i: q̃
summo mane querebant sententiam de eiꝰ mor
te dari. * Et ipsi non introierunt in pretorium:
vt non contaminarentur.] Ex ingressu domus
hominis gentilis: ⁊ tamen non timebant inqui
nari ex procuratiōe mortis innocētis: ex quo pa
tet eorum superstitio vana. * Sed vt mandu=
carent pascha.] Idest azymos panes: qui a iu=
deis comedebantur in paschate per septem di=
es. Non enim erat licitum illos comedere nisi ꝑ
sonis mundis. Et ideo per paschatis manduca
tionem non intelligit̃ hic comestio agni pascha
lis: vt male dicunt greci: quia illum comederāt
die precedenti. Cōsequenter ponitur christi exa
minatio. Et hoc dupliciť: qꝛ primo examinatur
coram iudeis. Secūdo ad partem sine ipsis: ibi.
Introiuit ergo iterum. In prima parte dicitur
sic. * Exiuit ergo Pilatus ad eos foras.] Iu=
dei enim non audebant domum eius ingredi:
ne suas obseruationes violarent: ideo volēs eis
deferre: exiuit ad eos. * Et dixit. Quam accu=
sationem affertis aduersus hominem hunc?]
Videbat enim eum ligatum in signum damna
tionis: ideo querebat de causa: quia non erat cō
suetudo romanis cōdemnare aliquem/nisi pri
us audirent accusationem suam: ⁊ haberet lo=
cum se defendendi: vt habetur Actuum.25. Et
ideo Pilatus qui erat iudex ab imperatore ro=
mano illuc missus: voluit modum romanoruꝫ
tenere. * Responderunt ⁊ dixerunt ei: si non es=
set hic malefactor non tibi tradidissemus eum]
Quasi dicerent nos eius factum diligenter exa
minauimus: ⁊ inuenimus eum dignum mor=
te: ac si dicerent: non oportet aliam examinatio
nē facere. * Dicit ergo eis Pilatus.] Quasi in
dignatus ex eorum responsiōe: quia sciebat eos
ipsum per inuidiam tradidisse: vt habet̃ Mat=
thei.27.b. * Accipite eum vos: ⁊ secundum le
gem vestram iudicate eum.] Quasi diceret. Si
sufficit vestra examinatio: sufficiat ⁊ vestra sen
tentia. Sciendum enim/ꝙ romani aliqua mi=
nora iudicanda dimiserant iudeis: sed non po
terant pro talibus inferre penam mort(: quia ro
mani retinuerant sibi causam sanguinis. Et iđ
per hanc respōsionem inhibebat inferre Christo
mortem. Ipsi autem non poterant vitam eius
sustinere: et ideo renuerunt hoc accipere: ideo se
quitur. * Dixerunt ergo ei iudei. Nobis nō li=
cet interficere quenq̃ꝫ.] Si enim possent dare
mortis sententiam: libenter iudiciū recepissent.
* Vt sermo Iesu impleretur: quem dixit: signi
ficans qua morte esset moriturus.] Christꝰ em̃
predicens mortē suaꝫ aplĭs: Matth.20.c. dixit:
ꝙ a principibꝰ sacerdotū traderetur gentibꝰ ad
illudendum ⁊ crucifigendum: et hoc fuit imple
tum per hoc/ꝙ renuerunt iudiciū: et dimiserūt
ipsum Pilato (qui erat gentilis) iudicandum:
⁊ sentētie executionē suis militibus. Consequē
ter ponitur examinatio christi in secreto. Et di=
uiditur in tres: quia primo ponitur pilati inter=
rogatio. Secundo Christi responsio: ibi. Respō
dit Iesus. Tertio pilati obiectio: ibi. Dixit ita=
q̃ꝫ. Circa primū sciendum ꝙ iudei cū tumultu
irrationabili petebant mortem christi. ꝓpter qđ K
xp̃s non respondebat: ꝭm illud Ecci.32.a. Vbi
non est auditus: non effundas sermoneꝫ. Mat
theus et Marcus dicunt: ꝙ cum accusaretur a
principibus sacerdotum: nihil respondit. ꝓpter
quod pilatus intrauit pretoriū: quod erat in do
mo sua: vt ibi christum magis pacifice exami=
naret: extra tumultum iudeorum: qui non au=
debant intrare pretorium: vt dictum est. Chri=
stus autem de tribus fuerat accusatus corā eo:
vt habetur Luce.23.a. Hunc inuenimus sub=
uertentem gentem nostram: ⁊ prohibentem dari
tributa Cesari: ⁊ dicentem se xp̃m regē esse. Pi=
latus autem de duobus primis non curauit in
quirere: quia de primo: scilicet de subuersiōe ob
seruationum legalium non curauit vtrum esset

verùm vel falsum:quia nõ erat iudeus:sed gentilis. Secundũ cognouit esse falsum per famam publicaȝ:quia audierat Christi responsionem/ qua iudeis de hac materia respõderat. Matth. 22.c. Reddite q̃ sunt Cesaris Cesari.ꝛc. Sed de tertio quod videbatur esse contra honorem imperatoris inquisiuit: scilicet de regno: quia imperatores romani nomẽ regiuȝ a iudeis abstulerant/ vt frangerent eorum superbiam:ꝛ tollerent rebellandi occasionem: et ideo dicitur. * Introiuit ergo iterum in pretoriuȝ Pilatus: et vocauit Jesuȝ et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ?] Quasi dicat est hoc veruȝ quod tibi imponit.s. ꝙ velis tibi vsurpare regnum? Consequẽter ponitur xp̃i respõsio/ i qua primo examinauit Pilati interrogationeȝ cum dicitur. * Respondit Jesus. A temetipõ hoc dicis: an aliȷ tibi dixerũt de me?] Q.d. concepisti hanc opinioneȝ de me per teipsum? * Respondit Pilatus. Nunquid ego iudeus sum?] Q.d. ex me non concepi/ qꝛ non sum iudeus: et sic nõ possum inuestigare ex libris iudaicis: quis debeat esse rex eoꝝ: sed hoc ad peritos legis pertinet: ideo subdit. * Gens tua et pontifices tui tradiderũt te mihi.] Accusantes te super hoc. * Quid fecisti?] Q.d. Videtur ꝙ tu sis in aliquo culpabilis. Ex quo illi: qui sunt de gente tua: et tante auctoritatis: sicut sunt põtifices: te accusant. * Respõdit Jesus.] Examinata interrogatiõe Pilati: Jesus primo respondit ad questionem primo factam de vsurpatione regni temporalis. * Regnũ meum nõ est de hoc mũdo.] Non enim negat se esse regẽ: sed magis concedit: qꝛ ẜm veritateȝ ipse erat rex regum. Verũtñ ad tollendum occasionem calũnie temperat suam responsionem: dicens: ꝙ non querit huius mũdi temporalem dominationẽ: quod probat consequẽter/ dicens. * Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vtiqꝫ decertarent/ vt non traderer iudeis.] Oẽ eniȝ regnum temporale habet firmitatem: non soluȝ ab ipso rege/ cum sit vnus solus homo: sed etiã a ministris contra aduersarios pro ipso pugnãtibus: quod non querebat Christꝰ. Et sic patet ꝙ satisfecit ad questionem/ ostendendo/ ꝙ nõ querebat inter iudeos temporalem dominationeȝ. Verũtñ qꝛ concesserat se esse regem: ideo concludit. * Nunc autem regnũ meum non est hinc] Jdest quantũ ad temporalia ista querẽda. Sed contra hoc videtur quod dicitur p̃s. 46.a. Rex omnis terre deus. Jpse autem est verus deus sicut verus homo. Ergo regnũ eius est de hoc mũdo. Dicendum quod ẜm veritatem diuinitatis omnia sunt subiecta Christo: tamen quantum ad humanitateȝ in primo aduentu suo non venit ad dominanduȝ temporaliter: sed magis ad

seruiendum et patiendũ: et sic patet ꝙ sufficienter excludit illud quod sibi imponebat de vsurpatiõe regni Judee: quia nõ fiebat questio de ipso nisi in quantũ homo: et pro statu presenti quo erat: qui ad primũ eius aduentum pertinebat. Consequenter ponit. Pilati obiectio: sicut eniȝ visum est/ Christꝰ in sua responsione cõcesserat se esse regem: sed dixerat regnum suum non esse hinc: ideo Pilatus ad plenum verba eius non intelligens/ accepit per hoc ipsum esse regem alicuius regni: de quo non intromitterent se romani: sed quod Christus per hoc intelligeret regnum celeste: et spirituale: non intellexit: et ideo voluit scire magis determinate: vnde subdit. * Dixit itaqꝫ ei Pilatus: ergo rex es tu?] Q.d. ergo concedis te esse regem regni non pertinentis ad dominiuȝ imperatoris: declara magis quod sit illud regnum. * Respõdit Jesus.] Primo conclusionem factam cõcedendo dicens. * Tu dicis qꝛ rex sum ego.] Et ita est ẜm veritatem. Sed consequenter declarat huius regni conditionem dicens. * Ego in hoc natus sum.] Temporaliter. * Et ad hoc veni in mundum.] Per carnis assumptionem. * Vt testimoniũ perhibeam veritati.] Docendo et radicando veritatem diuinis in cordibus fideliuȝ. * Omnis qui est ex veritate.] Primis: que deus est: nõ solum per creationem sed per imitationem et subiectionẽ. * Audit vocem meã.] Corde credendo ꝛ opere obediendo. Et per consequens in talibus spiritualiter ego regno: et tale regnum in nullo impediebat imperatoris romani dominium: de quo querebat pilatus. * Dicit ei Pilatꝰ. Quid est veritas?] Non querit diffinitionem veritatis: sed querit que est illa veritas: cuiꝰ virtute ꝛ participatiõe homines efficiũtur de regno Christi. Intellexit eñ per hoc in quodam generali aliquod dominiuȝ existens extra communem modum hominum: et hoc est verum: si intelligatur determinate/ et magis in particulari: quia veritas diuina filio appropriatur. Veritas per quã homines in presenti efficiũtur de regno Christi: est quedam impressio ꝛ participatio veritatis diuine. Huius autem questionis pilatus non expectauit responsioneȝ duplici de causa. Vna est quia erat de regno spirituali: vt visum est: ipse autem non habebat se intromittere nisi de temporalibus: et ideo hoc aduertens dimisit illius questionis prosecutioneȝ. Alia causa fuit: quia iam perceperat Christi innocentiam et iudeorũ maliciam: sciens quod tradidissent eum per inuidiam. Jgitur pretermissa questione predicta: voluit procedere ad eius liberationem: vt staȝ patebit. Consequenter ponitur innocentie xp̃i declaratio. Cum enim pilatus vellet eũ liberare

vt dictuz est: occurrit eius memorie modus con
ueniēs liberationi sue: videlicet de cōsuetudine
iudeorum/ qua dabatur eis a preside in solenni
tate paschali vnus vinctus in memoriam libe=
rationis filiorū Israel de terra egypti: et propter
hoc voluit Christum liberare per hunc moduz:
⁊ primo ad hoc faciendum allegat Christi inno
centiam/ cū dī. * Et cum hoc dixisset/ iterum
exiuit ad eos et dicit eis. Ego nullaz inuenio in
eo causam.] Scilicet dignā morte: secundo alle
gat consuetudinē de cuius obseruatione sciebat
eos esse cupidos/ dicens. * Est autem consue
tudo vobis/ vt vnū dimittam in pascha. Vul=
tis ergo dimittam vobis regem iudeoꝝ?] Q.d.
vos debetis hoc velle. Ad cuius intellectum sci
endum quod pilatus volens Christuz liberare
posuit eis sub distinctione de liberatiōe Christi
vel Barrabe: et de nullo alio: vt magis exprimi
tur. Matth. 27. d. Sciebat enim ꝙ consuetudi
nem suam nullo modo dimitterēt. ex altera par
te Barrabas erat ita pessimus: et populo odio=
sus/ ꝙ firmiter credebat ꝙ eius liberationē nul
lo modo vellent: ⁊ sic per consequens liberatio=
ni Christi consentirent: sed sacerdotes decepe=
runt populum/ inducentes eum ad petendum
liberationem Barrabe ⁊ non Christi. Et hoc est
quod subditur. * Clamauerunt rursum om=
nes dicentes. Non hunc: sed Barrabam.] Di=
mitte nobis. * Erat autem Barrabas latro.]
Scilicet publicus et famosus. Hoc addit euan
gelista ad ostendendum eorum malitiam: qui
ad procurandum mortem Christi petierunt la=
tronis publici liberationem: contra bonū publi
cum/ ⁊ contra iusticiam. ¶ Sequitur capit. 19.
A * Tunc ergo. ⁊c.] Hic ꝯsequenter euangelista
describit quid passus sit christꝰ a gentibꝰ. Pas=
sus autem est tria ab eis: scilicet flagellationem:
illusionem/ ⁊ crucifixionē: ſm quod predixerat
saluator Matthei. 20. c. Tradent eum gentibꝰ
ad illudendum/ ⁊ flagellandum/ ⁊ crucifigen=
dum. Et ideo euangelista primo agit de illusio=
ne et flagellatione. Secūdo de crucifixione: ibi:
Tunc ergo tra. ⁊c. Prima in duas: quia primo
describitur Christi flagellatio/ ⁊ illusio. Secun
do circa hoc ostenditur pilati intentio: ibi. Exi=
uit iterum. Circa primum sciendum/ ꝙ pilatꝰ
vidit ex clamore eoꝝ ꝙ nullo modo poterat di=
mittere Jesum omnino liberum cum pace ipso
rum: ex altera parte durum erat sibi innocētem
interficere: ⁊ ideo ad satisfaciēdum eis/ fecit chri
stum flagellari ⁊ illudi. ⁊ hoc est quod dicitur.
* Tunc ergo apprehēdit pilatus Jesum/ ⁊ fla=
gellauit.] Non per seipsum immediate: sed per
milites suos ⁊ ministros. * Et milites plecten=
tes coronā de spinis.] Idest de iuncis marinis:
ad modum spinarum duris et acutis. * Impo
suerunt capiti eius.] Tanꝗ volenti regnare/ et
non potenti: quod fecerunt/ vt eorum illusio re=
sponderet iudeoꝝ accusationi. * Et veste pur=
purea circūdederunt eum.] Tali enim veste vte
bantur reges. * Et veniebant ad eū: ⁊ dicebāt.
Aue rex iudeoꝝ.] Hoc totum factum est in illu
sionē. Unde sequitur. * Et dabant ei alapas.]
Ut illuderent factis: sicut illuserūt signis ⁊ ver=
bis. Consequenter ostenditur circa predicta pi= Q
lati intentio: que erat bona: quātum ad hoc: qꝛ
predicta iusserat fieri: vt iudei tali afflictiōe chri
sti essent satiati: ⁊ sic consentirent in eius libera=
tionem/ sine morte: tamen per hoc non excusa=
tur a toto: quia cum esset iudex super eos/ nō de
bebat ei: quem sciebat innocentem/ etiam mini
mam penam inferre. Igitur euangelista circa se
quentia sic procedit: quia primo declarat cona
tum pilati ad Christi liberationē. Secundo iu
deorum resistentiam ad eius condemnationez:
ibi. Cum ergo vidisset. In prima igitur parte di
citur sic. * Exiuit ergo iterum pilatus foras.]
Ubi iudei stabant: quia domum eius ingredi
non audebant: vt supra dictum est. * Et dicit
eis.] Primo allegans Christi innocentiam. *
Ecce adduco vobis eum foras.] Postꝗ diligē=
ter examinaui eum/ ⁊ flagellaui: ad vobis satis
faciendum. * Ut cognoscatis: quia nullam in
eo inuenio causam.] Secundo ostendit ipsius
punitionem iam factam vltra condignum: cuz
dicitur. * Exiuit ergo Jesus.] Ex precepto pi=
lati. * Portans spineam coronam/ ⁊ purpure=
um vestimentum.] Volebat enim pilatus vt
sensibiliter viderent qualiter fuisset illusus ⁊ fla
gellatus: vt sic mouerentur ad compassionem.
* Et dicit eis. Ecce homo.] Q.d. Etsi in aliꝗ
male egisset: tamē vltra condignū punitus est: ⁊
ideo deberet vobis sufficere. Consequenter poni
tur iudeorum resistentia: ⁊ hoc dupliciter. Pri=
mo per irrationabilem clamorem. Secūdo per
rationem: ibi. Responderunt iudei. In prima
parte dicitur sic. * Cum ergo vidissent eū pon=
tifices et ministri.] Sic flagellatum ⁊ illusum:
⁊ cognoscerent ꝙ pilatus sic volebat dimittere
ipsum. * Clamabāt.] Tumultuose: ⁊ alios ad
clamandum excitabant. * Dicentes. Crucifi=
ge: crucifige eum.] Q.d. hec pena nullo modo
nobis sufficit: sed petimus ꝙ moriatur * Dicit
eis pilatus. Accipite eū vos: ⁊ crucifigite] Veri
sorie et indignāter hoc dixit: quia non habebāt
potestatem iudicādi aliquem ad mortem: vt su
pra dictum est. Et est similis modus loquendi:
ac si diceret. Si haberetis potestatem dare mor=
tis sententiā: cito et sine causa faceretis: sed ego
hoc agere nolo: ideo sequitur. * Ego enim non

inuenio in eo causam.] Dandi talem sententiã. P * Responderũt iudei.] Uidentes iudei ꝙ pilatus non acquiesceret eorum clamori: inceperunt allegare rationes alias/ q̃ supra allegauerant. Non enim illas audebant reiterare: quia pilatus iam illas euacuauerat: ⁊ ideo hic aliud allegant. Et primo allegant ipsum fecisse contra legem dei. Secundo contra legem imperatoris romani: ibi. Exinde querebat. In prima igitur parte allegãt sic iudei. * Nos legem habemꝰ.] Scilicet a deo datam in monte Sinai. * Et ẽm legem debet mori.] Quia Leui. 24. precipitur ꝙ blasphemi occidantur: ⁊ tale crimen imponebant ei. Unde sequitur. * Quia filium dei se fecit.] Ueruntamen Christus hoc dicendo non blasphemauit: sed veritatẽ dixit: ⁊ per scripturã probatum: vt dicitur Johan. 10. * Cũ ergo audisset pilatus hunc sermonem: magis timuit.] Non propter legem iudeorum/ quam non obseruabat: sed ne verum esset vt Jesus sibi oblatꝰ esset vere dei filius: et sic factum enorme fecisset ipsum flagellando. Et ideo de hoc voluit certiꝰ inquirere. Unde sequitur. * Et ingressus est pretorium iterum.] Ut veritatem magis posset cognoscere extra tumultum iudeorum. * Et dicit ad Jesum. Unde es tu?] Per hoc querens si esset ex origine diuina secundũ veritatem. * Jesus autem responsum non dedit ei.] Primo quia homo erat gentilis ⁊ idolatra: et generationem filij in diuinis capere non posset: secundo quia nolebat passionem suam impedire: tertio quia ꝓphetatũ erat de eo Esaie. 53.c. Et sicut agnus coram tondente se obmutesceet. ⁊c. Et ideo volebat illud propheticum implere. * Dicit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris?] Mirabatur de eius taciturnitate: cum in puncto esset liberationis vel condemnatiõis sue. Sequitur. * Nescis quia habeo potestatez crucifigere te: ⁊ potestatez habeo dimittere te?] Quasi diceret mihi saltem deberes respondere. * Respondit Jesus.] Non ad impediendum suam passionem: sed ad reprimendum pilati iactantiam. * Non haberes potestatem aduersus me vllã/ nisi tibi datum fuisset desuper.] Idest a principibus romanorum: ⁊ vlterius permissuz a deo/ qui est potestas superior. Et ex hoc arguit eius peccatum: quia non acceperat potestatem a Cesare: ⁊ a deo condemnãdi innoxios: sed magis liberandi eos. Et cũ hoc ostendit peccatum Jude: ⁊ iudeorum esse maius/ q̃ peccatũ ipsius pilati: quia ad occisionẽ xp̃i Judas fuit motus cupiditate. Judei autem inuidia ⁊ rancore. Sed pilatus fuit motꝰ humano timore: vt magis patebit. et hoc est quod dicitur. * Propterea qui me tradidit tibi: maiꝰ peccatũ habet.] In quo includit peccatũ pilati: quia maius nõ dicitur nisi per cõparationẽ ad minus. Cõsequenter al[...] legant iudei xp̃m fecisse contra legem imperatorio: quia videbant ꝙ pilatus paruz erat motus eorum predicta allegatione: sed volebat Jesum omnino dimittere. et hoc est quod dicitur. * Et exinde querebat pilatus dimittere eũ.] Uide[...] rat enĩ pilatus tanquã homo astutus ꝙ xp̃s ra[...] tionabiliter conuicerat eũ de peccato/ si eum innocentem condemnaret. Et ideo querebat occasionem dimittendi euz. Sequitur. * Judei au[...] tem clamabant/ dicentes. Si hunc dimittis: nõ es amicus Cesaris.] Idest non zelas pro honore ⁊ statuto domini tui custodiendo: quod argu[...] unt consequenter/ dicentes. * Omnis eni qui se regem facit: cõtradicit Cesari.] Imperatores eni romani abstulerant a iudeis regiã dignitatẽ: ne haberent rebellandi occasionem. Et ideo quicũq3 inter iudeos dicebat se regem qualitercũq3/ videbatur contra ordinationẽ imperatoris facere. Christus autẽ concesserat se regem esse: vt patet ex predictis: ⁊ ideo q̃uis secundũ veritatẽ hoc regnũ non esset contra dominiũ imperatoris: vt supra dictũ est: tamen hoc arguebant apparenter. Pilatus autẽ non audebat etiã secundũ minimã apparentiã facere contra imperatoris honorem: ideo sequitur. * Pilatus autẽ cũ audisset hos sermones: adduxit foras Jesum.] Ut corã iudeis euidẽtius de facto inqui[...] reret: et corũ dictũ falsum ostenderet. * Et sedit pro tribunali.] Idest in loco sedis iudiciarie. * In loco qui dicitur lithostratos: hebraice au[...] tem gabatha.] Idest lapidũ stratura. Et dicit[...] a lithos quod est lapis: ⁊ stratos quod est paui[...] mentũ siue stratura. et est nomen grecũ. Hebrai[...] ce autẽ gabatha: quia hoc nomen hebraicũ idẽ significat sicut grecum. Ille eni locus erat ante domũ pilati: ante eni domos magnatũ solet esse locus de lapidibus preparatus. * Erat autem parasceue pasche.] Quia erat feria sexta ⁊ prima dies solẽnitatis paschalis. Dicebatur autẽ feria sexta parasceue: idest preparatio: quia illo die preparabant iudei cibaria pro die sabbati: in quo non erat licitũ aliquid decoqui: vt habetur Exo. 16. f. * Hora quasi sexta.] Contrariũ videtur Marci. 15. c. vbi dicitur. Erat autẽ hora tertia: ⁊ crucifixerunt eũ. Prius autẽ fuit iudicatus q̃ crucifixus. ergo. ⁊c. Dicenduz ꝙ ẽm veritatẽ erat tẽpus mediũ inter tertiam ⁊ sextã. Mediũ autẽ ab vtroq3 extremo potest denominari. Et ideo Marcus expressit illud tẽpus medium per horã tertiã. Johãnes vero per sextam. * Et dicit iudeis.] Allegans ꝓ xp̃i liberatiõe. * Ecce rex vester.] Q.d. mirũ est ꝙ hunc hoĩez abiectũ ⁊ flagellatum dicitis sibi velle vsurpare

regnū iudeoꝝ. * Illi aūt clamabāt.] Sicut fu
ribundi. * Tolle: tolle. Crucifige eum.] Q. d.
nō possumꝰ videre eū. * Dicit eis pilatꝰ.] Al=
legans in crucifixione xp̄i coꝝ verecūdiā/ dicēs
* Regē vestrum crucifigā?] Q. d. ex quo eū re
gnare formidatis: ꝛ iā de hoc fuit fama magna:
erit vobis verecūdia/ si morte moriatur sic abie
cta. Unī et postea pilatꝰ scripsit titulum cruci ad
eoꝝ verecūdiā. Jesus Nazarenus rex Judeoꝝ.
* Responderūt pontifices. Nō habemꝰ regem
nisi Cesarē.] Ex quo patet ꝙ extunc ꝑpetue sub
iectioni romanoꝝ se obligauerūt: renunciantes
omni alteri regie dignitati. Patet etiā coꝝ obsti
natio ad ꝓcurādum xp̄i mortē: cū pro eius pro
R curatione ꝯfessi sunt in ꝑpetuū seipos subiectos
seruituti. Consequēter incipit agere euāgelista
de crucifixione xp̄i: ꝛ diuiditur in tres: qꝛ primo
agit de crucifixiōe. Secūdo ď morte: ibi. Postea
sciens Jesus. Tertio de sepultura: ibi. Post hec
aūt rogauit. Prima in duas: qꝛ primo describit
ipsam crucifixionē. Secūdo agit de ꝯsequētibꝰ
ad ipsam: ibi. Scripsit aūt titulū. Circa primū
sciendum/ ꝙ pilatus videns ꝙ ꝓpter mortē xp̄i
obligabant se iudei ꝑpetue seruituti romanoꝝ:
timuit si hoc refutaret/ ne accusaret apud Cesa
rem: ꝛ ideo motꝰ timore imꝑatoris/ ꝛ fauore iu
daici populi: cui preerat: ꝛ a qbꝰ pecunias leua
re sperabat: cōtra iusticiā dedit sententiā de mor
te innocētis. Et hoc est qď dicit. * Tunc ḡ tra=
didit eis illum.] Per sentētiā diffinitiuā. * Ut
crucifigeretur.] Tm̄ prius lauit manꝰ suas: im
ponens pctm̄ de morte xp̄i iudeis ipsis hoc reci
pientibꝰ: vt habet Matthei. 27. Quis nō esset ꝑ
hoc excusatꝰ fm̄ veritatē. Seqtur. * Suscepe=
runt aūt Jesum: ꝛ eduxerunt eum.] Primo eīm
portauit eā: vt hic dicit. m̄ postea inuenietes Si
monem cyreneū/ fecerūt sibi portare crucē: vt ci=
tius venirent ad locū passiōis: qꝛ Jesus ꝑ totaꝫ
noctē precedentē afflictꝰ fuerat: ꝛ ideo lento gra
du incedebat. * Et baiulās sibi crucē: exiuit in
eū (qui dicit Caluarie) locū: hebraice aūt Gol=
gotha.] Iste locꝰ erat ꝓpe ciuitatē Hierlm. Et
dicunt aliq: ꝙ dicit locus Caluarie/ a caluaria
Ade ibi sepulti. Sed hoc est falsum: qꝛ sepultus
fuit in Hebrō: vt dicit Josue. 14. Et sic nomina
tur locꝰ Caluarie: qꝛ i illo loco malefactores de=
capitabātur. Et sic patet mortis xp̄i turpitudo ex
conditiōe loci: ꝛ ex mō mortis: cū dicit. * Ubi
crucifixerunt eum.] Crucifixio eīm erat turpissi
mum genꝰ mortis. * Et cū eo alios duos hinc
ꝛ hinc: mediū aūt Jesum.] Ex quo apparet tur
pitudo mortis xp̄i ratiōe societatis: qꝛ inter du=
os malefactores fuit crucifixꝰ: hoc aūt factuꝫ est
ex iudeoꝝ intentione: ꝛ diuina ordinatiōe: tm̄ di
uersimode: qꝛ iudei per hoc intendebant induce
re suspitionē populo: ꝙ Jesus eēt ꝑnceps ꝛ prin
cipalis in coꝝ malefactis. Ex intētione aūt diui
na factū est hoc: vt impleret scriptura Esa. 53. c.
S Et cum iniqs deputatꝰ est. Conseqnter ponunt
quedam ꝯsequētia ad xp̄i crucifixioneꝫ. Et sunt
tria: qꝛ primū ꝑtinet ad pilatū. Secūduꝫ ad mi
lites crucifigētes Jesum. Tertiū ad parētes xp̄i
existentes ꝓpe eum. Secūdum ponit ibi. Mili
tes aūt. Tertiū ibi. Stabant aūt. Circa primuꝫ
sciendum/ ꝙ modus romanoꝝ erat scribere cau
sam mortis crucifixoꝝ sup lignū crucis. Judei
aūt ꝯtra voluntatē pilati petierūt xp̄m crucifigi
(vt patet ex predictis) ꝛ ideo ꝑ talem modū scri=
psit titulum: vt redūdaret in verecundiā coꝝ: ꝛ
hoc est qď dicit. * Scripsit aūt titulum pilatꝰ.]
In quadam charta tabule affixa. * Et posuit
sup crucē.] Illam tabulam. * Erat aūt scriptū
Jesus.] In quo exprimit nomen ꝓpriū. * Na
zarenꝰ.] Quoad patriā: qꝛ ibi fuit nutritꝰ: vt di
ctum est. * Rex iudeoꝝ.] In quo exprimitur
causa mortis. * Hunc ergo titulum multi lege
runt iudeoꝝ. * Et causa subdit. * Qꝛ ꝓpe ci=
uitatem erat locꝰ: vbi crucifixus est Jesus.] Et
ideo multi de ciuitate poterant de facili illuc cō
uenire. * Et erat scriptū hebraice: grece: ꝛ lati=
ne.] Ut omnes: qui de diuersis partibus orbis
ad festū paschale venerāt/ possent illum legere.
Venerāt. n. ibi aliq gentiles: vt dicit Joh. 12. et
ideo titulꝰ fuit scriptꝰ in tribꝰ linguis principa=
libus. * Dicebant ḡ pilato pontifices iudeoꝝ.
Noli scribere: rex iudeoꝝ.] Qꝛ videbāt ꝙ talis
modus scribēdi redundabat in verecūdiā coꝝ:
ꝛ maxime ꝓpter gentiles: q hoc verbū erāt repor
taturi ad diuersas ptes orbis: ꝛ ideo voluerūt ti
tulū sic corrigere. * Sed qꝛ ipse dixit. Rex sum
iudeoꝝ.] Hoc. n. mō nō sonaret in coꝝ verecun
diā. * Respondit pilatus. Qď scripsi/ scripsi.]
Qď scripserat ꝯfirmādo: nec fortuitu factum est
hoc: sed diuina ꝑordinatiōe: qꝛ hoc erat ante ꝓ=
phetatū. Propter quod ps. 58. q loqtur de passi **Nota**
one xp̄i: ꝛ duo psalmi precedentes sic intitulant.
Ne corrūpas tituli inscriptionē. Et iō titulꝰ cru
cis xp̄i tripliciter descriptꝰ/ non fuit mutatꝰ: sed
magis ꝯfirmatus. Consequenter ponit secūduꝫ T
consequēs ad xp̄i crucifixionē: ꝛ pertinet ad mi
lites: qui crucifixo xp̄o: diuiserunt sibi vestes su
as: ꝛ hoc est qď dicitur. * Milites ergo cū cruci
fixissent eum: acceperunt vestimenta eius.] Ex
quo apparent duo. Primū est passionis Christi
ignominia: in hoc/ ꝙ nudum eum crucifixerūt:
quod nō fit/ nisi vilibus ꝛ abiectis personis. Se
cundum/ est crucifigentiū auaritia: quia Chri
sti vestes q̄uis parum valentes: tamē sibi rapue
runt. * Et fecerūt quattuor partes: vnicuique
militi partem.] Quia erant quattuor milites

ipsum crucifigentes.✳Et tunicā.] Scilicet ci=
tra partes predictas: quam nō diuiserunt: eo ꝙ
erat incepta diuisiōi:quod patet ex eo quod sub=
ditur.✳Erat autem tunica incōsutilis.] Idest
sine sutura.✳Desuper cōtexta ꝑ totū.] Ex hoc
dicunt aliq̄ ꝙ xp̄s preciosis vestibꝰ vtebat̄. Sed
Chryso.dicit ꝯtrariū/dicens ꝙ in palestina pau
peres induebant̄ talibꝰ indumentis reticulato
opere factis ad modū ciliciorꝫ: et hoc videt̄ veri
us:qꝛ xp̄s cōmendauit vilitatē vestimentorum
in Johāne baptista. Mar.11.a. Quid existis ī
desertū videre hoiēꝫ mollibus vestitū? q.d.non.
Et preciositatē ibidē reprobauit/dicens. Ecce q̄
mollibus vestiunt̄ in domibus regū sunt.ꝛc. Je
sus autē cepit facere ꝛ docere: vt habet̄ Act.1.a.
Et ideo nō est verisimile ꝙ vsus fuerit preciosis
vestibus.✳Dixerunt ḡ adinuicē. Non scinda
mus eā.] Qꝛ partes nihil valuissent.✳Sꝫ sor
tiamur de illa cuius sit.] Vñ patet ꝙ suꝑ solam
tunicā miserūt sortē. Sed contrariū videt̄ Mar
ci.15.b.vbi dicit̄. Diuiserūt sibi vestimēta eius:
ꝛ mittētes sortē suꝑ eis:q̄d q̇s tolleret. Dicēdū ꝙ
dictū Marci debet diuisiue intelligi sic. Diuise
runt sibi vestimenta eius.s.alia a tunica:et post
ea sequitur. Mittentes sortē super eis: qd̄ per sy
necdochen debet intelligi.super eis.i.super ali=
quod eorꝫ.s.super tunicaꝫ: quid quis tolleret.i.
quis tolleret illā tunicā. Sequit̄.✳Vt scriptu=
ra impleretur/dicens.] Scꝫ p̄s.21.d.✳Partiti
sunt vestimenta mea sibi.] Scꝫ alia a tunica in
consutili.✳Et in vestem meā miserunt sortē.]
Idest super aliam tunicā inconsutilem. Ex quo
etiā patet ꝙ xp̄s ꝓprie habebat plura vestimen
ta.✳Et milites quidē hec fecerunt.] Scꝫ sicut
erat scriptū p̄s.predicto. Hoc addit euangelista
vt ostendat ꝓphetiā impletā per factū eorꝫ:patet
etiā per predicta falsitas iudeorꝫ exponentiū p̄s.
predictū de persecutione: quā habuerunt iudei
per Amā/dicentes:ꝙ Mardocheus fecit predi=
ctum p̄s.qꝛ titulꝰ psalmi ostendit ꝯtrariū:qꝛ ille
p̄s. intitulat̄ a Dauid: ꝛ nō a Mardocheo. Itē
in pricipio psalmi dicit̄. Longe a salute mea ver
ba rugitꝰ mei.ſm veritatem hebraicā ꝛ transla=
tionem Hiero.quod verificatum est de passione
xp̄i:qui nō fuit liberatꝰ a passione/q̄uis de hoc
clamaret ad patrem. Sicut dicit̄ Johā.12. Pa
ter saluifica me ex hac hora. Tēpore autē Mar
dochei iudei fuerunt liberati celeriter post ora=
tionē eorū:qꝛ priꝰ fuerunt liberati q̄ꝫ veniret tē=
pus statutum interfectionis eorꝫ. Item ibidem
subditur. Foderūt manus meas ꝛ pedes meos:
quod non est impletū in Mardocheo:nec in ali
quo iudeo illius temporis: sed magis econuer=
V so ipsi iudei Amā ꝛ filios eiꝰ crucifixerūt. Cōse=
quenter ponit̄ tertiū cōsequēs ad xp̄i crucifixio

nē:ꝛ ꝑtinet ad eiꝰ parētes: qꝛ xp̄s in cruce posi-
antequā moreret̄ voluit matri sue ꝺ custodia ꝛ mi
nistro ꝓuidere. Dans exemplū alijs/vt ipsi sint
soliciti impendere debitū obsequiū parentibus
suis:et hoc est qd̄ dicit̄.✳Stabat aūt iuxta cru
cē Jesu mater eiꝰ:ꝛ soror matris eiꝰ Maria Cleo
phe:ꝛ Maria magdalene.] Contrariū aūt vi=
det̄ Lu.23.f.vbi dr̄. Stabāt aūt oēs noti eius a
longe. Dicendū/ꝙ primo fuerunt ꝓpe:vt hic dī
cit̄. Et tunc xp̄s hec verba dixit:sed ꝓcedēte pas=
sione ꝓpter turbam cōprimentē se retraxerunt:
ſm qd̄ dicit Lucas. Vl' forte iste ꝑsone hic nomi
nate tanq̄ꝫ magis feruentes in amore xp̄i ꝓpin
quius stabant:sicut dicit Johā. Alie autē mul=
te ꝑsone erant xp̄o note: q̄ pre timore a longe sta
bant:ꝛ de illis loquit̄ Lucas. Dicit tñ ꝙ oēs no
ti eiꝰ stabāt a longe:qꝛ multo plures erant stātes
a lōge q̄ꝫ a ꝓpe.✳Cū vidisset ḡ Jesus matrē
discipulū stantē:quē diligebat.] Scꝫ Johānem
qui scripsit hoc euangeliū: ꝛ ꝓpter hoc de se loq̄
tur tanq̄ꝫ de quodam altero.✳Dicit matri sue.
Mulier ecce filius tuꝰ.] Q.d. vsq̄ꝫ nunc fui tibi
ad obsequiū:de cetero iste erit loco mei. Et nota
ꝙ loquēs matri sue de cruce:nō dixit ei mat̄: sed
mulier vocās eā cōmuni noīe: ne ex teneritudine
nois materni/si exprimeret̄:aggrauaret̄ anim̄
virginis videntis passionē filij.✳Deinde dicit
discipulo. Ecce mater tua.] Q.d. deputo te ad
eius obsequiū.✳Et ex illa hora accepit eā disci
pulus in suā.] Scꝫ curā ꝛ diligentiā. Cōsequen
ter agit euangelista de xp̄i morte. Et diuidit̄ in
duas:qꝛ primo ponit̄ xp̄i cōsumatio ꝑ mortem.
Scd̄o eiꝰ lanceatio post ipsam:ibi. Judei ḡ.ꝛc.
Circa primū sciendū ꝙ cōsumatio nostre salutis
cōsumanda erat per venerabilem mortē xp̄i: vt
declarat Apl's ad Heb.2.et hoc ē qd̄ dr̄.✳Post
ea.] Supple que dicta sunt.✳Sciens Jesus
qꝛ oīa ꝯsumata sunt.] Scꝫ q̄ scripta erāt de xp̄o
passuro:qꝛ pauca restabāt ante mortē eiꝰ implē
da.s.eius potatio q̄ in promptu erat. vñ sequit̄.
✳Vt cōsumaret̄ scriptura.] Ps̄.68.e. In siti
mea potauerūt me aceto. Ideo ad illud residuū
implēdū.✳Dicit. Sitio.] Tantū laborauerat
ꝛ de sanguine emiserat:ꝙ corpꝰ eiꝰ erat desicca=
tū ꝛ adustū:ꝛ ꝓpter hoc sitiebat supra modū. Et
talis sitis est maximū tormentū.✳Vas aūt po
situ̅ erat aceto plenū.] Illud enī portauerāt mili
tes/vt darent crucifixis ad bibendum: vt ꝑ hoc
citius morerentur:ꝛ sic de custodia eorꝫ in cru=
ce expedirent̄. Talis enī potatio aceti mortē ac=
celerat crucifixi:vt dicunt aliq̄. Aliā aūt causas
huiꝰ aceti tetigi Mat.27. ☞ Quā inuenies
annotamēto.7.FF.q̄nte ptis.sermo. Domini
ce Ramorum.supra folio.170.col.4.)que vi=
detur ꝓbabilior ista: et hec est ibidem satis dif=

fuse posita: propter quod hic omitto. ✳ Illi er=
go spongiā plenam aceto hyssopo.] Idest ligno
hyssopi. ✳ Circūponentes/ obtulerunt ori ei⁹]
Erat enim eleuatus a terra: ita ꝙ sola manu nō
poterant attingere ad os eius. ✳ Cū ergo acce=
pisset Jesus acetū.] Contrariū videtur Math.
27. vbi dicitur. Noluit bibere. Dicendum ꝙ il
lud: qđ est modicū: quasi nihil reputaṫ: vt diciṫ
2. phyſ. Et ideo q² paruī de illo aceto accepit:
vt dicit hic Johānes: Mattheus dicit. Noluit
bibere. Per talem etiā modum loquēdi dicim⁹
cōmuniter de parum bibente/ ꝙ nō vult bibere.
✳ Dixit. Cōsumatū est.] Scȝ quicqđ erat scri
ptum de me. ¶ Vel aliter. Consumatū est: opus
redēptionis humane. ✳ Et inclinato capite tra
didit spiritū] Ostendens ex modo moriendi: ꝙ
moriebaṫ ex obediētia patris: ⁊ nō īuoluntarie:
sicut dixerat Joh. 10. Nemo tollit a me aīmā:
y ſȝ ego pono eā. Cōsequēter describiṫ vulneratio
xp̄i mortui. Et diuidiṫ ī tres: q² p̄mo poniṫ vul
nerationis occasio. Secūdo ipsa vulneratio: ibi.
Venerūt ergo milites. Tertio dicti certificatio:
ibi. Et qui vidit. Circa primū sciendum/ ꝙ oc=
casio vulnerationis xp̄i mortui fuit: q² iudei vo
lebant cadauera de cruce deponere ꝑpter solen=
nitatem crastinā imminētem: que incipiebat a
vespera illius diei: in quo xp̄s fuit crucifix⁹. Li
cet enim fuerit crucifixus prima die pasche: que
erat solennis apud iudeos: tn̄ secunda dies pro
tunc fuit solennior ratiōe sabbati apud iudeos.
Dies eñ sabbati occurrēs infra octauā pasche:
erat dies solēnior: q² tunc festum duplicabaṫ. et
hoc est qđ dicitur. ✳ Judei ergo/ quoniā para=
sceue erat.] Idest dies veneris: in cuius vespe=
ra incipit solennitas sabbati sequētis. ✳ Vt nō
remanerent in cruce corꝑora sabbato.] Erat eñ
hoc indecens in tanta solennitate. Unde sequi
tur. ✳ Erat enim magn⁹ dies ille sabbati.] Q²
(sicut dictū est) solennitas eius duplicabaṫ pro=
pter octauā pasche concurrentē. ✳ Rogauerūt
Pilatuȝ vt frangerenṫ coꝝ crura: ⁊ tollerenṫ.]
Ne aliquo modo euadere possent: ⁊ tollerentur
de patibulis. ✳ Venerunt ergo milites: ⁊ p̄ᷓmi
q̇dem fregerunt crura/ ⁊ alterius: qui crucifix⁹
est cum eo.] Sed videṫ ꝙ venissent ad Jesum
anteꝗ̃ fregerunt crura secundi: q² Jesus erat in
medio amboꝝ. Dicendum/ ꝙ duo milites fran
gebāt: ⁊ vnus fregit crura vnius latrōis ex vna
parte: ⁊ alter crura alterius ex altera parte: et sic
ambo venerūt hincinde ad Jesum: q̇ erat in me
dio: ⁊ hoc est quod dicitur. ✳ Ad Jesum aūt cū
venissent: vt viderunt eum iam mortuū: non fre
gerunt eius crura.] Quia hoc nō fiebat nisi ad
hoc: ꝙ euadere nō possent depositi de patibulis.
✳ Sed vnus militū lancea latus ei⁹ aperuit.]
Vt certificareṫ de morte eius. ✳ Et cōtinuo exi=
uit sanguis et aqua.] Sanguis ad nostram re=
demptionem: aqua ad peccatorū ablutionem.
Sciendum tamen ꝙ ista aqua miraculose exi=
uit: quia non fuit humor phlegmatic⁹: vt dicūt
aliqui. Sed aqua pura/ ad ostendēdum ꝙ cor=
pus xp̄i erat ex veris elemētis compositū: cōtra
errorem eorum: qui dixerunt eum habere corp⁹
celeste: sicut dixit Valentinus ⁊ sequaces sui: et
eorum: qui dixerunt eum habere corpus phan=
tasticum: sicut manichei. Consequēter ponitur Z
certificatio: quia ipse Johānes: qui scripsit hoc
euangelium: presentialiter existens vidit hoc fa
ctum: ⁊ ideo eius testimonium est efficax ad cre
dendum. ✳ Et qui vidit.] Idest egoipse. Loq̇=
tur enim de se per modum alterius: sicut supra
dictum est. ✳ Testimonium perhibuit: ⁊ veruȝ
est eius testimoniū: ⁊ ille scit quia vera dicit: vt
et vos credatis.] Patet littera per predicta. Se=
quitur. ✳ Facta sunt eñ hec: vt scriptura imple
retur] Exo. 12. g. ✳ Os non cōminuetis ex eo]
Agnus eñ paschalis fuit figura expressiua paſ
sionis Christi. Ideo ordinatione diuina consti
tutum est: vt ossa agni paschalis nō frangerenṫ:
vt sic figura et veritas corresponderent: quia ve
ri agni ossa nō sunt fracta in cruce: vt predictuȝ
est. ✳ Et iterū alia scriptura dicit.] De eius trāſ
fixione Zach. 12. c. ✳ Videbunt in quem trāſ=
fixerunt.] Littera Hieronymi habet. Aspicient
ad me: quem confixerunt. Propheta enim loq̇=
tur in persona christi/ loquens in prima perso=
na: sed euangelista refert illud ad christum: lo=
quens in tertia persona: ⁊ eadem est sententia.
Illa autem transfixio proprie fuit in lancee vul
neratione. Sed hec videbitur a iudeis in iudi=
cio futuro: quia cicatrices vulnerum reseruate
sunt a corpore christi resurgēte: nō solum ad cer=
tificationem sue resurrectionis/ ostendēdo illas
cicatrices apostolis: sed etiam ad conuincendū
iudeos in futuro iudicio de peccato sue mortis.
¶ Sequiṫ euangeliū. ✳ Post hec aūt. ⁊c.] Hic AA
agitur consequenter de christi sepultura: que fu
it gloriosa: s̄m qđ erat predictum Esaie. 11. c. Et
erit sepulchrum eius gloriosum: ꝗ̃uis precedēs
mors fuit ignominiosa. ⁊ hoc est quod diciṫ. ✳
Post hec autem rogauit Pilatum Joseph.]
Erat enim ei familiaris: cum esset nobilis decu
rio: vt dicitur Marci decimoquinto: ⁊ ideo secu
rius eum rogauit. ✳ Ab Arimathia.] Oriun
dus. Eadem est ciuitas: que primo Regū diciṫ
Ramatha: de q̄ fuit Samuel ✳ Eo ꝙ discipul⁹
esset Jesu.] Idest fideliter credens ei⁹ doctrine.
✳ Occultus aūt ꝑpter metū iudeoꝝ] Ante. n.
passionē ex imperfectione timebat de synagoga
expelli: quod erat ignominiosum: si cōfiteretur

christum:tñ post passionẽ feruẽtior fact⁹: exẽplo xp̃i animatus/manifestauit se: volens xp̃m honorifice sepelire: ⁊ ideo sequitur. ✳ Ut tolleret corpus Jesu.] Ad sepeliendum. ✳ Et permisit pilat⁹.] Tum ꝓpter reuerẽtiam petentis: tum propter innocentiã christi passi: quã ipse cognouerat. ✳ Uenit ergo et tulit corpus Jesu.] De cruce. Corpora enim damnatoꝝ non poterãt sepeliri/nisi de licentia presidis. ✳ Uenit autẽ et Nicodemus: q̇ venerat ad Jesum nocte pmũ.] Ut dicitur Johã.3. ✳ Ferens mixturã myrrhe ⁊ aloes quasi libras cẽtũ.] Iste etiã Nicodem⁹ ante passionẽ (sicut Joseph) erat christi discipulus occultus: sed post passionẽ ex feruore se manifestauit: sicut ⁊ Joseph. Sciendum etiã ꝙ licz ex deuotione istam vnctionẽ faceret: videtur tñ ꝙ plenam noticiã de christi resurrectione nõ haberet: quia de eo erat scriptum p̃s.15.c. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionẽ. propter qḋ non indigebat vnctione conseruante contra putrefactionem. ✳ Acceperunt ergo corpus Jesu: ⁊ ligauerũt eum linteis cum aromatibus: sicut mos est sepelire iudeis.] Idest pannis lineis inuoluerũt. ꝓpter quod statutũ est/ꝙ corporalia: super que cõficitur corpus xp̃i/non fiant de panno serico: sed tñ lineo: vt habetur de consecratione: distinctiõe.1.cap. Consulto oĩm. ✳ Erat autem in loco: vbi crucifixus est Jesus/hortus.] Idest prope locum crucifixionis. ✳ Et in horto monumentũ nouum: in quo nonduz quisq̃ posit⁹ fuerat.] Hoc factum ẽ ꝓpter certitudinẽ dominice resurrectionis: quia si fuisset sepultus in monumento: vbi iam alij fuissent sepulti: posset resurrectio dominica a iudeis alteri imputari. ✳ Ibi ergo ꝓpter parasceuen iudeoꝝ (quia iuxta erat monumentũ) posuerũt Jesum.] Hoc est dictum: quia feria sexta: in qua licitum erat operari: et corpora sepeliri: iã declinabat ad vesperam: ⁊ ideo sepelierunt Jesum in loco ꝓpinquo: quia nõ poterant longe portare ꝓpter solẽnitatem sabbati/de propinquo imminentẽ. ⁊c.

B B ✳ Hec cũ dixisset. ⁊c. Cedrõ. ⁊c.] Lyra. Mora. Moralr Qui iterp̃tat̃ tristis meror. Per hoc igit̃ ꝙ xp̃s iuit illuc imminẽte sua passione: significat̃ ꝙ christianus ire volens ad martyriũ/debet imminẽs supplic ũ precogitare: ⁊ per patientiã se armare. Unde dicit Grego. Homel'.35. Minus eñ feriunt iacula: que preuident̃: ⁊ nos tolerabili⁹ mala mundi suscipimus/si contra hec per ꝓuidentie clypeum munimur. ✳ Sciebat autem ⁊ Judas.] vsq̃. ✳ Cuz discipulis suis.] Inter quos erat Judas: vt christũ traderet: sicut sathan fuit inter filios dei: vt sanctum Job afflictionib⁹ molestaret. ✳ Jesus itaq̃ sciens omnia: que ventura erant super eum/processit.] Quesitus aũt

a turbis: vt facerent eũ regem: fugit solus in mõtem: docens in hoc fugere mundanos honores: ⁊ promptũ esse ad labores. ✳ Ut ergo dixit eis, Ego sum: abierũt retrorsum. ⁊c.] Ille q̇ cadit retrorsum: nõ videt sui casus periculum: sic etiam labentes in culpã/nõ vident sui lapsus miseriã. ✳ Sinite eos abire.] Per hoc ostendit̃ ꝙ superiores debent suos subditos fideliter adiuuare: ⁊ se mortis periculo exponere pro ipsoꝝ defensione. ✳ Simon aũt Petrus. ⁊c.] Exponat̃ sicut Matthei.26. ☞ Uel prout inuenies an.7. M M. qnte partis. ser. Dñice Ramoꝝ. fol.172. col.2.) Et Marci.14. Uel prout inuenies annotamento.1.G. quinte partis. sermo. Ferie.5. Dñice Ramorum. fol.186. col.1. Et Luce.22. Uel prout inuenies annotamẽ.1.N. qnte ptis. sermo. Ferie.4. Dñice Ramoꝝ. fol.196. col.2. ✳ Erat aũt seruo nomen Malchus. ⁊c.] Qui interpretat̃ rex coꝝ. ⁊ ideo per abscissionẽ auricule sue/significata fuit abscissio regalis ⁊ pontificalis eminentie iudeoꝝ. ✳ Et adduxerunt eũ ad Annã/primũ.] Querentes ei placere: qr cũ Caipha fuerat in ꝯsilio de xp̃i morte. Sic multi faciunt/querentes de malis placere hoib⁹ puersis. ✳ Ego palã locut⁹ sum mũdo.] Tanq̃ habens sanam doctrinaz: ꝯtra hereticos: q̇ magis docent in occulto. ✳ Nunquid tu ex discipulis ei⁹? ⁊c.] ☞ Exponat̃ sicut in supradictis annotamẽtis. ✳ Adducunt ẽ Jesum ad Caiphã. ✳ Et ipsi nõ introierũt in pretoriũ.] Scz pilati. ✳ Et ipsi nõ introierũt ꝯscientiã ma... ⁊c.] Istis sunt similes illi: q̇ faciũt ꝯscientiã magnam de minimis: ⁊ multo grauiora cõmittũt: sicut isti timebant ꝯtaminari p ingressum domꝰ pilati: qui gentilis erat: ⁊ tñ toto conatu procurabant mortez xp̃i: q̇ innocẽtissim⁹ erat. ✳ Si nõ esset hic malefactor. ⁊c.] Q.d. nos sumus tante veritatis ⁊ iusticie: ꝙ nobis deberet credi simpliciter verbo sine alia disq̇sitione: ⁊ sic hoies mali tiosi se iustificant corã iudicib⁹ vt magis nocere valeant innocẽti. ✳ Nobis non licet interficere queq̃.] Sic dicũt mali clerici de corporali morte laici: ⁊ tñ habẽt p modico multos interficere suo malo exẽplo morte sp̃uali: q̃ peior est interfectiõe corporali. ✳ Respõdit Jesus. Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo.] Multi p̃lati (q̇ tñ sunt vicarij) ꝯtriũ vident̃ dicere facto: in põpis eq̃ntes se p̃cipib⁹ terrenis: vel etiã excedẽtes. ✳ Ois q̇ ẽ ex ṽitate. ⁊c.] Quã nõ audiũt multi doctores ⁊ scholares theologi: q̇ neglecta sacra scriptura: circa curiosa ⁊ inutilia sunt intẽti. ✳ Quid est veritas?] Per hõ aũt ꝙ nõ expectauit xp̃i responsum/significata fuit eius instabilitas: q̃ timore Cesaris: ⁊ fauore iudeoꝝ a veritate declinauit: dando sniam contra xp̃m. Et sic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore a ṽitate indicãdi

declinantes ✳ Clamauerunt ergo rursum oēs.
rc.] ☞ Exponatur sicut in predictis annota
LL mentis. Seqtur capi. 19. ✳ Tunc ergo apprehē
dit pilatus. rc.] Beda. Et q̄uis hec milites il=
ludendo facerent: nobis tñ operabanť mysteria:
nam per spineam coronā/ nostrorū designatur
susceptio peccatorū: que sicut spinas terra nostri
corporis germinat. In vestimēto purpureo/ ca=
ro eius passionibus obiecta significať. Purpu=
ra etiam vestiť: cum de triumphis sanctorū mar
tyrum gloriatur. ✳ Aue rex.] Sicut faciunt il=
li: qui in ecclesijs deuotionis ostendunt signa: et
cito post iniurias christo graues in membris su
is faciunt. ✳ Clamabant/ dicentes. Crucifige.
rc.] Nam obstinata nequitia non emolliť mi=
sericordia. ✳ Responderūt pontifices. Non ha
bemus regem/ nisi Cesarem.] Hoc facto clamāt
nostri pontifices r curati: qui suas ecclesias di=
mittentes/ ingerūt se negocijs temporalib⁹ prin
cipatus vel regni. ✳ Et baiulans sibi crucem.
rc.] Per hoc nos inducens ad sui sequelam: si=
cut dixerat Matth. 16. d. Si quis vult post me
venire: abneget semetipsum: r tollat crucē suā: r
sequatur me. ✳ Et cū eo alios duos. rc.] ☞
Exponatur sicut in annotamentis supradictis.
✳ Quod scripsi/ scripsi. rc.] Per hoc autem: ꝙ
iudeis penitentib⁹/ pilatus delere titulum (qui
sonabat confusionē iudeorū) noluit: sed magis
ipsum confirmauit: significatum fuit/ ꝙ Christi
mors ad confusionē eorum erat futura per exer=
citum romanorū: r ad regni christi exaltationē:
ꝓpter sequentē resurrectionē: ꝓpť qđ tunc dixit
Matthei vltimo. d. Data est mihi omnis pote=
stas in celo r in terra. ✳ Milites ergo cū crucifi
xissent. rc.] ☞ Exponatur vt in predictis an
notamentis. ✳ Cū ḡ vidisset Jesus matrē. rc.]
Per hoc aūt ꝙ positus in tanto tormento/ matri
sue prouidit de ministro: docuit nos in quocūq
statu simus/ honorare parentes: quantū fieri po
test bono mō. ✳ Et inclinato capite. rc.] Theo.
Tradidit autem dñs spiritū deo patri: ostendēs
ꝙ nequaq̄ sanctorū anime conuersanť in tumu
lis: sed deueniunt ad manus patris omniū: pec
catoribus ad locum penarū delatis: videlicet in
fernum. ✳ Sed vnus militū lancea latus eius
aperuit.] Theo. Ut iudeis placeant/ lanceant
Christum: circa corpus exanime contumelias
inferentes. Istis aūt sunt similes: qui mortuos
ꝑsequūtur. ✳ Et cōtinuo exiuit sanguis r aq̄.]
Ex quibus habent efficaciā ecclesie sacramēta.
✳ Post hec aūt rogauit Joseph. rc.] ☞ Ex
ponatur sicut in predictis annotamētis. ✳ Ue
nit aūt r Nicodemus: q̄ venerat ad Jesum no=
cte/ primū ferēs mixturā myrrhe. rc.] Per ipm
significať doctor bon⁹ ferēs mixturā. i. doctrinā
ex auctorib⁹ sacre scripture ꝯfectam ad vngēdū
corpus christi mysticū ad eius salutē.
✳ Egressus est Jesus. rc.] Jam apostolis in DD
agro culto/ r fructuoso opere ꝑ assiduā predica= Glosa
tionem ꝯstitutis: tempore passionis in hortū pa
radisi introducit: vbi fruct⁹ est abūdantior: et q̄
in deserto tentat⁹ vicerat: in horto suos coronat.
Uñ ait Luce. 23. f. latroni. Amen dico tibi: ho=
die mecū eris in paradiso. ✳ Ubi erat hortus.
rc.] In horto capiť: vt deleret pctm̄ cōmissum
in horto delitiarū: in quem huius seculi torrentē
transiens/ discipulos introduxit. ✳ Judas ḡ cū
accepisset cohortē. rc.] Non iudeorū: sed militū
a preside: seruato ordine legitime potestatis: vt
illis tenētib⁹/ nullus auderet resistere: vel etiā si
q̄s auderet: ꝯ tot non posset. ✳ Uenit illuc. rc.]
Nocte tradiť: vt sine turbis: q̄ i die freq̄ntes ade
rant/ inueniret. ✳ Stabat autē r Judas. rc.]
De osculo hic tacet: qđ alij euangeliste dicunt.
✳ Ego sum. rc.] Hac vna voce tot feroces r for
tes/ moritur⁹ ꝓstrauit: virtute latētis deitatis:
q₂ volebat q̄dem comprehendi: sed nō nisi q̄ñ vo
luit. ✳ Abierunt retrorsum. rc.] Sic modo ꝑ
euangeliū vbiq dicit xp̄s. Ego sum: r iudei ex=
pectantes antixp̄m retro abeunt: r in terrena: q̄
amāt: cadunt. ✳ Sinite hos abire.] Aug. Fa=
ciunt qđ iubet: sinūt eos abire: quos nō vult pe
rire. Non quin post sint morituri: sed q₂ sic non
dum credebāt: quomodo credunt: q̄ nō ꝑeunt.
✳ Percussit pontificis seruū.] Seru⁹ significat
populū/ legis seruū. Auris ꝓ dño amputata/ r
a dño sanata: auditū amputatū/ a vetustate re=
nouatū: vt seruiat liber in nouitate spūs: non in
vetustate littere. Uñ dicitur Malch⁹. i. regnatur⁹
cū xp̄o. Qđ significatū q₂ nō cogitauit petr⁹: sꝫ
magistrū defendere voluit: dñs iprobat factū: r
monet eū ad patiētiā. Illud tñ mystice r fieri de
buit et scribi. ✳ Mitte gladiū tuū. rc.] Ac si di
ceret: q̄escat vindicta. ¶ Aliť. Cōuerte gladiū i
locum suū. i. verbum predicationis cōuerte ad
gentes: vbi ẜm Paulum ostiū aptū r ingens in
ueniať. ¶ Aliter. postq̄ꝫ plenitudo subitrauerit:
dicit petro (per quē totus ordo predicatorū desi=
gnať.) Mitte verbū predicationis ad isrl'. Oēs
eñ qui acceperint gladiū/ gladio ꝑibunt. Quo
gladio? Illo: q̄ igneus vertiť ante paradisum: et
gladio spūs: qui in dei scribiť armatura. ✳ Co
hors aūt. rc.] Mos erat iudeis: vt quē morte di
gnū iudicarēt/ vinctū presidi traderēt. ✳ Et ad
duxerūt eū. rc.] Erant eo tēpore duo sacerdotū
ꝑncipes (vt Lucas ait.) Annas r Caiphas: q̄ vi
cissim annos suos agebāt. Sꝫ tūc erat ann⁹ Cai
phe: r voluntate ei⁹ ꝑmū duct⁹ ē Jes⁹ ad Annā:
nō q₂ collega: sed q₂ socer ei⁹ erat. Uel dom⁹ sic
erāt posite: vt nō deberet Annas a trāseūtib⁹ ꝑ=

teriri. * Sequebatur autem Simon Petrus ⁊
alius discipulus. ⁊c.] Quis sit iste: quia hic ta
cetur: nō temere diffiniatur. Solet tamē iste Jo
EE hānes sic se significare. * Dixit ergo Petro an
cilla ostiaria. Nunquid ⁊ tu ex discipulis es ho
minis istius? Dicit ille. Non sum. ⁊c.] Augu.
Non solum negat christum: qui dicit eum non
esse xp̄m: sed qui etiā negat se esse christianū. et
ita hoc impletur quod dominus dicit. Ter me ne
gabis. * Ego palam locutus sum. ⁊c.] Idest
multis audientibus: nō ꝙ que dicit palam / es=
sent cognita turbis: cum et apostolis dixerit Jo
hannis. 16. f. Hec in ꝓuerbijs locutus sum: sed
venit hora: cum palam annūciabo vobis. Eis
etiam secreta exponebat: que alijs ꝑ parabolas
dicebat. Similiter quod dicit. Nihil in occulto
locutus sum: non ꝙ non esset occulta intelligen
tia: sed quia coram tot hominibus dixerat. Ea
etiam: que paucis dixerat: non sunt in occulto:
quia ad hoc dixerat: vt predicarentur super te=
cta. Matthei. 10. c. non vt tacerentur. Ea autē:
que audierant ⁊ nō intellexerant: talia erant / vt
non possent iuste criminari: ⁊ quotiens interro=
gando tentauerūt / vt accusarent: sic respondit:
vt omnes calumnie frustrarētur. Ideo dicit. *
Quid me interrogas? ⁊c.] Idest a quo verita=
tem audire nō desideras. Interroga magis eos:
de quorum dictis non habeas inuidiā. Ita tem
perat responsionē: vt nec veritatez taceret: nec de
fendere se videretur * Hec autem cum dixisset:
vnus assistens ministrorum dedit alapā Jesu. ⁊c]
Obijcitur cur non fecerit: quod docuit. Debuit
non sic respondere: sed alterā maxillam prebere.
Sed veraciter et mansuete et iuste respondit: et
non modo maxillam: sed totū corpus ferienti pa
rauit. Et hinc potius ostendit precepta patiētie:
non ostentatione corporis / sed cordis preparati
one facienda: potest enim quis maxillam visibi
liter prebere iratus. Melius ergo respōdet vere
placatus / ⁊ ad ferenda grauiora tranqllo ani=
mo paratus. * Si male locutus sum. ⁊c.] Ma=
le loquitur: qui contra veritatem loquitur. Et est.
Si male locutus sum: da testimoniū: quo pro=
bes mendacē. * Erat aūt Simon Petrus. ⁊c]
Augu. Dicto ꝙ Annas misit Jesum ad Cai=
pham: redit ad locum narrationis: vbi relique
rat Petrum: vt explicet quid in domo Anne / de
FF trina Petri negatione contigerat. * Adducūt
ergo Jesum ad Caiphā in pretoriū. ⁊c.] Idest
vbi preses pilatus habitabat. Sed si ad Caiphā:
quomodo in pretoriuz? Forsitan aliqua causa
vrgente de domo Anne ad audiendum Jesum
ambo conuenerant. Caiphas perrexit ad preto
rium presidis: ⁊ socero suo Jesuz reliquit ad au
diendum: vel in domo Caiphe pilatus accepe=
rat pretoriū: et tanta erat domus / vt seorsum ha
bitaret dominus: seorsum pilatus. * Ut nō cō
taminarentur. ⁊c.] Quia diebus azymorum con
taminatio erat illis in alienigene habitaculum
intrare. * Nobis nō licet interficere quēq̄. ⁊c.]
Hoc dicunt propter diei festi sanctitatē. Lex enim
precipit / ne parcant malefactoribus: presertim se=
ducentibus a deo suo: qualē istum dicebant es=
se: ⁊ contra seipsos dicunt: quia interficiebant:
quem interficiendum offerebant: sicut ⁊ pilatus
interficit: nō tamen manibus suis. Cum pilatus
vellet Jesum tradere iudeis: vt sm legem suam
iudicarent eū: noluerunt recipere: dicentes. No
bis non licet interficere quemquam. Et sic im=
pleretur sermo Jesu: quem de sua morte predi=
xit: vt eum a iudeis traditū gentes interficerēt:
quasi sic essent alieni a scelere: q̄ magis peccant:
in quo non eorū innocentia: sed dementia mon
stratur. * A temetipso hoc dicis? ⁊c.] Scit Je=
sus quid ipse interrogat: ⁊ quid ille responsurus
est: sed tamen dici voluit: nō vt sciret: sed vt scri=
beretur: quod scire voluit. * Quid fecisti? ⁊c.]
Quasi si hec culpa nō est ꝙ te regē dixeris: qd aliud
fecisti? Quasi nō est mirum / si iudici traderis pu
niendus: q̄ te regē dicis. Sed si hec causa nō esset:
tūc forte alia q̄rēda esset. Quasi cōfirma: si hec
causa est: que obijcitur: an alia? * Regnū meū
non est de hoc mundo.] Hoc est: quod nos scire
voluit: sed prius vicissim interrogando voluit
ostēdere: que esset de regno suo hominū opinio:
iudeorum vel gentilium: qua ostensa: vtrisque
aptius respondet. Regnum meū non est de hoc
mundo. Quasi / decepti estis: non enim impe=
dio dominationem vestram in hoc mundo: ne
vanc timeatis et seruiatis: sed ad regnum cele=
ste credendo venire. * Tu dicis. ⁊c.] Non re=
gem timet confiteri: sed ita libratum est: vt neque
se regem neget: nec de mundo se fateatur esse: vt
ille sentiebat: qui dixit. Ergo rex es tu? Cui re=
spondit. Tu dicis: quia rex sum ego: quasi car=
nalis carnaliter dicis. * Ego in hoc natus sum:
. ⁊c.] Non in hac re: sed ad hanc rem: quod in
greco non est ambiguum. Dicit ergo de tempo=
rali natiuitate: qua venit in mundum: secun=
dum quā natus est ad hoc. * Et ad hoc veni in
mundū.] Idest propter hoc. * Ut testimoniū
perhibeam veritati.] Sed quia non omnium
est fides / addit. * Omnis qui est ex veritate / au
dit vocē meam.] Idest obedit ⁊ credit mihi. *
Iterum exiuit ad eos: ⁊ dixit eis. Ego nullam
inuenio. ⁊c.] Non expectat responsum: ne cum
vellet dimittere / mora fieret. Subito enim venit
in mentē ꝯsuetudo: q̄ posset per pascha dimitti.
* Est autem consuetudo vobis. ⁊c.] Quia in
pascha a seruitute liberati sunt: in pascha hec eō

suetudo dimittendi eis fuit. * Ut vnum dimittam in pascha.] Non potuit auelli a corde eius/ Jesum esse regē iudeoꝝ: sicut in scribendo titulo: tanquā ipsa veritas hoc ei fixerit: de qua quid esset interrogauit. Latro: idest diabolus seditiosus et homicidiorum auctor dimissus est iudeis: qui de patria lucis ob superbiā pulsus in tenebrarum carcerem missus erat: ꝛ ideo non possunt iudei videre pacem: qꝛ seditiosoꝝ principem plusquā deū eligere voluerunt. Unde bene dicit̄. Joh. 8. e. Uos ex patre diabolo estis. * Erat autem Barrabas latro.] Idest filius magistri: idest diaboli qui latrōi in suo scelere/ iudeis in perfidia magister fuit: vel Barrabas:
b idest filius pr̄is: idest diaboli. ¶ Sequit̄. ca. 19. * Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum: et flagellauit.] Hoc fecit pilatus: idest milites facere permisit: vel etiam iussit: vt iudei satiati de penis/ a morte desisterent. * Et milites plectentes coronā de spinis. ꝛc.] In spinea corona/ nostroꝝ notatur susceptio peccatoꝝ: pro qua mortalis fieri voluit. Unde Johānes precursor. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit pctā mundi. Joh. 1. c. Spine nanqꝫ in peccatoꝝ significatione ponuntur. Unde dn̄s Gen̄. 3. c. Terra tua spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. i. conscientia tua punctiones ꝛ aculeos vitiorum ꝓcreare nō desistet. * Exiuit ergo iterꝫ pilatus foras. ꝛc.] Ecce implētur ea: que de se predixerat Jesus: occulta potētia: cōmendatur patientia: qua informant̄ martyres. * Et dicit eis.] Hic apparet nō ignorāte pilato hec a militibus esse facta: siue iusserit: siue ꝑmiserit: vt satiatis iudeis/ hec sufficerēt: sed magis inardescunt ꝛ clamant. Crucifige: crucifige. * Quia filiū dei se fecit.] Ecce altera maior inuidia: qꝛ parua videbat̄ illicita: affectio regni: ꝛ tn̄ vtrūqꝫ vere erat xp̄s ꝛ rex filius dei. * Jesus aūt responsum nō dedit ei.] Hic ꝛ in aliȷs locis legit̄ siluisse xp̄s: vt ꝓphetia impleat̄ Esa. 53. c. Sicut agn⁹ corā tondente sine voce: sic non aperuit os suū. Que similitudo de agno data est: vt in suo silentio nō reus: sed innocēs habeat̄. Non eīn vt ꝯsci⁹ conuincit̄: sed vt mansuet⁹ pro aliȷs imolat̄. * Nisi tibi datū fuisset desup.] Idest a deo: qꝛ non est potestas nisi a deo: sed tn̄ tibi talis data est: vt sis sub alterius potestate: ꝛ ideo maius peccatū est ei: qui tradidit me tibi/ inuidendo: q̄ꝫ tibi: q exerces potestatē/ metuēdo. nō tn̄ pilatus est sine peccato: ideo ait/ mai⁹. * Et exinde querebat pilatus dimittere eum.] Idest ex hac causa: ne haberet peccatū/ occidendo innocentem (etsi minus illis inuidis) querebat dimittere: nō ꝙ tunc primum quereret: sed si prius volebat: modo querebat. * Si hunc dimittis: non es amicus Cesaris.] Supra legē ꝓposuerunt: ꝭm quam deberet mori: quia filiū dei se fecit: sed quia ille legē gentis aliene non timet: sed magis timet occidere filiū dei: terrent eū a Cesare: quem nō potest vt auctorē potestatis sue contemnere. * Erat autem parasceue. ꝛc.] Aug⁹. I
Parasceue: quod interpretat̄ preparatio: est sexta feria: qua preparabant necessaria sabbato: qua die precepit Moyses (Exodi. 16. d.) duplo colligere manna: ꝓpter sabbatū. Hora quasi sexta. Quia iam inceperat sexta hora diei: quando pilatus sedit pro tribunali: ꝛ dum duceretur Jesus: ꝛ cetera gererentur: completa est sexta hora: ex qua tenebre fuerant vsqꝫ ad nonā. Sed ne hoc facinus in romanos: sed magis in iudeos retorqueatur. Dicit Marc⁹. 15. capi. c. hora tertia crucifixū: quia iudei clamauerūt eadem hora. Crucifige: crucifige. ¶ Uel pascha est immolatio christi: cuius parasceue: idest preparatio a nona hora noctis cepit: qua in domo pontificis ꝓnunciata est mors xp̄i a dicentibus. Reus est mortis. Matthei. 26. g. Ab illa hora noctis nona/ vsqꝫ ad diei tertiam: sex hore sunt preparationis. Tres noctis: tres diei: quaruꝫ sexta iam ceperat: cum pilatus tribunal ascēdit: quod adhuc erat preparatio immolatiōis: que facta est ꝭm Marcum tertia: nō preparationis: sed diei: ꝛ eadem est sexta preparationis. * Dicit eis pilatus. Regem vestrū crucifigam? ꝛc.] Adhuc terrorem: quē de Cesare ingerunt/ superare conatur dicens. Regē vestrū crucifigam? De ignominia coruꝫ volens eos frangere: quos de ignominia Christi non poterat mitigare. * Tunc ergo tradidit eis illum. ꝛc.] Quia profitentur Cesarem aperte contra eum esse/ si alium regeꝫ velit eis ingerere/ dimittendo impunitū: quem ꝓpter hos ausus tradiderant occidendum. Uictus ergo timore/ tradidit eis Jesum: vt crucifigatur. Eis: non ꝙ ipsi manibus eum acciperēt: qui supra hoc excusauerant: sed vt crimine implicit videantur: a quo alieni esse conantur: cū non nisi pro eis hoc faceret pilatus. Unde nec ait. Ut crucifigerent: sed. Ut crucifigeretur iudicio ꝛ potestate pilati. * Et baiulans sibi crucem. ꝛc.] Portabat crucem suam Jesus. Grande ludibrium impȷs: grande mysteriū pȷs gloriantibus quasi in sceptro regni: et est crux candelabrum lucerne: que non erat sub modio ponenda. Matthei. 5. b. Primo dominus crucem portat: quia prior passus est. Postea imposita est Simoni cyreneo: quia debemus sequi vestigia eius. * Et cum eo alios duos hinc ꝛ hinc. ꝛc.] Latro: qui permansit in perfidia: significat Judeos: qui confitetur: gentes significat. * Erat scriptum hebraice: grece: ꝛ latine.] He tres lingue ceteris eminebant. Hebrea: propter

iudeos in lege dei gloriantes. Greca: ꝓpter gentium sapientes. Latina: propter romanos tunc
KK pene omnibus gentibus imperantes. * Milites ergo cum crucifixissent eum. ꝛc.] Ecce que gesta sunt iuxta crucem: cū iam crucifixus esset. * Et fecerunt quattuor partes. ꝛc.] Quadripartita vestis/ signat ecclesiā toto orbe (qui quattuor partibus constat) diffusam: omnibus partibus equaliter: idest concorditer distributam. Tunica sortita omniū partium significat vnitatem: que charitatis vinculo continet. * Inconsutilis.] Ne aliqñ dissoluatur vnitas ecclesie: ꝛ ad vnū peruenit: qꝛ oēs in vnū collegit: sicut ꝛ in duodecim vnus Petrus pro omnibꝰ dicit: Matthei.16.c. Tu es xp̄s filius dei viui. ꝛ ei ꝓ omnibus dicitur ibidem. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Unus pro omnibus: qꝛ vnitas est in omnibꝰ. * Desup contexta.] Qꝛ charitas supeminet omnibꝰ per totū: qꝛ nemo est eiꝰ expers: qui pertinere videatur ad totū: a quo toto (sicut greca indicat lingua) catholica vocaṫ ecclesia: que in sorte dei gratia cōmēdaṫ. * Cum vidisset Jesus matrē. ꝛc.] Qui diuina facturꝰ/ quasi repulit ignotā matrem: iam ostēdit venisse horam: quā tunc predixit: in qua agnoscit: de qua fuerat mortaliter natꝰ: ꝛ docet vt a pijs filijs impendatur cura parentibꝰ. Unde ꝛ Apl's.1. Timothei.5.a. Si quis suoꝝ curam nō habet: fidē negat. ꝛc. * Mulier ecce filius tuus.] Matri: quā reliquit: alteꝝ ꝓ se filiū quodammodo tribuit. Nam cur hec fecerit: hec sequētia indicāt. * Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.] Qui etsi iam nō haberet propria in illa societate: centuplum acceperat: vbi erant omnia cōmunia. Nihil habens: ꝛ omnia possidens.2.
LL Coꝝ.6.b. * Postea sciens Jesus qꝛ omnia cōsumata sunt. ꝛc.] Omnia: que oportebat fieri anteq̄ acciperet acetū/ ꝛ traderet spiritū. * Ut etiā scriptura hec consumareṫ. In siti mea potauerunt me aceto.] ps.68.c. * Dicit. Sitio. ꝛc] Quasi/ hoc minꝰ fecistis: date: quod estis. Degenerauerāt enim a vino patrū de iniqtate mūdi: quasi de vase pleno impleti: habentes cor/ vt spongiā: cauernosis ꝛ tortuosis latibulis fraudulentū. Hyssopus humilis herba pectus purgat: significat humilitatē christi: per quē fusus sanguis nos emūdat. Hāc circūdederūt iudei: ꝛ se circūuenisse putauerūt. Arundo/ significat scripturā: que hoc facto implebaṫ. * Sed vnus militū lancea latꝰ eius aperuit.] Uigilanti verbo vsus est. Non dicit/ pcussit: vel vulnerauit: sed aperuit: vt illic quodāmodo vite ostiū panderetur: vnde sacramēta ecclesie emanauerunt: sine q̄bus ad vitā nō intraṫ. Ille sanguis fusus est in remissionē pctoꝝ. Aqua: ꝛ lauacrū prestat ꝛ potū. Ecce ostiū in latere arce: quo intrāt aīalia diluuio non peritura. Geñ.6.c. Ecce mulier facta de latere dormientis. Geñ.2.d. * Sicut mos est sepelire iudeis. ꝛc.] Non frustra ait. Sicut mos est iudeis. sed admonet i hmōi officijs morem cuiusq; gentis esse seruandum.

¶ In capitulo.18. vbi diciṫ in postilla. Et ideo per pasche manducationē. non intelligitur hic comestio agni paschalis.

¶ Additio. Immo manducatio pasche intelligi debet tm̄ de agno paschali: vt declaraṫ in Additiōe sup Matth.26. vbi agitur de tempore cene dñi. ☞ Quod inuenies Annotamēto.7. LLL. qnte p. fer. Dñice Ramoꝝ. fo.177. co.4.

¶ Replica. In capi.18. vbi diciṫ. Et ipsi non introierunt pretoriū/ ne contaminarenṫ: sed manducarent pascha. Postillator dicit/ q̄ intelligendum est de manducatione panis azymi: nō paschalis agni. Burgeñ. opponit per suā maximam auctenticā computationē ꝛ digressionē: quam ponit Matthei.26. Et si intelligi deberet de cena agni (prout Burgeñ. vult) ratio Johannis euangeliste valeret cōtra Nicodemū ꝛ alios sepulture xp̄i intendentes: qꝛ fuissent contaminati ꝛ per consequens inhabiles ad manducandum pascha sic acceptū. Unde de tactu mortui: per consequens inhabiles ad manducandum pascha sic acceptū. Unde de eis dicere oportuit. Et ipsi nō sepelierunt eum/ ne contaminarētur: sed manducarent pascha: sicq; dissificarenṫ omnes euangeliste. Et puto si computatio Burgeñ. esset vera: q̄ non fuissent a iudeis permissi sepelire mortuū celebritate paschali iā inchoata: que incepit a vespera ferie.6. fm Burgensis computationem.

¶ In capitulo.19. vbi diciṫ in postilla. Secūdū est crucifigentiū auaritia: qui Xp̄i vestes: q̄uis essent parum valentes: tm̄ sibi rapuerunt.

¶ Additio.1. Non est verisimile q̄ milites: qui cōmuniter honestos seu liberales se demōstrāt: etiāsi essent interius fm veritatē cupidi: tantam auaritiā in ipsis esse publice ostenderent. Ideo q̄dam dicunt: q̄ milites seducti a pharisceis: qui xp̄m asserebant facere miracula in Beelzebub: vt Luce.11.b. Scientes q̄ ad tactū fimbrie vestimenti eius sanabantur infirmi: vt Luce.8.f. vestes xp̄i accipiebāt: vt cum eis alia medicinalia seu aliqua alia fascinatorie facere experirenṫ: quod etiā redundabat in ignominiā christi: vt hoc videntes crederent ipsum fuisse maleficū.

¶ In codē capi. vbi diciṫ in postilla. Et nota q̄ loq̄ns de cruce m̄ri sue/ nō dixit mater: sꝫ mulier.

¶ Additio.2. Non solū tempore passionis: sed etiā tempore gaudij seu conuiuij nuptialis xp̄s vocat matrē suam eodem nomine: sicut hic scꝫ mulier: non aūt mater. Un̄ Joh.2. Quid mihi ꝛ tibi mulier? Idcirco ratio huius vocationis

attribuēda est summe humilitati vtriusq filij .s. et matris. Sicut enim Christ⁹. Cum in forma dei esset: seipsuz exinaniuit formā serui accipiēs Ut ad Phil. 2. a. Eadez ratione cum filius dei viui verus esset cōmuniter se vocat filium hoīs: quod est nomē cōmune cuicūq homini. Pari ratione matrē: cui⁹ humilitatē maxime cognoscebat: mulierem vocat: quod est nomē cōmune cuilibet mulieri: nō autē matrē: quod maximā dignitatē includit: cum sit mater xpi

¶ In eodem capi. Ubi dicitur in postilla. Licet enīz fuerit crucifixio prima die pasche / que erat solennis apud iudeos.

ditio ¶ Additio tertia. Christus fuit crucifixus in parasceue pasche / que non erat solēnis apud iudeos (vt habetur infra eodem capi.) Ibi ergo propter parasceuē posuerunt eum: vt magis declaratur i additione super Matth. capi. 26. ☞ Quod inuenies Anno. 7. LLL. quinte parti. sermonis. Dnīce Ramoꝝ. Fol. 177. Col. 4.

¶ In eo capi. vbi dicitur i postilla. Quod feria sexta: in qua licitū ē operari et corpora sepelire: iam declinabat.

¶ Additio Quarta. Hec feria sexta: in qua xps fuit crucifixus: non erat solennis apud iudeos: vnde et licituz erat in ea operari ⁊ sepelire prout latius dictū est i additione super Matth. capi. 26. ☞ Quod inuenies Anno. 7. LLL. quinte parti. sermonis. Dnīce Ramoꝝ incipień. fol. 177. Col. 4.

¶ Replica. In capitulo. 19. postillator dicit de auaritia crucifigētiū: in eo ꝙ vestes Christi etiā parū valentes rapuerūt Burgeń. opponit dicēs ꝙ non est verisimile ꝙ milites qui (vt cōmunit̄) se honestos ⁊ liberales ostendūt: auaritiā (si quā in mente habuerūt) publice demōstrassent. Ego autem puto illos non fuisse milites ꝑm cōmunē seculi dignitatē: nam hi non consueuerūt ad tā vilia officia lictorū et suspēsorū deputari: sed fortassis illis tēporibus vocabantur milites seruientes rei publice in executione iusticie. Naz de solis militibus ꝑm dignitatē: non dicitur: nemo tenetur suis sumptib⁹ militare. i. reipublice seruire: sed etiaz de ceteris. Miles autē cōmuni nomine dicitur a militando: sicq cuncti seruiētes reipublice possunt dici milites a militādo. i. seruiendo: qui etiam non tenentur proprijs stipendijs militare: si tn̄ proprie dicti sunt milites: nō mirū ꝙ ostenderēt se publice auaros: qui se ostē derunt discholoss ⁊ publicos ribaldos in multis contra Iesum: immo preter cōmunē consuetudinem circa interficiēdos: vt patet in potione fellis: illatis cōuiijs: que fieri non consueuerūt ab honestis cōtra morti adiudicatos. ¶ In eo cap. vbi postillator dicit crucifixionē factam prima die pasche / que erat apud iudeos solēnis: Burgeń. propter suā singularē (minus tn̄ auctēticā) cōputationē dicit ꝙ parasceue non erat solēnis apud iudeos: quod qꝛ factum est: eo ꝙ fundat Burgeń. factū suuz super obseruātia traditiōis pharisaice: quam Christus contra dei preceptū non admisit: preceptū autem dei fuit ꝙ. 15. luna prima mensis esset celebris. Constat autem parasceue fuisse. 15. luna: quia luna. 14. etiam ꝑm Burgeń. Christus cenauit. Allegās igitur traditiones contra dei preceptū: cum Burgeń: audire debz. Quare trāsgredimini preceptū ꝑpter traditiones vestras: amisso tn̄ cōputo Burgeń. etsi parasceue tota dies nō fuisset celebris vsq ad vesperam: tn̄ tempore sepulture celeberrima fuisset: qꝛ ꝑm eum pascha et sabbatuz concurrisset ad vesperam: quando apud iudeos incipit festiuitas sequentis diei. Laus deo.

Sabbati scti Dnīce Ramorum. sermonis Annota. Ex quinta pte Biblie.

VEspere autē sabbati. ⁊c. Lyra. Postq̄ euangelista descripsit xpi passionē ⁊ sepulturā: ☞ Prout inuenies. s. annota. 7. quinte ptis. ser. Dnīce Ramoꝝ. Fol. 165. Col. 4. Et annot. 1. qnte ptis. ser. Ferie. 3. Dnīce Ramoꝝ. fol. 183. col. 4. Et an. 1. A. quinte p. ser. Ferie. 4. Dnīce Ramoꝝ. fol. 192. col. 2. Et an. 1. A. ⁊c. qnte p. ser. Fer. 6. eiusdem Dnīce Ramoꝝ. fol. 203. col. 2.) Hic cōsequēter describit ipsius resurrectionē. Et primo describit dnīce resurrectionis manifestatio. Scdo ipsius manifestate diuulgatio: ibi. Undecim aūt. Prima in tres: qꝛ primo manifestata est resurrectio p descendentē angelū. Scdo p apparentez dnīm: ibi. Et exierunt. Tertio ptestimoniū militū custodientiū: ibi. Que cū abijssent. Circa primuz tria notant̄. Mulieꝝ deuotio: ibi. Uespere aūt. Angeli apparitio: ibi. Et ecce terremotus. Et resurrectionis manifestatio: ibi. Scio eni. Ad euidentiā primi ꝯsiderandū / ꝙ denoīatio fit a nobiliori: ideo apud iudeos omnes dies hebdomade denominabantur a sabbato: ita ꝙ dies immediate sequens sabbatum / dicebatur prima sabbati: idest prima a sabbato. Alia secunda sabbati: et sic consequenter. Ab illa autem hora qua christus fuerat sepultus / non poterāt mulieres emere aromata ad inungendum christum vsq ad vesperam diei sequentis: quia solennitas sabbati incepta erat ab hora sepulture: in qua non licebat aliquid emere vsq ad vesperam se

¶ I. Mat. 28. A

quentis diei: scilicet sabbati. Et tunc: scz vespe=
re sabbati emerunt aromata ⁊ preparauerũt se
ad veniendum. Nõ tamen venerunt propter no
ctem de proximo imminentem: sed in mane se=
quenti venerunt in prima hora diei sequentis:
que dicebatur prima sabbati. Sic ergo construẽ
B da est littera. * Vespere autem sabbati: que.]
Scz vespera. * Lucescit in prima sabbati.] Id
est incipit illucescere in principio diei sequentis.
* Venit Maria magdalene ⁊ altera Maria vi
dere sepulchrũ.] Premittitur aũt ibi. Vespere
autẽ sabbati: nõ quia illa hora venerunt ad mo
numentũ: vt dictum est: sed qꝛ tũc se preparaue=
runt ad veniendum videre sepulchrum. i. quali
ter possent ingredi ad vngendũ xp̃m. Cõsequen
ter describitur angelica apparitio: nõ ad hoc ꝙ
angelus prepararet exitum de sepulchro domino
resurgẽti: qꝛ xp̃s exiuit clauso sepulchro sicut in
trauit ad discipulos ianuis clausis: sed vt osten
deret sepulchꝝ vacuũ ⁊ resurrexisse dñm. hoc est
ergo qđ dicit. * Et ecce terremotus factꝰ est ma
C gnus.] Cuius causa subdit. * Angelꝰ eñ dñi
descendit de celo.] Idest virtute eiꝰ factus est il
le terremotus: qꝛ corporalia obediũt angelis ad
nutũ/ ꝗ̃tum ad motũ localem. * Et accedẽs re
uoluit lapidẽ.] Vt ondẽderet xp̃i resurrectionẽ cõ
pletã. * Et sedebat sup eum. Erat aũt aspectus
eiꝰ sicut fulgur.] Ad incutiendũ terrorẽ custodi
bus. * Et vestimenta eius sicut nix.] Ad dan=
dum consolationẽ mulieribus: ꝓpter quod sub
ditur. * Pre timore autem eiꝰ exterriti sunt cu
stodes: ⁊ facti sunt velut mortui. Respõdens au
tẽ angelus dixit mulieribꝰ. Nolite timere vos.]
D Consequenter ponitur dominice resurrectionis
manifestatio: que quidẽ resurrectio primo ma=
nifestat mulieribus ipsum deuote querentibus:
et hoc est quod dicit. * Scio enim ꝙ Jesum: q
crucifixus est.] Hoc additur ad differentiã alio
rum: quia multi erãt/ qui vocabant nomine Je
su. * Queritis.] In sepulchro sicut mortuuz.
* Non est hic: surrexit enim sicut dixit.] Hoc
autẽ addidit angelus: vt reduceret ad memoriã
verba xp̃i dicta ante passionem suã: vt sic magis
crederent resurrectionem eius factã. * Venite
⁊ videte locum.] Vacuum scz. * Ubi positus
erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius: qꝛ
surrexit. Et ecce precedet vos in Galileã: ibi euz
videbitis.] Non solum in beatitudine: sed in ꝓ
pinquo tempore ⁊ in propinqua regione anteꝗ̃
ascendat in celũ. * Ecce predixi vobis.] ¶ Ter
minato hic euangelio hodierno: consequenter
ponitur manifestatio resurrectionis dominice ꝑ
ipsum dominũ apparentem mulieribus/ cũ dr.
* Et exierunt mulieres de monumento. ⁊c.]
☞ Et similiter ponũtur omnia: que in capi=
te huiꝰ annotamenti narrant in diuis. De qui=
bus quere Annota. 1. quinte ptis. fer. Ferie. 4.
Dñice in albis. p totũ. Fol. .col. . Et etiam
Dñice Resur. an. 1. p totũ. qnte ptis. fer. Fer. 6. Dñice Resur.
* Et ecce terremotus.] Mora. Beda. Qđ ter=
remotus resurgente dño: sicut ⁊ ipso moriente in
cruce: factus est magnus: significat terrena priꝰ
corda: per fidẽ passionis ac resurrectiõis eiꝰ ad
penitentiã cõcutiendo salubri pauore cõmota.
* Angelus eñ dñi descendit de celo.] Angelꝰ
iste significat bonũ prelatũ. De q̊ dr Malach.
2. b. Angelus dñi exercituũ est: q̊ descẽdit de alti
tudine ꝯtemplatiõis diuine: ꝓpter releuationem
necessitatis fraterne. * Reuoluit lapidẽ.] Im=
pedimentũ tollens accedendi ad xp̃i monumen
tũ: qꝛ monet mentes subditoꝝ ad ꝯsiderationem
mortis xp̃i ꝑ cõpassionem ⁊ resurrectionis eius
per celestiũ amorẽ. * Aspectꝰ eiꝰ sicut fulgur.]
Nã obstinatos terret. * Et vestimenta eius si=
cut nix.] Qꝛ penitentes demulcet. In signum
huius subdit. * Pre timore. ⁊c. Venite ⁊ vide
te locum. ⁊c.] Per diligentem meditationẽ pre
dictoꝝ. * Et cito euntes.] Idest alios inducen
tes ad simile bonũ. * Precedet vos i Galileã.]
Que trãsmigratio interpretat: qꝛ xp̃s transmi=
grans ad celestia/ ꝑcessit ad preparandũ electis
suis loca. * Ibi eũ videbitis.] Facie ad faciẽ
in gloria. ☞ Reliqua quere vbi. s.
* Vespere aũt sabbati. ⁊c.] Glo. Marcus ait
valde mane. In q̊ discordat a Luca ⁊ Johãne.
Matthęꝰ a p̃ma pte noctis. i. a vespera noctis si=
gnificat: cuiꝰ fine venerunt ad monumentũ. Jõ
aũt sic noiat: qꝛ ab eo tpe licebat facere quod vel
lent trãsacto sabbato. Vespere autem sabbati. i.
nocte diei sabbati. Vespere quidem ceperũt ve=
nire. i. aromata preparare: sed lucescente mane/
ꝑuenerunt: qđ Mattheus causa breuitatis po=
nit obscurius. Aliȷ̃ apertius. Vespere solet tene
brescere. Sz mystice dic lucescere ꝓ gloria resur
rectiõis. Hucusqꝫ diẽ nox ꝑcedere dicebat: nunc
ordo mutat: ⁊ nox: q̃ resurrexit: diei q̊ se osten=
dit/ adiuncta est. Cõgrue prius diem nox seqͣba
tur: qꝛ hõ a luce in tenebras ceciderat. Nũc dies
sequitur noctem: qꝛ post resurrectionem a peccatis
ad vitam reducimur. * Vespere.] i. nocte: que
lucescit. i. que terminat luce: qđ nõ prima pars no
ctis est: sed extrema pars noctis est diluculum/
quo venerunt. ¶ Hiero. Qđ diuersa tpa istaꝝ
mulieꝝ in euãgeliȷ̃s describunt: nõ mendacii si=
gnũ est: sed sedule visitatiõis officiũ. Dũ crebro
abeunt ⁊ recurrunt: ⁊ non patiunt a sepulchro
dñi diu abesse vel lõgius. Sepulto dño ꝗ̃diu li=
cuit eis operari. i. vsqꝫ ad occasum solis vnguẽ=
ta parabant: ⁊ quia p̃ angustia temporis opus
explere non potuerũt: transacto sabbato. i. cca=

dente sole vbi licentia operandi rediīt/ emerunt aromata. Et qꝛ nocte preoccupante sepulchrū adire non potuerunt/ mane adeunt. * Maria magdalena ꝛ altera maria.] Due vnius nominis ꝛ deuotionis mulieres: duas significant plebes: pari deuotiōe xp̄i passionem ꝛ resurrectionem amplectētes. * Terremotꝰ.] Sicut in passione/ ꝛ i resurrectiōe fit motꝰ terre: significat audientium corda terrenoꝝ per fidē passionis ꝛ resurrectionis ad penitentiā mouenda. * Reuoluit lapidem.] Clauso potuit exire sepulchro: qui clauso natus est virginis vtero. Reuolutio lapidis significat reserationem sacramentoꝝ xp̄i: q̄ velo littere tegebanꝶ: quo ablato: resurrectio: mortis abolitio: vita eterna cepit toto orbe p̄dicari. * Sedebat] Regnantē indicans: q̄ in natiuitate stando bellaturū significauerat: sup lapidē quo monumentū claudebatur: vt claustra infernoꝝ superata doceret. Marcꝰ dicit. Introeuntes mulieres in monumentū: iuuenē vidisse in dextris coopertū stola cādida: qđ potest mouere (nisi intelligamꝰ Mattheū tacuisse de illo angelo: quē intrātes viderāt. vel Marcū de illo: quē foris super lapidem viderunt) vt duos viderint: et vt a duobus singulatim eadez audierint. Aut certe intrantes in monumentū hoc in aliq̄ septa maceriē debemꝰ accipere (qꝛ locū tūc fuisse munitū credibile est) scꝫ in aliquo spacio ante petrā: qua excissa locus factus est sepulture/ vt ipsum viderint in eodē spacio sedentē a dextris: quem dicit Mattheꝰ sedentē super lapidem. * Sicut fulgur.] In cādore vestis significat blandū iustis: in terrore fulguris: significat terribilem futuꝝ reprobis. * Nolite timere.] Que vestros ꝯciues videtis: illi timeāt: q̄ ad coꝝ societatē nō ptinēt. * Et cito euntes.] Nec cōcessum est nobis: hoc gaudiū occulto cordis tenere: sed similiter amātibꝰ pandere. * Et ecce p̄cedet.] Qꝛ iā a morte ad vitā transmigrauerat: cuiꝰ resurrectiōis gloriā post leti videbimꝰ: si modo a vitijs ad virtutes trāsmigramꝰ. ¶ Exierūt cito currētes nūciare. Lu. 24. cap̄. idē dicit. Regresse nunciauerūt oīa illis vndecim: ꝛ ceteris oībus. Sꝫ Marcus 16. b. ait. Fugerunt exeuntes. Inuaserat. n. eas timor: et nemini quicq̄ dixerūt. Nemini scꝫ nō aplo'ꝝ sed angeloꝝ: qbus nō fuerunt ause aliqd rñdere. Uel certe ipsis custodibꝰ: quos iacentes viderunt. ☞ Reliqua quere annota. qbꝰ. s. ☞ Applica ad hec aliqua vel potiꝰ oīa q̄ posita sunt in annotamētis. ser. Resurrectiōis dñice: incipiētibꝰ infra col. ꝓxima. sub the. * Surrexit.] vt. s. D. ¶ Uel ser. Angeloꝝ. fol. 76. Uł Prelatoꝝ. fo. 90. sub the. * Angelꝰ em dñi. ꝛc] C. E. ¶ Uel ser. Penitentie. fol. 211. sub the. * Ecce terremotꝰ. ꝛc] E. G. ¶ Uel ser. Ascēsiōis: ꝛ Pēteco. ifra sb the. * Precedet vos i Galileā.] E. ¶ Uel ser. Oīm sanctoꝝ. Tomo. 2. sub the. * Ibi eum videbitis.] E.

Resurrectiōis dñi Ser. annota. Ex prima parte Bib.



Equieuit die septimo.] Glo. Aug. Non est mirum Si diem: quo Christꝰ erat i sepulchro qeturus: hoc modo p̄nuncians dixit: die septimo requieuit/ deīceps opaturꝰ ordines seculoꝝ. ¶ Bed. Alleg. vnde dicitur Exo. 20. b. Memento/ vt diem sabbati sanctifices. Hec autēꝫ benedictio et sanctificatio maiorēꝫ benedictionē et sanctificationē significat. Sicut enim crebris victimis sanguis xp̄i semel fundendus significabatur: ita per requiē dici septime: post opa sex dierum sepe celebratā: signabaꝶ. ille dies sabbati/ quo Christus semel in sepulchro quieturus/ ꝑfectis sexta die omnibus opibus/ quibus mundum sex diebus perfectū restaurauit: in q̄ antiq memor opis/ saluationē mūdi se pfecisse declarauit. Dixit eñ consumatū est. Joh. 19. f. Et inclinato capite. ꝛc. Hec sanctificatio q̄ꝫ ꝛ benedictio et reqes post opa valde bona: significat nos post opa valde bona (q̄ in nobis opat ipse) peruenturos ad requiem celestis vite/ fruituros eterna sanctificatiōe et benedictiōe. Ideo hec dies vesperaꝫ habere non scribitur.

Equiescens accubuisti vt leo: ꝛ q̄si leena. Quis suscitabit eū?] Interl. Requiescēs: in sepulchro. Uel q̄si in passiōe inclinato capite tradidit spiritū: et velut quodā somno corporis reqeuit. ¶ Glo. Isid. Allego. Uel catulꝰ leonis in somno reqeuit: qꝛ nō necessitate/ sed potestate Uñ. Potestatē habeo/ ponendi aiam meā: ꝛ nemo tollit eā a me: sed ego pono eam. Joh. 10. d. Quod vero addit: ꝛ vt catulꝰ leonis. Inde eniꝫ mortuꝰ vñ natꝰ. Aiūt physici: q̄ catulus leonis cū fuerit natꝰ tribꝰ diebꝰ dormit ꝛ tribꝰ noctibꝰ. Deīn p̄ris fremitu tremefactꝰ cubilis locꝰ/ excitat dormientē. Xp̄s q̄ꝫ in cubili sepulchri tribus diebꝰ ꝛ tribꝰ noctibꝰ iacēs: somniū mortꝭ impleuit. Uñ ğ xp̄s vt leo reqeuit: q̄ nō solū mortꝭ acerbitatē: sed ꝛ imperiū vicit: ꝛ vt catulꝰ leonis: qꝛ die tertia resurrexit. vñ addiꝶ. * Quis suscitabit eū?] Nullꝰ: subaudis: nisi ip̄e q̄ ait Joh. 2. d. Soluite tēplū hoc: ꝛ in triduo resuscitabo illud, Ge. Señ. 49

¶3. Exo.12. PRofectiq̄ʒ sūt.⁊c.] Glo.Ori. ☞ Querē an.103.A.p̄me p.ser.Gnal'.fo.257.co.4.

¶4 Exo.15. GLoriose eñ magnificatꝰ est.] Glo.Orig. ☞ Quere an.2.p̄rie pt.ser.Finalis iudicij.fol.236.col.1.Sequit̄ imediate. In signis egypti:sed gloriose magnificatꝰ est:q2 pharaonē ⁊ exercitū eius submersit.Uel magnificatus est miracula ante passionē faciendo: p̄dicando: in cruce moriendo:sed gloriose magnificatꝰ est:cū resurrexit victor/victo diabolo/expoliato inferno. ☞ Et que imediate sequunt̄ q̄re an.16. prime ptis.ser.Gnalis.fol'.249.col.3.

¶5. Exo.15. AScenderunt populi ⁊ irati sunt.⁊c.] Glo. Mysti.Origeñ. ☞ Quere an.14.B. prime ptis.ser.Passionis.fol.37.col.1.

¶6. Exo.16 UEspere scietis ꝙ dñs eduxerit vos de terra egypti:⁊ mane videbit̄ gloriā dñi.] Glo. Origeñ. Ad vesperā scietis: q2 ego dñs. Mane aūt videbitis maiestatem dñi. Rñdeāt mihi iudei:quō ad vesperam cognoscit̄ dñs: ⁊ mane videat̄ maiestas eiꝰ? Sed nō intelligit̄ nisi in euāgelio. In q̄ vespere sabbati: q̄ lucescit in prima sabbati venerūt Maria magdalene ⁊ alt'a Maria ad sepulchꝝ:⁊ inuenerūt lapidē reuolutuʒ a monumento:terremotū factū:⁊ monumēta aperta esse:⁊ Centurionē ⁊ custodes sepulchri dicentes.Uere hic filiꝰ dei erat. Mat.27.a. Agnitꝰ est in hac vespera dñs:q2 ipse dñs erat.Agnitus est in virtute resurrectiōis:⁊ mane gloria eiꝰ visa est.Cū venissent alie mulieres prima sabbati valde mane:inuenerūt angelos cū ingenti claritate sedentes ad sepulchꝝ/⁊ dicētes.Nō est hic: sed resurrexit a mortuis.Lu.24.a.Uenite ⁊ videte locū.⁊c. Uisa est ḡ maiestas eius mane: q2 ⁊ p angelos resurrectio eius nunciata est. Seq̄tur multopost. * Uespere comedetis.⁊c.] Origeñ.⁊c. ☞ Quere annot.14.prime ptis.ser. Incarnationis.in fine.fol.3.co.2.

¶7 Deu.16 OBserua mensem.⁊c.] Lyra. Sciendū est ꝙ tribꝰ tēporibꝰ in anno celebrabāt iudei festa solēnia.vcʒ primo mense festū phase: ꝓpter beneficiū egressionis de egypto.Et tertio mēse festū pentecostes:ꝓpter bñficium legis date. Et septimo mense festū tabernaculoꝝ:ꝓpter bñficiuʒ cōseruationis ipsoꝝ in deserto q̄dragita annis: quibꝰ deus ꝓuidit habitātibꝰ in tabernaculis: ꝓut habetur Leuit̄.23.¶ Mora. Primum aūt istoꝝ figura fuit resurrectionis xp̄i passi: qui est pascha nr̄m:sicut dicit Apl's.1.Coꝝ.5.c. Pascha nostrū immolatus est xp̄s: itaqꝫ epulemur non in fermento veteri:neqꝫ in fermento malicie ⁊ nequitie:sed in azymis synceritatis ⁊ veritat̄. Igitur p septem dies azymorum significatur totū tempus nostrū/eo ꝙ septem diebus reuoluit̄/ vt dicit Grego. Homel'.25.Et iste septenarius debet deduci sine fermento malicie ⁊ nequitie:⁊ in azymis synceritatis ⁊ veritatis: ⁊ tunc reuertemur in tabernacula nostra.i. ad mānsione patrie celestis:sicut filij israel(celebratis septē diebꝰ phase)ad loca sua reuertebant̄. De secundo festo.s.pētecostes dicit̄. * Septem hebdomadas numerabis tibi.⁊c.] Per quas figurata fuerūt septem dona spūssancti: qui datus fuit in pentecoste nostra aplis alijsqꝫ discipulis in signo visibili.De tertio vero festo dr̄. * Solēnitatē q̄ꝫ tabernaculoꝝ celebrabis p septē dies.⁊c.] Fiebat eñ illud festum in memoria/ꝙ dñs filios israel habitare fecerat in tabernaculis: ꝓcedendo per desertum ad terrā promissionis:propter quod figura fuit nostre peregrinatiōis in hac vita: que tota decurrit per septem dierum reuolutionē: vt predictum est.⁊c.

INuenit germinasse virgā Aarō in domo Leui.] Glo.Greg. Cū Aaron ad sacerdotium:q̄ de tribu Leui fuerat:despiceret̄:dignusqꝫ aliꝰ q̄ offerret holocausta crederet̄:duodecim virge iuxta.12.tribus in tabernaculo poni iubētur:⁊ virga leui viruit:⁊ q̄d virtut̄ Aarō in munere haberet ondit. In q̄ innuit̄ ꝙ oēs q̄ vsqꝫ ad finē mundi iacemus in morte: q̄si virge reliq̄ in ariditate remanemꝰ:sed cūctis virgis in ariditate remanentibus/virga leui ad florē redijt:q2 corpus dñi veri.s.sacerdotis in mortis ariditate positum:in florē resurrectionis erupit:quo florē Aaron recte sacerdos esse ostendit̄:q2 hac resurrectionis gloria redemptor: q̄ de tribu Juda et Leui ortꝰ est:intercessor ꝓ nobis esse monstrat̄. Uirge duodecim tribuū in ariditate ꝑmanent: q2 corpꝰ dñi post mortē viuit: sed nr̄a adhuc corpora vsqꝫ in finē mundi differunt̄ a gloria resurrectionis.¶ Orige. Uirga arida germinat:cuʒ corpus extinctū reuiuiscit:cui q̄ttuor p̄stabunt̄. Seminatū in corruptiōe:surget i incorruptiōe. Seminatū in infirmitate:surget in virtute. Seminatū in ignominia:surget in glia. Seminatū corpꝰ aiale:surget spūale.1.Coꝝ.15.f.Hec q̄ttuor v̄ga aridi corpoꝝ i resurrectiōe germiabit. * Uirgā.] Grego.Carnē xp̄i:q̄ de radice Jesse succisa ⁊ mortificata cito reuixit post ariditatem mort̄. ¶ In v̄ga regnāt̄ potētia/i flore pulchritudo.vñ Cañ.2.a.Ego flos cāpi ⁊ liliū ꝯuallium. Alij hāc virgā:q̄ sine humore floruit/ Mariā cēputāt:q̄ sine coitu edidit v̄bū dei. vñ Esai.11.a. Egrediet̄ v̄ga de radice Jesse:⁊ flos d̄ radice eiꝰ ascendet.Xp̄s.s.q̄ future typū p̄ferēs passiōis: cādido fidei lumine ac passionis sanguine purpurabat:flos virginū/corona martyꝝ: gratia continentium. * Et turgentibus.⁊c.] Orige.Tropolo. Possumus etiam sic intelligere eoꝝ: que in virga germinauerunt differentiam. Qui in

xp̄o credit: primo moritur: ⁊ postea renascitur: et sic virga arida germinat. Primum germē est prima in xp̄o confessio. Secundo frondescit: vbi renatus donum gratie/ ⁊ spiritus sanctificationem recipit. Inde affert flores: vbi pficit ⁊ suauitate moꝝ decoratur: ⁊ fragrātiā misericordie ⁊ benignitatis effundit. Tandem affert fructus iusticie: quibus non solum ipse viuat: sed vitaz alijs prebeat pferendo. s. ex se verbū fidei ⁊ scientie dei: vt alios lucrifaciat. Sic ergo singuli fideles de virga Aaron: q̇ est xp̄s: germinant: quoꝝ quattuor iste differentie alijs scripture locis (velut etātes quattuor) designantur. Unde. 1. Ioh. 2. b. Scripsi vobis pueri: ⁊ scripsi vob adolescentes: ⁊ scripsi vobis iuuenes: ⁊ scripsi vobis pr̄es. In quibus non corporalis etatis: sed aie profectus differentias ponit: sicut obseruamus i germine sacerdotali virge. Habent aūt hec oīa non tam in virga Aaron/ q̄z in ea: que exiuit de radice Iesse: ⁊ flos de radice eius ascēdet: super quē requiescet spiritus dn̄i. Nec videtur ociosum q̄ virga dicitur exire: ⁊ flos ascendere. q̄uis enim vnus sit xp̄s per substantiam: singulis tamen diuersus efficitur: put eget is: in q̇ operat. Qui segnior est pro disciplina: fit ei virga: ⁊ in virga non ascendere dicitur: sed exire. Exeundum est enim ei: qui est segnis: ⁊ transeundum ad alium statum sicut virga. i. seueritate rigidiorē doctrine compulso. In iusto vero/ qui sicut palma floret: ascendere dicitur Christus. Si quis ergo verberibus indiget: exit ad eum in virga. Qui autem proficit ad iusticiam: ascendit ei in flore vsq̄z quo afferat fructus spūs: q̇ sunt charitas/ gaudiū/ pax/ patientia: ⁊ cetere virtutes.

Faciant filij israel Phase. ⁊c.] Glo. Bed. ☞ Quere an. 4. prie p. ser. Ascensiōis.

Quintadecima die solēnitas. ⁊c.] Orige. Sequitur huic cōtinua festiuitas azymorum: quā merito celebrabis: si extermines oē fermentū malitie ⁊ neq̄tie ab aīa tua: ⁊ azyma syncentatis ⁊ veritatis custodias. Nō eīm putandū est deū leges hoibus p fermento scribere: ⁊ exterminari aiam iubere de populo suo: si paꝝ fermēti in domo sua habuerit: ⁊ huius fermenti causa tm̄ offendi: vt aiam quā ad imaginē suā fecit: exterminari iubeat ⁊ euerti. Sed illud horrescit deus: si malicie: ire: vel neq̄tie spū aia fermentetur ⁊ intumescat ad flagitia. Hec si de domo aie nō abijcim⁹: merito exterminabimur. Sed ne contemnas: etiā si videris paruā inter te fermentari maliciā: q: modicū fermēti totā massaz corrūpit Gal. 5. b. Et vnū petm̄ aliud gignit. Sicut em̄ q̇s accepto castitatē fermēto/ q̄tidie castior efficit. Sic accepto neq̄tie fermento: q̄tidie efficit nequior ⁊ deterior. ⁊c. ☞ Quere an. 12. p̄me ptis. ser. apl̄oꝝ Petri ⁊ Pauli. Tomo. 2. Et applica hec ad epl̄am hodierne festiuitatis.

Quid est qd̄ tenes. ⁊c] Glo. Isido. Allego. ☞ Quere annota. 10. A. prime partis. ser. Passionis. Fol. 36. Col. 3. Cī. Exo. 4.

Ex secunda parte Biblie.

Iudicauit. ⁊c.] Glo. Grego. Quē in hoc facto Sāson nisi redēptorem significat? Quid Gaza: nisi īfernū? Quid Philistei: nisi pfidiā iudeoꝝ? Qui cū mortuū dn̄m viderent: etiā corp⁹ ei⁹ in sepulchro positū: custodes ilico deputauerūt: ⁊ actorem vite inferni claustris retentum (q̄si Samson in Gaza) se deprehendisse letati sunt. Sāson vero nocte media nō solum exijt: sed etiā portas tulit. Q: redēptor nr̄ ante lucem resurgens: nō solū de inferno liber exijt: sed etiā inferni claustra destruxit: portas tulit ⁊ montis verticē subijt: q: resurgendo claustra inferni dirupit: ⁊ ascendendo celoꝝ regna penetrauit. Cī. Iudicū 15. et. 16 ¶ Et capi. sequēti. c. 16. * Abiit quoq̄z in Gazā. ⁊c.] Lyra. Mora. Per descensum Sāsonis in Gazā significat⁹ fuit descensus xp̄i ad inferos: s̄m btm̄ Grego. ⁊ plures doctores alios: sed ad h̄ multū dissonat: vt videt qd̄ subdit. * Et vidit ibi mulierē meretricē: ingressusq̄z est ad eā.] Propt̄ qd̄ sciendū/ q̄ hebrei dicūt hāc eē lrām. Mulierē hospitatricē. et h̄ veri⁹ videt. s̄m hoc igit p descensum Sāsonis in Gazā: figuratus fuit descēsus xp̄i ad lymbū patꝝ: q̇ bn̄ significat p mulierē hospitatricē: eo q̄ ibi sancti pr̄es erāt hospitati vsq̄z ad acceptionē sue btitudinis: de q̄ iā erant certi. * Dormiuit aūt Sāson vsq̄z ad mediū noctē: ⁊ inde ꝯsurgēs.] Per h̄ aūt xp̄i resurrectio fuit figurata: q̄ fuit s̄m cōem opinionē doctoꝝ in aurora: ⁊ sic in scd̄a medietate noctis: nā dies sequēs incipit ab ortu solis. Est em̄ dies latio solis sup terrā. * Apphendit ambas porte fores. ⁊c.] Q: xp̄s resurgēs infernū fregit ⁊ spoliauit: patrib⁹ ibi detētē: ⁊ deduxit eos vsq̄z ad mōtē patrie celestē. ☞ Quere s̄m aliū sensū an. 84. scd̄e p. ser. Prel'. Fol. 108. col. 1.

Dixerūt aūt. ⁊c. Accidit aūt vt cū vn⁹ materiā succidisset: caderet ferrum securis in aquā. ⁊c.] Glo. Raba. Cū impios iudeos p corpus operata p̄sentia xp̄i/ tanq̄z infructuosas arbores cederet. vn̄ Mat. 3. Ecce securis ad radicē arboꝝ posita est: ab eis interueniēte passiōe corpus ip̄m deseruit/ pfunda descēdit: qd̄ in sepultura depositū: tanq̄z ad manubriū spū redeunte resurrexit. ☞ Reliq̄ q̄re an. 30. scd̄e ptis. ser. Religiosoꝝ. fo. 149. co. 4. Et de hac materia s̄. Cī. 4. reg. 6.

an.3.K.quinte ptis.ser.Feric.4.Dñice.2.Aduentus.folio.8.col.1.

E Glosa *Stadioꝝ sexagita.] Glo. Stadiū est octaua pars miliarij: ⁊ ideo sexagita stadijs septē milia passuū ⁊ quingētos significat: qd̄ spaciū eis congruit: q̄ de morte ⁊ sepultura dn̄i certi gradiebātur: de resurrectione dubij. Nā resurrectionē: q̄ post septimā sabbati facta ē/ octauo numero cōtinere null⁹ ambigit. Discipuli ḡ qui de deo loquentes incedūt: sextū miliariū cepti itineris cōpleuerunt: qz illū sine querela viuentē vsq̄ ad mortem/ quā sexta sabbati subijt: puenisse dolebant. Cōpleuerant ⁊ septimā: qz hunc in sepulchro quieuisse nō dubitabāt. Sed de octauo dimidiū tm̄ peregerunt: qz gloriā iam celebrate resurrectionis perfecte non credebāt. *Nomine Emaus.] Emaus ipsa ē metropolis ciuitas insignis palestine: q̄ post expugnationē Iudee sb Marco aurelio Antonio pricipe restaurata: cū statu mutauit ⁊ nomē. *Dū fabularent̄.] Loquentes de se dn̄s appropinquās comitat̄: vt ⁊ fidem resurrectiōis eoꝝ mentib⁹ incendat: ⁊ qd̄ se promiserat factuꝝ impleat. vn̄ Mat. 18. c. Ubi sunt duo vel tres ɔgregati in noie meo: ibi suȝ in medio eoꝝ. *Appropinquās ibat.] Apparuit q̄dem in specie ꝓpria: sed speciē quā recognoscerent nō ondit. Sicut ⁊ ipsi ⁊ intus amabāt/ ⁊ tn̄ dubitabāt: sic ipse foris ⁊ p̄sens adest: ⁊ q̄s sit nō ostēdit. De se ḡ loquētibus p̄sentiā exhibet. Sed de se dubitantibus speciē cognitionis aufert. *Peregrinus es: ⁊c.] Peregrinū putāt/ quē non agnoscunt. Et vere peregrinus erat eis: a quoꝝ fragilitate p gloriā resurrectiōis iā longe stabat: a quoꝝ fide resurrectiōis nescia extrane⁹ manebat. *Uir ꝓpheta.] Prophetā ⁊ magnū fatet̄: filiū dei tacent: vel qz nondū pfecte credunt: vel si credunt timent tradi in manus iudeoꝝ: nescientes cū quo loquūt̄. *Nos aūt sperabam⁹. ⁊c.] Quodāmodo redarguunt seipsos/ q̄ in illū redemptionē sperauerint: quem mortuū viderāt: nec resurrecturū credebāt: ⁊ maxime dolent euȝ sine culpa occisum: quē innocentē nouerāt: ⁊ ex hoc tristes incedebāt. *Terruerunt nos.] Merito dicunt̄ terruisse eos: q̄bus de nō inuento corpore plus mesticiā addiderūt/ q̄ denunciata resurrectione gaudiū: quo recrearent̄/ afferūt. *Abierunt quidā. ⁊c] Cū supra dixerit Petrum cucurrisse ad monumētū: ⁊ mō dicat Cleophas

* q̃dā ex nr̃is.] Intelligēdū est q̄ duo sil'ierūt. Sed Petrū solū primo cōmemorauit: q2 p̄mit⁹ illi nūciauit Maria. * O stulti et tardi.[rc].] Hic gemina humiliādi necessitas incumbit: q̄ nec in scripturis quantū oportet edocti: nec ad iplenda que nouim⁹ quantū decet: sum⁹ intēti. Nā si Moyses [et] pphete de xp̄o locuti sunt: [et] eū p passionē et gloriā itraturū p̄dixerāt: quō gl'iat se esse xp̄ianū: q̄ nec i scripturis q̄lit ad xp̄z ptinēt inuestigat: neq3 ad gl'iam/ quā cū xp̄o habere cupit/ p passiōes attigere desiderat? * Et ipse se finxit.[rc].] Talē se exhibuit in corpe: qualis apud illos erat in mēte. Probādi erant: si hunc: quē nōdum vt deum diligebāt: saltē vt peregrinum diligerēt. Sed quia extranei a charitate esse nō pōt: cū q̄bus veritas gradiebat: ad hospitiū vocant: immo cogūt. Quo exemplo colligitur: q2 peregrini non solum ad hospitiū sunt vocandi: sed etiā trahendi. * Fregit [et] porrigebat] Quē in expositione scripture non cognouerunt: in fractione panis nouerunt: q2 non auditores legis/ sed factores iustificabunt. Et veritas meli⁹ operando/ q̄3 audiendo intelligitur. * Aperti sunt oculi.] Subtrahit carnalibus oculis species infirmitatis: vt mentibus incipiat apparere gloria resurrectiōis. vnde subdit. * Et dixerūt ad inuicem.[rc].] Mystice. Ideo in xp̄o illis ostēsa est alia effigies: ne eū nisi i fractiōe panis cognoscerent: vt omnes intelligant se xp̄m nō agnoscere: nisi fiāt participes corporis eius.i.ecclesie: cuius vnitatem cōmendat Apl's in sacramento panis: dicens.1.Cor.10.d. Vn⁹ panis: vnum corpus multi sumus. Cum ergo panem benedictū porrigit: aperiuntur oculi/ vt eum cognoscant: [et] remouetur impedimentum/ quod a sathana in oculis erat: ne agnosceret Jesus. Et hoc impedimētum permittit inesse dñs: donec ad sacramentum panis veniatur. Sed participata vnitate corporis/ aufertur impedimētum inimici: vt possit xp̄s agnosci. * Ardens erat.] Exandito sermōe: cor p̄us torpore incredulitatis [et] timoris frigidum/ igne sanctispūs est accensu3: vt iā superno desiderio ardeat: [et] ad credendam veritatem se extendat. Quot preceptis instruit homo: quasi tot facibus inflammat. * Surrexit.[rc].] Jam fama erat q̄ resurrexerat Jesus ab illis mulierib⁹ facta: [et] a Simone Petro/ cui apparuerat. Hec loquentes inuenerāt isti duo: sed [et] ipsi prius audierant/ q̄ resurrexerat: sed timuerunt dicere in via: qñ tantummodo angelos dixerunt visos mulieribus. Ignorantes enim eū/ cum quo loquebantur: poterant timere/ ne inciderent in manus iudeorum: si quid passim dicerent de xp̄i resurrectione. ☞ Et quere de hac materia Annota.1.B. quinte partis. sermonis Ferie.4. Dñicc.4. post oc. Epipha. fo.65.co.1. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermōis Resurrectiōis. Fol.212. Et de an.1.lib. q̄nte p.ser. Ferie.6. Resurrectiōis. fol.223.co.1. sub themate. * Surrexit dñs.] L. ¶ Vel sermonis Apl'or. fol.82. sub the. * Inuenerunt congregatos duodecim.] L. ¶ Vel sermo. Religiosorum. fol.136. sub the. * Duo ex discipulis.] Et maxime annota. iterū.22. prime ptis. eiusdē sermo. Relig. fol.138. col.3. ¶ Vel ser. Oim sanctorum. Tomo.2. sub the. * Euanuit ab oculis cor.] L. Sc3 de dotibus corporis gloriosi. ¶ Vel sermonis Sacramenti. fol.14. Et Ecclesie. fol.64. sub themate. * Accepit panem.[rc].] L. F. ¶ Vel sermo. Dñicc.1. Quadragesime. fol.83. Et Dñicc.3. fol.117. sub them. * Aperti sunt oculi eorum.] F. ¶ Quere de potestate sermonis in predictis annota.

Ferie.iij. Resurrectiōis Dñi.

Sermonis annota. Ex quinta pte Biblie. [rc].] L. In hoc



Tetit Jesus.[rc].] L. In hoc capitulo circa xp̄i resurrectio[nem] primo describit xp̄i apparitio facta mulierib⁹/ cum dicit. * Una sabbati valde diluculo.[rc].] ☞ Vt patebit infra annota.1.A. quinte ptis. ser. Fer.6. Dñicc.3. post oct. pasche.) Secūdo discipulis itinerantibus/ cum dicit. * Duo ex discipulis ibāt ipsa die in castellū.[rc].] ☞ Quere supra anno. primo. A. q̄nte p. ser. Ferie.2. Resurrectionis. fol.217. col.2. Tertio in euangelio hodierno describit tertia apparitio dñi facta omnibus discipulis preter Thomā/ cū dicitur. * Stetit Jesus in medio eor.] Subito cūi inter discipulos apparuit: q2 ad eos ianuis clausis intrauit: vt habetur Joh.20. * Et dixit eis. Pax vob. Ego sū.] Nō res phantastica: seu illusio diabolica: g̃ * Nolite timere.] Cōseq̄nt describit resurrectiōis pbatio: p h⁹ q̄ ostēdit se verū hoiem [et] verum deū. Et s̄m humanitatem vere suscitatum: vt patebit prosequendo: et ideo dicitur. * Conturbati vero [et] conterriti/ existimabant se spiritum videre.] Diuina enim prouidentia permissi sunt dubitare ad maiorem certificationem fidei de dominica resurrectiōe. * Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitatiōes ascēdunt in corda vestra? Videte manus meas [et] pedes: quia egoipse sum.] Per cicatrices clauorū ibi remanentes ostēdit/ q̄ erat idē corpus numero. * Palpate [et] videte: q2 spūs carnē [et] ossa nō habet: sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus [et] pedes.] Per hoc enim

ostendebatur habere corpus verum ⁊ nō phan=
C tasticum. * Adhuc autem illis nō credentibus
⁊ mirantibus pre gaudio dixit. Habetis hic ali
quid qd̄ mādu cetur? At illi obtulerunt ei partē
piscis assi ⁊ fauum mellis. Et cū māducasset co
ram eis: sumēs reliquias dedit eis.] Per come=
stionem enim ostendit se habere corpus viuum:
anima vegetatiua animatū. * Et dixit ad eos.
Hec sunt verba: que locutus sum ad vos cū ad=
huc essem vobiscū: quoniā necesse est ipleri oīa:
que scripta sunt in lege Moysi ⁊ pphetis ⁊ psal
mis de me.] Per hoc ꝙ loquebat̄ sensibiliter ⁊
etiā rationabiliter: reducens ad memoriā: que
eis dixerat ante mortem suā: ostendit se habere
corpus animatū aīa sensitiua ⁊ intellectiua: ⁊
eadem: qua prius. * Tunc aperuit illis sensū:
vt intelligerent scripturas.] Sicut ꝑ precedētia
probauit sue resurrectionis veritatē / quantum
ad humanitatem: sic per hoc illā probauit quā
tum ad deitatem: qz illuminare mentes ignorā
tium intellectū sacre scripture ⁊ subito / est ipsius
deitatis proprium. et ideo subditur. * Et dixit
eis. Quoniā sic scriptū est / ⁊ sic oportebat xp̄m
pati: ⁊ resurgere a mortuis die tertia.] Qz sicut
ante passionem declarauit se esse verum deum ⁊
hoiem: ita etiam post resurrectionem suā. Resur
rectio enī vera / est eiusdē i numero iterata surre
ctio. * Et predicari in noīe eius penitentiā ⁊ re
missionem peccatoꝝ in oēs gentes. (Hic hoc
euangeliū terminatur: ⁊ sequit̄ immediate.) *
Incipientibus ab hierosolyma.] Hierosolyma
enī est in medio terre habitabilis: qz est i quarto
climate: ⁊ ideo ab illo loco conuenient̄ incepit p̄
dicatio euāgelij: vt per ap̄los xp̄i: aliosq3 disci=
pulos circūquaq3 per orbē dispersos: in oēm ter=
rā exiret sonus predicatiōis eoꝝ: ꝭm qd̄ fuerat p̄
dictum ps.18. * Vos autem estis testes hoꝝ.]
Sc3 superius descriptoꝝ: q̄tum ad xp̄i incarna
tionē: predicationē: passionē ⁊ resurrectionē. *
Et ego mittā promissum patris. ⁊c.] ☞ Vi=
de annota.1.A. quinte ptis. ser. Ferie.6. Dn̄ice
infra octauas Ascensionis. infra in hoc Tomo.
Et fere de hac materia hui⁹ euāgelij: vide infra
an.1. quinte ptis. ser. Dn̄ice in albis.
D Moralr * Stetit Jesus. ⁊c.] Mora. Qz cōgregati erāt
in noīe eius: vt premittitur. Inuenerunt congre
gatos vndecim. * Et dixit eis. Pax vobis.]
Ex quo patet ꝙ illi sunt pacifici: q̄ vere sunt dis=
cipuli xp̄i. * Et dixit eis. Quid turbati estis?
⁊c.] Secundum sensum litteralem certificauit
eos de sua resurrectione per tria. s. per visum: di=
cens. * Videte manus. ⁊c.] Et per tactum: di=
cens. * Palpate. ⁊c.] Et per gustū: ibi cū dixit.
* Habetis hic aliqd. ⁊c] Mystice vero xp̄m
resurrexisse vident: q̄ resurrectionis eius gloriā
meditant̄. Ipsum vero tangunt ⁊ palpāt: qui si
bi charitate copulant̄. 1. Joh. 4. c. Qui manet
in charitate: in deo manet: ⁊ deus in eo. Piscem
assum offerunt ei: q̄ patientiā igne tribulationis
decoctam habent ꝓ noīe xp̄i. Sed illi offerūt fa
uum mellis: q̄ mēbris ei⁹ exhibent opera pieta=
tis. De q̄bus dr̄ Mat. 25. c. Esuriui ⁊ dedistis
mihi māducare. * Tunc aperuit illis sensum:
vt intelligerent scripturas.] Ex quo patet: ꝙ sa=
cre scripture non possunt sufficienter intelligi: ni
si ille aperiat: q̄ habet clauem Dauid: q̄ aperit ⁊
nemo claudit.
* Stetit. ⁊c.] Glo. Hec ostēsio / est illa: de q̄ Jo E Glosa.
hānes ait. 20. c. Cū sero esset die illa vna sabbati
⁊c. Venit Jesus: ⁊ stetit i medio eoꝝ: ⁊ dixit eis.
Pax vobis. Qd̄ xo dicit Johānes Thomā nō
fuisse cū illis: cū Lucas dicat istos duos inuenis
se vndecim ꝯgregatos: ⁊ eos q̄ cū eis erant: intel
ligendū est: ꝙ Thomas inde exysset: anteq̄3 dn̄s
eis hoc loquentib⁹ appareret. * Spiritū vide=
re. ⁊c.] Nouerāt discipuli fuisse veꝝ hoiem: sed
postq̄3 mortu⁹ est: nō credunt tertio die potuisse
verā carnē de sepulchro resurgere. Putāt ergo se vi
dere spiritum: quē emisit in passione: sed hūc er=
rorem aufert dn̄s. * Quid turbati estis?] Cre= F
debant ap̄li: sed tn̄ turbabant̄. Primo qz pauco
rum opinionē: sententia maioris ptis excludit.
Deniq3 qz Petrus etsi crederet resuscitatum: tur
bari potuit: ꝙ clausis ianuis dn̄s cū corpore suo
se improuisus infuderit. * Cogitationes ascen
dunt] False: non desuꝑ descēdentes: sed sic ma=
la herba in corde ascendētes. Fidē quā in vobis
plātaui exigo. Qd̄ ex vobis ortū est ꝯdemno: si
non est veritas resurrectiōis: ꝑditus est fructus
passionis. * Palpate ⁊ videte.] Multis docu
mentis ꝑsuadet resurrectionē: p̄bendo se: ⁊ oculis
videndū: ⁊ manib⁹ ꝯtrectandū: q̄ dū palpādo
ossa carneq3 monstrat: statum sue vel nr̄e resur=
rectionis signat: in q̄ corpus nr̄m: ⁊ subtile erit ꝑ
effectum sp̄ualis potentie: ⁊ palpabile ꝑ veritatē
nature. Post resurrectionem dn̄s in corpore suo
duo ꝯtraria ostendit: ⁊ palpabile eiusdē nature:
vt informet ad fidē: ⁊ incorruptibile alteri⁹ glo=
rie: vt inuitet ad premiū. * Ostendit eis man⁹. G
⁊c.] Vt ostēsa vulneꝝ cicatrice infidelitatis vul
nus sanaret: q̄s cicatrices ⁊ tūc seruauit: ⁊ in iu
dicio seruatur⁹ est. Primo ad fidem resurrectio
nis instruendā. Deinde vt patri pro nobis sup=
plicans: quale genus mortis pro hoie pertulerit
semper ostendat. Tertio: vt sua morte redēptis:
q̄3 misericorditer sint adiuti: propositis eiusdem
mortis insinuet indicijs. Sz postremo: vt in iu=
dicio: q̄3 iuste damnentur impij denunciet: osten
sa quam ab illis accepit cicatrice. Non ergo ex
impotentia curandi cicatrices seruauit: sed vt

perpetuum victorie sue circumferat triumphũ. * Habetis hic aliquid: ⁊c.] Ad insinuandam veritatẽ resurrectionis: nõ solum tangi: sed ⁊ cõ- uesci voluit: non q vel ipse/ vel nos post resurre- ctionem debeamus cibo indigere: sed vt corpus/ non spiritũ esse manifestaret: manducauit pote- state: non necessitate. Aliter absorbet aquã terra sitiẽs: aliter solis radius calens. Illa indigẽtia: iste potentia. * Piscis assi.] Piscis assus/ ipse mediator passus: in aquis humani generis ca- ptus laqueo mortis: assatus tempore passionis. Ipse ⁊ fau⁹ mellis nobis est in resurrectiõe. Fa- uus mellis in cera.i.diuinitas in humanitate. In huius mellis comestione signat: q2 illos in corpore suo ad eternã quietem suscipit: qui cum tribulationes pro deo sentiũt: ab amore interne dulcedinis nõ recedunt. Qui hic assantur: illic vera dulcedine satiabũtur. * Et cũ manducas-
h set.] Omnes ambages aufert: visus est: tactus est: manducauit: et ne in aliq̃ sensus humanos ludificasse videret: mittit man⁹ ad scripturas: vt etsi magicis artib⁹ videat potuisse quod vo luit (sicut dicunt pagani) saltem videant pphe- tare nõ potuisse anteq̃ natus fuit. * Tunc ape ruit.] Post visum: post ptactũ: post cõmemoratã legem aperuit sensum: vt qđ vident ⁊ legunt/ in telligant. Deinde post sui corporis cõmendatã veritatem/ cõmendat ecclesie vnitatẽ: ⁊ predica ri in nomine eius penitentiã.⁊c. Oportebat xp̃m pati: oportebat vt ministri: q̃ penitentiã ⁊ remis sionem erant predicaturi in omnes gentes/ inci perent ab Hierosolymis: nõ solum quia illis cre dita sunt eloquia dei: ⁊ q2 eorum est adoptio fi- liorum: et gloria: et testamenta et legislatio: sed ideo etiã: vt gentes varijs erroribus et facinori bus implicite: hoc maxime indicio diuine pie- tatis ad spem venie puocent: q eis: qui filium dei crucifixerunt: venia relaxatur.

I
Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Resurrectiõis.folio.212.sub themate. * Et resurgere.⁊c.] vt.s.C.vel. * Ego sum.] A.s.q̃ resurrexi. ¶ vel sermonis Pacis.fol.177 sub the. * Pax vobis.] A ¶ vel sermonis Pe- nitentie.fol.211. ¶ Et peccatorum.fol.189.sub the. * Predicari in noie ei⁹ pniam.⁊c.] C. ¶ vl' ser. Relig.fol.136.sub the. * Stetit Jesus.⁊c.] D. Q2 congregati erant: sicut nunc sunt/ religiosi. ¶ vel ser. Passionis.fol.35.sub the. * Sic opor tebat Christum pati.] C. ¶ Vel sermonis Pre latorum.fol.90.sub themate. * Et predicari in nomine eius penitentiã.⁊c.] C.

Ferie.iiij. Resurrectiõis dñi

Sermõis annotamẽta. Ex quinta pte Biblie.



[M]Anifestauit Jesus.⁊c.] Lyra Cr. Johã.
Hic ponitur tertia xpi apparitio: q̃ manifestata est sua re- A surrectio aliqb⁹ discipulis spe cialiter. Et si ordinem istarum trium apparitionũ considere mus: in prima ostendit chri- stus suam deitatẽ: spũm sanctũ insufflando. In secunda vero humane nature identitatẽ: cicatri ces ostendendo. ☞ Prout infra inuenies.s. Annotamento.1.quinte ptis.ser.Dñice in Albis. fol.224.col.1.) In ista tertia ostendit humane nature veritatẽ: cum aplis comedendo. In hac aũt apparitione describenda sic pcedit Johan- nes: quia primo ostendit qđ Jesus exhibuit plu ribus discipulis. Secũdo qđ exhibuit duobus specialiter predilectis.s. Petro et Johanni: ibi. * Cum ergo prandissent/ dixit Jesus Simoni Petro.⁊c.] ☞ Quere annota.1.A.B.quinte ptis.ser. Cathedre sancti Petri. Tom.2.) Pri- ma in tres: q2 primo describit xpi apparitio. Se cundo xpi apparẽtis cognitio. Tertio predicto- rum epilogatio. In prima pte dicit sic. * Ma- nifestauit Jesus se iterum.] Idest facto interuallo temporis: q2 non manebat cõtinue cum aplis. * Ad mare Tiberiadis.] Ex quo patet q illa apparitio fuit i Galilea: vbi est illud mare. Pre cedentes apparitiones fuerũt in Hierusalem: et quibus apl'i iam confortati/ abierunt in Galile am: vbi pmiserat se eis manifestaturum: vt habet Matthei vlti. * Manifestauit autẽ sic.] Idest per modũ: qui sequitur. * Erãt aũt simul Simõ Petrus.] Ista duo noia simul coniũgit: q2 Si- mon fuit nomẽ eius primũ. Petrus aũt erat no men sibi de nouo a xpo impositum. * Et Tho mas: qui dicitur didym⁹: ⁊ Nathanael: q̃ erat a Chana Galilee: ⁊ filij Zebedei: et alij ex disci pulis eius duo] Istos nõ exprimit nominatim: q2 erãt minores. Qđ aũt tot nomina ppria hic exprimit: hoc est ad maiorẽ expressionẽ rei geste. B
* Dicit eis Simon Petr⁹. Vado piscari. Di- cunt ei. Venimus et nos tecũ.] Erant eñi pau peres: et ideo ad pcurãdum necessaria vite/ lici te poterant redire ad exercendũ negociũ: quod sine peccato poterat exerceri. Mattheus aũt nõ redijt ad tractãdum negociũ telonei: q2 vix/ aut nunq̃ potest sine peccato fieri. ppter quod Pau lus artem scenofactoriã didicit: vt cum necessi- tas occurreret: vel vtilitas ecclesie: de labore suo viueret: vt habetur in actibus Aplorum.18.capi. * Et exierunt et ascenderunt in nauem.] Alie nam/ eis accomodatã vel locatam: seu alio licito modo adeptam: quia a principio sue vocatõis nauem ⁊ retia reliquerãt. * Et illa nocte nihil prendiderũt.] Hoc factum est: vt captio sequẽs

manifeste miraculosa appereret. * Mane aūt iā facto/ stetit Jesus in littore.] Non apparuit sup aquam: sed in terra solida: ad ostendendum/ ꝙ amplius nō erat cum eis in fluctibus vite corruptibilis: sed magis transierat ad statū vite immortalis. * Non tn̄ cognouerūt discipuli quia Jesus est] Quia corpus gloriosum est totaliter in potestate anime: et ideo ꝺm conceptuz anime potest visum diuersimode immutare: et per consequēs cognosci/ vel nō cognosci. * Dicit ergo eis Jesus. Pueri: nunquid pulmentariū habetis?] Idest aliqđ qđ posset decoqui et comedi? * Responderunt ei. Non.] Credebāt enim eū aliquē mercatorē: qui vellet pisces emere. * Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: et inuenietis.] Predicit certitudinaliter euentum futurum: vt ad consequentia habeant animū magis attentū. * Miserunt ergo: ⁊ iam non valebant illud trahere pre multitudine pisciū.] Ex quo patet ꝙ pisces illi fuerunt miraculose adducti: vel virtute diuina de nouo formati: quia

C tota nocte ibi quesierunt/ et nihil inuenerāt. Consequenter secundo ponitur xp̄i apparētis cognitio. Circa qđ sciēdum/ ꝙ puritas mentis ⁊ corporis maxime disponit hominē ad cognitionez diuinoruz: ⁊ ideo Johannes: qui ceteris purior erat: tanꝗ̃ virgo citius alijs cognouit xp̄m. Tū ex ꝯsideratiōe miraculi facti: tum quia xp̄s primo ei ostendit speciem cognoscibilem ꝓpter suā puritatem. ⁊ hoc est qđ dicitur. * Dicit ergo discipulus ille: quē diligebat Jesus.] Idest Johānes. * Petro.] Erat eīn sibi familiaris: et ideo primo aperuit ei conceptū animi. * Dn̄s est.] Sic enim vocabant xp̄m ante passionē. * Simon Petrus cum audisset/ quia dn̄s est: tunica succinxit se.] Ut cum maiori reuerētia accederet ad xp̄m. * Erat enim nudus.] Idest paruz vestitus: vt esset expeditior ad piscatiōis opus. * Et misit se in mare.] Ut citiꝰ veniret ad xp̄m ex deuotione. Hic dicit Beda/ ꝙ tunc non venit ad xp̄m supra aquas ambulando: sicut fecerat prius: sed magis peditādo vel natando. Sz rationabilius videtur contrariū. Non enim videtur ꝙ natando venerit: quia tunc tunica succinxit se: vt ad xp̄m veniret: quod non fecisset/ si natando venire vellet: nec etiā peditando ꝑ profundum aque: quia distabat a terra quasi cubitis ducētis. Unde nō videtur ꝙ in tanto spacio aqua maris esset ita ꝑua: ꝙ homo posset ibi peditare. Et maxime: quia aqua illa erat tanta/ ꝙ in ea nauis poterat currere: in qua erant septē homines ad minus: quia tot sunt hic numerati: et centū ⁊ quinquagintatres pisces magni: ⁊ retia: et alia nauis instrumēta. ꝓpter qđ magis videtur ꝙ Petrus dn̄i memor: quem feruēter diligebat: et pristine ambulationis super aquas: quando ad christum venerat/ ꝙ simile hic fecerit. * Alij aūt discipuli nauigio venerūt.] Qz non erant ita feruidi/ sicut Petrus. * Non eīn longe erat a terra: sed quasi cubitis ducentis: trahentes rete piscium.] In hoc assignatur ratio quare cito venerūt post Petrum. Scdm expositionem Bede assignatur ratio/ quare Petrus misit se in mare: quia ꝓpter paruam distātiam sine naui poterat venire. Alia tn̄ expositio ꝓbabilior est: vt patet ex predictis. * Ut ergo descē- D

derunt in terram: viderūt prunas positas: et piscem superpositū.] Illis prunis. * Et panez.] Non super prunas positū: sed ibi paratum pro refectione eorum. Ista enim diuina virtute fuerunt de nouo formata ad maiorem discipulorū confirmationem in fide resurrectionis Christi. * Dicit eis Jesus. Afferte de piscibus: quos prendidistis nunc.] Familiariter eis loquitur tanꝗ̃ discipulis/ ad confirmandum veritatem sue resurrectionis. * Ascēdit Simon Petrus: ⁊ traxit rete in terram: plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus.] Numerꝫ et magnitudinem exprimit/ ad declarationē miraculi ex tanta captione: et iterum ex retis integritate: cum subditur. * Et cum tanti essent: non est scissuz rete. Dicit eis Jesus. Uenite prandete.] Inuitat eos dulciter ad comedendum secum: quia cum eis tunc comedit ad declarationē sue resurrectionis: licet non exprimatur hic. * Et nemo audebat discumbētium interrogare. Tu quis es?] Non propter formidinem: sed propter cognitionis certitudinem: quam habebāt de ipso. Propter quod subditur. * Scientes quia dominus est.] Et ideo frustra fecissent de hoc questionem. * Et venit Jesus et accepit panem: et dabat eis: et piscem similiter.] Idest eo modo diuidebat eis et distribuebat/ sicut ante passionem: ad declarandum suam resurrectionem. Dicunt enim aliqui doctores: et satis probabiliter/ ꝙ sic diuidebat cibaria sola manu/ sicut alius cum cultello: ⁊ in hoc cognouerunt eū cum alijs signis: sicut et discipuli cognouerunt eum in fractione panis. Luce vltimo. Conse- E

quenter tertio ponitur huius apparitionis epilogatio: cum dicitur. * Hoc iam tertio manifestatus est Jesus.] Uidetur ꝙ deberet dici: quarto: quia iam alias tres apparitiones descripserat: vt patet ex predictis. Dicendum ꝙ littera sequens hoc soluit: cum dicitur. * Discipulis suis: cum resurrexisset a mortuis.] Et sic patet/ ꝙ tantū enumerat hic apparitiones factas apostolis. Prima aūt apparitio: quā descripsit: fuit soli Marie Magdalene: ⁊ iō nō enūeratur hic. Potest etiam aliter dici: ꝙ li/ tertio: referatur ad

diem apparitionis. Due aūt prime facte sunt in vna die: alia facta est in die octaua. ista autē facta est postea. Si aūt ꝯsiderētur iste tres apparitiones aplīs facte: prima declarat xp̄i diuinitatem: dando spiritūsanctū. Secunda resurgētis identitatē: vulnerū cicatrices ostendēdo. Tertio humane nature veritatē: comedēdo. ☞ De ordine ⁊ numero apparitionū quere Annota.1. H. q̄nte partis. ser. Ferie.6. Reiur. fol.223.co.1.

F Moralr ✳ Vado piscari.] Moraliter. Per artificiū piscandi, significatur officiū predicandi. Matth. 4.d. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominū. Item q̄m omne tempus septem diebus reuoluitur: recte vniuersitas septenario numero figurat̄: vt dicit Greg. Homel.25. Igitur per septē piscatores: q̄ hic enumerātur: vniuersitas predicatorū ecclesie designat̄. ✳ Et illa nocte nihil prendiderūt.] Ad significandū q̄ predicatores eccl'ie sine xp̄i virtute nihil ꝓficere possūt. Vn̄ Joh.15.a. Sine me nihil potestꝭ facere. Sz ipso presente et dicente. ✳ Mittite in dextrā nauigij rete: et inuenietis.] Ceperūt piscium multitudinē copiosam: p̄ quā significat̄ multitudo credentiū per predicationē aplōrū: xp̄o tñ principaliter operante. Sicut dicit̄ Marci. vlti.d. Illi aūt profecti, predicauerūt vbiq̄ dn̄o cooperāte: ⁊ sermonē ꝯfirmante sequētib⁹ signis. Et similiter multitudo penitentiū per predicatores alios ad bonū conuersorū. ✳ Afferte de piscibus. ⁊c.] Per hoc significatur q̄ predicatores pro labore: quem sustinent in conuersione peccatorū reficiētur in regno celorum.

G Glosa. ✳ Manifestauit Jesus se. ⁊c.] Glosa. Relictis omnib⁹, secuti fuerant Jesum. Qd̄ si post mortem Jesu anteq̄ redderet̄ eis viuus, repetissent priorem artem: possent videri ex desperatiōe hoc fecisse: sed post reditū viuū: post acceptū eius insufflationis spiritū: post verba eius. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Subito fiunt: qd̄ fuerunt: piscatores nō hominū: sed pisciū. Sed sciendum est nō prohibitos fuisse sua arte licita victū querere: apostolat⁹ integritate seruata: cū vnde viuerent, nō haberent: ⁊ sic illis laborantibus adiecit deus necessaria: que ꝓmisit: hic autem penuria corū disposita est: vt in piscatiōe tanta exhiberētur sacramenta. ✳ Et illa nocte. ⁊c.] Nox ante aduētum xp̄i: in qua nullus ad perfectionē per legem venit. Mane aduētus stetit iā post resurrectionē extra fluctus in solido: nec primo agnoscit̄. In hac narratiōe magnum est sacramentum: ⁊ vt vehemētius cōmendaret̄: vltimo loco scriptuz est. Qd̄ septem fuerunt in piscatione discipuli: significat finē temporis: qd̄ septē diebus voluit̄. Littus etiā: q̄ est finis maris: significat finez seculi: in quo Petrus rete extraxit in initio predicatiōis xp̄i. Est alia piscatio hic: alia post resurrectionē. Ibi et boni et mali capti sunt: sicut nūc habet ecclesia: hic tm̄ boni: q̄ erūt in eternū, impleta in fine resurrectiōe mortuorū. Ibi Jesus nō stat in littore: sicut hic: sed ascēdit in nauē Simonis. Ibi pisces in nauiculis: hic rete in terra. Ibi ergo ecclesia in hoc seculo: hic in fine seculi. Ibi vocati: hic resuscitati. Ibi retia nō solum in dextra vel in sinistra: nec soli boni, vel soli mali: sed indifferenter vt permixti habeantur boni ⁊ mali: hic in dextra vt soli boni. Ibi rumpit̄ rete p̄ schismata: hic in summa pace sanctorū nō est scissum. Ibi tanta multitudo: que naues mergit. i. in submersione premit: non eām sunt merse: hic nō valent trahere a multitudine pisciū: vt in nauem captos refunderent: sicut ibi: q̄ hi: qui pertinent ad resurrectionem vite, sunt post finē huius vite in somno pacis, velut in ꝓfundo latentes: nec apparebunt, nisi cū in littore. i. in fine seculi resurrexerit: qd̄ ibi figuratur duabus nauiculis: propter circūcisionem et preputiū. Hoc isto loco ducentis cubitis: propter electos vtriusq̄ generis: quasi centū et centum: q̄ hic numerus ad dexterā transit: ibi nō exprimit̄ numer⁹: q̄ multiplicati super numerum: hic est certus numerus.153. Decem legem significat: que occidit. Septē, spiritū: qui viuificat. Accedat ergo spūs ad legem: vt impleat̄: id est septenarius ad denariū: ⁊ fiunt decē et septē: qui numerus ab vno ad seipsum (computatis omnibus) crescens ad.153. peruenit: quo signantur omnes ad gratiam spiritus pertinētes: que gratia cū lege dei, tanq̄ cum aduersario concordatur: vt viuificante spiritu, littera nō occidat: sed compleat̄: ⁊ si q̄d minus sit, remittatur. Hic numerus habet centū et q̄nquaginta: ⁊ insuper tres: propter mysteriū trinitatis. Quinquaginta aūt fiunt septē: multiplicatis per septem: et ex adiectione vnius. Vno significātur esse vnū: q̄ demonstratur per septem: propter operationem septenariam: et eo die missus est apostolis spiritus. In prima captura: que est presentis ecclesie, magni ⁊ parui: in illo regno nulli, nisi magni. ✳ Venite.] Hic dicit̄ manducasse Jesus cum pisce panem. In alio euāgelio: scilicet Luce.24. Cum pisce fauum mellis. Piscis assus, Christus passus. Piscis: quia latuit in aquis humani generis: capt⁹ in laqueo mortis. In fauo mellis, notat̄ dulcedo diuinitatis: vel vtraq̄ natura Christi: quia fauus est mel in cera: id est diuinitas in humanitate. Idem significat panis. Vnde Johā.6. Ego sum panis: qui de celo descendi. Christus ergo piscis assus in passiōe. Fauus vel panis in resurrectiōe. Comedit autē piscē assum, vel panē: vt suo cibo nob̄ ostēderet:

q: et passionē ex nostra humanitate ptulit: et resurrectionē nostrā ex sua diuinitate pcurauit. Hic vltimum conuiuiū cum septem discipulis habuit: innuens illos solos secū futuros in eterna refectione: qui septiformi spūsancto pleni/ in amorē eius anhelant. Prandiū fecit illis septē de pisce: quē viderunt sup prunas: & de pane: addens et de piscib⁹: quos eo iubēte attulerūt. Piscis assus: xp̄s est passus. Ipse etiā panis: q̄ de celo descendit. Huic comparat̄ ecclesia ad participandā beatitudinē: que per pisces designatur. Eadem etiā per septem discipulos signat̄: q̄ cū eo in eternū epulant̄. * Hoc iam tertio.] Non q̄ ter tm̄ manifestatus sit: sed ad dies refert. Primo die: quo resurrexit: post octo dies: hoc die q̄n hoc fecit de piscib⁹. Scdm ergo dies/ manifestationes numerātur. Prima: quotiēscunq; sit facta vna dies resurrectiōis. Secūda/ post octo dies. & hec est tertia. In hac tertia manifestatione hoc euangelium terminatur.

I ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis ser. Resur. fol. 212. Et an. 1. H. q̄nte ptis. ser. Ferie. 6. Resurrectiōis. fol. 223. sub the. * Manifestat⁹ est Jesus/ cū resurrexisset a mortuis.] vt supra. E. ¶ Uel ser. Aplo℞. fol. 82. sub them. * Erāt aūt ibi Simō. &c.] A. ¶ Uel ser. Petri apli. Tomo. 2. sub the. * Simō Petr⁹. &c.] A. ¶ Uel ser. Incarn̄. fol. 2. B the. * Illa nocte nihil prendiderūt: sed mane iā facto.] G. ¶ Uel ser. Epiph. fol. 39. sub the. * Alij nauigio venerūt.] C. s. gētiles: in eccl̄ia fluct⁹ mūdi calcātes. fm Interli. ¶ Uel ser. Trinitatis. infra. sub the. * Centū q̄nquagintatrib⁹.] G. ¶ Uel ser. Passionis. fol. 35. sub them̄. * Uiderunt prunas positas] D. H. Interli. q̄b⁹ significat̄ calor charitatis. Et piscē suppositū. s. prunis. ¶ Uel ser. Prelato℞. fol. 90. sub the. * Uado piscari.] F.

Ferie. v. Resurrectiōis dn̄i.

Sermonis Annotamēta. Ex quinta pte Biblie.

Ti. Johā. 20

A



Aria stabat ad monumentum. &c.] ☞ In hoc capit̄. euangelista ostendit qualiter mulieres cognouerunt xp̄i resurrectionē per sepulchri euacuationē: cū dicitur. * Una sabbati Maria Magdalene. &c.] Quere annota. 1. A. B. q̄nte ptis. ser. Sabbati In albis. infra in hoc Tom̄. Secūdo p angelicā visionē: cū dr̄. * Abierūt ḡ iterū discipli.] Scz Petr⁹ & Johānes: nō audentes diu manere iuxta sepulchrū pp̄ter metū iudeo℞. * Ad semetipsos.] Idest ad locū vbi prius latitabāt: & vñ ad sepulchrū venerāt. Consequēter seq̄tur lr̄a euangelij hodierni: cū dicit̄. * Maria stabat.] Ex feruore & p̄stātia: & q: non iminebat sibi tantum piculū/ sicut aplis. * Ad monumentū foris plorans.] Licet em̄ intrasset clausurā horti: in quo erat domūcula sepulchri excisa in rupe: tñ illam domūculā non intrauit. Ueruntñ q: illa horti clausura tota/ aliq̄n sepulchrū noiat̄: inde est/ q̄ Maria aliq̄n dicit̄ intrasse monumentum: vt habet̄ Marci vlti. a. & Luce. Silr̄ dicit̄ aliq̄n foras stetisse: vt hic. * Dū ḡ fleret.] Propter absentiā corporis xp̄i. * Inclinauit se: & pspexit in monumētū.] Q: fm Greg. Uis amoris/ intentionē multiplicat inq̄sitiōis: & ideo nō sufficiebat sibi semel respexisse. Preterea licet vidisset abesse corp⁹ xp̄i: tñ volebat adhuc videre: si aliqd ei⁹ vestigiū posset pcipe. * Et vidit duos angelos] Ex feruore. n. deuotiōis illā visionē meruerat. B * In albis sedentes.] Ad designandum dn̄ice resurrectionis gaudiū. Apparitiōes em̄ angelice fiunt ad instructionē hoim: & solent apparere p illū modum: q̄ cōpetit rei: de qua debent instruere. Candor aūt vestis/ splendorē denunciat solennitatis: & ideo in albis vestib⁹ apparuerūt/ ad denotādum gaudiū dn̄ice resurrectionis. * Unū ad caput: & vnū ad pedes: vbi positū erat corpus Jesu.] Tum pp̄ter reuerentiam loci p̄secrati ex tactu corporis dn̄ici. Tum ad solennius denunciādum resurrectionē xp̄i: q: solenni⁹ denūciat̄ per duos/ q̄z p vnū. * Dicunt ei illi. Mulier q̄d ploras?] Quasi dicant: non habes causam flendi: sed magis gaudendi ex resurrectione xp̄i. * Dicit eis: q: tulerunt dominum meum: et nescio vbi posuerunt eū.] Timebat enim/ ne iudei corpus xp̄i asportassent: vt ei ignominiā facerent. Posito qualiter Maria peruenit ad angelicā visionem: consequēter tertio ostenditur dominica apparitio sibi facta: cum dicit̄. * Hec cum dixisset/ conuersa est retrorsum: et vidit Jesum stantē.] Sed solet hic queri: quare conuertit se retrorsum: quia angelos sibi loquētes cognouit esse bonos: vel saltim estimauit valentes viros: & ideo videtur/ q̄ magis deberet vertere faciem ad ipsos. Dicendum q̄ illi angeli sedebant sup sepulchrū xp̄i: et vidit illos assurgētes pp̄ter reuerentiā xp̄i apparētis extra sepulchrum: et ideo illa conuertit se retrorsum ad videndum: cui tantam reuerentiā faciebant. * Et non sciebat quia Jesus est.] Ipsa enim nondum habebat fidē resurrectionis christi: vt patet ex predictis: & ideo talis apparuit in corpore: qualis erat apud eam in mente. In potestate em̄ hominis habentis corpus gloriosū/ est sic apparere: vt cognoscat̄: vel nō cognoscat̄: q: illud corp⁹ est omino subiectū anime: & codē

modo facta est apparitio duobus discipuli eū
C tibus in Emaus: vt habeť Luce vlti. * Dicit ei
Jesus. * Mulier q̄d ploras? Quem queris?]
Non petijt quasi ignorans: sed vt ex ei⁹ respon=
sione conuenienti⁹ eam instruat. * Illa existi=
mans: q hortulanus esset.] Sciebat eñ q mi=
lites de sepulchro fugerant: et ideo nemine credebat aduenisse: nisi illum: cui incūbebat illa cura
horti seruandi: in quo erat monumentū. * Dicit ei. Dñe: si tu sustulisti eum.] Non dicit: si tu
sustulisti Jesum crucifixū: loq̄ndo determinate:
sed/eum: in generali: quia modus est feruenter
amantiū/estimare q omnes cogitent de eo: qd
habent cordi. * Dicito mihi: vbi posuisti eum:
et ego eum tollam.] Ex virtute eñ amoris cre=
debat se posse portare tantū corp⁹/ etiā mortuū:
q feruenter amāti nihil videtur difficile. * Dicit ei Jesus. Maria.] Vocat eā ꝓprio nomine:
vt eā magis intentā faciat: et talem se ei exhibet:
D vt cognoscaī. * Cōuersa illa.] Scz oculis mentis: sicut et oculis corporis. * Dicit ei. Rabbo=
ni: qd dicit magister.] Sic eñ ꝯsueuerat eū ap
pellare ante passionē: q doctores apud iudeos
vocantur magistri. * Dicit ei Jesus. Noli me
tangere.] Illa eñ ex deuotiōe voluit stati oscu=
lari pedes ei⁹: sz ꝓhibita est ſm Aug. q erat in=
digna ꝓpter fidei defectū. Ideo subdiī. * Nō
dum enim ascendi ad patrē meū.] Idest in cor
de tuo nō credis me puenisse ad equalitatē pa=
tris. ¶ Aliter exponiī ſm Chryſ. et melius: vt videtur. Ad cuius intellectū sciendū/ q apparuit
Marie in ꝯsimili corpore ſm apparentiā: quale
habebat ante passionē: ⁊ nō in illa claritate: que
est ꝓprietas corporis gloriosi: ⁊ ideo Maria cre
debat ipsum resurrexisse ad vitam cōmunē cuz
discipulis ducēdaz: sicut ante: ⁊ ideo volebat eū
familiariter tangere/sicut prius. Hanc aūt opi=
nionem dñs voluit ab ea remouere/dicens. No
li me tangere. Q.d. non credas me inter vos ha
bitaturū/ sicut pri⁹. Et hoc est: quod subditur.
Nōdum eñ ascēdi ad patrem meū. Est assigna
tio cause/quare apparebat in simili corpore: si=
cut et ante passionem: ⁊ nō in claritate corporis
gloriosi: quod fuit ad ꝓbandum veritatē dñice
resurrectionis: in quātuz sic apparuit discipulis
per dies quadraginta instruēs eos de regno dei
ante suam ascēsionē. ꝓpter quod seq̄tur. * Va
E de aūt ad fratres meos.] Idest ad apostolos: q̄s
vocat fratres ꝓpter similitudinē nature huma=
ne/et specialitatē amicitie ad ip̄os * Et dic eis.
Ascendo.] Idest ascendam. * Ad patrem me
um.] Per naturam. * Et patrē vestrum.] Per
adoptionis gratiā. * Deū meū: ⁊ deū vestrū.]
Inquātū sum homo. Sic.n. loq̄baī in ꝓposito:
vt patet ex hoc/ q imediate vocauerat aplos fra

tres/ ꝓpter similitudinē nature: ⁊ eodē modo lo
quitur: cū dicit. Ascēdo ad patrem meū: q ascē
dere non cōpetit ei ſm diuinam naturā: que est
altissima. Per hoc igitur q xp̄s hic suā ascensio
nem denūciabat apl'is per Mariā: insinuat/ q
eis ante ascensionē illam apparebat ad eoꝝ in=
structionē: sicut expressius dicunt alij euangeli=
ste. Seq̄tur. * Venit Maria Magdalene an=
nuncians discipulis: quia vidi dñm: ⁊ hec dixit
mihi.] ¶ Hic euangeliū terminatur: ⁊ cōseq̄uē
ter ostenditur manifestatio resurrectionis disci=
pulis facta: cum diciī * Cū ergo esset sero. ⁊c.]
☞ Vide annota. i. A. quinte partis. sermo=
nis Dñice in albis. infra in hoc Tomo.
* Maria stabat foris plorans.] Jam plus de
sublato/ q̄ꝫ de occiso plorat: q tanti magr̄i: cui⁹
vita subtracta fuerat: nec memoria remanebat.
⁊ iste dolor ibi eā tenebat. * Dum ergo fleret.]
Cū.n. sciret ibi nō esse: sz q nimis dolet: nec suis
oculis/nec oculis illoꝝ duoꝝ credēdū putauit.
Vel poti⁹ diuino instinctu hoc factū est. * Vi
dit duos angelos.] Angeli.i. nuncij significant
euangeliuz xp̄i/a capite vsq ad pedes.i. ab ini
tio vsq ad finem esse nunciādum. Et ille ex pas=
sione sua erat nunciādus: q deus est ante secu=
la: ⁊ homo in fine seculi. Seder ergo angelus ad
caput: cū dicitur Joh. i. a. In principio erat ver
bum. Ad pedes: cū dicitur. Verbū caro factum
est. Vel duo angeli/duo testamēta. Vnū prius:
aliud sequens. Coniuncta: dum pari sensu/in=
carnatū: mortuū: resuscitatū nunciāt. * Quid
ploras? Quasi. Noli plorare. Prohibēt lachry=
mas quodāmodo nūciātes gaudiū. At illa pu
tans eos interrogare nesciētes: ꝓdijt causam la
chrymaꝝ: q tulerūt dñm meū.i. corp⁹ dñi mei.
* Et nō sciebat.] Q tergū ad eū habebat: quē
non resurrexisse credebat: q amabat et dubita=
bat: videbat et nō cognoscebat. * Quē queris?]
Nō q dubitet quē req̄reret: sz q illa/ quē querit:
ignorat. Nō.n. q̄rit xp̄m: sz quē putat raptū. *
Dñe.] Quē putat hortulanū/ dicit dñm: vt ho
norificaret hoiem: a q̄ rogabat bñficiū. Nec sic
dicit eū dñm: sicut illū: quē q̄rit sublatū. Jesum
vero agnoscēs/vocat magistrū: q recolit eū: a q̄
discernere humana ⁊ diuina discebat. * Si tu
sustulisti.] Non dicit quem: q hoc in aio agit
vis amoris: vt quē semp cogitat: nullum alium
ignorare credat. * Maria. Postq̄ꝫ cōi noie vo
cauit: ⁊ nō est agnit⁹/vocat ex noie: ac si dicat: re
cognosce eū: a q̄ recognosceris. * Noli me tan=
gere.] Hic innuit q pedes ei⁹ amplecti voluit.
Merito nō tangit: q̄ nō videt: nā q̄ videt/ tāgit.
Noli me tāgere. Fidē docēs: ⁊ i corde ei⁹ vt hor
tulanus seminat/dicens. Noli me tangere. Nō
q nollet tangi/nisi cū ascēdisset: cū et mulieres a

alij in terra cũ tetigisse legãtur: z nõ sedentẽ in ce
lo. Unde ĝ sic se speciauit tangi.i. sic se credi: vt sit
eq̃lis patri. Et q2 ista adhuc carnaliter in eũ cre
debat: quẽ sicut hoiez fiebat: audit. Noli me tan
gere.i. sic credere: q2 in corde tuo nõdum credis
me eq̃lem: ascendi ad patrẽ.i. nõdum credis me
eq̃lem patri: tunc tanges: cũ nõ imparẽ credes.
In hac figurat ecclesia de gentibus: q̃ in xp̃m nõ
credit: nisi cũ ad patrẽ ascendit. * Noli me tan
gere.] Mystice. Noli manũ maioribus adhibe=
re: sed vade ad perfectiores: q̃ facile resurrectio=
nem credant. Mulieribus enim in ecclia docere
J nõ permittit. * Uenit Maria.] Ibi culpa ab=
scinditur: vnde pcessit. Mulier mortẽ viro ppi
nauit: modo mulier vitã nunciat viris: et q̃ tũc
verba serpentis: modo narrat verba viuificato=
ris: ac si ipsis rebus dicat deus. De qua manu
illatus est potus mortis: de ipsa suscipite potũ vite.
R ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis Angelorz. fol.76. ¶ vel ser. Incarna=
tionis. fol.2. sub themate. * Uidit duos ange=
los. zc.] vt.s. B. F. ¶ vel ser. Fidei. fol.59. ¶ vl'
ser. Epiph. fol.39. sub the. * Noli me tangere.]
h. ¶ Uel ser. Resur. fo.212. Et maxie an. sequẽ
ti. H. sub the. * Uidit Jesum stantẽ.] B. ¶ vel
ser. Magdalene. Tomo.2. ¶ vl' ser. Ferie.6. Re
surrectiõis. infra annota. primo. sub themate.
* Maria stabat ad monumentũ. zc.] A.

Ferie. vj. Resurrectiõis dñi

sermonis Annotamenta. Ex quinta pte Bib.

A Undecim discipuli. zc.] Lyra.
In hoc capitulo primo descri
bitur dñice resurrectionis ma
nifestatio: cum dicitur. * Ue
spere aũt sabbati. zc.] ☞ q̃
re anno.1. A. quinte ptis. ser=
mõis Sabbati sancti. fol.211
col.2. Et anno.1. A. q̇nte ptis. ser. Ferie.4. Dñi
ce In albis. infra in hoc Tomo. Secundo ipsi=
us manifestate diuulgatio. Et hoc primo quan
tum ad xp̃i discipulos. Secũdo quantũ ad oẽs
populos: ibi. Eũtes ergo. zc. In prima igit par=
te dicit sic. * Undecim discipuli.] Qr Judas
erat mortuus: vt patet Matthei.26. * Abierũt
in Galileã.] Scdm mandatũ xp̃i et angeli. *
In mõte: vbi cõstituerat illis Jesus.] Scz Tha
bor: in quo transfiguratus fuit corã Jacobo, Pe
tro z Johãne: vt dicit Matth.17. Ibi eñ pau=
cis ostenderat gloriam sue resurrectionis: z ideo
ibi resurrectionẽ cõpletã manifestauit oibus disci
pulis suis. Unñ pbabiliter dicit, q illa fuit ma=
nifestatio: de qua scribit Apls.1. Cor.15.a. De
inde visus est pluscz quingẽtis fratribus simul.

Hic tñ non exprimuntur nisi vndecim apli: qui
erant principales xp̃i discipuli. Primo tñ visus
est septies psonis specialibus. Primo Marie Mag
dalene manenti iuxta sepulchrũ, alijs receden=
tibus: vt dicitur Joh.20. z Marci.16. Secũdo
ipsi Marie Magdalene: cũ alijs mulieribus a se
pulchro reuertẽtibus: q2 postq̃ viderat xp̃m: secu
ta est alias: z inuenit eas in itinere: et tunc appa
ruit eis xp̃s. Tertio Petro: fm qd habet Lu. vl=
timo: licet nõ habeat expresse ex euãgelio, qñ fa
cta est ei ista apparitio: pbabile tñ est q hoc fuit
qñ ipse et Johãnes cucurrerũt ad monumentũ:
z non inuento corpore xp̃i: abijt Petrus, mirans
secum qd factũ fuerat: vt dicit Luce vlti. z ideo
dum esset in tali admiratione solitarius: creditur
xp̃s sibi apparuisse. Quarto apparuit duobus
discipulis eũtibus in Emaus: vt habet Lu. vlti.
Quito apparuit decem apostolis, absente Tho
ma: vt habet Joh.20. Et iste q̇nq3 apparitiões
facte sunt ipsa die resurrectionis: vt patet euan=
gelia intuenti. Sexto apparuit vndecim aplis,
existente ibi Thoma: vt habetur Joh.20. z fuit
octaua die post resurrectionẽ: vt habet ibidem.
Septimo apparuit Petro et socijs eius ad ma=
re Tiberiadis: vt habetur Johãnis vltimo. Et
octauo in mõte Thabor (vt hic dicit) apparuit
apostolis et multis alijs. Et iterum bis appa=ru
it discipulis in die ascensionis: semel in Hieru=
salem ipsis conuescentibus: z semel in monte Oli
ueti hora sue ascensionis: vt habetur Marci vl
timo: z Luce vltimo: et Actuũ primo. Sequit.
* Et videntes eum adorauerunt.] Adoratiõe
latrie. * Quidã aũt dubitauerũt.] Ex quo pa
tet q ibi erant alij, q̃ apostoli: qui iam erant cer
tificati de eius resurrectione. etiã Thomas: qui
inter alios fuit magis incredulus. z hec patet ex
precedentibus. * Et accedens Jesus, locutus
est eis.] Ad certificandum eos: qui dubitabant
de sua resurrectione. * Dicens. Data est mihi
omnis potestas in celo z in terra.] Quia licet
Christus quantum ad diuinitatem ab eterno
haberet hanc potestatem: z inquantũ homo, ab
instanti conceptionis haberet potestatem in ce=
lo et in terra auctoritatiue: tamen executiue nõ
habuit ante resurrectionem suam: sed voluit es=
se passibilitati subiectus propter nostrã redem=
ptionem. Secundo ponitur diuulgatio domi= B
nice resurrectionis quantuz ad oẽs populos:
que facta est per predicationẽ apostolorum per
vniuersum orbem: et hoc est qd dicitur. * Eun
tes ergo docete omnes gentes.] Prius enim di=
xerat eis, q solum predicarent iudeis: vt dici=
tur Matthei.10. Quia ante Christi resurre=
ctionem fides christi non erat diuulganda per
vniuersuz orbẽ. * Baptizãtes eos.] Preposuit:

docete: quia catechismus debet precedere baptis
mum. Unde adulti prius debēt instrui de his:
que pertinent ad fidem: q̄ baptizētur. * In no
mine.] Propter vnitatē substantie. * Patris/
et filij: et spiritus sancti.] Propter distinctionem
personarum. Ista est forma baptismi instituta a
christo: sed familiari consilio spiritussancti quo
dammodo mutata est in primitiua ecclesia: qñ
apostoli baptizabāt in nomine xp̄i (vt habetur
Actuū.10.et.19.) vt nomen xp̄i: quod tunc erat
odiosum: magnificaret. et hoc diffusius tractat
in quarto sententiarum. * Docentes eos seruare
omnia: quecunq; mandaui vobis.] Videlicet
sacramenta a xp̄o instituta/ et alia ad fidem ca
C tholicā ptinētia * Et ecce ego vobiscū sum omi
bus diebus.] Et hoc dupliciter. Uno modo as=
sistendo eis in operibus miraculosis ad confir=
mationem doctrine. Alio modo existendo in sa
cramēto eucharistie: vbi est totus xp̄s. * Usq;
ad consumationē seculi.] Ex quo patet q̄ fides
catholica nō deficiet vsq; ad finē mundi: quan=
tumcūq; tribulationibus agitetur. Aduertendū
etiam: q̄ licet deus nō assistat cōtinue doctoribus
ecclesie per operationē miraculorum: q2 nō est ne=
cesse: cum fides catholica sit sufficiēter confirma
ta per miracula facta in primitiua ecclesia: ta=
men aliquando hoc modo assistit ecclesie facien
do miracula aliqua ad consolationē fideliū. As
sistit etiam ecclesie semper ipsam dirigendo per
occultos instinctus spiritussancti: vt sic non defici
at fides Petri. Ad laudem et gloriam dñi nostri
Iesu xp̄i: cui est honor et gloria in secula seculo
lorum. Amen.
D * Undecim. etc.] Moraliter. Raba. In mon=
Moralr te quidem apparuit eis dñs: vt significaret q̄ cor
pus: quod de cōmuni generis humani terra na
scendo susceperat: iam super omnia terrena sub
leuabat: et vt admoneret fideles: si illic celsitudi
nem resurrectionis eius cupiunt videre: hic ab
infimis voluptatibus studeant ad supna deside=
ria transire. * Euntes. etc.] Ex hoc patet q̄ pre
dicatores euangelij debent omībus/ magnis et
paruis sine acceptione predicare: et ministrare
sacramēta: sm gratiam et potestatem immedia
te a dño vel per ministros suos sibi datam: quibus
promittitur assistentia dñi: cum dicit. * Et ecce
ego vobiscū sum. etc.] Scilicet dirigendo sermo
nem ad salutem audientiū: et meritū vestrū.
E * Undecim discipuli abierūt in Galileā. etc.]
Glosa. Glosa. A Hierusalem in Galileā. In montem:
quia corpus de cōmuni terra susceptū/ iam sup
omnia terrena erat eleuatū. Et monet nos: vt si
eum videre volumus: ad supna de infimis ele=
uemur. Precessit xp̄s primitie dormientium: vt
dicitur.1.Cor.15. Sequūtur alij in suo ordine:

et videntes eū adorāt.i. sine fine laudāt. * Qui
dam aūt.] Dubitauerunt (vt Lucas ait.24.ca
pi.) Existimātes se spiritū videre: quem mor[te]m
do tradidit. * Et accedēs Iesus. etc.] Et iō pi9
magister et illos ad fidem cōfortat: et dubios ad
fidem vocat: intimans ad quantam peruenerit
gloriā. * Data est. etc.] Hoc nō de coeterna pa=
tris diuinitate: sed de assumpta dicit humanita
te: in qua minor angelis: in qua etiā gloria et ho F
nore coronatus est: et omnibus suppositus: vt di
citur Heb.2.b. * Euntes. etc.] Quia iam in lu
cem venit: quod hactenus quibusdam de cau=
sis dubium hominibus fuerat. * Docete.] Cō
gruus ordo. Primo.n. docendus est auditor. De
inde fidei sacramentis imbuendus: tunc ad ser
uanda mandata instruēdus. Quia nisi prius
anima fidem recipiat: nō est dandus baptismus:
nec valet mundari: si post nō insistat bonis ope
ribus. * Et ecce ego vobiscū sum. etc.] Que au
tem merces pie conuersationis: quod ue pi=
gnus future beatitudinis etiam in presenti sit
fidelibus/ subdit. Et ecce ego vobiscū. etc. Qs
apl'is/ per successiones vniuersali ecclesie pmit
tit. Nota q̄ vsq; in finem seculi nō sunt defuturi G
qui diuina mansione sint digni. Aug9. Pri
ma sabbati. Diluculo (sicut omnes euangeliste
consentiunt) ventū est ad monumentū. Iam fa
ctū erat: quod solus Mattheus ait de terremo=
tu et reuoluto lapide: et territis custodibus. Ue
nit autem Maria Magdalene ceteris feruen=
tior. Unde Iohannes de ea cōmemorat/ tacitis
alijs: que cum ea fuerant: vidensq; lapidem sub
latum/ antequam diligentius inspiceret: credēs sub
latum corpus: cucurrit nuncians Petro et Io=
hanni: qui etiam cucurrerunt ad monumentū:
et non inuento corpore/ crediderunt: quod Ma
ria dixerat: ablatū: abieruntq;. Maria autē ste
tit foras plorans: in horto.s. vbi ingresse fuerāt.
Tunc viderūt angelū sedētem super lapidem re
uolutum: de quo Mattheus et Marcus dicūt.
Qui dicit illis. Nolite timere. Scio enim q̄ Ie
sum: qui crucifixus est/ queritis. Quibus simi
lia Marcus non tacuit. Ad hec verba Maria
(dum fleret) inclinauit se: et pspexit in monumē
to: et vidit duos angelos. Unū ad caput: et vnū
ad pedes sedentes in albis. Dicunt illi. Muli
er. Quid ploras? Quia tulerunt dominū meū:
et nescio vbi posuerunt eum. Ioh.20.c. Hic in=
telligendum est angelos surrexisse: vt et stantes
viderentur: sicut Lucas ait.24.a. qui et eos di
xisse refert. Quid q̄ritis viuētē cū mortuis? etc.
Post hec conuersa est Maria retro: et vidit Ie=
sum stantem (vt Iohānes ait) et nesciebat quia
Iesus esset: putans hortulanū: vbi et nominata
agnouit eum: cui et dictū est. Noli me tangere.

Tunc egressa est de monumento.i. de loco ante
lapidem effossum: ⁊ cum ea alie: quas (vt Mar
cus ait.16.b.) timor inuaserat: et nemini quicq̄
dicebant. Tunc iam ſm Mattheũ. Ecce Jesus
occurrit eis / dicens. Auete. Jlle aũt accesserunt
⁊ tenuerunt pedes eius. Sic colligimus et ange
lorum allocutionē bis eas habuisse veniētes ad
monumentũ: et ipsius dñi semel: quando Ma=
ria hortulanũ putauit: ⁊ nunc cum eis iterũ oc=
currit: vt eas ipa repetitio firmaret. Venit ergo
Maria Magdalene nũciãs discipulis: ⁊ alie:
que cũ ea erant: quas Lucas cõmemorat. 24.
capi.b. Plures q̇dem fuerunt apparitiones: qð
innuit Paulus.1.Cor.15.a.dicens. Visus est
Jacobo: visus est plusq̄ quingentis fratribus si
h mul. Sed decem legimus in euãgelijs. Quin=
ques in ipso resurrectionis die. Primo apparu
it Marie Magdalene flenti ad monumentum:
Joh.20.capi.per totũ. ☞ Et anno.1.A. qn=
te partis. sermonis. Sabbati in Albis. fol.223.
columna.2. Et.s̈.an.1. qnte ptis. ser. Ferie.5.
Resurrectionis.fol.221.col.1. Postea eidem: ⁊
alij Marie / egrediẽtibꝰ nũciare aplis. Lu.24.
☞ Et an.1.A. qnte ptis.ser. Ferie.6. Dñice.
3.post pascha.ĩfra in hoc Tomo. Tertio Simo
ni. Joh.21. ☞ Et anno.1.A. quinte ptis.ser.
Ferie.4. Resurrectiõis. fol.219. col.4. Quar
to Cleophe et socio eius. Luce.24. ☞ Et an
nota.1.A. qnte ptis.ser. Ferie.2. Resurrectiõis
fol.217.col.2. Quinto reuersis illis et narran=
tibus quomodo cognouerunt eum in fractione
panis: apparuit ianuis clausis: vbi Thomas
aberat. Jbidem.s.Lu.24. ☞ Et an.q̊.s̈.s.1.
A. qnte ptis.ser. Ferie.4. Resurrectiõis.fo.219
col.4) Sexto post dies octo: qñ cũ eis erat Tho
mas. Joh.20. ☞ Et annota.1.E. qnte ptis.
ser. Dñice in Albis.fol.224.col.1.) Septimo
piscantibꝰ ad mare Tiberiadis. Joh.21. ☞
Et in predicto anno.1.A. qnte ptis. ser. Fer.4.
Resurrectionis.fol.219.col.4.) Octauo in mõ
te Galilee: q non longe erat ab Hierusalē. Mat
27. ☞ Et in euangelio hodierno.) Nono re
cumbentibus illis vndecim / die: quo ascendit.
Decimo viderunt eum iam nõ in terra positũ:
sed eleuatũ in aera: celos petentē: dicente eis an
gelo. Sic veniet: quēadmodum vidistis cũ eun
tem in celum. Act.1.b. ☞ Et anno.1.sexte p=
J tis. sermonis Ascensionis. infra in hoc Tom̃.
dicio. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis Aplor. incipiẽtibꝰ fol.82. sub them̃.
* Vndecim discipuli.⁊c.] vt.s̈.A. ¶ vel sermo
nis Prelator. fol.90. sub the. * Docete omnes
gentes.] B.D.F. ¶ vel ser. sanctissime Trinita
tis. infra sub the. * Jn nomine patris / et filij / et
spiritussancti.] B. ¶ vel ser. Sacramẽti.fol.14.
sub the. * Ecce ego vobiscũ sum.⁊c.] C. ¶ Vel
ser. Ascensionis. infra in hoc Tom̃. ¶ vel Jncar
nationis.fol.2. ¶ vel Religiosorum.fol.136.sub
themate. * Data est mihi potestas.⁊c.] D.E.
¶ vel sermonis Orationis. fol.180. sub the. *
Videntes adorauerũt.] A. ¶ vel ser. Fidei.fol.
59.sub the. * Et accedens Jesus.⁊c.] E.

Sabbati in Albis. sermo nis Annotamenta. Ex quinta parte Biblie.

VNa sabbati.⁊c.] Lx. Postq̄ Cr. Johã.10 A
euangelista descripsit xp̄i cru
cifixionem et mortē. Hic con
sequenter describit eius resur
rectionem. Et diuidit̃ in du=
as: q: primo describitur mani
festatio huius resurrectionis
facta mulieribꝰ deuotis. Secundo eiusdem ma
nifestatio facta aplis: ibi. * Cũ esset sero.⁊c.]
☞ Quod inuenies infra annota.1.A. qnte
ptis. sermonis Dñice in Albis.fol.224.col.1.
Circa primũ sciendũ / q mulieres gradatim per
uenerunt ad cognoscēdum hanc resurrectionē:
⁊ ideo primo euangelista ostendit qualiter eam
cognouerunt per sepulchri euacuationē. Secũ=
do per angelicã visionē: ibi. * Abierũt ergo ite=
rum discipuli. Tertio per dominicã apparitio=
nem: ibi. * Hec cũ dixisset.⁊c.] ☞ Quod in
uenies anno.1. quīte ptis. ser. Ferie.5. Resurre
ctiõis.fol.121.col.1.) Prima in duas: q: primo
describit̃ sepulchri visio. Secundo rei denuncia
tio. Tertio rei nunciate inq̇sitio. Jn prima ergo
parte dicitur sic. * Vna sabbati.] Jdest prima B
die post sabbatũ. Sic enim apud iudeos nomi=
nant̃ dies hebdomade: q: sabbatũ sic nominat̃
absolute ꝑpter reuerentiã illiꝰ diei: ⁊ ab illa de=
nominantur alij dies: ita q sequẽs imediate / di
citur prima sabbati: et alia secũda sabbati: et sic
ꝯsequẽter. ⁊ ꝑpter hoc Mattheus et Marcꝰ vo
cant dominicã resurrectionis / primã diem sab=
bati. Johãnes aũt / vnã sabbati: q: hoc nomen /
vnum: frequẽter accipit̃ ꝑ primo: ⁊ sic Gen̄.1.a.
Factum est vespere et mane dies vnus.i. primꝰ.
Vnde et ꝯsequẽter dicit̃. Factũ est vespere ⁊ ma
ne dies secũdus: et postea tertius: et sic ꝯseq̄nter.
* Maria Magdalene venit mane: cũ adhuc
tenebre essent: ad monumentũ.] Jdest anteq̄ es
set clara dies. Dimisit tñ diem sabbati trãsire: q:
non erat licitũ aliquid operari illa die. Sciēdu͛
etiam q cum ea fuerũt alie due mulieres: ſm q
dicunt alij euãgeliste: sed Johãnes solam istam
exprimit: q: erat alijs feruentior et principalior.
* Et vidit lapidē sublatũ a monumento.] An

gelus enim dñi eũ amouerat: nõ ad hoc ꝙ xp̃s
a sepulchro surgeret: qꝛ clauso sepulchro surrexit
et exijt: sicut clauso vtero virginis natꝰ est. Hoc
tñ fuit aliter: qꝛ in resurrectione habuit corpus
gloriosum: cui nõ resistit aliqd: sed exitus de vte
ro virginis fuit miraculosus. Remouit igiť la=
pidem angelus solum ad manifestãdum xp̃i re
surrectionẽ iam completã. Consequẽter describi
C tur rei vise denũciatio: cum dicitur. * Cucurrit
ergo et venit ad Simonẽ Petrum ⁊ ad aliũ di=
scipulum: quẽ diligebat Jesus.] Scʒ Johãnẽ.
Jsti enĩ pre ceteris xp̃m amabant: ⁊ inuicem se
tenebant sicut familiares. Alij aũt sicut dispersi
fugerant: ꝑpter qd in pluribꝰ locis leguntur isti
duo apl'i simul cõbinati: vt dicitur Joh. 18. cap̃.
in seq̃ndo xp̃m captũ. ⁊ Act. 3. simul ascẽdẽdo in
tẽplũ. ⁊. 8. simul missi sunt ad samaritanos: vt
darent eis spiritũsanctũ. * Et dicit illis. Tule=
runt dñm de monumẽto: et nescimus vbi posue
runt eum.] Timebant enĩ ne iudei corpus xp̃i
asportassent: vt ei ignominiã facerent. Conseq̃n
D ter ponitur rei nunciate inq̃sitio: cum dicitur.
* Exijt ergo Petrus / et ille alius discipulus: et
venerũt ad monumentũ.] Ut viderent factum.
Modus autẽ veniendi ostendiť: cum diciť. *
Currebant aũt duo simul.] Ex desiderio viden
di. * Et ille alius discipulus precucurrit citius
petro: et venit primus ad monumentũ.] Quia
erat iunior et agilior. * Et cum se inclinasset.]
Ad videndum supple per ostiũ illius edificij: in
tra quod corpus xp̃i erat sepultũ: qꝛ sepulchrũ
erat factũ ad modum cuiusdam domũcule lapi
dee: intra quã erat sepulchrum xp̃i positũ: ⁊ ideo
erat ibi quoddam ostiolũ: per qd erat ingressus
ad illum locũ. Sic enĩ fiebant sepulchra iudeo=
rum antiq̃tus: et maxime magnaꝝ ꝑsonaꝝ: vt
eorum filij possent ibi sepeliri: ꝑpter hoc dicitur
freq̃ẽter. 3. ⁊. 4. Reg. de regibus Juda. Sepul
tus est in sepulchro Dauid. ⁊c. * Vidit posita
linteamina.] Jdest bene disposita et plicata: ad
ostendendum ꝙ corpus nõ fuerat sublatũ: quia
simul fuissent linteamina asportata: ⁊ maxime
qꝛ erant fortiter adherẽtia corpori ꝑpter vnctio
nem: et ideo per hoc apparebat / ꝙ sic vere surre=
xerat. * Non tñ introiuit.] Propter petri reue
rentiam: quem expectauit: qꝛ erat senior ipso: et
inter apostolos principalior. * Venit ergo Si
mon petrus sequens eum: ⁊ introiuit in monu=
mentum: et vidit linteamina posita: et sudariũ:
quod fuerat super caput eius / nõ cum linteami
nibus positum.] Scʒ confuse et distincte. * Sʒ
separatim inuolutũ] Jdest bene plicatũ. * In
vnum locum.] Hoc factum est ad ostendẽdum
resurrectionẽ factam. Sequitur. * Tunc ergo
introiuit et ille discipulus: qui venerat primus
ad monumentũ: et vidit et credidit.] Hoc expo
nitur dupliciter. Uno modo sic. Vidit: scʒ ea: q
dicta sunt a Maria. Et credidit: esse verum: scʒ
ꝙ corpus xp̃i esset sublatũ de monumẽto: et non
cogitauerũt de xp̃i resurrectiõe: ⁊ ideo sequitur.
* Nondum enĩ sciebant scripturã: qꝛ oportuit
eum a mortuis resurgere.] Alio modo exponiť
sic. Vidit. s. linteamina et sudariũ: sic disposita
et plicata: vt dictum est: ⁊ credidit resurrectionẽ
xp̃i iam factã. ⁊c. ☞ Terminato in verbis su
prapositis hoc euãgelio) Consequenter ostendi
tur qualiter Maria peruenit ad angelicã visio
nem: cum diciť. * Abierunt ergo iterum disci=
puli. ⁊c. Maria autẽ stabat. ⁊c.] ☞ Quere
annota. 1. a. quite partis. sermõis. Ferie. 5. Re=
surrectionis. fol. 221. col. 2.
* Una sabbati Maria Magdalene. ⁊c.] Mo
raliter. Per istam mulierem: que pre omnibus
fuit solicita videre xp̃i sepulchrũ (quod patet ex
hoc / ꝙ venit mane: cũ adhuc essent tenebre: ⁊ qꝛ
recedentibus apl'is / non recedebat: ꝑpter quod
ei dñs primo apparuit) significať quelibet perso
na de cognitiõe veritatis diuine valde solicita:
et ꝑ hoc mereť hanc asseq̃ cognitionẽ. Matthei
7. a. Petite: ⁊ dabiť vobis: querite / et inuenie=
tis: pulsate / et aperietur vobis. ⁊ talis debet veri
tatem agnitã alijs nunciare: sicut Maria disci=
pulis nunciauit: ne de abscõdito talento debeat
merito reprehendi.
* Currebant duo simul. ⁊c.] Glosa. Johãnes
significat synagogã: que prior venit ad monu=
mentum: sed nõ intrauit: qꝛ ꝑphetias de incar=
natione et passione audiuit: sed ⁊ mortuũ crede
re noluit. Petrus est ecclesia: que cognouit car=
ne mortuũ: ⁊ viuentẽ credidit deũ: post quem et
Judea in fine intrabit. * Separatim.] Quia
sacramenta diuinitatis incõprehensibilia: a no
stre infirmitatis cognitione remota sunt. In in=
uoluto: nec finis / nec initiũ aspicitur. Sic cels=
tudo diuinitatꝭ nec cepit ẽẽ: nec desinit. In vnũ
locum: quia in scissura mentiũ deus non est: sed
in vnitate. Vel sudariũ capitis / passio Christi:
cuius sacramenta infidelibus sunt occulta seor
sum: qꝛ lõge a nostra: qꝛ ille sponte et sine culpa
passus: nos inuiti cum culpa. * Nõdum. ⁊c.]
Scʒ vsq̃ adeo: vt cum ab ipso dño aperte dicere
tur: propter consuetudinẽ ab eo audiendi para
bolas / non intelligerent.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis Magdalene. Tomo secundo. sub the
mate. * Maria Magdalene.] vt. 8. B. ☞ Vel
sermonis Petri apostoli. Tomo secũdo. Et Jo
hãnis euãgeliste. supra. fol. 28. sub the. * Exijt
Petrus et alius discipulus.] B. ☞ vel sermonis
Resurrectionis. fol. 212. Et maxime Ferie. 6.

eiusdē Resurrect. fol. 223. H. sub the. * Oportuit Christum resurgere.] D. C vel sermo. p̄cla torum. fol. 90. sub themate. * Maria Magdalene. ꝛc.] F. C vel sermonis Epiphanie. fol. 39. sub themate. * Currebant duo simul. ꝛc.] G. C vel sermonis Incarnationis. fol. 2. Et sermonis passionis. fol. 35. sub themate. * Separatim inuolutum. ꝛc.] G.

Dñice in Albis sermonis annota. Ex q̄nta parte bib.

Cum esset sero die illo vna sabbatoꝝ.] Lyra. In hoc capitulo primo describit̄ manifestatio resurrectiōis x̄pi facta mulierib⁹ deuotis: cum dicit̄. * Una sabbati Maria Magdalene. ꝛc.] ☞ Qđ inuenies. š. an. p̄rimo. f. 1. A. q̄nte p̄tis. ser. Sabbati in Albis. fol. 223. col. 2.) Secūdo manifestatio eiusdem resurrectiōis x̄pi aplis oib⁹ cōiter facta. Et diuiditur hec pars in duas: q̄ꝛ primo manifestat̄ oib⁹/excepto Thoma. scđo Thoma cū eis existēte: ibi. Et post dies octo. P̄ria i tres: q̄ꝛ p̄io đscribit̄ x̄pi apparitio. Secūdo apparitiōis denūciatio: ibi. Thomas aūt. Tertio discipuli audientis obstinatio: ibi. Ille aūt dixit. Prima adhuc i duas: quia primo describit̄ apparitiōis actus. Secundo eius effectus: ibi. Gauisi sunt. In prima ergo parte dicit̄ sic. * Cum esset sero.] In die em̄ apl̄i erant dispersi p̄pter metum iudeoꝝ: sed in sero conueniebant ad locum vnū: ꝛ ideo tali hora apparuit. * Die illo.] Scꝫ prima die resurrectionis. * Una sabbatoꝝ.] Idest prima die post sabbatū: vt expositū est in capite hui⁹ capi. ☞ Et inuenies an. 1. A. q̄nte p̄tis. ser. Sabbati i Albis. fol. 223. col. 2. * Et fores eēnt clausę: vbi erant discipuli congregati p̄pter metum iudeorum.] Hoc etiā ex diuina ordinatione factum est: vt Jesus intrans ad discipulos ianuis clausis/ostenderet se habere corpus gloriosum. * Uenit Jesus: et stetit in medio: et dixit eis. Pax vobis.] Et hoc ē cōtra duplicē eoꝝ p̄turbationē. Erant em̄ conturbati de morte ipsi⁹ x̄pi: ꝛ de p̄secutione iudeoꝝ eis imminente. Poterat tm̄ eos p̄ suam presentiā custodire: ꝛ de resurrectiōe certificare. vñ subdit̄. * Et cū hoc dixisset/ ostēdit eis man⁹ ꝛ latus.] Ut p̄ cicatrices remanentes ostenderet identitatē numeralem corporis prius passi. Ista em̄ in corpore x̄pi remanserunt: non ad defectū: sed magis ad gloriā: p̄pter

B victoriā ex illis vulnerib⁹ ꝯsecutā. Conseq̄nter ponit̄ huius apparitionis effect⁹: q̄ est duplex. Primus est discipuloꝝ exultatio ꝯtra duplicē tristiciam ip̄oꝝ amotā. s. de morte x̄pi: ꝛ iudeoꝝ metu: ꝛ quātū ad hoc dicit. * Gauisi sunt ergo discipuli viso dño.] Secūdus est eoꝝ instructio: ꝛ q̄tū ad h̄ subdit̄. * Dicit ḡ eis iteꝝ: pax vob.] Q̄ꝛ volebat eos instruere de pace futura: q̄ erat perpetua. * Sicut misit me pater.] Ad veritatē fidei docendā in Judea. * Et ego mitto vos.] Idest mittā ad hanc veritatem publicandā per totum mundum: et quia executio huius officij non potest cōuenienter fieri sine gratia sp̄ūssancti: ideo sequitur. * Hec cum dixisset: insufflauit: ꝛ dicit eis. Accipite spiritū sanctū.] Per illā sufflationē intelligere voluit sp̄m̄ sanctū a se procedere sicut procedit a patre. * Quoꝝ remiseritis peccata remittunt̄ eis.] Licet eni solus de⁹ principaliter peccata dimittat: tamē ministri ecclesie p̄ virtutē clauiū ad hoc ministerialiter operantur. * Et quoꝝ retinueritis.] Idest retinēda iudicaueritis. * Retenta erunt.] Hoc tamē intelligenduꝫ est quādo iudicium ecclesie diuino iudicio conformatur. Consequēter ponitur C apparitionis X̄pi denūciatio absente discipulo: cum dicit̄. * Thomas autem vnus ex discipulis duodecim: qui dicitur didymus.] Hoc erat cognomen eius: et sonat idem quod geminus: quia forte erat de tribu beniamin de cognatiōe gemini. Uel secundū alios sonat idē quod dubius: quia propter dubiū de resurrectione quod Thomas habuit: ideo sic cognoiat⁹ fuit. Dicit̄ vnus de duodecim. Non q̄ tunc essent duodecim: cum Judas esset mortuus: sed quia erat vnus de duodecim electis in principio a X̄po. Uel q̄ꝛ cōnumeratur hic Matthias postea elect⁹ in loco Jude: quia Johānes hoc euangeliū scripsit. post eius electionē. * Non erat cum eis quādo venit Jesus.] Ipse enim inter alios apostolos videtur fuisse magis timidus: ꝛ ideo tardi⁹ ceteris venit ad locuꝫ vbi cōgregabant̄ discipuli: ꝛ ideo propter tarditatem suam priuat⁹ est illa visione X̄pi. Hoc aūt factū est diuina ordinatione vel permissione ſm quod dicit. Grego. Ut ex sua absentia sequeretur dubitatio: ꝛ vlteri⁹ in dubitatione obstinatio: ꝛ p̄ consequēs diligēs inquisitio ad nr̄am confirmationē. * Dixerūt ergo ei alij discipuli.] Q̄ꝛ boni rumores cito denūciantur. * Uidimus dñm.] Sic enim ante passionē eum appellauerūt. vt đꝛ Johannis. 13. Uos vocatis me magister ꝛ dñe. ꝛc. Cōsequenter ponit̄ discipuli audiētis obstinatio: cum đꝛ. D * Ille aūt dixit eis. Nisi videro in manib⁹ ei⁹.

fixurā clauoꝝ.] Ridiculose petit iste Thomas
qꝛ maius est videre reparationē totius corpis.
Iterū fuit durus ad credendū: qꝛ volebat certi=
ficari duplici sensu: scꝫ visu ⁊ tactu: ideo sequit᷑.
* Et mittā digitū meū in locuꝫ clauoꝝ: ⁊ mittā
manū meā in latus eiꝰ: non credā.] Isti em̄ sūt
duo sensus: q̄ minꝰ possunt decipi: qꝛ visus int᷑
alios plures differētias reꝝ demōstrat: vt hēt᷑.1.
Metaph. Tactꝰ aūt in hoīe est certissimꝰ. Alij
aūt sensꝰ bn̄ inueniunt᷑ viuaciores ī alijs aīalibꝰ:
vt habet᷑.3. de anima. Secundo principaliter po
E nitur secunda apparitio facta Apostolis in pre
sentia Thome: cum dicit᷑. * Et post dies octo.]
Facto enim interuallo Christus apparebat di
scipulis: qꝛ non conuersabatur continue cū eis:
vt ostenderet se surrexisse ad vitā immortalē ab
hominibus huius vite separatā. * Iterū erant
discipuli eius intus ⁊ Thomas cum eis. Venit
Iesus ianuis clausis: et stetit in medio.] Vt pos
set ab omnibus videri. * Et dixit eis: pax vo=
bis.] Exponat᷑ sic̄ supra. * Deinde dicit Tho=
me. Infer digitū tuū huc.] Quasi respōdens pe
ticioni eius supra posite. In hoc etiā suam dei=
tatem declarat: in quantū absens corpaliter eiꝰ
verba sciebat. * Et vide manus meas.] Videt᷑
em̄ ꝙ deberet dicere. Tange manꝰ meas. Dicen
dum ꝙ visus propter sui certitudinē accipit᷑ pro
om̄i sensu: immo etiā aliqn̄ accipit᷑ ꝑ intellectu:
sicut dicit᷑ alicubi. Vides tu hoc. i. intelligis. et
Exo.20.c. Cūctꝰ populus videbat voces. i. au=
diebat: ita ꝙ ibi accipit᷑ visus pro auditu: ⁊ eo=
dem modo hic accipit᷑ ꝑ tactu. ¶ Vel aliter: qꝛ
(sicut dictū est) Thomas volebat certificari du=
plici sensu. s. visu / in aspectu manuuꝫ: ⁊ tactu / p
lateris tactū: ideo seqtur. * Et affer manū tuā:
⁊ mitte in latus meū: et noli esse incredulus: sed
fidelis.] Hoc dixit Iesus: qꝛ Thomas dixerat
discipulis nunciātibꝰ xp̄i resurrectionē se aliter
F non crediturū eam. * Respōdit Thomas: ⁊ di=
xit.] Nō solum corde credēdo: sed etiā ore ꝯfiten
do: qꝛ vtrūqꝫ requirit᷑ ad salutē. * Dñs meus ⁊
deus meus.] In hoc manifeste ꝯfitet᷑ deitatē in
xp̄o: ꝯtra ꝑfidiā Arriani. Supra enim bene vo=
cauerāt ipsum Iesum dn̄m: sed nō vocabant eū
deū expresse: licet dixerint aliqua verba: p q̄ eiꝰ
deitas pōt intelligi: vt patuit ex supradictis. Sꝫ
Thomas hic factꝰ ē ꝑfectior ī cognitiōe post xp̄i
resurrectionē manifestatā: ꝯfessus ē ip̄m deū eē.
* Dicit ei Iesus. Qꝛ vidisti me Thoma / cre=
didisti.] Cōtrariū videt᷑ p hoc qđ dicit᷑ ad Heb.
11.a. Fides est substātia reꝝ sperādaꝝ: argumē
tū nō apparētiū. ⁊ sic patet ꝙ fides saltēꝫ q̄ntū ad
actū non pōt esse de visis. Vtrū aūt possit esse de
eis quantū ad habitū / nō est p̄sentis speculatio
nis. Dicēdum ꝙ Thomas aliud vidit: et aliud

credidit: qꝛ humanitatē vidit: et deitatē: q in p̄=
senti videri non pōt: credidit. * Beati q non vi
derunt: et crediderūt.] In hoc cōmendat alioꝝ
ꝓmptitudinē ad credēdū: ⁊ in hoc stat ꝯsolatio
nr̄a: q non vidimꝰ / ⁊ tn̄ credimꝰ p doctrinā xp̄i
⁊ aplo̅ꝝ xp̄m vidētiū ad nos deriuatā. Sꝫ huic
dicto videt᷑ ꝯtrariū qđ dr̄ Lu.10.d. Beati oculi
q̄ vidēt: q̄ vos videns. Dicēdū ꝙ duplex est bea
titudo. Vna rei: q̄ ꝯsistit p̄icipaliter in aspectu
⁊ fruitiōe deitatis: ⁊ ex ꝯsequēti in visiōe huma
nitatis xp̄i: ⁊ de hac beatitudine intelligit᷑ v̄bū
Luce. Alia est beatitudo spei: q̄ habet᷑ in p̄nti: et
ista ꝯsistit in merito future beatitudinis: ⁊ ideo
beatior est hoc mō: qui plꝰ meret᷑. Plus aūt me
retur: q̄ credit nō videns / q̄ꝫ videns p̄dicto mō.
⁊ sic intelligit᷑ verbuꝫ xp̄i. Qui nō viderūt. Hoc
aūt dictū licet sit verū: tn̄ q̄ntū ad primā ptem nō
valꝫ ad ꝓpositū: qꝛ apli qbꝰ xp̄s loqbat᷑ Lu.10.
non erāt beati in re: ꝓpter qđ dicendum / ꝙ illud
Luce.10. intelligit᷑ de visiōe xp̄i in p̄ntia morta
li: q̄ fuit multū desiderata a sanctis patribꝰ vete
ris testa. sicut patet p lr̄am sequentem: Luce.10.
☞ Hic euangeliū hoc terminat᷑.) Et ꝯseqnē G
ter ponit᷑ epilogꝰ respectu predictoꝝ: in q̄ osten=
ditur insufficiētia huiꝰ scripture respectu excel=
lentie Xp̄i in opere ⁊ doctrina: q̄ tanta est: ꝙ non
posset lr̄is cōprehendi. ⁊ hoc est qđ dr̄. * Multa
q̄dem ⁊ alia signa fecit Iesus in ꝯspectu discipu
loꝝ suoꝝ: q̄ nō sunt scripta in libro hoc.] Hoc si
gnanter dixit: ne aliquis forte crederet ea nō esse
vera: q̄ scripta sunt ab alijs euāgelistis / ⁊ a Io=
hanne dimissa. Ostendit᷑ etiā in hoc epilogo vti
litas huiꝰ doctrine: cū subdit᷑ * Hec aūt scripta
sunt / vt credatis.] Fide formata charitate. *
* Qꝛ Iesus est filiꝰ dei.] Scꝫ naturalis: in po
tentia sibi eq̄lis: ⁊ p ꝯseqnēs idem in deitate: qꝛ
natura diuina est indiuisibilis. Sicut em̄ dictū
fuit a principio / principalis intētio Iohānis est
in hoc euāgelio declarare diuinitatē xp̄i / ⁊ eter=
nam eius generationē a patre. * Et vt credētes
vitā habeatis.] Scꝫ eternaꝫ: in q̄ clare videbit᷑
qđ nunc credit᷑. * In nōie eiꝰ.] Idest p fidē no
minis xp̄i: qꝛ ꝫm qđ dicit᷑ Act.4.c. Necꝫ.n. ali=
ud nomen est sub celo datū hoībus: in quo opor
teat nos saluos fieri.
* Cum sero esset. ⁊c.] vsqꝫ. * Venit Iesꝰ. ⁊c.] H
Moraliter. Per Iesum: q̄ salus interpretat᷑: pre
latus bonꝰ zelū salutis animaꝝ habens / signi=
ficatur: q̄ saluans clausurā virtutū ad subditos
ingredit᷑: ⁊ stat in medio virtutis ad dandū eis
exemplū: ⁊ in medio debite affectionis sine acce
ptione psonaꝝ: ⁊ sic dicit eis bis. pax vobis. ep̄tā
do eis ⁊ ꝓcurādo (q̄ntum pōt) pacem duplicē. s.
fraternā / ⁊ supnā. * Ostendit eis manꝰ.] Idest
opa virtuosa. * Et latꝰ.] Idest vere charitatis

signa. * Et dicit eis. Accipite spiritũsctm̃] Il=
los ad ordines sacros ꝓmouẽdo: q̇ sunt idonei
ad laborẽ salutis aiarꝫ: ideo subdit. * Quorũ
remiseritis pctã. ꝛc. Thomas aũt. ꝛc.] Seq̇tur.
* Ille aũt dixit eis. Nisi videro. ꝛc.] Per istuꝫ
quantũ ad hoc significantur illi: q̇ bonitatẽ vel
ptãtem prelati ab aliĳs auditã credere nolũt: nisi
habeant ꝓpriã experientiã / ꝓpter hoc reprehen
dendi sunt: nam in talibus credendum est testi
monio bonorum: ꝓpter qd̕ subditur. * Beati
qui non viderunt / et crediderũt.]
I Glosa. * Cum esset sero. ꝛc.] Glo. Hoc in ip̃o die resur
rectiõis factũ est: in quo q̇nq̇es Jesus apparuit.
Primo Marie Magdalene. Secũdo eidem cũ
aliĳs currenti nũciare discipulis volẽtibꝰ. Ter=
tio Petro. Quarto Cleophe et socio eiꝰ. Quin
to discipulis / ianuis clausis: predictis duobꝰ iã
reuersis. * Ostendit eis. ꝛc.] Post resurrectio
nẽ in corpore suo dñs duo ꝯtraria ostẽdit: ꝛ pal=
pabile eiusdẽ nature: vt formet ad fidem: ꝛ incor
ruptibile alterius glorie: vt inuitet ad premiuꝫ.
* Dicit eis: pax. ꝛc.] Pacẽ offert: q̇ ꝓpter pacẽ
venit. Iterat: vt monstret ꝑ suũ sanguinẽ esse pa
cificata: que in celis sunt: et que in terra. * Ac=
cipite spũmsanctũ.] Aug. In terra datur spũs:
vt diligatur primꝰ: e celo datur spũs: vt diligat
deus. * Quorꝫ remiseritis. ꝛc.] Ecce charitas:
q̃ per spũmsctm̃ infundit cordibꝰ corꝫ. Qui pti=
cipes sui sunt / pctã dimittit: corꝫ q̇ non sunt / te=
net. Et ideo postq̃ dixit. Accipite spũmsanctuꝫ:
cõtinuo subiecit. Quorum remiseritis pctã. ꝛc.
K * Thomas aũt. ꝛc.] Non casu: sed diuina dis
positione defuit Thomas: ꝛ audita nõ credidit.
Vñ palpãdum se ei dñs prebuit: q꞉ eius dubita
tione / ꝛ facta sibi ꝓbatione / nulli relinq̇tur iam
dubitare. * Qui dicit didymus.] Idest gemi
nus: q꞉ dubius. Thomas. i. abyssus: q꞉ dubitã=
do ꝓfundius nouit. * Respõdit.] Videbat et
tangebat hoiem: ꝛ sup̱ hoc deũ credebat: iam re
mota dubitatiõe: ꝛ ꝯfitebat: quem nõ videbat.
* Quia vidisti.] Nõ ait / tetigisti: sed / vidisti:
q꞉ visus quodãmodo generalis sensus est: q̇ de
aliĳs quattuor dici solet: forsitan non fuit ausus
tangere: sed aspiciendo tm̃: seu etiam tangendo
credidit. * Beati.] Commẽdat fidem gentiũ:
sed preterito vtitur: vt qui: quod erat futurũ: in
L sua predestinatione nouerat iam factum ☞
Hic euangeliũ hoc terminat. Et sequitur imme
diate. * Multa.] Quasi in fine libri cõcludit.
Multa quidem. ꝛc. que pre sua multitudine nõ
sunt scripta. hic autẽ: que fecit Jesus: ꝛ ante re=
surrectionem / et post dicit se scripsisse: vt fidem
astruat: qua vita habeatur. Deinde tamen nar
rat quomodo se manifestauit Jesus ad mare ti
beriadis: et in captura piscium / cõmendauit ec
clesie sacramentũ: qualis futura est in vltima re
surrectione. Ad quod cõmendandum valet: q꞉
quasi finis libri interpositus est: vt esset etiam se
cure narrationis: quasi premiũ: quod ei faceret
quodammodo eminentiorẽ locum.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis M Auctor.
sermonis Resurrectionis. incip̃. fol. 212. ¶ Vel
ser. Ferie. 6. Resurrectionis. lr̃a. H. fol. 223. sub
themate. * Venit Jesus. ꝛc.] vt. s̃. A. J. ¶ vel
ser. Pacis. fol. 177. sub the. * Pax vobis.] A.
B. J. ¶ vel ser. Thome apli. Tom̃. 2. ¶ Vel Fi
dei. fol. 59. sub the. * Noli esse icredulꝰ. ꝛc.] E.
¶ vel ser. Aplorꝫ. fol. 82. sub the. * Vidimꝰ do
minum.] C. ¶ vel ser. Incarñ. fol. 2. sub the. *
* Sicut misit me pater. ꝛc.] B. ¶ vl̕ ser. Sacra
menti. fol. 14. ¶ vel pentece. infra sub the. * Ac
cipite spiritũsanctũ.] B. J. ¶ vel ser. penitentie.
fol. 211. Et pctõrꝫ. fol. 189. sub the. * Quorꝫ re
miseritis. ꝛc.] B. ¶ vel sermo. Oim sctõrꝫ. To=
mo. 2. sub themate. * Beati oculi: qui non vi=
derunt. ꝛc.] F. ¶ vel sermo. prelatorꝫ. fo. 90. sub
themate. * Venit Jesus. ꝛc.] H.

Ferie. iiij. Dñice in Albis.

Sermõis annotamẽta. Ex quinta pte Biblie

Exierũt cito mulieres de monu ¶ I. Mat. 28 A
mento. ꝛc.] Lyra. In hoc cap̃.
describitur dñice resurrectiõis
manifestatio. Et primo per de
scendentẽ angelum: cũ dicitur
* Angelus dñi. ꝛc] ☞ q̃re
supra annotamẽto. 1. C. q̇nte
partis. sermonis Sabbati sancti. fol. 211. col. 3.
Secundo in euangelio hodierno ponit manife
statio eiusdem dñice resurrectiõis per ipsum do
minum apparentẽ mulieribus de sepulchro re=
uertẽtibus: cũ subditur. * Exierunt cito mulie
res de monumento.] Ad denunciãdum bonos
rumores christi discipulis. * Cum timore] Ex
insolita angeli visione.. * Et gaudio magno]
Ex christi resurrectione. * Currentes nunciare
discipulis eiꝰ. Et ecce Jesus occurrit illis.] Re=
uertentibus. s. de monumẽto anteq̃ venirent ad
apostolos. * Dicens. Auete.] Verbum est con
solatoriũ. * Ille autem accesserũt: et tenuerunt
pedes eius.] Ex deuotione. * Et adorauerunt
eum.] Adoratione latrie. * Tunc ait illis Je=
sus. Nolite timere.] Hoc dicit ad earum perfe=
ctam consolationem: quia timor: qui inuaserat
eas ex aspectu angeli: adhuc nõ totaliter recesse
rat ab eis. * Ite nunciate fratribꝰ meis: vt eãt
in Galileã: ibi me videbunt.] Discipulos suos
vocat fratres: eos amicabiliꝰ nominãs solito: vt

securi⁹ accedant ad eū: ꝛ nō timeant accedere: ꝓpter hoc ꝙ reliquerant eum in sua captione.

B Consequenter tertio declaratur resurrectio christi per testimoniū militum custodientium sepulchrum: cum dicitur. ✳ Que cum abijssent: ecce quidam de custodibus venerūt in ciuitatē] De sepulchro Christi: quod erat aliquantulū extra Hierusalem: vt dicitur Johānis.19. ✳ Et nunciauerunt principibus sacerdotuꝫ.] A quibus erant positi ad custodiēdum sepulchrū christi. ✳ Omnia que facta fuerant.] Scilicet xp̄i resurrectionē: et angeli terribilem apparitionem. ✳ Et congregati cū senioribus cōsilio accepto/ pecuniam copiosam dederūt militib⁹: dicentes. Dicite: quia discipuli eius nocte venerunt: ꝛ furati sunt eum: nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside: nos suadebim⁹ ei: et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia/ fecerunt: sicut erant edocti.] Istud mendaciū militum emerunt care: quod adhuc tenet iudeos in errore. Unde sequitur postea. ✳ Et diuulgatū est verbum istud apud iudeos vsqꝫ in hodiernū diem.] Cōsequēter (terminato euāgelio hodierno) ponitur resurrectionis manifestate diuulgatio: cum subditur. ✳ Undecim discipuli. ꝛc.] ☞ Quere supra annotamēto.1.A. q̄nte partis.ser. Ferie.6. Resurrectiōis.fol.222.col.1.

C Moralr ✳ Exierūt mulieres. ꝛc. Et ecce Jesus occurrit illis. ꝛc.] Moraliter. Raba. Per hoc ostendit omnibus iter virtutū inchoātibus: vt ad salutē perpetuam puenire queant: adiuuādo se occurrere. ✳ Pecuniā copiosam dederunt. ꝛc.] Hilarius. Emitur ergo resurrectionis silentiū/ et furti mendaciū argento: quia honore seculi: qui in pecunia est: et cupiditate/ xp̄i gloria denegatur. Item istis iudeis similes sunt: qui cum magnis sumptibus et laboribus conantur ad subuersionem veritatis in speculabilibus vel agibilibus: cuiusmodi sunt aduocati dolosi: et doctores gloriosi: et illi: qui eos ad hoc inducunt.

D Glosa ✳ Exierunt cito mulieres de monumēto cum timore et gaudio. ꝛc.] Glosa. Duplex est affect⁹ in eis: timoris: et gaudij. Alter de magnitudine miraculi: alter ex desiderio resurgentis: et vtercꝫ gradum femineū concitabat. ✳ Ecce Jesus occurrit illis. ꝛc.] Sic omnib⁹ iter virtutū inchoātibus adiuuando occurrit xp̄s. ✳ Et tenuerūt] Superi⁹ dictum est clauso exisse monumēto: vt immortale corpus itelligeres: hic tenenē pedes: vt verā carnem cōprobes. Et qꝛ tanta visiōe tremebant/ primū pellitur timor. Nolite timere: vt mente placida possint audire: que dicūtur. Iste tenēt pedes: que adorāt resuscitatū: sed illa: que nesciebat adhuc resurrexisse filiū dei/ audit merito. Noli me tangere: nondum em̄ ascendi ad patrē. Joh.20.c. ✳ Nūciate.] Ut mulier/ mortifera serpentis verba narrauit: ita modo verba viuificatoris: vt a qua tunc mors: modo ab ea vita. ✳ Fratrib⁹ meis.] Ante etiā seruos vocauit: modo fratres: vt ꝛ post resurrectionē candē humanitatē resumpsisse: et illos idē sperare doceat. ✳ Ut eāt in Galileā.] Non tm̄ ibi solū: necꝫ ibi primū visus est a discipulis. Lucas em̄ et Johānes satis apte dicūt ipso die resurrectiōis dn̄ij visuꝫ esse in hierl'm. Prio Marie Magdalene: qn̄ dictū est ei. Noli me tangere. Joh.20.d. De inde eidē ꝛ alij Marie/ currētib⁹ nūciare aplis: qn̄ et pedes ei⁹ tenuerūt. Uisus est etiā ipso die duob⁹ discipulis in via. Luce.24.b. Uisus est etiā et Petro. Sꝫ quō factū sit/ euāgelista nō declarat. Uisus est etiā et discipulis simul: cū loqrenē: reuersis illis: q̄ cognouerūt eū in fractione panis: qn̄ stās in medio coꝝ: dixit. Pax vobis. Joh.20.c. Tn̄ specialiē Matthe⁹ ꝛ Marc⁹ scribūt dixisse angelū/ vel ip̄m dn̄m: ꝙ i Galilea videndus esset. ¶ Mystice q̄dem: qꝛ Galilea dicitur transmigratio. Precedet ḡ vos in Galileā.i. grā transmigratura a iudeis ad gētes: p̄cedet vos: viā i cordib⁹ eoꝝ p̄parādo. et ibi videbitis eū.i. mēb⁊ a ei⁹: ꝛ viuū corp⁹ eius ibi iuenietis. Uel Galilea dr̄ reuelatio: nō in forma serui: sꝫ in ea: i q̄ pr̄i est eq̄lis. Illic nos p̄cessit: cū similes ei erimus.1. Joh.3.a. Ibi videbim⁹ eū: sicuti ē. ꝛ hec est beata reuelatio vel transmigratio de isto seculo ad eternitatē. ✳ Pecuniā copiosam. ꝛc.] Hic F ro. Qui reb⁹ eccl'ie abutūtur in alijs reb⁹: q̄bus suā explcāt volūtatē: sil'es sunt scribaꝝ et phariseoꝝ ꝛ sacerdotū redimētiū mendaciū ꝛ sanguinē saluatoris. ✳ Furati sunt eū.] Aug. Si dormierūt: quō viderūt? Si nō viderūt: quō testes esse potuerūt? Auaritia: q̄ captiuauit discipulū comitem dn̄i: decepit ꝛ milites custodes sepulchri: ꝛ sic iudeos seduxit. Un̄ sb̄dit. ✳ Et diuulgatū est v̄bū istud apud iudeos vsqꝫ i hodiernū diē.] ☞ Reliq̄ imediate seq̄ntia q̄re an.q.ḡ. G ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermōis Resurrectiōis.fol.212. ¶ Vl' an.1.lb.q̄n te ptis.ser. Ferie.6. eiusdē Resurrectiōis.fo.223 col.1. ¶ vel ser. Rel'.fo.136.sb the. ✳ Ecce Jesus occurrit illis.] A.D. ¶ vel sermo. Epiph.fo.39. ¶ vel sermonis Apostoloꝝ.fol.82.sub themate. ✳ Ite nūciate fr̄ibus meis. ꝛc.] A.E. ¶ vel ser. Prel'.fo.90.sb the. ✳ Pecuniā copiosam. ꝛc.] B.C.F. ¶ vel ser. Oron].fo.180.sb the. ✳ Adorauerūt eū.] A. ¶ vel ser. Incarn̄. fol.2. sub the. ✳ Et tenuerūt pedes ei⁹.] F. ¶ vel ser. Transfigurationis. Tomo secūdo. ¶ vel sermonis Iudicij finalis.fol.236. sub the. ✳ Ut eant in Galileā. ꝛc.] E. ¶ vl' ser. Pctoꝝ..fo.189. sub the. ✳ Pecuniam copiosam militibus dederunt.] F.

C1. Johã.10 A

Ego sũ pastor bonus.] ☞ Superius in hec capit'lo posita est xp̃i benignitas in docendo. Et quomodo ad hoc saluator premisit quãdam parabolam cũ sua expositiõe: que duas ptes cõtinet. Primo q̃dem: ꝙ nõ intrans per ostium: est fur et latro. ⁊c. De q̃bus omnibus quere infra annota. 1. per totum. q̃nte ptis. ser. Feric. 3. penteco. incipienti. * Amen amẽ dico vobis: qui nõ intrat per ostium. ⁊c.] In euangelio aũt hodierno exponit saluator secundam parabole partem. s. ꝙ sit bonus pastor intrans per ostiũ. ⁊ hec pars diuidit̃ in duas partes: qr primo ꝓponit intentũ. Secundo probat ꝓpositũ) ¶ Lyra. Circa primũ ponit conditiones boni et mali pastoris: quia bonus pastor debet habere affectionem ad gregẽ: in tantũ: ꝙ pro eo (si necesse esset) sustineat mortem: et hoc est quod dicit̃. * Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis.] Ad cuius intellectũ sciendum: ꝙ res melior nõ est exponenda periculo ꝓ viliori: sed magis ecõuerso. Uita autem hominis melior est simpliciter: q̃ vita omnium brutorꝝ animalium: et ideo licet pastor brutorꝝ debeat aliquẽ laborem ꝓ salute sui gregis sustinere: nõ tamen debet se morti exponere. Anima autẽ humana nobilior est corpore: ideo econtrario pastor animarꝝ pro grege suo debet vitã corporalem exponere. Ulteri⁹ tangit conditionẽ mali pastoris/ dicẽs. * Mercenarius autem: et qui non est pastor.] Mercenarius dicitur a mercede: ⁊ talis est: qui in officio prelationis attendit cõmodum rei temporalis: quod dicitur merces. Gloria autem celestis non dicitur proprie merces: sed tantũmodo largiter: in quantum omne quod redditur in premiũ laboris: dicitur merces. Ratio autẽ huius est: quia hereditas distinguitur a mercede proprie dicta: sicut filius: cui debetur hereditas: distinguitur ab operario conductitio: cui debet̃ merces. Gloria autem celestis redditur fidelibus: sicut hereditas filijs: propter quod non habet rationem mercedis: et ideo ille est verus pastor: q̃ attendit ad premiũ glorie: mercenarius autem: qui attendit ad commodũ rei terrene. Et quia non est ꝓprie pastor: ideo sequitur. * Cui⁹ nõ sunt oues proprie.] Sed tñ vsurpatiue. Quod ꝓbat per effectũ: cum dicitur. * Uidet lupum venientem.] Idest tyrannũ: subditos ad peccandum inducẽtem: vel hereticũ falsa doctrina eos corrũpentẽ. * Et dimittit oues: et fugit.] Non resistẽdo p censurã eccl'iasticã tyrãnice oppressioni: nec per sanam doctrinam heretice prauitati.

* Et lupus rapit] Ad malum ptrahẽdo. * Et dispergit oues.] Ab vnitate ecclesie separando. * Mercenarius aũt fugit.] Idest auxiliũ debitum subtrahit. * Quia mercenarius est.] Idest solũ curãs de cõmodo tpali. * Et nõ pertinet ad eum de ouibus.] Qr non habz affectũ debite ordinatũ ad eas. Secũdo cõsequenter ꝓbat quod dixerat per duo signa. Primũ est mutua cognitio pastoris ⁊ ouiũ: qđ ꝓuenit ex hoc ꝙ pastor freq̃nter ⁊ solicite oues visitat: ⁊ sic cognoscit in particulari conditiones earꝝ: similiter oues ex freq̃nti imaginatione bñficij pastoris ipz attẽdũt: ⁊ sic specialit̃ recognoscũt ipz. Sic est de xp̃o ⁊ vere fidelibus: ergo est pastor verus: ⁊ hoc est qđ dr̃. * Ego sum pastor bonus.] Et signuz hui⁹ subditur. * Et cognosco meas.] Nõ solũ noticia visionis: qr om̃ia nuda sunt et apta oculis eius: vt dr̃. Heb. 4. d. Sed etiam noticia approbationis. * Et cognoscunt me mee.] Qr vere fideles cognoscunt bñficia xp̃i. * Sicut nouit me pater: ⁊ ego cognosco prẽm.] Li/ sicut nõ importat equalitatẽ: sed quandã assimilationẽ longinquã. Uel sic: li/ sicut/ non est nota eq̃litatis: sed similitudinis: quia patris et filij est vna noticia: considerando filij diuinitatem. Secundum vero humanitatem videt patrem clare et continue: non sic autem fideles possunt habere oculum mẽtis ad beneficia diuine gratie: quia talis attentio mentis aliquando necessario interrumpitur propter statum presentis vite. Secundum signum veri pastoris est affectio: quaz ostendit ad oues: que non potest esse maior: q̃ se exponere pro ouibus: sic est de christo ⁊ fidelib⁹: ideo dicit̃. * Et animaz meam pono pro ouib⁹ meis.] Quia anima xp̃i pro fidelibus fuit separata a corpore. ⁊ oblata deo patri: cum dixit. In manus tuas cõmẽdo spiritũ meum. Luce. 23. f. Et ne crederetur ꝙ solum pro iudeis deberet mori: propter hoc quod dicit Matthei. 15. c. Non sum missus/ nisi ad oues: que perierũt: domus israel: ideo hoc remouet: dicẽs. * Et alias oues habeo: que nõ sunt ex hoc ouili.] Idest de synagoga iudeorum: sed de populo gentili. * Et illas oportet me adducere.] Quod factũ est per predicationem apostolorum: vt habetur Actuũ 13. Christo principaliter operante in eorum predicatione: secundum quod dicitur Marci vltimo. d. Illi autem profecti predicauerunt vbiq̃ domino cooperante. ⁊c. * Et vocem meam audient.] Qr iudeis repellẽtibus fidem xp̃i/ gentiles eã deuote receperunt ad predicationẽ aplorꝝ: secundum quod habet̃ Actuũ. 13. g. vbi dicit̃: ꝙ Paulus et Barnabas dixerunt iudeis. Uobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniam repellitis illud: ⁊ indignos vos iudica-

B

tis vite eterne: ecce cōuertimur ad gentes: sic enī nobis precepit dñs: et sequitur. Audientes ergo gentes: gauisi sunt: ⁊ glorificabāt verbum dñi. * Et fiet vnum ouile.] Idest vna ecclesia ex iudeis et gentibus collecta. * Et vnus pastor.] Scilicet Xp̄s: alij aūt non sunt nisi vicarij illius pastoris. ☞ Quere sup illud Alias oues habeo. ⁊c. De pe. di. 4. canone. Hanc societatem.

C ¶ Circa p̄dicta querit̄. Utrū licitū sit pastori ecclesie in persecutiōe fugere? Et arguit̄ primo, ꝙ sic: quia aliqui sancti leguntur hoc fecisse sicut Thomas Cantuariēsis fugit de Anglia tpe persecutiōis sue ecclesie: qđ non fecisset, nisi licitum fuisset. ⁊c. Itez saluator dixit apl'is. Matth. 10. Si vos pſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā: ⁊ sic videtur, ꝙ fugere tpe persecutiōis: non solū sit licitum: sed etiā meritoriū: cum saluator discipulos ad hoc hortetur. Contrariū arguit̄ ꝑ hoc, qđ dictū est scʒ Mercenarius ⁊ qui non est pastor videt lupum venientē et dimittit oues et fugit. Quod exponēs Grego. dicit, ꝙ ille: q̄ fugit tpe persecutiōis: merito perdit meritū pastoris: quod non esset verū, si fugere sibi esset licitū. Respōsio. Dicendū, ꝙ nomie lupi veniētis sup oues: aliqñ intelligit̄ diabolus per tentationes fideles infestās: aliquādo hereticus per falsam doctrinā corrūpens: aliquādo tyrānus violentia armorū persequēs. Si primo ⁊ secūdo modo accipiatur lupus: non est licitū pastori fugere: quia cum talib⁹ lupis non est resistendū corporaliter sed magis spūaliter per deuotam orōnem et sanctaʒ predicationē ⁊ doctrinā: et ideo per talia est eis statim viriliter resistendū: aliter enim si daretur eis ingressus nō resistendo: accideret maius periculum. Propter quod dicit beatus Iacobus. 4. b. Resistite diabolo, ⁊ fugiet a vobis. Et hoc idem posset dici de heretico: qꝛ fugit illum: qui per sanam doctrinam detegit ipsius falsitatē. Propter quod Simō magus fugiebat Petrum de ciuitate in ciuitatem: vt dicitur in Itinerario Clementis. Si accipiatur lupus tertio modo: tunc est distinguendū: quia aut persecutio personalis est: aut cōmunis. Si personalis: ita ꝙ est contra pastorem tm̄, et non contra gregē sibi cōmissum: tunc pastori est fugiendū: nec tunc dimittit gregem in persecutione: qꝛ tūc persecutio non est contra gregem: vt dictum est. Et hoc modo Paulus apostolus fugit de Damasco: vt habet̄ Actuū. 9. b. Si aūt pſecutio sit cōis contra gregē ⁊ pastorem: adhuc distinguēduʒ est: qꝛ aut est vnus solus pastor: aut multi. Si vnus tm̄, nō est sibi licitū fugere et gregē dimittere: quia hic esset mercenarius et non pastor: fm ꝙ dicit saluator. Si autem sunt multi pastores: quibus ecclesia indigeat: tunc aliqui debent remanere: et alij fugere: vt sic grex remanens in illa ecclesia sufficienter custodiatur: et vtilitati ecclesie de alijs prouideatur. Et si non possit determinari de cōmuni cōcordia vel alia conuenienti via: qui remaneant: et qui fugiāt: Possent super hoc inuocata spūssancti grā sortes mitti: fm quod dicit. Aug. in epl'a ad Honoratū. Si inter dei ministros sit disceptatio: qui eorū fugiāt, ne eorū tpe pſecutiōis maneāt: ⁊ qui eorū fugiāt, ne fuga vel morte omniū eccl'ia deseratur: si hec disceptatio aliter non poterit terminari (quantum mihi videt̄) qui maneāt ⁊ q̄ fugiāt: sorte legendi sunt. Ad primū dicendū ꝙ sancti fugerūt in casibus licitis p̄dicto modo. Un̄ in legenda sancti Thome dr̄ sic: ꝙ in principio persecutiōis fugit: quia nonduʒ innotuerat ad plenū causa ecclie: ⁊ pſonalis pſecutio videbat̄. Eodē modo dicendū est ad scđm, ꝙ saluator hortatur discipulos fugere in casibus licitis predictis.

¶ Additio p̄ma vbi dr̄ in postilla. Omīs quotquot venerūt, fures sunt ⁊ latrones. ⁊c. Quod autē hec verba xp̄i non possunt intelligi de prophetis seu p̄riarchis: ⁊ huiusmodi, satis est manifestū: illi enī non: vt pderēt oues seu vt eas furarentur venerūt. Sʒ attendendū est quō verba Xp̄i dicētis vniuersaliter. Omēs quotquot venerunt fures sunt. ⁊c. saluari possint: sic, vt sub hac vniuersalitate nō cōprehendant̄ etiā iusti a deo missi. Nā fm Apl'm Ad hebreos. 2. b. Qui omīa dicit, nihil excipit. Sʒ cōtinuādo hec verba ad immediate precedētia, satis habet̄, ꝙ hec vniuersalitas nō cōprehēdit omēs quotq̄t venerūt simplicit̄: sʒ tm̄ illos: q̄ veniētes nō intrauerūt ꝑ ostiū. Un̄ cū xp̄s dixit. Ego sū ostiū ouiū. stati subiūgit, q̄tq̄t venerūt. ⁊c. Ut itelligat̄ illa vniuersalitas solū ꝯprehēdere illos: q̄ nō ꝑ ostiū venerūt. Et hoc videt̄ dicere Aug. in h° loco, vbi ait. Intellige ḡ quotq̄t venerūt, p̄ter me. Nō aūt p̄ter illū ꝓphe venerūt qꝛ cū illo venerūt. ⁊c. ⁊ infra. Precesserūt enī iusti in cū credētes venturū: quō credim⁹ i cū: q̄ iā venit: tpa enī variata sunt: nō fides. Hec Augu.

* Mercenari⁹ aūt. ⁊c.] Ly. Mor. Hic est q̄ p̄n̄ dēdo claustralib⁹ q̄rit honorē ꝓpriū: ⁊ pmotionem carnaliū amicorū. * Videt lupū venientez. ⁊c.] Idest aliquē, malū gregē suū in fide vel morib⁹ corrumpentē. * Et dimittit oues et fugit. ⁊c.] Greg. Fugit nō mutādo locū: sʒ subtrahendo solatium.

* Mercenarius autem. ⁊c.] Glosa. Mercenarius est: qui querit: que sua sunt: non que Christi: qui seruit deo: non propter deum: sed pro aliqua mercede: qui culpabilis est: ⁊ nō est filius: sed tamen necessarius, et tolerandus. Fur vero semꝑ est cauēd⁹. Prepositi vero: q̄ filij sunt: ⁊

pastores: ⁊ tñ vnus est pastor: q2 illi omnes sunt membra illius: cuius sunt oues ꝓprie. ✳ Et lupus rapit.] Lupus est/ vel violentus: qui corporaliter vastat: vel diabolus: q̇ spiritualiter dissipat: cui qui non animas ouium: sed sua querit: non occurrit resistendo: vel mala arguendo: qđ est fugere: q2 timor est fuga animi. Fugit/ ne perdat: quod diligit. Unde reddens causam fuge: subdit. Quia mercẽnari⁹ est: et nõ amat oues: sed sua. Pastores aũt non dicuntur fugere/ si cedunt persecutioni: et seruant se ouiũ vtilitati: q̇bus etiam corpore absentes: sunt spiritu presen-
E tes. ✳ Ego sum pastor.] Post culpam ficti/ iterum formã veri pastoris opponit. Ego sum pastor bonus: ⁊ animã pono pro ouibus: quod nõ ipse vnus fecit: nisi ꝙ omnes sui/ ⁊ ipse vn⁹ sunt: quia ipse sine illis hoc potuit. illi non sine eo: siue quo nihil possunt. ✳ Et ego agnosco.] Fili⁹ per se agnoscit patrẽ: nos per illum. Sicut alibi. Deum nemo vidit vnq̃/ nisi vnigenit⁹: q̇ est in sinu patris/ ipse enarrauit. Item: nemo nouit filium/ nisi pater: neq3 patrẽ quis nouit/ nisi fili⁹: et cui filius voluerit reuelare. ✳ Et animã meam.] Hoc est ꝓbatio dilectionis ad patrem/ et ad oues: sic et petrus tertio confitens amorẽ: iubetur pascere oues: et pro eis mori. ✳ Pro ouibus meis.] Pro ouibus domus israel: que perierant: ad quas corporaliter missus: a quibus nõ sunt dissimiles ille: que sunt de gentibus. Unde dicit. Oportet me alias adducere: q̃uis per suos: quia in illis ipse. Et vocem meã audient. nõ
F dicit/ meoꝝ: quia in ipsis ille loquitur.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis prelatoꝝ. fol. 90. ¶ vel ser. Ferie. 3. penteco. infra in hoc Tom. sub the. ✳ Ego sum pastor. ⁊c.] vt. s̃. A. ¶ vel ser. Relig. fol. 136. sb the. ✳ Bon⁹ pastor. ⁊c.] A. C. ¶ vel ser. Epiph. fol. 39. sub the. ✳ Alias oues habeo. ⁊c.] B. ¶ Uel ser. Incarñ. fol. 2. sub the. ✳ Sicut nouit me pater. ⁊c.] B. E. ¶ vel ser. passionis. fol. 35. sub the. ✳ Animã meam pono. ⁊c.] B. ¶ vel ser. Ecclesie. fol. 64. sb the. ✳ Fiet vnũ ouile. ⁊c.] B. ¶ vl' ser. Dñice. 1. q̃dragesi. fol. 83. Et Dñice. 3. q̃dra. fol. 117. sub the. ✳ Lupus rapit. ⁊c.] D.

Feric. vj. Dñice. j. post octauas Pasche. sermo. Annota. Ex q̇nta ꝑte Bib.

ACcesserũt ad Jesum discipuli Johannis.] ☞ Posita superius credentiũ vocatione/ ⁊ condescẽsione xp̄i ad peccatores: necnõ reprehensione cõtra phariseos iuste ꝯtra dñm murmurantes: cũ dicebatur. ✳ Cum transiret Jesus/ vidit hoiem sedentẽ in teloneo. ⁊c.] Ut inuenies annotamẽto. 1. A. q̇nte partis. ser. Matthei. apl'i. Tom. 2. Consequẽter in euangelio hodierno saluator reprehendit Johãnis discipulos. Et primo ponit coꝝ interrogatio maligna. Secundo xp̄i responsio benigna.) ¶ Lyra. Circa primũ notãduz/ ꝙ discipuli Johãnis in trib⁹ deficiebãt. Primo: q2 de sua abstinentia se iactabant. ✳ Dicentes. Quare nos et pharisei ieiunam⁹ frequenter?] Q2 talia sunt faciẽda in secreto. Ut dicit saluator Matthei. 6. Tu aũt cũ ieiunas. ⁊c. ☞ et an. 1. B. q̇nte ꝑtis. ser. Ferie. 4. Cinerꝝ. fol. 79. col. 1. Secundo: q2 phariseis se ꝯiũgebant/ dicẽtes. Nos ⁊ pharisei: q2 audierãt Johãnem magistrũ suũ phariseos redarguentẽ ⁊ dicẽtẽ Matth. 3. ☞ Et positũ est anno. 3. B. q̇nte ꝑtis. ser. Ferie. 4. Dñice. 2. Aduẽt⁹. fol. 7. col. 1.) Progenies vipeꝛarũ q̇s demõstrauit vobis fugere a vẽtura ira? Tertio: quia Christũ arguebãt ex defectu abstinentie in discipulis/ dicentes. ✳ Discipuli autẽ tui non ieiunant?] Defectũ. n. discipuloꝝ retorquebant in magistrũ: de quo tñ audierãt Johannẽ/ dicentẽ. Ecce agn⁹ dei: ecce q̇ tollit peccata mũdi. Joh. 1. d. ☞ Et anno. 1. B. q̇nte partis. ser. in octa. Epiph. fol. 53. col. 1.) Consequẽter
secũdo ponit xp̄i responsio. In qua ostẽdit/ ꝙ ieiuniũ corporale non cõpetebat suis discipulis ꝓ illo tẽpore: q2 duplex est ieiuniũ. Quoddam qđ ordinat ad carnis refrenationẽ: ⁊ ad ꝯtẽplationẽ disponit: ⁊ istud nõ cõpetebat discipulis xp̄i: qñ erat cũ eis corporaliter: ⁊ hoc est qđ subditur. B
✳ Et ait illis Jesus. Nunq̇d possunt filij sponsi.] Idest xp̄i: q̇ est spõs⁹ ecclie ✳ Lugere/ q̃diu cũ illis est sponsus? Uenient dies/ qñ auferetur ab eis sponsus.] Quantũ ad presentiã corporalem: sc3 in passione ⁊ ascẽsione in celũ. ✳ Et tũc ieiunabũt.] Q. d. tunc cõpetet eis tale ieiuniũ. Aliud est ieiuniũ: quod ex plenitudine et perfectione contemplatiõis ꝓcedit: quale fuit Moysi ieiuniũ in monte. Quãto eñ anima est in cõtemplatione magis eleuata: tanto est pauciori alimento contẽta. Unde et. 10. Ethi. dicit phs: ꝙ felix contẽplatiu⁹ est paucissimis contẽtus. ⁊ tale ieiuniũ non cõpetebat discipulis: q2 adhuc erant rudes et imperfecti: sed prius debuerũt per charitatem spiritussancti innouari: quod factũ est die penteco. quando fuerunt per gratiam spiritussancti innouati: ⁊ tunc debuerunt incipere nouũ modum viuendi: ⁊ hoc est quod dicit saluator per duplex exemplum. primũ ponitur hic C
✳ Nemo autem immittit cõmissuram.] Idest iuncturam seu supplementũ. ✳ Panni rudis.] Scilicet noui: quia in nouitate est prior. ✳ In vestimentũ vetus.] Q2 ostendat deformitatẽ: D

propter quod subdit.* Tollit enim plenitudi=
nem eius.] Idest vniformitatẽ seu pulchritudi
nem.* A vestimẽto. Et peior scissura fit.] Qr
propter deformitatem / non coniungitur solide
cum veteri panno: et sic de facili causatur ruptu
ra maior in veteri. Secundũ exemplum ponit
ad hec / dicens.* Neqꝫ mittunt vinum nouuz
in vtres veteres.] Quia tunc est in ebulitione.
* Alioquin rumpuntur vtres / et vinum effun
ditur: et vtres pereunt. Sed vinum nouum in
vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur.]
Ex his vult concludere ꝙ ea: que sunt perfectio
nis magne: non sunt imponenda hominibus:
donec spoliati fuerint veteri vita. ☞ Termi=
nato hic euangelio hoc: consequenter ponũtur
quedam miracula ad discipulorum confirma=
tionẽ / cũ subditur. * Loquente Iesu ad tur=
bas.ꝛc.] ☞ Vide annota.1.A. quinte par.
sermõis. Dñice.24. post octauas corporis Xpi:
infra in hoc Tomo.

* Accesserunt ad Iesum disci.ꝛc] Moraliter.
E Moralr Per istos qui iactauerunt se de frequenti ieiu=
nio: significantur hypocrite dicentes cum pha=
riseo. Luce.18.b. Ieiuno bis in sabbato: quibꝰ
respõdet.* Nunquid possunt filij sponsi lugere
q̃diu cum illis est sponsus?] Q.d. non. Isti filij
sunt de nouo per baptismum ex ecclesia et Chri
sto regenerati. Et istis non sunt ieiunia impo=
nenda: quia sicut dicitur Gal.5.d. Fructus spi
ritus / est charitas: gaudiũ: pax.ꝛc. sed cũ au=
feretur ab eis sponsus per mortale peccatum /
tunc ieiunandum est eis per penitentie effectũ.
* Nemo autẽ immittit commissurã panni ru=
dis.ꝛc.] Pannus rudis hic dicit nouus: ꝑ quẽ
et per vinũ nouũ significatur nouitas sacramẽ=
torum ecclesiasticoꝝ: que non sunt administrã=
da hoibus in vetustate peccatoꝝ manentibus.
* Accesserũt ad Iesum discipuli Iohãnis.ꝛc]
F Glosa. Glosa. Iohãnes. Marcus ꝛ Lucas ita hoc nar
rant. q. aliqui alij de hoc quesierit. Vñ sciendu
hoc a pluribus esse quesitũ. Tribꝰ de causis re=
phẽdẽdi sunt discipuli Iohãnis: qꝛ de ieiunio se
iactant: ꝛ qꝛ calũniantur: quẽ sciebãt a magr̃o
esse predicatum. Et iunguntur phariseis: quos
magister coꝝ condẽnauerat. ¶ Spũaliter disci
puli Iohãnis ꝛ phariseoꝝ ieiunãt: qꝛ qui opera
legis vel traditionẽ hoim sequitur: vel qui etiã
vocem xp̃i tm̃ aure percipit: abstinẽs a bonis: ie
iuno corde tabescit. Sed qui Christo adheret:
reficitur. Iohannes vinum ꝛ siceraz non bibit:
quia abstinentia meritum auget / cui nulla est
potentia nature. Dñs autem qui pctã potest cõ
donare: cur a pctõribus declinaret: quos absti=
nentibus poterat facere iustiores? Ieiunauit et
Christus: ne preceptũ declines. Mãducat cum

pctõribus: vt gratiam ꝛ potestatem intelligas.
* Nũquid possunt filij spõsi lugere?ꝛc.] Q. si G
cturi estis: vt lugentes ieiunent: quia estis spon
sum occisuri. Nunquid possunt.ꝛc. De vtroqꝫ
luctu vel ieiunio: quod est in tribulatione: vel
gaudio / respondet. Cum ablatus erit sponsus:
tunc erũt in merore et luctu donec per spiritum=
sanctum consolatio tribuatur: quo dono perce=
pto: ieiunium: quod fit per leticiam / iam reno=
uati in vitam spiritualem celebrabunt: nec solũ
a cibis / sed ab omnibꝰ terrenis. * Lugere.ꝛc.]
Hoc verbo exprimit illud ieiunium: quod per=
tinet ad humilitatem tribulationis: illud alte=
rum / quod pertinet ad gaudiũ mentis / ad spiri
tualia suspense. Et ideo a cibis corporeis alie=
nate / sequentibus similitudinibus de pãno no=
uo et vino nouo significat: ostendens ꝙ carnali
bus et ob hoc veterem sensum adhuc trahenti=
bus hoc genus ieiunij non congruat: quia dum
ita carnales sunt / perfectionem noue vite habe
re non possunt. Quod hic ait: lugere Marcus
et Lucas dicunt ieiunare. Vnde et ipse. Po=
stea ieiunabunt: non lugebunt.* Et tunc ieiu=
nabunt.ꝛc.] Luctus de absentia sponsi nec an=
te incarnationem defuit in patribꝰ: nec post pas
sionem: nisi quãdiu in carne cum discipulis con
uersatus est. ¶ Allego. Quãdiu nobiscum est:
letamur: cum propter peccata recedit: tunc indi
cendus est ieiunij luctꝰ.* Ieiunabũt.] A mun
di amore: non solum a cibis. Spirituale enim
ieiunium cum sit pars vite noue: nondum eis
conuenit: qui per alia dediti sunt veteri vite.
* Nemo autẽ immittit cõmissurã.ꝛc.] Quasi H
carnales nondũ fide passionis et resurrectionis
solidati: non possunt seueriora continẽtie prece
pta sustinere: ne per austeritatem etiam fidem
perdant. Sunt ergo discipuli quasi vetus ve=
stis / cui inconuenienter nouus pannus assuit:
idest aliqua pars doctrine: que ad noue vite tẽ=
perantiam pertinet: quia si hoc fiat: ipsa doctri=
na quodãmodo scinditur: cuius pars de ieiu=
nio ciborum importune traditur: cum illa do=
ceat generale ieiunium ab omnibus voluptati=
bus: cuius pannũ. i. partẽ: que ad cibos ꝑtinet /
dicit: nõ oportere hoibus adhuc veteri vsui dedi
tis impartiri: quia et illinc videtur. q. concissio
fieri: et ipsi vetustati non conuenit. * Tollit
eni.ꝛc.] Idest perfectio noue vite: que vna est /
diuiditur: et veteri fides: quam habet aufertur /
cui perfectio noue debebat * Neqꝫ mittũt.ꝛc.]
Eosdem discipulos veteribus vtribus compa=
rat: quos nouo vino: idest spiritualibus prece=
ptis facilius dirũpi: ꝙ id posse cõtinere dicit. Sꝫ
post ascensionem: accepto spiritu / facti sunt
vtres noui. Aliter. Vtres veteres: sunt scribe et

pharisei. Pannus nouus/ et vinum nouū/ precepta euangelij: que nō possunt sustinere iudei: ne maior fiat scissura: cum quibus Galathe precepta legis miscebant: in vtres veteres nouū vinum mittentes. Conueniunt autē hec precepta euāgelica aplis: non his: qui traditiōib⁹ maiorū deprauati/ syncertatē preceptoꝝ xp̄i nequeunt custodire. ¶ Distat inter nouū vinum ⁊ vestimentum. Vino intus reficimur: veste foris tegimur. Vestis ergo/ sunt bona opera: que foris agimus: qb⁹ coram hominib⁹ lucem⁹. Vinū/ feruor fidei: spei et charitatis: quo in ꝯspectu dei in nouitate sensus intus reformamur.

J Annot. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Johānis baptiste. Tom. 2. sub them. * Accesserūt ad Jesuz discipuli Johānis. ⁊c.] vt supra. A. F. ¶ vel ser. Feric. 4. Cinerꝫ. incip. fol. 75. sb the. * Quare nos ieiunam⁹? ⁊c.] A. ¶ vel sermo. Relig. fol. 136. vel ser. Prela. fo. 90. Et anno. 30. B. prime partis. ser. Generalis. fol. 251. col. 2. sub the. * Nemo immittit. ⁊c.] D. ¶ vel ser. Ascensionis. infra sub the. * Venient dies: quādo auferet ab eis sponsus.] C. vel ser. Penteco. īfra. sub the. * Tunc ieiunabūt.] C. ¶ vel sermonis Apostoloꝝ. fol. 82. sub themate * Filij sponsi. ⁊c.] C. H. ¶ vl' sermo. peccatoꝝ. fol. 189. sub the. * Venient dies: quando auferetur ab eis (idest a peccatoribus) sponsus (idest Christus) ⁊ tunc ieiunabunt.] E. G. ¶ vel sermōis Sacramēti. fol. 14. sub the. * Nemo aūt immittit cōmissurā. ⁊c.] E. ¶ vel sermo. passionis. fol. 35. sub themate. * Nunquid possunt filij sponsi? ⁊c.] G. ¶ Vel sermonis Fidei. fol. 59. sub themate. * Vinum nouum. ⁊c.] H.

Dñice. ij. post octa. Pasche ser. anno. Ex q̄nta parte bib.

Cl. Joh. 16. A


Odicum et iam nō videbitis me. ⁊c.] In hoc capitulo saluator noster (inter alia) explicat discipulis suis triplicem rationem consolatoriā recessus sui ad patrem. Prima est ꝓmissio missiōis spūsscti. ☞ Quā inuenies an. 1. A. quīte partis. ser. Dñice. 3. post octauas pasche. infra. incipienti. * Vado ad eū: qui misit me. ⁊c.] Secunda est ꝓmissio reditus sui: que diuiditur in tres partes (prout in euangelio hodierno) Quia primo ponit̃ dicta explicatio. Secundo ex hoc sequens discipuloꝝ dubitatio: ibi. Dixerunt ergo. Tertio dubitationis expositio: ibi. Cognouit ergo. In prima igitur parte ad eoruz consolationē ostendit ꝙ tempus modicū erat futurum vsq₃ ad suum reditū/ per resurrectionem suam: dicens. * Modicum et iam non videbitis me.] Scd̄m Aug. per istud modicum/ intelligitur tempus ab illa hora: qua loquebat̃ Xp̄s discipulis/ vsq₃ ad suam passionē ⁊ mortem: per quam subtractus est eis: ⁊ sic nō viderunt eum. * Iterum modicū/ ⁊ videbitis me.] Per istud secundum modicū/ intelligitur tempus ab hora sue mortis/ vsq₃ ad resurrectionē suam: quia tunc iterum viderūt eum. Vtrūq₃ autem tempus modicū fuit. ¶ Scd̄m vero Chryſ. aliter exponitur: quia per primum modicū/ intelligitur tempus ab hora passionis/ vsq₃ ad temp⁹ resurrectionis: et tunc est sensus. Modicū ⁊ iam non videbitis me. Q. d. tempus: in quo non videbitis me ꝑ subtractionē a vobis in mea morte: erit modicū: ⁊ ideo non debetis desolari. Per secundum modicū: cum dicit̃. Iterū modicū/ ⁊ videbitis me. intelligit̃ temp⁹ ab hora resurrectiōis/ vsq₃ ad ascensionē: in qua apparuit eis/ loquēs de regno dei: vt habetur Actuū. 1. ⁊ illud temp⁹ fuit modicū respectu tēporis sequētis/ vsq₃ ad finem mūdi. ideo subdit̃. * Et vado ad patrē.] B Q. d. qn̄ in celum ascendam/ extunc nō videbitis me/ cōmuniter loquendo: nisi in generali resurrectione. ꝓpter qđ dicitur Act. 1. b. Viri galilei/ quid statis aspiciētes in celum? hic Jesus: q assumpt⁹ est a vobis in celum/ sic veniet: quemadmodum vidistis eū. q. d. ampli⁹ non videbit̃ in terra presentia corporali: vsquequo veniet ad iudicium. Quod enim aliquibus sanctis apparuit postea: fuit ex speciali gratia: sicut apparuit Johanni euangeliste ante mortē suam: vocans eum ad celestem gloriam. Similiter ⁊ Petro apparuit ante crucifixionem suam: dicēs ei. Vado Romam iterum crucifigi: quia in crucifixione petri futura dicebat se Christus crucifigi. Sicut in persecutione fidelium dicit se persecutionem pati. Actuū. 9. Et similiter apparuit Paulo: quando fuit prostratus de celo: vt habetur ibidem. ⁊ ista expositio Chrysostomi magis est consona verbis Christi. Sequitur. * Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc: quod dicit nobis. Modicum/ ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum modicum/ ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem?] C Consequenter ponitur discipulorum dubitatio: quia in verbis Christi erat obscuritas ex hoc/ quod ibi videbatur quedam contradictio: in hoc: quod dixerat. Modicum/ et non videbitis me. et postea. Iterum modicum/ et videbitis me. ⁊ ideo dubitauerūt

de intellectu istorum verborum: ideo subditur.
* Dicebant ergo. Quid est hoc quod nobis di
D cit modicũ? Nescimus quid loquit.] Conse=
quenter ponitur huius dubitatiõis solutio/cuz
dicit. * Cognouit aũt Jesus quia volebãt cuz
interrogare.] Hoc enim cognouit Xps in quã=
tum deus: cuiꝰ est propriũ secreta cordiũ cogno=
scere propria virtute. Cognouit etiã hoc in quã
tum homo: qꝛ anima xpi videt in verbo oĩa q̃
deus videt scientia visionis. * Et dixit eis. De
hoc queritis inter vos quia dixi. Modicũ et nõ
videbitis me: et iterꝝ modicũ ꝛ videbitꝭ me] Ad
hoc respõdendo preuenit corꝝ interrogationẽ: vt
ostenderet se scire mẽtis corũ intẽtionẽ. * Amẽ
amẽ dico vob: quia plorabitis ꝛ flebitis vos.]
Q. d. per illud quod dictũ est. Modicũ ꝛ nõ vi=
debitis me: intelligitur tempus mee passionis
vsqꝫ ad resurrectionẽ meã: in quo flebitis pro=
pter meã absentiã. * Mundus autẽ gaudebit:
vos autẽ cõtristabimini.] Quia in triduo mor
tis Xpi iudei mundialiter viuentes sunt gauisi
credentes extinxisse totam sectã Xpi. * Sed tri
sticia vestra vertetur in gaudiũ.] In hoc expo=
nit illud: quod supra dixerat. Iterũ modicũ et
videbitis me: qꝛ in tpe: in quo eis apparuit post
resurrectionẽ suã/gauisi sunt viso dño: ꝛ sic patz
ex verbis xpi expositꝭ: quod supra dixerã ꝙ expo
sitio Chrys. ꝓpinquior est littere/quã expositio
E Aug. * Mulier cum parit tristiciã habet: quia
venit hora eius. Cum autẽ peperit puerũ: iam
non meminit pressure propter gaudiũ] Decla=
rat quod dixerat per exemplũ mulieris in dolo=
re partus tristiciã patiẽtis: sed in natiuitate pue
ri gaudium superueniẽs absorbet precedentem
tristiciã. Mulier ista est ecclesia seu apostolorũ
collegiũ: in quo pro tũc erat tota ecclesia fideliũ.
Tristicia partus: est dolor de passiõe Xpi: q̃ fuit
in illo collegio. Natiuitas hoĩs est resurrectio
xpi: qua xp̃s de nouo processit ad vitam immor
talem: quantũ ad corpus: quod prius fuit mor=
tale: et ideo ad hoc designãdum dixit saluator.
* Quia natꝰ est homo in mundũ.] Et nõ di=
xit: puer: qꝛ xp̃s homo perfectus vitaz immorta
lem inchoauit per suam resurrectionẽ. Sequit.
* Et vos igitur nunc quidẽ tristiciã habetis.]
Scilicet tpe mee passionis ꝛ mortis. * Iterum
autem videbo vos: et gaudebit cor vestrum.]
Post meã resurrectionẽ. * Et gaudiũ vestrũ ne
mo tollet a vobis.] Quia vita xpi: que fuit ma
teria huius gaudij: immortalis erat: nõ ampli=
us auferenda per mortẽ: quia Xps resurgẽs ex
mortuis: iam non moritur. ꝛc. vt dicit. Rom. 6.
Istud vero gaudiũ apostolorꝝ de xpi visione fuit
inchoatum post resurrectionem xpi: sed postea
F consumatum in gloria celi. ¶ Hic euãgeliũ hoc

terminatur. Tertia autem ratio est de promis=
sione accessus apostolorũ ad patrẽ. ☞ Quã
inuenies anno. 1. 5. par. ser. Dñice. 4. post octa.
Pasche ĩfra incipiẽti. * Amẽ amẽ dico vobis:
si quid petieritis. ꝛc.]
* Modicum.] Glosa. Dixerat supra sine: mo=
dicũ: ad patrẽ vado: et iam nõ videbitis me: vbi
visus est aperte loqui: nec qcꝙ quesierũt. Nũc
autem determinãs quãdo iturus sit: idest pau=
lo post: ꝛ quomõ scilicet per passionẽ: dicit: modi
cum: quod antecꝙ impleretur penitus fuit ob=
scurum. Modicum: idest paruũ tempus restat
vsqꝫ ad hoc ꝙ patiar: ꝛ claudar sepulchro: et ite=
rum paruũ tempus vsquequo me videatis re=
suscitatũ. ¶ Vel paruũ tempus est: idest triduũ:
quo clausus nõ videbor: et iteruz paruum: idest
quadraginta dies: quo resuscitatus videbor.
Quia vado ad patrẽ: hoc est: quia tempus est:
vt deposita mortalitate: humanam naturam ce
lis inferam. Vel spiritualiter illis: quibus loq=
batur: dicit. Modicum et non videbitis: et ad
hoc refertur: qꝛ vado ad patrem: non ad illud:
iterum modicum et videbitis me: quod vniuer
se ꝓmittit ecclesie. Dicit ergo modicum: non qꝛ
mortuus: ab eis non erat videndus donec sur=
geret: sed quia eundo ad patrem: facturus erat/
vt non eum vlterius mortalem viderent: quod
fecit postꝙ surrexit et ascendit in celum: omnib⁹
autem communiter dicit. Iterum modicum:
idest totum tempus vsqꝫ ad finem seculi: et vide
bitis me eterna visione. * Qꝛ plorabitis.] Me
occiso: de quo inimici gaudebũt. Similiter plo
rant omnes boni in erumnis huius seculi: sed
mundi amatores gaudent. Boni autez compa
rantur pariẽnti: que gemit in partu: sed letatur
de fructu: et plus gaudet de aduentu future pro
lis/ꝙ tristis est de presenti dolore.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis Resurrectio. fol. 212. sub/the. * Tri=
sticia vestra vertetur in gaudiũ.] D. ¶ Vel ser.
Ascensiõis infra sub them. * Vado ad prem]
B. ¶ vel sermonis Passionis. fol. 35. sub them.
* Modicum et iam non videbitis me.] A. B.
¶ Vel sermonis. Ecclesie fo. 64. Et Apostolorũ
folio. 82.. sub them. * Mulier cum parit. ꝛc.]
E. Vel sermo. Incarnationis. folio. 2. sub the.
* Natꝰ est homo. ꝛc.] E. ¶ Vel sermo. Fune=
rum. folio. 305. sub them. * Plorabitis et flebi=
tis vos. ꝛc.] D. ¶ Vel sermo. Dñice. 1. post oct.
Epiphanie. folio. 54. sub themate. * Mulier
cum parit. ꝛc.] E.

Feric. iiij. dñice. ij. post octa

uas Pasche. sermo. Annota. Ex qnta pte Bib.

Cr. Joh. 3 A

FActa est aut̄ q̄stio .rc.] ☞ Postq̄ in superioribus euangelista posuit distinctionē inter baptismū Xp̄i et baptismū Johannis: et vtrūq̧ descripsit baptisimum/ vt inuenies infra anno. 1. A. q̄nte par. ser. Fe. 2. Penteco. incipienti. ✳ Sic em̄ deus dilexit mūdum. rc.] Consequēter in euangelio hodierno duo facit primo mouet quandam questionē: secundo soluit eam. Circa primū aduertendū/ q̧ discipuli Johannis zelantes pro magistro suo voluerunt preferre baptismū suū baptismo xp̄i: et hoc est quod dicit. ✳ Facta est autem questio ex discipulis Johannis.] Lyra. Indiscrete pro magistro suo zelātibus. ✳ Cum iudeis.] Idest Xp̄i discipulis: et alijs ad baptismū xp̄i venientibus. ✳ De purificatiōe.] Idest de baptismo: quia isti dicebant baptismū Xp̄i meliorē/ quia Christus illos: quos baptizabat nō mittebat ad

B Johannē. ✳ Et venerunt ad Johannē.] Moti zelo indiscreto. ✳ Et dixerunt ei.] Et proposuerunt quattuor ex quibus Johannes posset prouocari. Primū est pretendens excellentiā Johānis respectu Xp̄i: q̧ notatur/ cū dicit. ✳ Rabbi: qui erat tecum trans Jordanē.] Q. d. discipulus cū magistro. Scd̄m est beneficiū a Johanne Christo impensum: cum subditur. ✳ Cui tu testimonium perhibuisti.] Q. d. p te est in auctoritate. Tertium est vsurpatio officij alieni: cum subdit. ✳ Ecce hic baptizat.] Q. d. tuū officiū vsurpat. Quartum est: minoratio Johannis: cum subditur. ✳ Et omnes venerunt ad eum.]

C Q. d. de te non curatur. Circa scd̄m: aduertendum: q̧ discipuli Johānis notabāt xp̄m de hoc: q̧ officium Johannis vsurpabat: ꝛ de hoc q̧ fama Johannis per hoc decrescebat: ideo Johannes in sua solutione questionis sic procedit: qꝛ primo ostendit primū esse falsuz. Secundo ostēdit scd̄m esse iustum: ibi. Illum oportet crescere. Primū ostendit per hoc: q̧ Johannes non baptizabat: nisi sicut preco Xp̄i: ꝛ ideo Christus baptizās non vsurpabat sibi officium Johānis: sz magis exercebat officiū a Johāne preconizatū. Et hoc est quod dicit. ✳ Respondit Johānes ꝛ dixit. Non potest homo accipere quicq̄: nisi fuerit ei datū de celo.] Quia omnis potestas a deo est: et ideo scd̄m distinctionē collationis diuine distinguūtur: officia. Johannes autē non accepit auctoritatē a deo baptizandi: nisi ad denunciandū Xp̄m ꝛ preparādum homines ad suū aduentum. Et hoc est quod subdit. ✳ Ipsi vos

D mihi testimoniū perhibetis.] Idest perhibere debetis: quia a me audistis. ✳ Quod dixerim. Non ego suz Xp̄s: sed qꝛ missus sum ante illū.]

Propter quod baptizando non vsurpat officiū alienum: quod probatur per hoc: quod subdit. ✳ Qui habet sponsam: sponsus est] Idest habet officium sponsi: quod est generare filios: et ideo officium xp̄i est baptizare/ per quod regenerantur filij de sponsa Xp̄i: q̄ est ecclesia. ✳ Amicus aūt sponsi: qui stat et audit eū: gaudio gaudet propter vocem sponsi.] Idest debet cōgaudere sponso filios generāti. Si em̄ offm̄ generādi ex sponsa sibi acciperet/ non esset amicus sponsi: sed inimicus et adulter esset. q. d. Johannes: de hoc q̧ Christus baptizat/ non debeo dolere: sed magis gaudere: cum sim eius preco et amicus. propter hoc subditur. ✳ Hoc ergo gaudiū meū impletū est.] Et notandū q̧ Johannes hic vocat se Xp̄i amicū: supra aūt se vocauit eiꝰ seruū/ etiā indignum/ dicens. Cuius non sum dignꝰ vt soluam eius corrigiam calciamēti. Joh. 1. d. Cuius causa est: qꝛ volebat discipulos suos reprimere/ volentes ipsum ad inuidiā mouere cōtra Xp̄m/ vt patet ex predictis. Ideo hic voluit loqui magis charitatiue. Cōsequenter ostendit secundum esse iustum: scz famā suam diminui: ꝛ crescere famā xp̄i. Et diuidit i duas partes: qꝛ primo ostendit propositum: scd̄o cōcludit principale intentū/ ibi. Qui credit in filium. Primū probat quattuor rōnibus. Prima sumitur ex altitudine originis Xp̄i: cuius origo de sursuz est: et quantum ad deitatē sicut patet. Joh. 1. et quātum ad humanitatē: qꝛ corpus eiꝰ formatū est virtute spūssancti: et hoc est quod dicit. ✳ Illū oportet crescere.] In claritate fame: et auctoritate apud homies: qꝛ in seipso nō augetur. ✳ Me autem minui.] Sicut lucifer minuitur in claritate quantū ad apparentiā/ oriente sole: ꝛ auctoritas preconis adueniēte iudice: et huius ratio subdit. ✳ Qui de sursum venit] Idest originatus est/ ꝛ quantum ad diuinitatē/ ꝛ quantū ad humanitatē: modo predicto. ✳ Super omnes est.] i. auctoritate ꝛ dignitate. Debet oēm creaturā precellere: qꝛ q̄nto origo alicuiꝰ est altior: tanto debetur ei maior honor. Secūda rō accipitur ex certitudine doctrine: qm̄ Xp̄s in natura diuina habet eandem scientiā cum patre: in humana natura cognoscit omnia: que deus cognoscit noticia visionis: ꝛ ideo potest certitudinalit docere etiam altissima: ideo debet ei excellentia maxima/ ꝛ hoc est quod dicit. ✳ Qui est de terra.] Idest omnis homo (preter xp̄m) cuius corpus formatur virtute seminis existentis de terra a dn̄o sicut et alia mixta/ vt patz ex scd̄o de gn̄atione. ✳ De terra est.] Idest per hoc ꝯstituit in vita terrena: ꝛ per cōsequēs nō potest loqui/ nisi de terrenis: quātū est ex se: ideo sequit. ✳ Et de terra loquit.] Licet em̄ Johānes et alij sancti lo

cuti fuerint de celestib⁹: hoc erat inquantũ erãt a deo illuminati: sed aliter est de hoie xp̃o ratiõe
E p̃dicta: iõ subdit. * Qui de celo venit.] Quãtũ ad originẽ modo p̃dicto. * Sup omnes est] Quantũ ad doctrinã: q2 põt loq celestia τ diuina: que certitudinaliter cognoscit: τ inquantũ deus/ et inquãtũ homo. ꝑpter qδ sequit. * Et qδ vidit et audiuit.] Licet em̃ habeat eandem scientiã cum patre inquantũ deus: tñ habet eã a patre/ sicut et essentiã: τ hoc significat per audire: inquantũ aũt homo/ habet aliã sciẽtiã a deo infusam: et sic inquantũ homo/ et inquantũ de⁹ a patre audiuit. * Hoc testatur.] Docendo. Et patet certitudo testimonij per visum et auditũ. * Et testimoniũ ei⁹ nemo accipit] Idest pauci cõparatiue/ sicut cõmuniter dicit. Nemo est in foro: idest pauci: quia pauci de iudeis crediderunt in aduentu xp̃i. * Qui autem acceperit ei⁹ testimoniũ.] Credẽdo. * Signauit.] Idest monstrauit. * Quia deus verax est.] Ad implendũ promissum de filio iam misso: sicut ante mittendum promiserat per prophetas: τ cõcludit excellentiam doctrine ex predictis/ dicens. * Quem enim misit deus/ verba dei loquit.] Propria virtute. Alij autem non possunt hoc facere: nisi virtute ipsius. Tertia ratio accipit ex plenitudine gratie. Sicut enim in capite corporis naturalis sunt omẽs sensus: i alijs autẽ mẽbris sunt particulatim: sic in Xp̃o capite nr̃o est om̃is plenitudo gratie: i alijs aũt diuisim. Et ideo excellentia dignitatis et honoris xp̃o debetur pre
F alijs: τ hoc est qδ dicitur. * Non enim ad mensurã dat deus spũm.] Idest grãm homini xp̃o. nõ quod eius gratia habitualis sit infinita: sed quia habet gratiam secundum omnem eius rationem τ effectũ: sicut si haberetur albedo secundum oẽm gradũ ipsius possibilẽ: diceretur haberi sine mensura. τc. Alio modo etiam dicit hoc ex respectu ad capacitatez anime. Si em̃ alius veniens ad fluuiũ hauriat aquam quantũ põt vas capere: dicit accipere sine mẽsura: licet vas sit determinate mensure. Sic in ꝓposito: q2 tota capacitas anime xp̃i fuit repleta gratia/ ideo dr̃ accepisse sine mensura. Quarta ratio sumit ex xp̃i filiatione. q2 est dei filius naturalis et vnigenitus. Alij aũt quantũcũq3 sancti/ etiam angeli beati non sunt/ nisi filij adoptiui: τ ideo sibi debet excellẽtia reuerẽtie τ honoris. Et h̃ ẽ qδ dr̃.
G * Pr̃ diligit filiũ: et om̃ia dedit in manu ei⁹.] Q2 inquantũ deus habz eandẽ potentiã cũ pr̃e sicut τ eandẽ essentiã. Sed hoc modo li diligit: nõ tenet causaliter: q2 filius non ꝓcedit a patre volũtarie/ s3 naturaliter: sed tenet cõcomitatiue et ꝑ modũ signi: q2 dilectio cõcomitat ꝓductionez filij. Simil'r in quantũ homo: om̃ia tradita sunt in manu eius: vt habet Matth. vltimo. d. Data est mihi om̃is potestas in celo et in terra. hoc modo accipiendo li diligit: tenet causaliter: q2 dilectio diuina est ratio ois alteri⁹ doni: τ sic est causa omniũ aliorũ donorũ: que facta sunt in humanitate xp̃i. Consequẽter cõcludit principale intentũ/ q2 intentio Johannis baptiste ista dicẽtis erat inducere discipulos suos ad credendu3 ipsi Christo: cuius erat precursor et nuncius/ et hoc est quod dicit. * Qui credit in filiũ/ habz vitam eternã.] Q2 habet gratiã: que virtualiter continet beatitudinẽ: sicut semen arboris ipsam arborẽ: et loquit de fide formata charitate. * Qui autẽ incredulus est filio: nõ videbit vitam.] Quantum ad penam damni: que est carentia visionis diuine. * Sed ira dei manet super eum.] Quantũ ad penã sensus: que eternaliter manet super damnatũ: q2 nullo modo põt euadere. ¶ Additio tertia/ vbi dicit in postilla. Non em̃ ad mensurã dat deus spiritũ. Possunt etiam aliter exponi hec verba euangeliste scilicet nõ em̃ ad mensurã dat de⁹ spiritũ. τc. Uno mõ: vt intelligantur de diuina natura: q̃ ab eterno pater dat filio: que est donũ ĩfinitũ. Et hoc videt sentire Glo. que in h̃ loco dicit. Ut tant⁹ sit fili⁹: quantus τ pater. Alio modo possunt exponi de dono: qδ datum est humane nature: vt persone diuine vniatur: quod etiam est donũ infinitum prout alia Glo. ibidẽ dicit. Sicut pater plenum genuit verbum: sic plenum τ perfectum vnitum est humane nature vel creature. Hec in Glosa. * Facta est aũt questio. τc.] Moraliter. Nam eius discipuli indiscrete zelantes pro eo: baptismũ Johannis preferre volebant baptismo Xp̃i: qbus similes sunt mlti theologi et aliq religiosi: q magis adherent aliquib⁹ opinionibus: eo q̃ sunt opiniones magistrorũ sui ordinis vel p̃ric: q̃ pro ipa veritate: cum tñ dicat philosophus. I. Ethicorũ. Quod sanctum est prehonorare veritatem. Et Plato dixit de Socrate magistro suo. Amicus qdẽ Socrates: mag2 amica est veritas. Per hoc autẽ q Johãnes dictos discipulos reprehendit: informãtur doctores boni: vt tales adulationes nõ recipiant: sed magis repellãt: sicut et Moyses dixit Josue Numeri. II. f. Quid emularis pro me? τc. * Amicus autem sponsi. τc.] Hic est predicator verus: qui non suum querit: sed Christi honorem. Et ille dicit de Christo. * Illum oportet crescere: me autem minui.] Quia solicitus est de honoris xp̃i augmentatione: τ de propria humiliatione. Et illud quod consequitur. * Qui de sursum venit. τc.] Q2 confitetur in Xp̃o diuinã excellentiã τ in seipso ira gilitatẽ terrenã: τ in hoc docuit Johãnes doctores inferiores deferre superioribus honorẽ.

L Glosa. * Facta est autem questio.⁊c.] Glo. Dum Johannes predicat: ⁊ schola eius durat: Xp̃s latenter predicat ⁊ operatur: sed palã baptizat: vt oriatur questio de baptismo Johannis: et de baptismo Xp̃i: ⁊ illa soluatur testimonijs Johannis. * Et venerũt ad Johãnẽ.⁊c.] Volẽtes accusare xp̃z: quẽ pauloante viderant a Johãne baptizatũ. * Respõdit Johãnes.⁊c.] Q2 vltra cõsuetudinem humane nature sum natus ex parentibus prouecte etatis: putatis me esse vltra hoies: sed scitote/ q2 purus sum homo: ille deus: a q̃ habeo quicq̃d hẽo. Ex me ĩfirmitas: ex illo grẽ sublimitas. Putatis/ vt aliquid dicã cõtra meũ testioniũ? Ego nõ baptizo in remissionẽ pctõꝝ/ sz ille. * Nõ põt homo.⁊c.] Quasi ego pur⁹ homo. nihil habeo: nisi qđ datũ est a deo. i. baptizare in pñiam: non in remissionez: q2 non ego Xp̃s: sed ille: vt scitis me testatũ fuisse vobis. ideo ad illũ currite. * Ego non sum xp̃s.] Non sum vnct⁹ a patre plenitudine spũs: sz de plenitudie illius accepi: vt illũ p̃currerez. * Hoc ĝ gaudiũ.⁊c.] M In hoc gaudiũ meũ est plenũ: ꝙ factus suz amicus sponsi: ⁊ q2 sto ⁊ audio. * Illũ oportet.⁊c.] Gaudeo ad vocem sponsi. Ille sponsus crescet: idest inuenietur esse xp̃s: q2 putabatur propha. Ego minuar: q2 eius propheta inueniar: q̃ xp̃s putabar. Illum oportet crescere. i. exaltari: idest dum peccata dimittit: grãm dare: in quo gloria eius: que in se semp̃ est perfecta: crescit in hoiez: dum cã homo plus videt ⁊ habet. Homo minuitur: qui ante in se gloriabatur: dũmodo peccata cõfitetur ⁊ accipit quod ille dat. Cui rei attestatur passio vtriusq̃. Xp̃s in cruce exaltatur. Johannes capite minuitur. Attestatur ⁊ creatura Johãnes natus est decrescentibus diebus. Xp̃s vero crescentibus. * Me autem minui.⁊c.] Johannes figura legis est: xp̃s veritas: lex minuitur: apparente veritate. * Qui de sursũ est.⁊c.] Idest de altitudine humane nature ante peccatũ primi parentis: q2 de illa altitudine assumpsit verbũ dei humanã naturã: ⁊ nõ assumpsit culpam: cuius assumpsit penã. Qui em̃ de celo. i. de pr̃e venit: duobus modis sup̃ om̃ia est. Primo sup̃ om̃em humanitatẽ: q̃ de ipsa priusq̃ peccaret: venit. scd̃o iuxta altitudinez pr̃is: cui est eq̃lis. * De terra est.⁊c.] Idest qui est de terrenis parentib⁹ nat⁹: a quib⁹ pctm̃ ⁊ penã peccati cõtraxit: ex se nihil est nisi terra. * Et qđ vidit.⁊c.] Cũ ip̃e fili⁹ dei sit ṽbũ pr̃is: nõ aliud ṽbũ patris audit vel hominib⁹ testatur: sz se ṽbũ: qđ pater locut⁹ est. i. edidit ⁊ genuit ex se: scit ⁊ indicat hominib⁹ esse ex pr̃e. Hoc euangelista dicit: vt posuit: quod plene dici vel itelligi neq̃t. * Signauit.⁊c.] Hoc est: signũ posuit in corde suo: quasi speciale aliq̃d: scz hũc esse veꝝ deũ: q̃ miss⁹ est ad salutem hominũ. * Verax est.⁊c.] Om̃is homo ex se mendax: non em̃ vera dicere potest nisi illuminat⁹ a deo. Quem em̃ misit deus pater: verba dei loquitur: quod est: quẽ misit deus: deus est: ideo verba dei loquitur. ergo verba filij de se testimoniũ p̃hibẽtis/ ꝙ deus sit: verba dei sunt. * Verba dei loquitur.] In h̃ se distinguit a xp̃o. Sed q2 missus: et verba dei loq̃tur: apti⁹ addit. * Non em̃ ad mensurã.] Hoib⁹ dat ad mensuram: filio nõ dat ad mensurã. Sed sicut totũ ex seipso toto genuit filium suũ: ita incarnato filio suo/ totum spiritũ suũ dedit: non particulatim: non per subdiuisiones: sed generaliter et vniuersaliter: et nõ ob aliud dat: nisi quia pater diligit filium. * Qui credit in filiũ.⁊c.] Ac si diceret. Qui credit in filium: habet ipsum filiũ: et p̃ hoc habet vitam. * Sed ira dei.⁊c.] Ira: cum qua natus est/ p̃manet: et ideo nõ ait. Venit: sz/ manet: q2 p̃ filiũ missum: q̃ est vita: nõ tollitur effect⁹ illi⁹ ire. s. mors: corruptio/ ⁊ cetera: q̃ oia manẽt. N

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermõis Incarnatiõis. ĩcipiẽtib⁹. fol. 2. sub the. * Cui testimoniũ exhibuisti.] vt. s. B. L. ¶ vl' ser. Joh. baptiste. Et maximẽ an. 2. secũde p̃tis. sub the. * Ego nõ sum xp̃s] D. L. ¶ vel ser. Circumcisiõis. fol. 34. Et de an. 1. q̃nte p̃. ser. Ferie. 6. Dominice. 2. Aduentus. fol. 8. col. 3. sub themate. * Non em̃ ad mensurã dat de⁹ spiritũ.] F. G. ¶ vl' ser. sctissime Trinitatis. ĩfra. sub the. * Pater diligit filium.⁊c.] G. ¶ vel ser. Fidei. fol. 59. sub the. * Qui credit.⁊c.] H. N. ¶ Vel ser. Pctõꝝ. fol. 189. sb the. * Ira dei manet sup̃ eũ.] I. ¶ vel ser. Prelatorum. fol. 90. sub them̃. * Illum oportet crescere.⁊c.] K. O Auctor.

Ferie. vj. Dñice. ij. post octauas Pasche. sermo. Annota. Ex q̃nta p̃te Bib.

Ego lux in mundũ.⁊c.] ☞ Posita superi⁹ iudeoꝝ infidelitate et obstinatiõe: et xp̃i de eis rep̃hẽsiõe: necnõ inductione ad credẽdum. Conseq̃nter in euãgelio hodierno ostẽdit eis fidei fructũ: et incredulitatis suppliciũ. Circa primum ait. * Ego lux in mũdũ veni: vt ois: q̃ credit in me: in tenebris nõ maneat.] Lyra. Scz ignorãtie: culpe: et gehẽne. Hic est fructus gloriosus talia euadere: et bona contraria obtinere. Consequẽter describitur pena increduloꝝ: cũ dicitur. * Et si q̃s audierit verba mea.] Aure corporis: sed nõ cordis. * Et nõ custodierit.] Manẽs in infidelitate. * Ego nõ iudico eũ.] Scz in isto primo meo aduẽtu. Cuius causa subditur. * Nõ em̃ veni/ vt iudicẽ mũdũ.] B

¶ 1. Johã. 12

In aduētu primo. * Sed vt saluificē mundū]
Sustinendo iudiciū condēnationis et mortem.
* Qui spernit me/ ⁊ non accipit verba mea.]
Per fidem. * Habet qui iudicet euꝫ.] Et osten
dit quis sit iste iudex. q. d. * Sermo quem locu
tus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die.]
Sicut enim lex ciuilis dicitur iudicare latronē:
in quantum ostendit eum dignum iudicio ⁊ cō
demnatione: sic facta Xp̄i ⁊ eius doctrina iudi-
cabunt infideles: q2 ostendent eos dignos cōdē
natione: sed quia ipsemet Xp̄s iudicabit effecti
ue in aduentu secundo/ ideo sequit̄. * Q2 ego
C ex meipso non sum locutus: sed qui misit me pa
ter.] Propter hoc enim sermo xp̄i ostendet infi-
deles condēnabiles: quia procedit ex infallibili
veritate: scꝫ a deo p̄re/ ideo subdit̄. * Ipse mihi
mandatū dedit: quid dicā ⁊ quid loquar.] Q2
Xp̄s inquantū homo minor est patre/ et sic acci
pit a deo mandatū. In cuius executione nō po-
test deficere a regula volūtatis diuine q2 huma
nitas Xp̄i tanqꝫ instrumentū diuinitatis cōiun
ctum/ in nullo mouetur: nisi scḋm ipsius motū.
D * Et scio q2 mādatū eius vita eterna est.] Scꝫ
virtualiter: inquantum obseruatio mandatoꝝ
dei deducit ad vitā eternā: scḋm illud. Matth.
19. c. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata.
* Que ergo ego loquor: sicut dixit mihi pater/
sic loquor.] Hoc cōcludit ad ostendendū/ ꝙ hu
manitas sua non poterit obliquari a regula di-
uine veritatis: vt patet per predicta. ¶ Occasiōe
E cuiusdā dicti in hoc capl'o queritur. Utrū prin-
cipes iudeoꝝ credentes in xp̄m ante eius passio
nem peccarent mortaliter non cōfitendo suam fi
dem. Et arguit̄ primo ꝙ non: q2 omittere illud/
quod vertitur in scandalum/ et turbationē ali-
orum: non est peccatū mortale: sed magis videt̄
meritoriū: q2 dicit. Apostolus. 1. Coꝝ. 10. g. Si
ne offensione estote iudeis ⁊ gentibus. Cōfessio
autē sue fidei fuisset in scandalū seu turbationē
alioꝝ ergo. ⁊c. Item aliqui de istis fuerūt valde
boni ⁊ iusti: vt Nicodem⁹ et Joseph ab Arima
thia: qui erant discipuli xp̄i occulti: ⁊ ideo nō est
verisimile ꝙ tacuissent a sue fidei confessione/ si
fuisset hoc peccatū mortale. Cōtrariū arguit̄ per
illud qḋ dicit̄ ad Rom̄. 10. b. Corde em̄ creditur
ad iusticiā: ore aūt fit ꝯfessio ad salutē. ⁊ sic vide
tur ꝙ ꝯfessio fidei sit necessaria ad salutē: sicut et
ipsa fides: ⁊ p ꝯsequēs ei⁹ omissio pctm̄ mortale
est. Respōsio. Aug. diffiniēs pctm̄ mortale/ dicit
ꝙ pctm̄/ trāsgressio est legis diuine: ⁊ celestiū in-
obediētia mandatoꝝ. ⁊ ideo omissio ꝯfessionis
fidei nō est pctm̄ mortale/ nisi i casu: in q̄ ꝯfessio
ei opposita cadit sub precepto diuino. Ipsa aūt
ꝯfessio cum sit actus virtutis: non cadit/ nisi sub
precepto affirmatiuo. Preceptū autem affirma
tiuum licet nō obliget ad semper: obligat tm̄ pro
tempore et loco: videlicet quādo omissio actus:
qui cadit sub precepto: est contra charitatē dei/
vel proximi: et hoc modo omissio ꝯfessiōis fidei
contra charitatē dei est: quādo per hoc subtrahi
tur honor deo debitus: vtpote qm̄ per hoc creditur:
ꝙ talis fides nō sit vera. Est etiā contra charita-
tem proximi: qm̄ per hoc ꝓximi salus impeditur:
⁊ hoc est: qm̄ per hoc/ ꝙ aliqs maioris status fidē
suaꝫ nō confitet̄: alij simpliciores a fide vel fidei
confessione tempore debito auertūtur. Propter
vtrūqꝫ istoꝝ principes iudeoꝝ: de qb⁹ queritur:
mortaliter peccabant. Primo cū essent legisperi
ti ⁊ sacerdotes in scripturis exercitati: per hoc ꝙ
ex timore fidem suā de xp̄o non confitebātur: fi-
des illa ab alijs nō vera: sꝫ falsa reputabat̄. Per
hoc etiā alij inferiores dictis et factis sacerdotuꝫ
inherentes/ a fide xp̄i auertebātur: ⁊ sic patet ꝙ
omissio confessionis fidei in ipsis erat cōtra cha
ritatem dei et proximi. Item alia ratione pecca
bant: quia tenebātur ex officio docere populum
de his: que sunt necessaria ad salutē: cuiusmodi
erat fides christi: et ideo taciturnitas illa nō po-
test a peccato excusari. Et hoc innuit euangeli-
sta reddens causam taciturnitatis ipsorum/ di
cens. Dilexerunt em̄ magis gloriam hominū:
ꝙ̄ gloriam dei. Ad primū dicendum/ ꝙ cōfessio
fidei quando est ad turbationem hominū: et ad
nullam vtilitatē/ est omittenda: scḋm qḋ dicit dn̄s
Matthei. 7. a. Nolite sanctū dare canibus. ⁊c.
Sed si ex confessione fidei speratur aliqua vtili
tas/ aut etiā adsit necessitas: scandalum infide-
lium est contēnendum: sicut dicit dn̄s Matthei
15. b. de scandalo phariseoꝝ. Sinite illos. s. tur-
bari: quia ceci sunt: et duces cecoꝝ. Ad secūduꝫ
dicendum/ ꝙ etiam apl'i ante confirmationem
spiritussancti mortaliter peccauerūt: vt patet de
negatione Petri. Et ideo nō est mirum/ si alij in-
feriores quantumcunqꝫ iusti similiter peccaue-
runt: quia non erant confirmati.
* Ego lux. ⁊c.] Moraliter. Propter quod ac- F
cedens ad deum per fidem et deuotionē/ ab eo il
luminatur ad salutem. Ab eo vero recedens/ ob
tenebratur ad gehennaꝫ. * Non enim veni/ vt
iudicem.] Idest condemnem. Proprium enim
delictum condemnat quēlibet peccatorem.
* Ego lux. ⁊c.] Glosa. De alio non dicit̄. Lux G
venit in mundum: nisi de eo: qui illuminat: cete
ri vt illuminati sunt lux: quia vita eorum lucet
hominib⁹. * Sermo quem locutus sum. ⁊c.]
Manifeste dicit se iudicaturū in nouissimo die:
quia ipse est sermo patris: qui seipsum locutus H
est: seipm̄ annunciauit. * Mandatū dedi. ⁊c.]
Non dedit pater filio mandatū p angelum vel
aliam creaturam. Nec mandatū/ qḋ aliquādo

nescisset: sed dum verbum et sapientiam: in qua
sunt omnia mandata genuit: dedit/ sicut filio:
q̄ est vita: eo dedit vitā: quo genuit vitaꝫ: quia
gignēdo vitam/ dedit esse vitam: que sine vitio
fuit. * Et scio quia mandatū eius. ꝛc.] Cum
dicat mandatum esse vitam eternā: et ipse sit vi
ta eterna: apte dicit se mandatū dei. * Que er=
go ego loquoꝛ.] Intelligētibus mentibus: vt est
nata vitas ex patre: sic loqtur vitas intꝰ sine so
no: sicut dixit ei pater: sed vt crederēt homines:
quod nondum possunt intelligere: ex oꝛe carnis
verba sonuerunt: que pꝛolata et litteris signata:
nos ad ipsam veritatē aliquatenus erigunt.
J ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
Iunior. sermonis Fidei. incipientibus folio. 59. sub the
mate. * Qui credit in me. ꝛc.] Vt. s̄. A. E. F.
¶ Vel sermonis Incarnationis. fol. 2. ¶ vel ser
monis Passionis. fol. 35. ¶ vel sermonis Judi=
cij finalis. fo. 236. sub the. * Non eñ veni. ꝛc.]
B. G. H. ¶ vel sermōis sanctissime Trinitatis.
infra. sub themate. * Ego ex meipso non sum.
ꝛc.] C. H. ¶ vel sermonis omnium sanctoꝛum.
Tomo secundo. sub themate. * Mandatum
eius vita eterna.] D. H. ¶ vel de annotamento
pꝛimo. D. quinte partis. sermonis Natiuitatis
Christi. supꝛa. fol. 25. col. 1. sub themate. * Ego
lux. ꝛc.] A. F. G. ¶ vel sermonis Religiosoꝛū.
fol. 136. sub themate. * Mandatum dedit. ꝛc.]
C. Scilicet sanctus Franciscus: vel Domini=
cus: vel alius fundatoꝛ religionis appꝛobate.

Dn̄ice. iij. post octa. Pasche. ser. an. Ex q̇nta parte Bib.

C. Joh. 16. A Vado ad euꝫ qui
misit me. ꝛc.] Lyꝛa. Hic sal=
uatoꝛ explicat rationes con=
solatoꝛias de recessu suo: que
fuerūt tres. Vna fuit d̄ ꝓmis
sione spiritussancti. Altera de ꝓmissione reditꝰ
sui. Alia de pꝛomissione accessus eoꝛum ad pa=
trem. Secundam explicat ibi. * Modicū et iā
non videbitis me. ꝛc.] ☞ Quā supꝛa inue=
nies annotamēto. 1. A. quinte partis. sermonis
Dn̄ice. 2. post octauas Pasche. fol. 228. col. 1.
Tertiam ibi. * Amen amē dico vobis: si quid
petieritis. ꝛc.] ☞ Quaꝫ etiā inuenies infra
Annota. 1. A. quinte partis. sermōis. Dn̄ice. 4.
post octauas Pasche. fol. 233. col. 3. q̄uis non
fuerint supꝛa posite codeꝫ oꝛdine. Prima in du
as: quia pꝛimo ꝓmittit per recessum suū donuꝫ
spiritussancti. Secundo ostendit efficaciā huiꝰ
doni: ibi. Et cum venerit. ꝛc. Dicit ergo pꝛimo
sic. * Vado ad eum: qui misit me.] Quia im=
pleui officium pꝛedicatiōis mee. * Et nemo ex
vobis iterrogat me: quo vadis?] Sed hoc vide
tur cōtra illud quod dicitur. Johan. 13. a. Vbi
Petrus quesiuit. Dn̄e quo vadis? ꝛ. 14. Dixit
Thomas. Dn̄e nescimus quo vadis. q. d. velle
mus scire. Dicendū ꝙ in pꝛincipio Xp̄s locutus
est eis tm̄modo de suo recessu: ꝛ tūc bene quesie
runt/ quo iret: vt ibidē dicit̄. Sed postea inter=
posuit de tribulationibus eis futuris: in quibꝰ
interfectoꝛes eoꝝ reputabāt se deo pꝛestare obse=
quiū: quod videbatur nimis durū et extraneū:
pꝛopter quod ipsi tanq̄ꝫ adhuc imperfecti fuerūt
ita stupefacti ꝛ attoniti ꝙ om̄ino obmutuerūt: ꝛ
tunc quasi expꝛobꝛando dixit. Et nemo ex vo=
bis interrogat me quo vadis? Q. d. ex timoꝛe ꝛ
tristicia facti estis muti: ꝛ hoc patet per litterā se
quentē/ cū dr̄. * Sed qꝛ hec locutꝰ suꝫ vobis.]
De tribulationibus futuris. * Tristicia imple
uit coꝛ vestrum.] Et qꝛ cū hoc tristabātur de re=
cessu Xp̄i/ de cuius pꝛesentia confidebāt in tribu
lationibus cōsolari: ideo subdit. * Sed ego ve
ritateꝫ dico vobis: expedit vobis vt ego vadā.]
Et subdit causam dicens. * Si eñ non abiero/
paraclitus nō veniet ad vos. Si aūt abiero mit
tam eum ad vos.] Qꝛ plenitudo spiritussancti
non erat danda: nisi post ascensionem Christi.
Queritur hic vtrū plenitudo sp̄ussancti debuit da
ri immediate post Ascensionem Christi? ꝛc.
☞ Quere infra an. 4. q̇nte. p. ser. Penteco.
Consequenter ostendit efficaciam illius doni: et
hoc in tribus. pꝛimo respectu ipsius mundi. Se
cundo respectu Apostoloꝝ/ ibi. Adhuc habeo.
Tertio respectu chꝛisti: ibi. Ille me clarificabit.
Effectus autem spiritussancti respectu hominū
mundialiter viuentiū/ est argutio ipsoꝝ: et hoc
est quod dicit. * Et cū venerit ille/ arguet mun
dum.] Idest arguēdum et condēnanduꝫ osten
det de tribus: scilicet. * De peccato.] Infideli=
tatis in xp̄m: qꝛ sine fide mediatoꝛis nō remittit̄
aliquod peccatū. * Et de iusticia.] Scꝫ Chꝛi=
sti: quam non acceptauerunt homines munda
ni. * Et de iudicio.] Interli. Quod nō timet.
* De peccato.] Interl'. Exponit quod dixerat. B
* Quidem.] Arguet. * Quia non credide=
runt in me.] Hoc specialiter ponit: qꝛ hoc ma=
nente/ cetera manent. Hoc discedente/ cetera re=
mittuntur. * De iusticia vero. * Quia ad pa
trem vado.] Lyꝛa. Per hoc ꝙ xp̄s ad patrem re
diens resurrexit/ ꝛ ad celū ascēdit: declarata est
iusticia eius: ſm quod arguit Petrus. Act'. 2. d
Jesum Nazarenū virum appꝛobatū a deo. Se

quitur. Hunc Jesū resuscitauit deus: cui⁹ nos omēs testes sum⁹. Dextera ergo dei exaltat⁹. ꝛc. Et huius iusticie christi declaratio/ erat psecutorum eius manifesta argutio vel condemnatio. * Etiam nō videbitis me.] Presentia corporali habitantem vobiscū: quia post ascensionē nō viderunt eum. Licet enim post resurrectionē aliquādo eis appareret ante ascensionē: tamen nō habitabat cū eis/ sicut ante: quia iam non erat in mortali corpore. * De iudicio autem: quia princeps huius mūdi.] Idest diabolus. * Iā iudicatus est.] Idest condemnatus diuina sententia tanq̄ obstinatus: ꝛ per consequens omēs ei adherentes eodem iudicio ostenduntur con=

C demnabiles. Consequenter ostendit efficaciam spiritussancti respectu apostoloꝝ: que cōsistit in illustratione ipsorum de ꝓfundissimis et altissimis fidei secretis: ꝛ hoc est quod dicitur. * Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.] Propter vestram imperfectionem/ et eorum arduitatē. * Cum autē venerit ille spiritus veritatis.] Idest spiritussanctus: q̄ est veritas per essentiā: et effectiue docendo eam. * Docebit vos omnem veritatē.] Scʒ necessariā ad salutem: non solum pro personis vestris: sed etiam ad regimen ecclesie/ et fidelium instructionem. Et q2 possent credere q̄ spiritussanctus esset maior filio: eo q̄ debebat docere eos de maiorib⁹: ideo hunc errorē remouet/ dicens. * Nō

D enim loquet a semetipso.] Quia sicut non est a se: sed a patre et filio: ita nec a se loquitur: ideo sequitur. * Sed quecunq̄ audiet.] Quia suuʒ audire/ est ab eis procedere. * Loquetur.] Scʒ vobis. Sed non intelligendum hoc generaliter de omībus: que audit spiritussanctus a patre et filio: q2 ab eis accipit sciētiā infinitā: sed de omnibus pertinentibus ad coꝝ salutē/ et ecclesie regimen. * Et que ventura sunt/ annunciabit vobis.] Multa enim de futuris per spiritū sanctuʒ reuelata fuerunt apostolis: sicut Johāni per spiritumsanctuʒ reuelatus est ꝓcessus ecclesie vsq̄ ad finem mundi in Apocalypsi. Et Petro suuʒ martyriū: ſm quod ipsemet dicit. 2. Petri. 1. c. Scio quia velox est depositio tabernaculi mei: ſm q̄ dn̄s Jesus xp̄s significauit mihi. Et Paulo reuelate sunt future sibi tribulationes in Hierosolymis: vt habetur Actuū. 20. Consequēter ponitur efficacia spiritussancti respectu ipsius Christi: que fuit declaratio ipsius diuinitatis: que manifesta facta est per spiritūsanctū apostolis datum: quia illud fuit signū maximū ad cōfirmandum xp̄i doctrinaʒ: et hoc est quod dicit. * Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annunciabit vobis.] A me ꝓcedendo. Nec est per hoc intelligendū/ q̄ partē essentie filij recipi=

at: quia indiuisibilis est: ꝛ ideo si aliquid capitur/ totum capitur. (☞ Hic euangeliū hoc terminat: et sequit immediate.) Quod aūt spūssctūs procedat ab ip̄o p̄re: ostendit consequēter/ dicēs. * Oia quecunq̄ habet pater: mea sunt.] Oia enim: que sunt patris/ filio cōmunicantur: excepta ꝓprietate paterna: in qua a filio distinguit: ꝛ per consequens virtus spiratiua filio cōmunicatur: cum in ipsa pater ei nō opponatur: et hec est causa quare spiritussanctus ꝓcedit a filio/ sicut a patre: quia sunt vnū in virtute spiratiua. ꝛ hoc est quod subdit. * Propterea dixi: quia de meo accipiet: et annūciabit vobis.] Q. d. propter hoc dixi q̄ a me ꝓcedit. Quia omnia quecūq̄ habet pater/ mea sunt: quia mihi cōmunicat oia: excepta ꝓprietate paterna. * Modicū et iam non videbitis me. ꝛc.] ☞ Quere vbi supra.

E * Vado. ꝛc.] Glosa. Ita palam: q̄ nemo interroget: quod visu corporali cernat. Viderunt cum in nube ascendentem/ certi de gloria: quia pri⁹ predicta passione quesierāt. Domine: quo vadis? * Si enim.] Non q̄ positus in terra: nō posset dare: sed quia illi nō sunt idonei accipere: nisi eum ſm carnem desistant nosse. * Si aūt.] Mentib⁹ vestris sic raptis ad celestia: aderit spiritus simul pater et filius. Spirituales enim ex carnalibus facti: capacius fuerant trinitatē habituri: sicut ꝓmissum erat Matthei. 28. d. Vobiscum sum vsq̄ ad consumationē seculi. Et Johannis. 14. c. Ad eum veniemus: et mansionē apud eum faciemus. Nunq̄ enim intelligēda est separatio: etsi sigillatim loquat scriptura de personis. Opus enim erat sic trinitatē insinuari. * Ille arguet.] Non q̄ filius nō arguat: sed quia spiritus dabit eis charitatē/ et pellet timorem: vt sit eis libertas arguēdi. ¶ Augustinus. Arguitur de peccato: qui in xp̄m non credit. Arguitur ꝛ de iusticia coꝝ: qui credunt. Ipsa enim fidelium comparatio/ infideliū est vituperatio. Credant igitur homines in xp̄m: ne arguantur de peccato infidelitatis: quo omīa tenent. Trāseant in numero fidelium: ne arguātur de iusticia

F eorum: quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudiciū: ne cum mūdi principe iudicentur: quem iudicatū imitātur. * Et de iusticia.] Non de sua: sed de credētiū iusticia mūdus arguitur: quorum comparatione damnat. Unde non ait. Non videbit me mūdus: sed/ nō videbitis me vos apostoli. Contra infideles: q̄ dicunt. Quomodo credemus: quod non videmus? Est vera iusticia: credere quod non videtur: vt qui viderūt hominē: crediderunt deum. Et cum per ascēsionē forma hominis subtracta est visibus: tunc ex omni parte impletū est illud

Abacuc.2. Justus ex fide viuit. ✳ Etiam non
videbitis me.] Idest nū̄q̄ videbitis me talē/ vt
modo.i.mortalem iudicandum: sed glorificatū̄
iudicē. Et hoc est iusticia fidei: de qua Apl's.2.
Cor.5.d. Etsi nouimus xp̄m ſm carnem: sed iā
non nouimus. quam quia mundus ab istis nō
G vult accipere/ arguitur. ✳ De iudicio.] Quia
si damnatū illum sequū̄tur: cū eo damnant. Et
ne sibi credant parci/ terrent̄ supplicio illius sup
bi. ✳ Omnē veritatē.] Promittit: qđ totū factu
rus est sp̄us: nō q̄ in hac vita totū cōpleat̄. ✳ A
semetipso.] Aug. Qr nō est a seipso: qr solus pa
ter de alio nō est. Nā et filius de patre nat⁹ est: et
sp̄us de patre ꝓcedit: et tñ ⁊ filius et spiritus eq̄=
lis patri est. ✳ Sed quecū̄q̄ audiet ille. ⁊c.] Au
dit ab eo: a q̄ ꝓcedit. Audire illi⁹/ scire est: idem
est et esse. A quo illi ḡ est essentia: ab illo audien
tia.i.sciētia: que nō est aliud/ q̄ essentia. ⁊c. De
sempiterna re ꝓprie dicitur/ est: ſm nos bene di
citur/ est: fuit: erit. Fuit: qr nun q̄ defuit. Erit: qr
nun q̄ deerit. Est: qr semꝑ est. Nō preterijt: quasi
qui nō maneat. Non oritur: quasi qui nō erat.
Cum ergo nostra locutio per tempora varietur:
de eo vere dicū̄tur verba cuiuslibet temporis: qr
nullo tēpore deest: defuit: vel deerit. Et ideo non
mirū̄ si audiet/ dixit de eo: qui audiuit: et au
dit.i.semper sciuit: scit: et sciet. ✳ Ille me clarifi
cabit.] Quia spirituales faciēdo vos: declara
bit/ quomō patri filius est equalis: quē ſm car=
nem vt hominē nouerāt. vel timorē tollēdo/ fa=
ciet vos gloriā meam annunciare toti mū̄do: q̄
non mihi: sed hominib⁹ ꝓsit. ✳ De meo.] Nō
q̄ spiritus sit minor filio. Cur aū̄t hoc dixit: ex=
planat. ✳ Omnia q̄ habet pater/ mea sunt: ꝓ=
pterea dixi: qr de meo accipiet.] Ergo de patre
accipit sp̄us: vnde accipit filius: qr in hac trini=
tate de patre natus est filius: de p̄re ꝓcedit spiri=
tus sanctus. Qui aū̄t de nullo natus est: de nul=
lo procedit: pater est solus.
H ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
ānot. sermonis Ascensiōis. infra in hoc Tomo. ¶ Et
sermonis Incarnationis incipientibus. fol'.2.
sub themate. ✳ Vado ad eum: qui misit me.]
vt supra littera. A. ¶ Vel sermonis Penteco.
Et maxime annotamento.4. quinte partis. in
fra. sub the. ✳ Si eñ nō abiero: paraclit⁹. ⁊c.]
A. ¶ vel ser. Pctōꝝ. fol.189. sub the. ✳ Arguet
mundum de pctō. ⁊c.] A. ¶ vel ser. Judicij fina
lis. fol.236. sub eodeꝫ themate. vel. ✳ Princeps
huius. ⁊c.] B. ¶ Vel ser. Trinitatis. infra. sub
the. ✳ Non enim loquetur a semetipso. ⁊c.] D.
¶ vel sermonis Resurrectionis. fol.212. sub the
mate. ✳ Ego veritatem dico vobis.] A. ¶ Vi=
de etiam annotamē.4. quinte partis. sermonis
Penteco. super illud. Si nō abiero. ⁊c.

ferie.iiij dñice.iij. post octauas Pasche. sermōis annot. Ex q̄nta pte Bib.

SUrgens dñs. ⁊c.] ☞ Ma C.I.
nifestata Christi resurrectiōe Mar.16
per denunciationem angeli: A
quam inuenies annotamēto
8.A. q̄nte partis. sermōis Re
surrectionis dñi. ꝫ. incipien.
✳ Maria Magdalene. ⁊c.]
Fol'.215. Col'.1.] ¶ Lyra. Hic consequenter ma
nifestatur per apparitionē domini. Et diuiditur
in tres partes/ ſm tres apparitiones. Secunda
ibi. Post hec autem. Tertia aū̄t ibi. Nouissime
recumbentibus. ⁊c. (☞ Quā inuenies infra
annotamēto.1. quinte partis. sermōis Ascensio
nis dñi.) Circa primum sciendum: q̄ apud He
breos dies hebdomade denominant̄ a sabbato:
qr denoīatio fit a digniori: ⁊ ideo dies illa: q̄ im
mediate seq̄tur sabbatū̄: vocat̄ prima sabbati: et
alia scđa sabbati.i.a sabbato: ⁊ sic de alijs. Dixe
runt autē aliq̄: q̄ xp̄s resurrexit media nocte: et
tunc hec dictio: mane: non refertur ad surgens:
sed ad verbū̄ (qđ sequit̄) apparuit: quia illa ho=
ra p̄mo apparuit Marie Magdalene. Alij aū̄t
dicunt: q̄ resurrexit in aurora: ⁊ tunc li mane: re
fertur ad surgens: ita q̄ determinat horā resurre
ctionis. Et huius opinionis est Aug. ⁊ cōiter te
netur: ⁊ hoc est qđ subdit̄. ✳ Surgēs dñs Jesus
mane prima sabbati: apparuit primo Marie
Magdalene: de qua eiecerat septeꝫ demonia.]
Ex hoc dicunt aliqui: q̄ fuerunt due Marie: et
quelibet fuit cognominata Magdalena. Vna
earum fuit soror Lazari: nomīata a Magdalo
castro: qđ cessit in partem eius de hereditate pa=
terna: et ista nō legitur fuisse demoniaca. Alia:
q̄ fuit nata de Magdalo: nō tñ dña illi⁹ castri:
⁊ ista dicitur fuisse peccatrix: et propter peccata
sua possessa a demonijs. Grego. aū̄t dicit: q̄ fuit
eadem: et q̄ per septē demonia/ intelligū̄tur oīa
vitia: et vsus ecclesie in officio hoc tenet. ✳ Illa
vadens: nunciauit his: qui cū̄ eo fuerant: lugen
tibus et flentibus: ⁊ illi audientes qr viueret: et
visus esset ab ea: nō crediderū̄t.] Cōsequēter de B
scribit̄ scđa apparitio: q̄ facta fuit duob⁹ discipu
lis xp̄i eū̄tib⁹ i Emaus: quā apparitionē descri
bit pleni⁹ Lucas.24.capi. Et qr erant dubij in
fide (vt ibidē dicit̄) ideo xp̄s apparuit eis in alia
effigie: vt per hoc designaret: q̄ talis erat apud
eos in mente. Dicū̄t autē aliqui: q̄ hoc factū̄ est
per aliquā mutationē factā in facie xp̄i: sicut in
trāsfiguratiōe ꝑ claritatē glorie ad horā: vt dicit̄
Mar.9. ☞ Qđ inuenies anno.2.A. quinte
partis. sermonis Transfigurationis. Tomo.2.

Alij vero dicūt q ista mutatio fuit tm̄ in oculis videntiū: ⁊ huic dicto cōcordat qd dicit̄ de ista apparitione. Luce.24.c. Oculi autem eoꝝ tenebātur/ne euz agnoscerent. qualitercūq tamē factuz sit non fuit ibi aliqua falsitas/cui⁹ rō est. Quia sicut aliquid potest fingi verbis: ita ⁊ factis. Primū autē fit sine falsitate/vt patet in parabolis noui ac veteris testamēti: quibus aliqd fingitur verbis ad veritatē aliquā cōueniētius designādam: ⁊ codē modo hic xp̄s facto/apparuit in effigie. Cum dr̄. * Post hec autē duob⁹ ex eis ambulātib⁹/ostensus est in alia effigie eūtibus in villā. Et illi euntes nunciauerūt ceteris.] Et (vt habet̄. Lu.24. ☞ Et.s̄.an.1.A. ⁊c. qnte p.ser. Fe.2. Resurrectiōis dñi. fo.217. col.2.) Finxit se longius ire. vt per hoc designaretur q erat quodāmodo alienus et longinqu⁹ ab eoꝝ cordibus: quibus apparebat: ppter dubiū in fide. ⁊ hoc est qd dicit Grego. Homel.13. Qr adhuc in eoꝝ cordibus peregrinus erat eis a fide: ire se longius finxit.

C Moralr * Surgēs dñs Jesus.⁊c.] Moralr̄ Beda. Recte autē hec mulier: que leticiā dñice resurrectionis primo nūciauit a septem demonib⁹ curata memoratur: ne quisq digne penitens de venia cōmissoꝝ desparet: ⁊ vbi abūdauit peccatū: sup abūdare gratia mōstraret. * Post hec aūt.⁊c.] Per hoc significatur q dubitantibus de fide: veritas non reuelatur aperte.

D Glosa. * Surgens dñs Jesus.⁊c.] Glo. Mane surrexit: sero sepult⁹ est: vt hoc adimpleretur. Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinū leticia. ps.29.b. Sepult⁹ ḡ sexta sabbati: q̄ vocatur parasceue/circa vespeꝝ sequenti nocte ⁊ die sabbati cum sequenti nocte in monumēto positus: die tertia: idest primo mane prima sabbati surrexit. Et sic vna die ⁊ duabus noctibus in sepulchro iacuit: qr lucem sue simple mortis: nr̄e duple mortis tenebris adiunxit. In morte em̄ anime et sp̄us tenebramur: vñ ad nos suam.i.carnis mortem attulit: et duas nr̄as soluit: simplaz suam duple nostre contulit: ⁊ duplā nostrā moriens abstulit.

E * Apparuit p̄mo Marie Magdalene.⁊c.] Qr vt dicit̄ Matth.21.c. Meretrices ⁊ publicani precedent synagogā i regnū dei: vt latro precessit aplos. Apostoli flent ⁊ lugēt: qr necdum viderunt: sed cito consolabūtur. Vñ et illi annūciauerūt ceterꝭ. ¶ Beda. In principio mulier auctor culpe viro fuit: executor vir erroꝛꝭ extitit. Nunc que prima mortem gustauit: resurrectionem prima videt. Et ne perpetui reat⁹ apud viros opprobriū sustineret: q̄ viro culpaz trāsfuderat/trāsfudit et grām. Vñ hec: que lugētibus leticiam resurrectionis prima nūciauit: a septem demonibus curata memorat̄: vt vbi abū

dauit peccatū: superabundasse ⁊ grā monstrare
tur. Septenarius em̄ pro vniuersitate ponitur.
Que aūt a septē demonib⁹: hoc est vniuersis sce
leribus liberata erat: prima resurgentem domi=
num vidit: ne quis digne penitens de venia de=
speret: videns eam quondam tot vitijs subditā:
nec a deo dilectam: vt ipsis euangelistis et apo= 5
stolis resurrectionē euangelizaret. * Et illi au=
dientes non crediderunt.] Beda. Qd discipuli
tarde resurrectionem domini credunt: non tam
est illorum infirmitas/q̄ nostra firmitas. Dubi
tantibus enim resurrectio per multa argumen=
ta monstrata est: qb⁹ et nos firmius solidamur.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis 6
sermonis Resurrectionis domini: incipientib⁹
fol.212. ¶ vel sermo. Passionis.fol.35.sub the=
mate. * Surgens dominus Jesus.⁊c.] A.D.
¶ vel ser. Marie Magdalene. Tomo.2.sb the=
mate. * Apparuit primo Marie Magdale=
ne.] A.E. ¶ vel sermonis Peccatorum.fol.189
¶ Et ser. Penitētie.fol.211. sub themate. * De
qua.(scz anima) eiecerat septem demonia.] A.
E. ¶ vel sermo. Apostolorum.fol.82. ¶ Et Pre
latorum.fol.90.sub themate. * Illi nunciaue=
runt ceteris.] B.F.

Ferie.vj.dñice.iij.post octa

uas Pasche.sermōis annot. Ex qnta pte Bū.

V(na sabbati.⁊c.] Lyra. Postq̄ euā Cr
gelista descripsit ingressum Christi Ḃ
in mundum per suam incarnatio=
nem: et eius progressum per suam
predicationem: ⁊ egressum de mundo per suam
passionem: hic vltimo describit eius regressum
ad patrem per suam resurrectionem et ascensio
nem. Et primo describitur eius resurrectio. Se=
cundo eius ascēsio: ibi. * Vos autem sedete in
ciuitatē.⁊c.] ☞ Quere infra annotamēto.1.
A.quinte partis. sermonis Ferie.6. Dominice
infra octauas Ascensiōis. Circa xp̄i resurrectio
nem primo describitur xp̄i resuscitati apparitio.
Secundo resurrectionis probatio: ibi. * Cētur
bati vero.⁊c.] ☞ Quod inuenies supra an
notamento.1.B.quinte ptis.sermonis Ferie.3.
eiusdem Resurrectionis. Fol.218. col.4.) Pri
ma in tres: quia primo describitur Christi ap=
paritio facta mulierib⁹. Secūdo discipulis iti
nerātib⁹: ibi. * Duo ex discipulis ibāt ipā die.
⁊c.] ☞ Hoc etiam inuenies Annotamēto.1.
A.quinte partis.sermonis Ferie.2. Resurrecti
onis.fol.217.col.2.) Tertio omnibus simul exi
stentibus/preter Thomam: ibi. * Stetit Jesus
in medio.⁊c.] ☞ Quod inuenies in pdicto
an.1.A.qnte p.ser. Fer.3. Resur.fol.218.col.4.

Circa primū notatur tempus apparitionis: cū
dicitur. * Una sabbati.] Idest prima die post
sabbatū: eo modo loquendi: quo dicit Geñ. 1. a.
Factū est vespere et mane dies vnus. Idest pri=
mus. Unde ibi consequenter subdit: dies secun
dus: et tertius: ⁊ sic de alijs. ☞ Quere de hac
materia anno. 1. A. quinte partis. ser. Sabbati
sancti. supra fol. 211. col. 2. * Valde diluculo
venerunt ad monumentū: portantes (que para
Quando autē erit plena cognitio: erit sine fine
laudatio. Et hec est illa clarificatio: sed pri⁹ hic
clarificatur:dum inotescit fidelib⁹. Unde. Ego
te clarificaui super terrā. * Opus consumaui]
Idest ac si aperte futu₄ diceret: clarificabo: gen
tibus predicādo. Opus consumabo: quia iam
factum predestinatione: et pro iam facto est ha=
bendum:qđ certissime est futurū. Hanc predesti
nationē in sua clarificatione manifestii⁹ aperit/
dicens. Quam habui apud te priusq₃ mundus
esset. Idest sicut tunc in predestinatione habui
apud te ante tempora: ita nunc in re fac in mun
do in tempore. * Dedisti mihi.] In quo notat̄
gratia. Nihil enim habet in hoie: quod nō acce
pit. Cum restet passio/dicit. Consumaui: quia
se certissime nouit consumatu₄: sicut propheta

ait Eccēs. 3. c. Qui fecit: que futura sunt. Quā uis ergo videatur hic dicere / ꝙ prior patrē glorificauerit: et post a p̄re esset glorificandus / dicendo. Et nunc clarifica me pater apud temetip̄m: tamē de futuro est vtrūq;: et eo ordine: vt supra. Pater clarifica filiū tuum: vt filius tuus clarificet te. Eadem enim est sentētia: nisi quia hic dictus est clarificationis modus: qui ibi erat tacitus: quomodo pater clarificet et filius. Filius clarificat patrem super terrā: pater filium apud se=
M ipsum. * Hominibus.] Possunt hec omnia dici de omnibus fidelibus futuris. Et est hec clarificatio: qua clarificatus filius clarificat patrem super terrā: s̄m quod est preteritū pro futuro. Sz credibilius est de his dici: qui tūc erant discipuli: cum post dicat. Cum essem cū eis / ego seruabam eos: in nomine tuo nullus perijt: nisi filius perditionis. i. Judas: qui de duodecim perijt. Ubi addit. Nunc ad te venio. In quo ostendit corporali presentia se fuisse cū eis: qui in ascēsione ab illis abijt. De ceteris post addit. Nō ꝑ his tm̄ rogo: sed pro his: qui credituri sunt ꝑ verbum eorum. * Tui erant.] Augustinus. Patris erant hi: sicut omnia: nō sine filio omnia tenente cum illo. Sed solet ei: a quo est: tribuere / quicquid habet. Mihi eos dedisti s̄m hoiem: q̄ non semper fuit: sed accepisse eos dicit. Habuit aliquando dei filius: quod nōdum habuit idez homo filius: q; nondum erat homo. * Cognouerunt.] Ne putaret cognitio iam facta per speciem / addit. Crediderunt vere: non eo modo: q̄ cum dixit. Modo creditis. Uenit hora: vt dispgamini. Sed nec adhuc tales erant: sed prenunciat quales sint futuri accepto spiritu: sine quo nec seruauerunt sermonem: quem dixerat. *
N Ego pro eis rogo.] Prima oratio fuit. Clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Et de his executus est: et conclusit in fide credentium. Jam pro eis rogat: vt pater seruet eos: quos ipse corpore reliquit. * Et mea omnia tua sunt.] Non enim quia filio dedit: pater amisit: cum filius adhuc addat. Mea omnia tua: et tua mea sunt. Unigeniti filij sunt omnia: que patris. Per hoc ꝙ etiam deus est ipse: etiam de patre natus: patri ē equalis. * Et tua mea sunt.] Sancti: de quibus hic dicit: non possunt esse / nisi eius: a quo creati et sanctificati sunt: idest patris et filij: et per hoc omnia: que ipsorum sunt: necesse est / vt sint eius: cuius et ipsi sunt: quod supra dixit de spiritu. Omnia: que habet pater: mea sunt. Johānis decimosexto. Propterea dixi. De meo accipiet. de his dixit: que ad ipsam pertinēt patris deitatem: in quibus illi est equalis: omnia: que habet habendo: nō possidēdo. Nec enim spiritus de creatura accipiet: que subdita est patri et filio: sed de patre: de quo procedit spiritus: de quo natus est filius. * Et clarificatus ꝛc.] Supra patebat de futuro. Clarifica me apud temetipsum: hic factā dicit et in eis. Sed et hec futura cum eis innotescet: et per eos omnibus credentibus / quod ad dexteram patris sit glorificatus.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Orationis. incipientibus folio. 180. sub themate. * Ego pro eis rogo.] vt supra. F. G. H. J. K. ¶ Uel sermonis Passionis. fol. 35. sub themate. * Uenit hora.] B. K. ¶ Uel sermonis Omnium sanctorum. Tomo secundo. sub them. * Hec est autem vita eterna. ꝛc.] E. ¶ Uel Sermonis Incarnationis. folio. 2. sub themate. * A te exiui. ꝛc.] G. Uel * Mea oia tua sunt. ꝛc.] H. K. L. N. ¶ Uel sermonis Fidei. folio. 59. sub themate. * Det eis vitam eternam.] D. M. N. ¶ Uel Sermonis Apostolorum. Folio. 82. sub themate. * Manifestaui nomen tuum hominibus: quos dedisti mihi.] G. M. ¶ vel sermonis Pugne. fol. 165. sub themate. * Hi in mundo sunt.] H. J. O Auctor.

Ascensionis dn̄i sermonis anno. Ex prima parte Bib.

Ge. 47

Joseph suo patri et fratribus suis dedit possessionem in egypto / in optimo terre solo Ramasses.] Glo. Isid. Allegorice. Tradidit Joseph patri et fratribus optimā terrā Gessem: prebens eis cibaria: quia fames terrā oppresserat. Sic et dominus parentib᷒. i. patriarchis et prophetis: et quibus est s̄m carnez: siue omnibus sanctis: de quibus in euangelio Matthei. 12. d. Hi sunt fratres mei: qui faciunt voluntatez patris mei. His dat terraz optimā: de qua dicitur p̄s. 26. d. Credo videre bona domini in terra viuentium. ☞ Applica tu: et dic / ꝙ hodie dedit hanc terram omnibus sanctis: qui erant in lymbo. ꝛc.

Immunda erit septem diebus. ꝛc. Et triginta trib᷒ dieb᷒. ꝛc.] Lyra. Glo. ☞ Quere annotamento. 3. A. B. F. J. prime partis. sermonis Purificationis. Tomo. 2. Ca. 12. Leui. 12.

Locutus est domin᷒ ad Moysen. ꝛc.] Lyra. Moraliter. ☞ Quere An. 24. prime p. ser. Pas. fol. 38. co. 2. Et seq̄tur multo post. * Mense autem septimo / decima die mensis.] Ca. 23 Leui. 16

Glo. Origenes. In qua solennitas repropicia=
tionis: et in qua sola / pontifex solus indutus
oībus pontificalib⁹ vestibus et semel in anno
ingreditur in sancta sanctoꝝ. Populuz eīn dere
linquens / ingreditur vbi est repropiciatorium /
et super repropiciatoriū cherubi: vbi est arca te=
stimonij: et altare incensi: q̄ accessus est soli pon=
tifici. ¶ Allegorice. Pontifex est Christus: qui
per totum annū cum populo erat. De quo dici
tur. Luce. 4. c. Euangelizare pauperibus misit
me: et vocare annum acceptum domini. ꝛ semel
in isto die repropiciatiōis itrat i sancta sanctoꝝ:
impleta dispensatione penetrat celū: et intrat. i.
ad patrem / vt faciat eum propiciū: et exoret pro
omnibus in se credentibus. Dies propiciatiōis
manet nobis: donec occidat sol: idest mundus
finem accipiat. Stamus enim pre foribus oppe
rientes pontificem nostrum cōmorantem intra
sancta sanctorum: et orantem pro peccatis coꝝ:
ꝛ qui se expectant: super quos sors eius venit: vt
sint pars domini ꝛ electio: non pro ea parte: que
pro indignitate sua spernitur et abijcit̄. Vñ dr̄.
Hircus apompei⁹: idest abiectus et refutatus.

¶ 4. Nu. 9. Faciant filij israel phase in tpe suo quarta=
decima mensis. ꝛc.] Glosa. Beda. Lune
conuersio sacramentuz celeste nobis significat.
Luna enim rotundi schematis / a sole lumen ac
cipit: ideo semper dimidio orbe: quem ad solem
habet / lucida est: altero vero dimidio semper ob
scura. A prima vsq3 ad quintamdecimaz / lucis
incrementum ad terras: defectuz vero habet ad
celos. Habet a quintadecima vsq3 ad nouissi=
mam econuerso: que eius cōuersio recte pascha
lis gaudij significat mysteria: quibus omnem
mentis nostre gloriam a terrenis auertere: et ad
solam gratie celestis lucem suspēdere docemur.
Vel crescens ad humanos oculos lumen lune /
virtutum gratiam: quibus apparens dominus
in carne mundo refulsit / insinuat. De quib⁹ di=
citur. Et Jesus proficiebat etate et sapientia: et
gratia apud deum et homines. ꝛc. Luce secun=
do. g. Reuertens vero ad celos resurrectiōnis et
ascensionis gloriam: que in se quidem mox per
fecta prouenit. Sed in animo fidelium quibus=
dam lucis sue profectibus vsq3 ad finem seculi
crescit. Resurgens enim dominus / primo singu
lis: postea binis: deinde pluribus: modo septez:
modo vndecim: modo duodecim: modo plusq̄
quingentis fratribus simul: ad vltimum disci=
pulis omnibus apparuit. Quibus videntibus
in celum ascensurus / precepit eos dispensatio=
nis sue testes esse vsque ad vltimum terre. Bene
autem luna: cum ad oculos nostros crescit: pau
latim a sole recedit: cum vero ad celos: pari=
bus spacijs ad eū redit. Hoc est enim quod ait

Johannis decimosexto. f. Exiui a patre: et ve=
ni in mundum: et iteꝝ relinquo mūdum: et va=
do ad patrē. Et Dauid ait. A summo celo egres
sio eius: et occursus ei⁹. ꝛc. ps. 18. b. Quia ergo
luna lucis incremēto: qd̄ exiēs a sole: ad nostros
reuoluit obtuit⁹: xp̄i in carne vsq3 ad passionē /
doctrinā et virtutes significat: eo aūt q̄ ad solem
rediens: paulatim ad inuisibilē nobis celi faciē
recolligit: resurrectiōis: et posterioris glorie mi=
racula demōstrat: merito quindecima pascha=
li gaudio adaptat̄. Beda. His quidem pasche
vel phase a lege assumptis indicijs: heredes no=
ui testamēti etiaz diem dn̄icam adnectimus: q̄
et conditione primitiue lucis excellit: ꝛ triūpho
dn̄ice resurrectiōis. Bed. Septem q̄3 dies lune:
idest a quintadecima die vsq3 ad vigesimā pri=
mā: per quos ea dn̄ica naturali ordine occurrit:
vniuersitatem ecclesie per totū mundū paschali
bus mysterijs redempte significat. Septenarius
enim vniuersitatē significat. Vnde. ps. 118. Se
pties in die laudē dixi tibi. Hoc est ps. 33. a. Sep
laus eius in ore meo. Vnde ꝛ Johānes septem
ecclesijs Asie scribens. Vniuersalis ecclesie my=
steria demonstrat. Vñ. Singulis hortamēta cō
scribēs: vigilāter repetit. Apocal. 2. c. Qui habz
aures audiēdi audiat: quid spūs dicat ecclesijs.
Quasi qd̄ vni dico: oibus dico. ¶ Idē. In noie
q̄3 pasche vel phase admonemur moralit̄: vt de
vitijs ad virtutes transeamus. In mēse aūt no=
uorū (in q̄ adulti fructus aduētu suo pronūciāt
veteꝝ cessationem) vt exuam⁹ veterem hoiem
cum actibus suis: et induamus nouum: et vege
tati diuersarum varietate virtutū: earūq3 folijs
velut amene arboris adumbratiōe velati: tanq̄
lete ꝛ fructifere segetes pullulemus. In plenilu
nio / vt perfectum splendorem fidei ꝛ sensus gerē
tes a peccati tenebris segregemur. In reuersa lu
ce ad celos / quod a quintadecima luna incipit:
vt quanto magni sumus: humiliemur in omni
bus / dicentes. Gratia dei sum id quod sum. 1.
Coꝝ. 15. b. Que gratia superni muneris: quia
tertio tempore seculi manifestius effusa est: pul=
cherrime figure consequētia: tertie lune hebdo=
made lumen ipsius: quod catenus ad terras cre
uerat: ad celestia crescere inchoat. Pulchre hāc
hebdomadā in pascha obseruare precipimur:
vt accepte gratie memores / p singulos gradus
spiritalis transitus largitori illius vicem rependamus
damus. Vel in crescēte ad homines luna / vita
actiua: in reuersa ad celos / speculatiua ostēdit.
Vel in hac ꝯuersione dilectio primi: in illa dei.
Vel huc ꝯuersus luci pfect⁹ admonet: vt bona
foris operemur: illuc porro: vt eadem opera solo
superne mercedis intuitu faciamus. Huc: vt lu
ceat lux vestra coram hominib⁹: vt videant ope

ra vestra bona: illuc/ vt glorificent patrē vestrū: qui in celis est. Matthei.5.b. In vna sabbati q̄ noui testamenti propria solennitas est: instruimur/ vt spe future nostre in Christo resurrectionis patienter omnia pro Christo/ et ip̄am mortē toleremus. Quia si spiritus eius: qui suscitauit Jesum a mortuis/ habitat in nob: et viuificabit mortalia corpora nostra. Cuius spiritus (quia septiformis est gratia) potest eodem septem dierum lunarū numero: quo vna sabbati dies dominica circumfertur: conuenienter intelligi. ☞ Reliqua quere ibi.

Ex secūda parte Biblie.

C1. 4.reg.2.

FActum est autem: cum leuare vellet dominus Heliā per turbinem.rc.] Lyra. Allegorice. Per ascensum Helie in celuz/ ascensio dñi nostri Jesu Christi fuit figurata: sicut dicit Rabani Glo. et interpretatio nominis ad hoc aptatur. Nam Helias ascendēs/ dominus interpretaƀ. * Ecce currus igneus: et equi ignei.] Per quos significantur angeli sancti: qui prestiterunt obsequiū in ascensione Christi. Nam in tali specie venerunt in auxiliū Helisei: vt dicit̄.4.Reg.6. * Requieuit spirit⁹ Helie super Heliseum.] Per quod significatur descensus spiritussancti super apostolos: aliosq̄z discipulos post ascensionē domini. Qui spiritus dicitur duplex s. miraculoruz/ et ꝓphetie: nam vterq̄ fuit in apostolis: vt patet in actib⁹ Apostolorum: et in eorum legēdis. ☞ Quere ſm alium sensum annotamēto.28. secunde partis. sermonis Religiosoꝝ. fol.149. col.3.

C2. 4.re.20.

VIs vt ascendat? rc.] Glo. rc. ☞ Quere Annotamento.12. secūde partis. sermonis Incarnationis. fol.5. col.2.

C3 3.reg.6.

ANaglypha. rc.] Glo. Bed. rc. ☞ Quere annotamento.38.A. secunde partis. sermonis Prelatorum. fol.104. co.3.

Ex tertia parte Biblie.

C1. ps.23.

POtens i prelio.] Glo. Hiero. Aug⁹. Ministre precedentes X̄pm in ascensione ad alias celestes clamabāt: vt viā dño venienti aperiant: que nouo mysterio carne induti stupefacte: querūt. Quis est? Unde subditur. * Attollite portas principes. rc.] ☞ Et ſm aliū sensum quere annotamēto.1. D. tertie partis. ser. Dñice Ramorū. fol.164. col.1. Et annotamento.1. tertie partis. sermōis Assumptionis virginis. Tomo.2.

EXurgat deus. rc.] Lyra. Psalmus iste est ꝓphetia de beneficijs per Christum exhibitis in sua resurrectione ⁊ ascensione. rc. ☞ Ideo applica que tibi placuerint ex hoc psalmo ad domini ascensionem. C2. ps.67.

QUi induxit i illos famē.] Glo.4. Reg.2. b. Helias subleuat⁹ in celū: ascēsionē dñi significat. Notādum aūt q̄ Helias in curru ascēdit. Hō. n. pur⁹ adiutorio egebat alieno. i. angelico: q̄ nec ad celū aereum ꝑ se ascēdere poterat: quē nature infirmitas grauabat. X̄ps autē non curru/ neq̄z ab angelis leuaƀ: q̄. n. fecerat oia: super oia sua virtute ferebaƀ. Enoch trāslat⁹ vsq̄z ad celū aereū. Gen̄.5.d. Helias subleuat⁹: q̄ ascēsionis sue ꝑnūcios ⁊ testes voluit de⁹ habere: vnū ante legē: ⁊ aliū sub lege: vt qñq̄z veniret: q̄ celos veraciter penetraret. Un̄ ⁊ ordo: ꝑ quedā incrementa distinguiƀ. Enoch trāslat⁹: Helias ad celū subuect⁹: vt postea veniret: q̄ nec trāslat⁹: nec subuect⁹/ celum ethereū sua virtute penetraret. ☞ Precedētia ⁊ sbseq̄ntia q̄re ibi ꝑ totū cap. C3. Eccl.48

Ex quarta parte Biblie.

C1. Esaie.63

QUis est iste: q̄ venit de Edō?] Lyra. Est verbum angeloruz Christum ascēdentem admirantium: et de eius mysterijs pleni⁹ doceri et illuminari petentium. Aliter tamen: quia ſm Hieronymū est verbū angelorum inferioꝝ querentiū edoceri a superioribus. Secundum Dionysium vero.7. capi. Celestis hierarchie: est verbum omniū: quia etiaz supremi angeli quesierunt de predictis plenius edoceri. Sed istis videtur obuiare dictum Augustini.5. super Gen̄. ad litterā: vbi dicit/ q̄ angeli a principio cognouerūt om̄ia mysteria gratie fienda. Cui dicto respondetur ab alijs: q̄ licet cognouerint dicta mysteria in generali: non tamen quantum ad omnes conditiones particulares: et de istis quesierunt plenius edoceri. ☞ Hec etiā quere in Glo. diffuse. Sed Lyra sequitur alium sensum diuersum a Glo.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Mar.16 A

REcumbentibus vndecim discipulis. rc.] ☞ Postq̄z in superioribus descripta est manifestatio resurrectionis Christi per denunciationem angeli: prout inuenies supra Annotamento octauo: quinte partis. Sermonis Resurrectionis. incipienti.

* Maria Magdalene.⁊c.]fol.215.col.1.Con
sequenter cadem resurrectio manifestat̄ per ap=
paritionem dn̄i tripliciter ſm tres apparitiōes.
Prima enim et secunda posite sunt etiā.s̄.an.1.
q̄nte p̄tis.ser.Ferie.4.Dn̄ice.3.post oct̄.pasche.
incipienti.* Surgens.⁊c.]fol.232.In euan=
gelio aūt hodierno describit̄ primo tertia domi=
ni apparitio:et secundo ascensionis eius subli=
matio:ibi.Et domin⁹ quidem Jesus.⁊c.¶Ly
ra.Circa primū aduertendū ꝙ dicūt aliqui:ꝙ
ista appar.tio nō fuit facta in die ascensionis do
mini:sed ante:quia hic subscribit̄.Et exprobra
uit incredulitatē illorum.Ante enim diē ascen=
sionis/ resurrectio domini tot argumētis fuerat
declarata:ꝙ iam tunc non erant increduli.Alij
aūt dicunt:ꝙ facta fuit in die ascensionis: et ad
hoc concordat textus:cū dicitur.Nouissime au
tem recumbentibus.⁊c. Similiter quod postea
subditur.Et dn̄s quidem Jesus postq̄ȝ locutus
est eis/assumptus est in celum.Ex quo videtur
ꝙ ista apparitio fuit facta immediate ante ascē=
sionem suam.Ad argumētuȝ in oppositū potest
dici:ꝙ increpauit incredulitatē:non apostolo=
rum:sed aliquoꝝ aliorū:qui erant cum eis:qui
de resurrectione xp̄i non credebāt ad plenū apo=
stolis.Aliter etiā dicitur:ꝙ increpauit increduli
tatem apostoloꝝ:non que tunc erat in eis:sed q̄
fuerat ante:sicut patet de Thoma:qui non cre=
didit alijs discipulis.Johannis vicesimo.Et
similiter alij non crediderunt Marie Magda=
lene:que cum viderat: et alijs mulieribus.Et
conuenienter christus recedens ab apostolis:in
crepauit hanc incredulitatē ad designādum:ꝙ
gentes:ad quas ap̄li erant mittendi:vt patet ex
sequentib⁹:essent merito increpande a deo et cō
demnande:si nō crederent ap̄lis de his:que ipsi
B viderant in xp̄o.⁊ hoc est quod dicit̄.* Recum
bentibus vndecim discipulis:apparuit Jesus:
et exprobrauit incredulitatē illoꝝ et duritiā cor
dis:q̄ȝ his:qui viderant cū resurrexisse/non cre
diderunt.Et dixit eis.Euntes in mundum vni
uersum:predicate euangelium omni creature.]
Idest omni homini:qui habet conuenientiā cū
omni creatura.Per esse enim cōuenit cū inani=
matis.Per viuere cū vegetabilibus et plantis.
Per sentire cū animalibus.Per intelligere cuȝ
angelis:ideo designat̄ nomine omnis creature.
* Qui crediderit et baptizatus fuerit:saluus
erit:qui vero nō crediderit/condēnabit̄.]Non
enim sufficit fides absq̄ȝ baptismo:per quem ali
quis incorporatur Christo:si adsit facultas reci
piendi baptismū.Si autem non adsit facultas:
sufficit baptismus sanguinis:vt in martyrib⁹:q̄
pro Christo fuerunt interfecti anteq̄ȝ essent ba=
ptizati.vel flaminis:sicut est in habentibus fi=
dem Christi:qui desiderant baptismū:sed pre=
ueniuntur morte:anteq̄ȝ hoc possint adimplere.
* Signa autem eos:qui crediderint:hec seq̄n
tur.In nomine meo demonia eijcient.]In pri=
mitiua ecclesia fides erat nutrienda et firmāda
miraculis:ideo gratia miraculorum nō solum
dabatur apostolis et alijs maioribus:sed etiam
frequenter alijs simplicibus credētibus.* Lin
guis loquentur nouis.]Hoc factum est in apo
stolis et alijs credentibus:qui erant cum eis:
quando per gratiam spiritussancti in die pente=
costes receperunt donum linguarum.* Ser=
pentes tollent.]Hoc patet de Paulo:Actuum
vicesimooctauo:qui percussus a vipera:in nul
lo lesus fuit:sed viperam pendentem ad manuȝ
eius in ignem excussit.* Et si mortiferuȝ quid
biberint:non eis nocebit.]Quod patȝ de Johā
ne euangelista:qui venenum mortiferum hau=
sit:et nihil ei nocuit.* Super egros man⁹ im=
ponent:et bene habebunt.] Consequenter de=
scribitur ascensiōis Christi sublimatio:cum di=
citur.* Et dominus quidem Jesus postquaȝ
locutus est eis:assumptus est in celum.] Non
virtute aliena:sed propria.Tum ratione deita=
tis:que potest omnia.Tum ratione huma=
nitatis gloriose:quia corpus gloriosum obedit
ad nutum anime quantū ad motū localem per
dotem agilitatis:que erat in corpore xp̄i glorio=
so.Et ideo nubes:que suscepit eū ab oculis apo
stolorum(vt habetur Actuū.1.)et angeli assistē
tes:nō fuerunt ibi:nisi ad ostendendum ꝙ crea=
tura corporalis ⁊ spiritualis subiecta est obseq̄o
christi.* Et sedet a dextris dei.] Si referat̄ ad
xp̄m ratiōe deitatis:sic ista sessio importat equa
litatem cum patre:quia ſm diuinitatē filius est
equalis patri.Si aūt referatur ratione humani
tatis:hoc potest esse dupliciter.Uno modo in=
quantū est vnita actualiter ipsi verbo:et sic ista
sessio importat quandam associationē honoris:
quia eadem veneratione venerat̄ humanitas:
inquātū vnita verbo cū ipsa deitate:sicut vestis
regia cū ipso rege:quādo est ea actualiter indu=
tus.Alio modo ſm se:et sic sedere ad dexteram
patris:designat esse in potioribus eius bonis:si
cut dextera est pars nobilior et potior corporis.
Designat etiam quādam iudiciariā potestatē:
que cōmunicata est ipsi christo homini:quia si=
cut fuit iudicatus in forma humana:sic veniet
ad iudicandum munduȝ:ſm qd̄ dicit̄ Act̄.1.b.
Quemadmodum vidistis eum ascendētem in
celum.s.in forma humana:cui competit videri
oculis corporalibus:et de loco ad locum moue=
ri:ita veniet in eadem forma ad iudicandum
mundum:verūtamen iudicatus fuit in forma
humana passibili:ascendit autē in celum:⁊ ve=

nisset ad iudiciū in forma humana impassibili et
D gloriosa. * Illi aūt.] Scʒ apl'i et discipuli xp̄i.
* Profecti.] Secundum mandatū christi pre
dictum. * Predicauerūt vbiq₃.] Secūduʒ qđ
dicitur ps.18.a. In omnē terrā exiuit sonus eo=
rum. * Dn̄o cooperante.] Eos dirigendo et p
tegendo. * Et sermonē confirmāte sequentibus
signis.] Sic.n. veritas: q̄ subiacet facultati na=
turali intellect⁹/ declarat̄ ⁊ firmat̄ per reductio=
nem ad prima principia per se nota: sic veritas:
que transcendit naturale lumen intellectus (cu
iusmodi est doctrina fidei catholice: saltem q̄tū
ad principales articulos fidei) declarat̄ ⁊ firmat̄
per opera miraculosa soli deo possibilia. Cū eī
talia fiunt ad testimoniū veritatis ipsius doctri
ne: declarata est veritas: cū deus nō possit esse te
stis alicuius falsitatis. Et hoc modo declarata
est veritas euangelica corā principib⁹ et potesta
tibus ac sapientib⁹ huius mundi: ad laudem
⁊ gloriaʒ dn̄i nostri Jesu xp̄i: cui est honor ⁊ glo
ria in secula seculoꝝ. Amen.
E Moraliter. * Predicate om̄i creature.] Moraliter. Idest
omni homini indifferēter sine acceptione. * Si
gna aūt.⁊c.] In nomine eī eius demonia eijci
unt: qui demonū tentatiōes fide et signo crucis
repellunt. Sicut legitur de sancta Justina. Lin
guis loquūtur nouis: qui verba sacra habēt in
ore: dimissis friuolis ⁊ immūdis. Serpentes tol
lunt: q detractores efficaciter reprehēdūt. Mor=
tiferam bibunt: sed eis nō nocet: qui persuasio=
nes mortiferas audiūt: sed nō consentiūt. Sup
egros manus imponūt: et bene habent: qui per
bona verba et opera alios a peccatis retrahūt: et
in bono confirmant: ⁊ hec signa spiritualia sunt
corporalibus meliora: quanto que sunt anime:
corporalibus preferūtur.
F Glosa. * Recūbentib⁹.⁊c.] Glo. Bed. Quadragesi=
mo die qn̄ erat iā ab eis recessur⁹ in celum. Hoc
eis maxime illo die exprobrare voluit: qꝛ his: q
viderāt eum resurgentē: non crediderūt/ anteq̄
cum ipsum viderent: cum post ascensioneʒ eius
predicantibus illis euangeliū/ gentes: que non
viderunt: credituꝛe essent. Unde statim adiūxit
Marcus: et dixit eis. Euntes in mundum vni
uersuʒ.⁊c. * Duritiā cordis.⁊c.] Hierony. Ut
succedat cor carneū charitate plenū. Hinc est/ q
caterue martyꝝ mortē huius seculi libenter affe
ctant: qꝛ norunt p tēporali interitu/ ꝑpetuo se es
se victuros. * Omni creature.] Omni nationi
gentiū. Ante eī dictū erat. In viam gentiuʒ ne
abieritis. vt.s. apl'oꝝ prius a Judea repulsa pre
dicatio: tūc gentibus in adiutoriū fieret. Hie=
rony. Om̄i gn̄i humano: qđ habet aliqd cōmu
ne om̄i creature: angelis: pecorib⁹: lignis: lapidi
bus: igni: et aque: calido: et frigido: humido; et
arido: qꝛ minor mūdus homo dicit̄. * Qui cre
diderit.] Per alios ꝑuuli credunt: sicut ex alijs
ea: q̄ in baptismo eis remittūtur: pctā contraxe
runt. * Signa aūt.⁊c.] Nunqđ si signa non fa G
ciamus/ nō credim⁹? Sed hec in exordio neces=
saria fuerunt: vt fides miraculis nutriret̄. Fide
aūt ecclie iā ꝯfirmata/ nō sunt necessaria. * De
monia eijcient.⁊c.] Hoc hodie spūaliter facit ec
clesia: cū p exorcismi gratiā manū credētib⁹ ipo
nit: et malignos spūs expellit. * Linguis loqn
tur nouis.] Hoc fit: dū fideles veteris vite secula
ria verba relinquūt: et sancta mysteria insonāt:
et dei laudes et potentiā (q̄tū valent) extollunt.
* Et si mortiferū.⁊c.] Dum pestiferas ꝑsuasio=
nes audiunt: nec ad opationes vsq₃ ꝑducunt: q
inde eis nō nocet: si mortiferū bibunt. * Super
egros.⁊c.] Dum ꝓximos in bono opere ꝯfirma
tos roborant exemplo bone opatiōis: sup egros
manus imponunt: et bene habebunt. Hec mira
cula tanto maiora: quāto spiritualia. Per hoc
eī anime suscitātur: nō corpora. * In celum.] H
Augustinus. Nota q aliquando celos plurali
ter: et aliqn̄ādo celum singulariter inuenies: sed
quodam modo locutionis abusiue: singularia
plurali numero dicimus: et pluralia singulari.
Ad orientem vero: quod psalmista dicit: euan=
geliste tacent. significat Hierusalem: que est in
orientis partibus collocata. Unde apl'is viden
tibus ascendit: ⁊ terra multis plena miraculis:
vbi fidelium credulitas plus actibus: q̄ locuti
onibus eruditur. * Et sedet a dextris.⁊c.] Be
da. Et nunc omnia iudicans: in fine omniū iu
dex venturus est. Stephanus auteʒ vidit eum
stantem (vt dicit̄ Actuum.7.g.) quia in certami
ne habuit eum adiutorē. * Illi autem.⁊c.] Be
da. Nota q Marcus euangeliū suum quanto
inchoauit tardius: tanto in longinquiora tem
pora scribendo porrexit. Neq₃ enim de natiuita
te ipsius domini: aut precursoris ei⁹: neq₃ de in=
fantia: nec de pueritia cuiuslibet horum aliqua
cōmemorans: nec de natiuitate saluatoris ali=
quid scribens: excepto q in capite euangelij sui
filium dei nominat. Ab initio euangelice predi
cationis: quod per Johānem factū est: narran=
do peruenit: quo apostoli idem euangelij verbū
per totum orbem seminauerunt.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis I Auctor.
sermonis Apl'oꝝ. incip. fol.82. sub thc. * Recū
bentibus vndecim.⁊c.] vt.s.B. ¶ vel ser. Prel.
fol.90. sub thc. * Euntes in mūdum vniuersuʒ
predicate.⁊c.] B. ¶ vel sermonis Fidei. fol. 59.
sub thc. * Qui crediderit.⁊c.] B. ¶ vel sermo.
Penteco. īfra in hoc Tom. sub thc. * Linguis
loquentur nouis.] B. ¶ vel sermo. Pauli apo=
stoli. Tomo.2. sub thc. * Serpētes tollent.] B.

¶ Vel sermonis Johānis euāgeliste.s.fol.28. sub the. * Si mortiferū quid biberint.⁊c.] B. ¶ vel sermonis Omniū sanctoꝝ. Tomo.2. sub the.generali. * Super egros.⁊c.] B. Quia h multi sancti fecerūt. ¶ vel huius ser. Ascensiōis. incip.fol.238.sub the. * Assumpt⁹ est in celū.] B. ¶ vel ser. Dñice.1. Quadragesime.folio.83. ¶ Et Dñice.3.q̃dra.fol.117.sub the. * Demonia eijcient.] B. ¶ vel sermo.pctoꝝ.fol.189.sub the. * Sup egros.⁊c.] B. ¶ vel ser. Epipha. fo. 39.sub the. * Predicate omi creature.] F. ¶ vl' ser. Judicij finalis..fol.236.sub the. * Sedet a dextris.⁊c.] H.

¶2. Lu. vlti. EGo mittam promissum.⁊c.] ☞ Quere infra annotamēto.1.quinte partis. sermōis Feric.6. Dñice infra octauas Ascēsiōis.

Ex sexta parte Biblie.

¶1. Actuū.1 A PRimum quidem sermonē feci.] Lyra. Idest pmo.l.in euāgelio. * De omnibus.] Scꝫ pertinētibus ad xp̄i conceptionem:natiuitatē:vitam:⁊ mortem:resurrectionē et ascensionē:aliqua scripsi. * O Theophile:que cepit Jesus facere et docere vsq in diem.] Ascensionis sue. * Qua precipiens apostolis.] Qd̄.s.predicarent euangeliū. * Quos elegit.] Pre ceteris ad officiū apostolat⁹. * Assumptus est.] De terra ad celum in sua humanitate.fm diuinitatē em̄:que necessario ē vbiq: non conuenit ei de loco ad locū transire. Assumptus est autem a tota trinitate/assumptionē illam faciente:que in omnibus effectibus principaliter operatur: ⁊ etiā a seipso. Nam corp⁹ gloriosum sic est in potestate anime: ꝙ obedit ei ad nutum ad motū localem. Assumptus est etiam a nube prestante ei obsequiū. * Quibus et prebuit seipsum viuū.] Post resurrectionē. * In multis argumētis.] De sua resurrectione faciētibus fidem. Hic sunt duo videnda. Primū est. Utrū resurrectio xp̄i debuit argumētis pbari? Secūdum est de qualitate et efficacia hmōi argumentoꝝ. ☞ De quib⁹ quere annotamēto 3.sexte partis.ser. Resurrectionis.fol.216.co.4. Sequitur. * Per dies quadraginta apparens eis.] Quod nō est sic intelligendum: ꝙ in illis quadraginta diebus fuerit continue cū eis: sed q2 in illo temporis spacio eis frequenter apparuit. * Loquens de regno dei.] Idest de beatitudine celesti. ¶ Notādum ꝙ ad hoc/ꝙ apostoli: alijq discipuli dñi essent ad publicationē euangelij idonei:preexigebat in eis solidatio ⁊ perfectio p donū spiritussancti: quo essent diuina notICIA prediti:constātes:et eloquentes: ad charitatem feruidi. Et ad hoc describitur coꝝ debita dispositio:que facta est per spiritussancti donū. Et ideo primo describit pmissio hui⁹ doni. Secundo expectatio pmissi.ibi. Tūc reuersi sunt. Prima adhuc in duas: q2 primo ponit hec promissio. Secūdo circa hoc mouetur questio: ibi. Igitur qui conuenerāt. Circa primū sciēdum: ꝙ licet sanct⁹ Lucas in fine euangelij sui locut⁹ fuerit de promissiōe doni spūssancti: hoc fuit tñ breuiter et succincte. Hic aūt tangit eam magis diffuse: ppter qd̄ ab ea incipit psecutionē dicendoꝝ in hoc libro. Dicit ergo. * Et conuescēs.] Scꝫ Jesus cū apl'is suis: q̃bus recūbentib⁹ apparuit in die ascensionis: vt refert Marcus in fine euangelij sui:dicens. Nouissime aūt recūbentibus illis vndecim/apparuit illis Jesus.⁊c. ☞ Quere annotamēto.1.qnte ptis. hui⁹ sermonis.fol.239.columna.2..Sequitur. * Precepit eis/ab Hierosolymis ne discederēt.] Donec per spiritūsanctū redderent apti ad publicationem euangelij. Ideo subdit. * Sed expectarent promissionē patris: quā audistis quidem p os meum.] Joh.14.d. Paraclitus aūt spiritus sanctus:quem pater mittet in nomine meo: ille docebit vos omnia. * Quia Johānes quidem baptizauit aqua.] Solum. Nam ei⁹ baptism⁹ gratiā nō cōferebat. * Vos aūt baptizabimini spūsctō:nō post multos hos dies.] Ex h loco dixerunt aliq: ꝙ apl'i non fuerūt baptizati baptismo xp̄i:qui est in aqua: fm quod habet Joh.3. Sed hoc nō est consonū dictis sanctoꝝ: nec etiā rationi: Dicit em̄ saluator Joh.3.a. Nisi qs renatus fuerit ex aqua et spūsctō:non potest intrare regnum dei. Et ideo post illam dñi sententiā nullus factus est membrum xp̄i/nisi p susceptionem sui baptismi:vel alicui⁹ supplentis eius vicem:sicut est baptismus sanguinis/⁊ flaminis. Propterea Paulus apl's vocatus ad fidem/de mandato dñi fuit baptizat⁹:vt habetur Actuū. 9.c. Et idem tenendū est de alijs aplis: q̃uis nō sit scriptum: q2 nō omnia xp̄i facta sunt scripta. Item q2 Joh.4.a.dicit: ꝙ discipuli xp̄i baptizabant: ⁊ nō est verisimile quin essent baptizati eodē baptismo. Unde dicit Augustin⁹ ad Seleutiam: ꝙ credibile est discipulos xp̄i esse baptizatos eius baptismo: vt haberet baptizatos seruos: p q̊s ceteros baptizaret. Nec defuit humilitatis minister: q etiā pedes coꝝ lauit. Unde super illud Joh.13.b. Qui lotus est:non indiget/nisi vt pedes lauet. Dicūt doctores aliqui: ꝙ illa lotio intelligitur de sacramento baptismi. Igit qd̄ dicitur hic. Vos aūt baptizabimini spiritusancto: intelligendum est istud de receptione spiritussancti in signo visibili. De qua habet Actuū

2.cap. Qui dicit baptismus metaphorice: eo ꝙ gratia spiritussancti vnctio dicit. 1. Johan. 2. b. Unctio aūt de liquidis est vt aqua/ vnde dicit. Glo. Rabani: ꝙ in quibusdā libris sic habetur. Uos aūt vngimini spūsancto. ✱ Igitur qui cō uenerant interrogabāt euz/ dicētes. ꝛc.] Hic cir ca dicta mouet questio: multi eni de discipulis christi de regno eius adhuc carnaliter sentiebāt vtpote nondū recepta spūssancti gratia / estimā tes ipsum temporaliter regnaturū. propter quod filij Zebedei petierunt ꝙ vnus ad dexteraz eius sederet/ ali⁹ ad sinistrā. Matth. 20. c. Et regnū israel tpale quod ablatū erat a iudeis per roma nos statim restituēdū. Ideo quesierūt. ✱ Dñe si in tpe hoc restitues regnum israel?] Et qm̄ hec questio erat stulta: repulit eam: dicens. ✱ Dixit autē eis. Non est vestrū nosse tpa vel momenta: que pater posuit in sua potestate.] Q. d. nō per tinet ad vos hoc scire nec querere: sicut ꝛ petitio nem filioꝝ Zebedei repulit/ vt stultam / Dicēs. Nescitis quid petatis. Sed illud qꝺ sequit: ad vos pertinet/ cum subdit. ✱ Sed accipietis vir tutem superuenientis spiritussancti in vos.] Ad constanter et efficaciter euangeliū predicanduz per orbem vniuersuz. Ideo subditur. ✱ Et eri tis mihi testes in hierlm ꝛ in omni Judea ꝛ Sa maria: ꝛ vsq ad vltimū terre. Et cum hec dixis set videntibus illis eleuatus est.] Per modum superius dictum. ✱ Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq intuerentur in celuz eun tem illum.] Admirātes de Ascensione tam glo riosa. ✱ Ecce duo viri astiterunt iuxta illos.] Idest angeli in specie viroꝝ. ✱ In vestibus al bis.] Ad designandū solemnitatem huius ascē sionis. sm ꝙ dicit. Grego. ✱ Qui ꝛ dixerūt. Ui ri galilei.] Natione. Est enim Galilea quedaz pars Judee: de qua erant apostoli saltē pro ma iori parte ✱ Quid statis aspicientes in celū?] Q. d. Non expectetis. ꝙ Jesus amplius habi tet corporaliter vobiscum: sicut antea fecit: tamē videbitis eum in fine mundi venientem ad iudi cium. Ideo sequitur. ✱ Hic Jesus/ qui assum ptus est a vobis in celum: sic veniet queadmo dum vidistis eum euntem in celū.] Idest sicut ascendit in forma humanitatis gloriosa: sic ve niet ad iudicandū. Postq̄ descripta est sancti spiritus promissio. Consequēter ponit promissi conueniens expectatio: que cōuenientia ex duo bus ostendit. Primū est perseuerās Oratio. Se cundū est apostolici numeri reintegratio: q̄ po nitur. ibi. In diebus illis. ꝛc. Circa primū dicit. ✱ Tunc reuersi sunt Hierosolymā.] Sicut fue rat dictum Luce. vltimo. g. Uos autē sedete in ciuitate quoadusq induamini virtute ex alto. ✱ A mōte: qui vocat Oliueti.] Unde xp̄s ascē dit i celū/ ꝛ vbi antixp̄s fulminabit. Sicut dr. 2. Thesal. 2. ✱ Qui est iuxta hierlm: sabbati ha bēs iter.] Idest distās a hierlz per mille passus: qui faciunt dimidiaz leucā. Et dicit hic iter sab bati/ quia licebat iudeis in sabbato a sua ciui tate vel loco tm̄ elongari: talis enim ambulatio magis erat ad recreationē q̄ ad laborē/ propter quod non erat contra sabbati quietem. ✱ Et cū introissent in cenaculū: ascenderunt vbi mane bat Petrus et Johannes.] Est autē cenaculuz solariū: et sic prius ascenderūt et postea introie runt cenacula. Et est figuratiua locutio. Sicut cum dicitur/ moriamur et in media arma rua mus. Ascenderunt aūt discipuli duplici de cau sa: vna vt essent secretius timentes adhuc calū niam iudeoꝝ: quādiu non essent per spiritūsan ctum roborati. Alia vt ibi vacarent liberius ora tiōi: sicut postea subdit. Hi oēs. ꝛc. Consequēter ponūtur aploꝝ noia/ cū dicit. ✱ Et Jacobus et Andreas/ Philipp⁹ ꝛ Thomas: Bartholome⁹ et Mattheus: Jacobus alphei.] Scilicet fili⁹: et dicit hoc ad differentiā precedentis Jacobi: q̄ fuit filius Zebedei. ✱ Et Simon zelotes.] Qꝺ dicitur ad differentiaz Simonis petri. ✱ Et Ju das Jacobi.] Scilicet frater. Fuit enim fili⁹ Al phei. Et dicit Judas Jacobi ad differentiā Ju de proditoris. ✱ Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione.] Perseuerātia em̄ est vnitas cordium in bono: que facit orationem exaudibilem. ✱ Cum mulieribus] Deuotis/ que secute fuerant Jesum a galilea: vt habetur. Matth. 27. ✱ Et Maria matre Jesu.] Quā associabāt mulieres ille ex deuotiōe: ꝛ inter istas mulieres et Maria ponit ad differentiā et ad di stinctionem: quia ista sola erat mater et virgo. ✱ Et fratribus eius.] Idest alijs de cognatiōe Jesu: quoꝝ plures erant ibi. Et dicuntur eius fratres secundū modū loquendi hebraicū: quo illi de eadem cognatiōe fratres dicuntur. Unō. Gen. 13. b. Abrahā Loth nepotem suum fratrez nominauit dicēs. Ne (queso) sit iurgiū inter me et te: et inter pastores meos et pastores tuos: fra tres enim sumus. ❡ Quantuz ad scōm: scilicet apostolici numeri reintegrationē. ☞ Quere annot. 1. sexte par. ser. Matthie apli Tomo. 2. ✱ Astiterūt.] Glo. Rab. Q2 prospera nuncia turi: et leticiam angeloꝝ in ascensu saluatoris significantes: qui humane nature consortio le tantur. ❡ Rab. Creatura vbiq obsequit creato ri. Astra indicant nascentem: patienti compa tiunt: ascendentē nubes suscepit: redeuntem ad iudicium cōmitabitur. ❡ Beda. Ob duas cau sas angeli videntur. vt scz ascēsionis tristiciā re gressiōis cōmemoratione consolent: ꝛ vt vere cū ire in celuz mōstrarent: et non quasi in celū: sicut B Glosa.

Heliam. * In vestibus albis.] Beda. Albe ve
stes congruunt exaltationi: et ideo in ascensio=
ne in albis vestibus apparent angeli. Qui eniz
apparuit in natiuitate humilis deus: in Ascen=
sione ostendit homo sublimis: etiam loca con=
gruunt: dum in humili ciuitate nat⁹ homo: de
mõte sublimi regressus ē ad celos. * Galilei.]
In quibus debet esse prudētior sensus: q2 gali=
lei: ceteris iudeis in sapientia precellebant. Uel
galilei/volubiles: quia instabilitate sui sensus
obliti erant precepta dei. * Sic veniet.] Beda.
In eadez natura veniet iudicaturus: in qua ve
nit iudicand⁹. Si enim immortalitatē accepit:
naturā non amisit: cuius gloria eterna: in mōte
tribus discipulis preostensa: post iudiciū omni=
bus sanctis videbitur. Quādo tolletur impi⁹/
C ne videat gloriaz dei. ¶ Sulpitius. Locus ille:
in quo steterūt vestigia Xpi: ascendētis cōtinua
ri pauimēto cū reliqua stratoꝝ pte nō potuit: re
spuēs quecūqꝫ ei applicabātur/ excussis in ora
apponētiū marmorib⁹. Calcati etiā ab co puluc
ris hoc documentū est ꝙ vestigia impssa cernū=
tur: et candem adhuc speciem velut pressis vesti
giys tra custodit. * Tūc reuersi.] Rab. Reuer=
sio apostoloꝝ de mōte oliueti in hierl'm: signifi=
cat ecclesiā: q̄ de actiua/in cōtemplatiuā ascen=
dens/iteꝝ descendit in cōuersationē actiualem.
Mōs em̄ oliueti ab antiquis/mōs triū luminū
vocabat. Lucerne: scꝫ de templo resplendentis:
ac solis ex altera parte oriētis: et olei in ipso mō
te naturalis lucis: que tria conueniunt perfe=
ctioni: propter diuini verbi lucem de ecclesia ful
gentem. Propter solis iusticie fulgorem: pro=
pter pure conscientie nitorem. ¶ Mystice. Beo.
Qui gloriam Xpi intuetur ascendentis: pro=
missiōe spūsancti ditatus itinere sabbati pacis
vrbē igredit: eritqꝫ sabbatū p sabbo: q2 q̄ cessauit
a malis/requiescet i celis. ☞ Reliqua q̄re ibi.

Dñice infra octa. Asceñ. ser. an. Ex quinta parte Biblie.

Cr.
Joh. 15.
et. 16
A

Dixit Jesus disci
pul' suis. Cū venerit paracli=
tus. ⁊c] ☞ Supius ⁊ i euā
gelio hodierno ostendit euāge
lista psecutores Xpi et fideliū
inexcusabiles. ⁊ hoc ostendit
dupliciter: primo ex his: q̄ facta sunt in ei⁹ pre=
sentia: cum dicitur. * Si non venissem. ⁊c.]
☞ Quere anno. 1. E. qnte par. ser. Plimoꝝ
Apostoloꝝ. Tomo. 2. Secundo (in euāgelio ho
dierno) ex his: que facta sunt in eius absentia vi
delicet per aduentū spūsancti: super apostolos
post ascensionē Xpi: quod fuit signū manifestis=
simū ad doctrinā xpi ↄfirmandā: ⁊ hoc est qd d̄r.
* Cum venerit paraclitus.] Idest consolator.
* Quē ego mittā vob a pře.] In h ostīdit spm=
sanctū a se pcedentē i quātū dicit se illū mittere.
* Spiritum veritatis: qui a patre procedit.]
In hoc ostendit spūmsanctū a patre pcedere: q2
procedit ab vtroqꝫ. * Ille testimoniū perhibe=
bit de me.] Quod enim homies prius illitterati
⁊ simplices de pfunditate scripturaꝝ subito pla
ne loquerentur et in omnibus linguis: fuit ma=
ximū signū: ad confirmanduz fidem Xpi. * Et
vos testimoniū perhibebitis.] Predicādo oibus
populis. * Q2 ab initio mecū estis.] Non est
intelligenduz ꝙ fuerint cum eo a principio vite
eius: sed ab initio sue p̄dicatiōis quando ince=
pit docere: ⁊ miracula facere. Consequēter (capi
tulo decimosexto) saluator ponit rationes: qbus
consolatus est discipulos suos de tribulationib⁹
futuris: et hoc vt continuet se ad dicta imediate
precedentia. Cum dicit. * Hec locutus sum vo
bis] Idest ad consolationē vrām cōtra futuras
tribulationes. * Ut non scandalizemini.] Ca
dendo per impatientiā quādo euenient vobis.
Scandalizare d̄r a scandalon grece: quod signi
ficat impactionē pedis: per quā homo ruit: ⁊ ad
similitudinem hui⁹ in spiritalibus dicit qs scā=
dalizari in tribulatione: quādo est ei occasio ca
dendi per impatientiā. * Absqꝫ synagogis fa=
cient vos.] Incipit hic explicare in particulari
tribulationes futuras: inter quas eiectio de sy=
nagoga reputabat magna: sicut apud nos eie=
ctio de eccl'ia p excōicationē. * Sꝫ venit hora.]
De propinquo. * Ut omnis qui interficit vos:
arbitret obsequiū se prestare deo.] Quod dupli
citer intelligit. Uno modo de deo vero: ⁊ sic iu=
dei excecati interficientes fideles: arbitrabātur
se obsequium prestare deo celi. Ista tamen igno
rantia eos non excusabat. Alio modo exponit
de deo opinatiue dicto: sꝫ errorē gentiliuz. Et sic
gentiles interficientes Christi fideles credebant
se obsequiuz prestare deo. Scilicet Joui vel Sa
turno vel huiusmodi. * Et hec facient vobis:
quia non nouerunt patrem neqꝫ me.] ☞ Ex
ponatur hoc: sicut in predicto annota. ser. Plu=
rimorum Apostolorū. Tomo. 2. * Sed hec lo=
cutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum: re
miniscamini quia ego dixi vobis.] Ut facilius
tolleretis tanqꝫ predicta vobis ab eo: q̄ certitudi=
naliter pōt denūciare futura contingentia. Ista
eni p̄dixit Xps apostolis: vt preuiderent sibi de

patientia:quia minus feriūt iacula: que preuidentur:vt dicit Grego. Cuius rationē assignat Tullius in libro de Tusculanis questiōibus. Nota. Omnia enim bona et mala corporalia minora videntur et minus ponderātur presentia/ q̄ futura. Unde sensibiliter videmus/ q aliqua bona tēpalia vel corpalia delectabilia/ mltū desiderantur anteq̄z habeantur:habita vero parū appreciantur. Nunc aūt ita est/ q cum aliquis sibi preuidet contra mala futura: apprehendit ea quasi quodāmodo presentia:ideo videnf minora. ☞ Quere infra in Adō.littera. F. Terminato enim euangelio hodierno/ immediate saluator explicat tres rationes consolatorias de recessu suo:quas inuenies annotamēto.1. quinte partis.sermonis. Dñice.3.post octauas pasche. incip. * Vado ad eum:qui misit me.rc.] folio 231.columna.1.

D Moral. * Hec locut⁹.rc.] Moraliter. In hoc capi.16. christus inducit discipulos suos nō solum presentes tunc:sed etiā futuros:vt non recedant a fidei veritate pro vituperio quocūq̄z:quod significatur per eiectionem de synagoga/ cum dicitur * Absq̄z synagogis.rc.] Nec etiaz quocūq̄z tormento:quod significatur cum dicif. * Sed venit hora.rc.] Mors eni est vltimū terribiliū in presenti vita. Induxit etiā discipulos ad petendum spūssancti donum: quod est in omni afflictione corroboratiuum.

E Alleg. * Cum venerit.] ☞ Antecedentia quere in fine. Glo. Anno.iam dicti Plurimoꝝ Apostolorum Tomo.2.sequif. Glo. Nūc vidētes opa oderunt gratis me et patrem. Sed cum venerit paraclitus:manifestiore testimonio cōuincet eos:qui viderunt et oderunt:sed et quosdā compunctos de tanto scelere conuertet. * Quē ego mitto] Die Pentecostes venit spiritusſctūs in centū ꝛ viginti homines congregatos: cum quibus erāt omnes apostoli in domo: vbi cena fuerat. * Qui a patre.] Spiritus pcedit a pr̄e ꝛ filio:sed filius dicif a patre pcedere: q̄ ad patrem solet referre: et quod ipsius est:de q̄ ipse :st. A q̄ ēhabet vt sit:ab illo habet vt de illo pcedat spūs. Sequif cap.16. * Hec locutus sum.rc.] Postq̄ exemplo suo docuit ferre odia: in quo sciunt q̄d debeant facere:sed non possunt:postq̄z etiam pmisit spūm quo poterūt resistere: etiam addit. Hec locutus sum de odio mei. qd est exēplū de spū:qui cōfirmabit:vt ita charitate diffusa in cordib⁹ nr̄is:sit vobis multa pax ꝛ nō scandalum. Unde enim scandalum? Quid passuri? Absq̄z synagogis:idest extra synagogas facient vos:q̄ nō erat ali⁹ populus dei nisi israel:si xp̄z recipet:nō essz alia eccl'ia xp̄i:nec alia synagoga israel. Sz q̄ isti semp volūt esse sine xp̄o volētes cōstituere suam iusticiā:pellūt eos q̄ nunq̄ volunt esse sine xp̄o:iusticie eius subiecti. Nec erubescunt pulsi:sicut illi:qui credētes in Jesuz. ppter metū non audebāt ɔfiteri: ne pellerentur de synagogis:diligētes gloriā hoim magis quam gloriā dei. * Sed venit hora.rc.] Quasi si pulsi ab eis tot acquiretis mihi(vnde vobis gaudēdum) vt non satis sit eis vos pellere :sed non sinant viuere:ne omnes acquiratis: vt a iudaismo auertatis /in quo deū israel credunt deseri ꝛ sancta sua.

F ¶ Additio pma. In cap.16. vbi dr in Postilla. Oia bona et mala corpalia minora videtur/et minus ponderantur presentis q̄ futura. Mala fiunt magꝭ terribilia ex duob⁹: primo ex magnitudine mali/quod timef. Secūdo ex debilitate timentis:cū min⁹ possit resistere. Ad vtrūq̄z aūt istoꝝ opaf/ q repentinū malū causet maiorē timorē quā malū prouisū. Ad primū enim quia mala et bona corpalia presentia minora videnf q̄ futura. Ad secūdum vero:q̄ repentinū malū magis subtrahit remedia: q̄bus homo se posset preparare ad repellēdum futurū malum: quod facere nō posset:cum repente ex improuiso malū occurrit. Primum istoꝝ videtur declarare Tullius:vt in postilla. Ad secundum vero magis videntur declinare verba Grego. Unde licet eandem conclusionē teneant:non tū eisdez medijs: vt bene inspicienti patere poterit.

G Ar... ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermōis Ascēsiōis.incip.fol.238. ¶ Et ser. Penteco.fol.244. Et ser. Sanctissime Trinitatis. infra.sub the. * Cum venerit paraclitus.rc.] vt.s.A.E. ¶ Vel sermōis Aploꝝ.fol 82. ¶ Et Prelatoꝝ.fol.90.sub the. * Vos testimonium perhibebitis.rc.] A. ¶ Vel ser. Pugne.fo.165. Et Martyꝝ.fol.89.sub the. * Venit hora: vt omnis q̄ interficit.rc.] B. ¶ Vel ser. Fidei fol. 59.sub the. * Hec locutus sum vobis.rc.] D.

Ferie.iiij. dn̄ice infra octa.

Ascensiōis.sermōis anno. Ex q̄nta pte Biblie.

SI manseritis i me.rc.] ☞ In h̄ capi.ponit saluator q̄tuor rōnes q̄re fideles debēt sibi adherere p fidē:sicut palmites ad vitē. Prima sumif ex palmitum adherētiū fructificatione:quā inuenies in Cōmuni sctōꝝ.an.7. q̄nte ptis.ser. Unius martyris. Tom.2.incip. * Ego sum vitis vera.rc.] Secūda sumif ex palmitū non adherentiū punitione:quā inuenies in Cōi sctōꝝ.an.9.q̄nte ptis.ser. Plurimoꝝ martyꝝ. Tom.2.incipienti. ¶ I. Ioh.15 A

*Ego sum vitis: vos palmites.&c.] Tertia et q̃rta ponũtur in euãgelio hodierno. Igit̃ tertia ratio ꝓcedit ex impletione voluntatis fidelium xp̃o adherentiũ: cum dicitur. *Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcunq̃ volueritis, petetis: et fiet vobis. Horum expositionẽ q̃re i Cõi sctõꝝ. An.7.5.p.ser. Unius martyris. lr̃a. D. ¶Lyra. Consequenter ponitur quarta ratio: que ꝓcedit ex diuina glorificatione: quam quilibet debet desiderare: magis etiam q̃ suum bonum ꝓpriũ. Diuina aũt glorificatio relucet in fidelibus xp̃o adherẽtibus ꝑ fidem ex dilectione operãtem. Et hoc est qd̃ dicitur. *In hoc clarificatus est pater meus: vt fructum plurimũ afferatis.] In multiplicatiõe bonorum operũ. *Et efficiamini mei discipuli.]

B Perfecte adherendo mihi. Postq̃ hortatus est Christus discipulos ad adherendum sibi: consequenter ostendit in quo hmõi adhesio ꝯsistit. Et diuiditur in duas: q2 primo ostendit, q̃ hec adhesio consistit in dilectione. Secundo ostendit, q̃ dilectio consistit in mandatorũ obseruatione: ibi. *Si precepta mea. Dicit igit̃. *Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos.] Idest ad idem bonum consequẽdum: non tamen equaliter. Diligere eñ, est velle alicui bonũ. Deus autẽ pater vult bonum diuinũ xp̃o homini: nõ soluz s̃m vnionẽ: que est per operationem in fruitione boni vera: sed etiam s̃m realem vnionẽ suppositi. Fidelibus aũt vult bonũ diuinũ: tñ s̃m vnionem gratie et glorie: que est in fruitione: nec tamen ita ꝑfecte fruũtur, sicut anima xp̃i. *Manete in dilectione mea.] Hoc dicit ad ostendendum, q̃ deus nullũ cogit ad fidem et dilectionez. Consequẽter ostendit, q̃ dilectio ꝯsistit in mandatoꝝ obseruatione. Et diuidit̃ in duas: q2 primo facit qd̃ dictũ est. Secũdo respondet cuidaz

C questioni: que sibi posset fieri: ibi. *Hoc est preceptũ meum.&c.] ☞ Illud inuenies in Cõi sctõꝝ. an.2. q̃nte ptis. ser. Uigiliaꝝ Aplõꝝ. Tomo.2.) In prima parte dicit sic. *Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectiõe mea.] Amor eñ dei nũq̃ est ociosus: et ideo si est i corde, ostendit̃ in opere: et per hoc homo disponit̃: vt charitas in eo augmentet̃: et per ꝯsequẽs adhesio ad xp̃m fortificet̃. *Sicut et ego precepta patris mei seruaui: et maneo in eius dilectiõe.] Quia xp̃s ex amore ad patrẽ, factus est obediẽs vsq̃ ad mortez: vt habet̃ Phil.2.a. Et ꝑ h̃ vnio eius ad patrẽ augmẽtata est: inquantũ gloria aie deriuata est ad corpus eius in sua resurrectione. *Hec locutus sum vobis.] Hoc addit: ne forte aliq̃s crederet, q̃ ꝓpter se: nõ ꝓpter nos ad p̃dicta inuitaret. Ideo subdit. *Ut gaudiũ meuz in vobis sit.] Gaudiuz enim xp̃i hois, ꝯsistit in coniũctiõe ad deitatẽ, modis predictis: ad quã etiã ꝑueniemus per mãdatoꝝ obseruationẽ: alio tñ modo, q̃ christus. *Et gaudiũ vestrũ impleatur.] Quod nõ potest esse: nisi in gloria celesti: q2 nihil citra deum potest replere cor humanũ. ꝓpter qd̃ dicit Aug. lib. Confes. Inquietum est cor meum dñe: donec requiescat in te.

*Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint.] Glo. Uerba dei tunc dicuntur manere in nobis: qñ facimus q̃ precipit: ⁊ diligimus que ꝓmittit. Qui aũt hoc nõ facit, tangit: non coheret: et ideo non sunt ei in beneficiũ: sed in testimoniũ damnatiõis. *Q̃dcunq̃ volueritis, petetis.] Si q̃d petit fidelis: et nõ fit: nõ petit h̃: quod habet mansio in eo: nec quod habent verba eius: q̃ sunt in eo: sed qd̃ habet cupiditas ⁊ infirmitas carnis. *In hoc clarificatus est.] Qui manet in me: fructũ multuz fert: qd̃ est ex gratia dei: et ita est gloria eius: non hominis: ⁊ hoc est. In hoc clarificatus.&c. *Ut fructuz afferatis.] Sicut, non equalitatẽ ostendit nostre nature: et sue: sed gratiã: qua mediator est: nam pater diligit nos: sed in filio. *Efficiamini.&c.] Quõ Si me diligeretis: ex qua dilectione: ex precepto rum obseruatione. Si me dilexeritis: sicut dilexit me pater: non quantũ. Non eñ notat̃ equalitas: s3 similitudo dãs eis eternaz eternitatẽ. *Si precepta mea.&c.] Non dicit qd̃ pro seruatis p̃ceptis sint dilectores. Nemo eñ seruat: q̃ nõ diligit: sed qd̃ nemo diligit: nisi q̃ seruat. Ostendit ergo nõ vnde generentur: sed vñ monstrent̃ dilectores. Uel in dilectiõe mea: q̃ diligo vos. i. manere in nente gratia mea: et inde scietur vos manere in ea: si precepta seruabitis. Nisi ergo prius seruent precepta oia: nõ possunt seruare p̃cepta, nisi eos diligat.&c. *Ut gaudiũ.&c.] Gaudiuz dei de nobis: q̃ p̃sciuit ⁊ predestinauit, semꝑ est plenũ: in nobis incipit ex fide: crescit imo et ꝑficitur in resurrectione.

D

E

☞ Applica ad hec aliq̃ de p̃dictis an. pnt.s. in remissiõib9 coꝝ iuenies. ¶Uel ser. Incarn. fol.2. ¶vel ser. Aplõꝝ. fol.82. sub the. *Sicut dilexit me pater.&c.] B. ¶vel ser. Rel. fo.136. s̃b the. *Si p̃cepta mea (dic̃ Frãcisc9, vel Dñic9) seruaueritis.&c.] C. D. ¶vel ser. Passiõis. fo.35. sub the. *Ego p̃cepta patris mei seruaui.] E. ¶vl' ser. Oĩm sctõꝝ. Tom.2. s̃b the. *Gaudiũ vestrũ ipleat̃.] C. ¶vl' ser. Fidei. fo.59. sub the. *Ut gaudiũ.&c.] E. ¶vel ser. Orõnis. fo.180. sub the. *Q̃dcũq̃ volueritis.&c.] D. ¶vl' ser. Ascẽn. fo.238. s̃b the. *In h̃ clarificatus ẽ.&c.] E.

Feric.vj. Dñice. infra octa.

Ascensionis sermonis anno. Ex q̃nta pte Bib.

Cr. Lu. 24 xvlij. A

Dixit Jesus discipulis suis. Ego mittā. ⁊c.] Lyra. Hic de scribit euangelista Xp̄i Ascē sionē. Circa quaz sciēdū q̄ in die Ascēsionis Xp̄s bis apparuit discipulis suis: primo in ciuitate hierl'm discipulis comedentib⁹: quā describit Lucas pleni⁹ Actu. I. ☞ Et inuenies. ⁊. anno. I. sexte par. ser. Ascē siōis. fol. 240. col. 3. Et tunc dicit eis q̄ nō discederent ab hierosolymis: sed expectarent p̄missū patris: et hoc repetit breuiter, cum dicit. ✱ Ego mittam.] Scilicet de ppinquo. ✱ Promissuz patris mei i vos.] Scilicz spūm sanctū in signo visibili ad predicandū cōstanter vbiq̄ veritatē euangelij. ✱ Uos aūt sedete i ciuitate, q̄adusq̄ induamini virtute ex alto.] Q. d. non estis sufficientes ad p̄dicandū cōstāter veritatez euāgelij: donec cōfirmati fueritis per donuz spūssancti: et tunc precepit discipulis suis vt exirent de ciuitate in montē OlIueti: vt inde viderent eū ascendentem in celū, et hoc est quod dicit. ✱ Eduxit autem eos foras in Bethaniā.] Jdest v̄sus Bethaniā: quia mōs Oliueti: ad quē exierunt: est extra hierl'm in via eundi versus Bethaniaz: et Bethania est p̄pe montē Oliueti sita: ⁊ ibi sc̄do apparuit discipulis in die Ascēsiōis. Nā postq̄ apparuerat illis in ciuitate: et dixerat q̄ irent in montez OlIueti: disparuit ab illis: et cū venisset ad montē Oliueti: iterū eis apparuit. Octo em̄ vicibus alijs apparuerat post Resurrectionem suaz: vt declaratū fuit Matth. 28. ☞ Et put inuenies anno. I. q̄nte par. ser. Ferie sexte. Rek. fol. 222. col. I. ✱ Et eleuatis manib⁹ suis.] In B celū: quo volebat ascendere. ✱ Benedixit eis.] Jdest discipulis suis. ✱ Et factū est dum bn̄diceret illis: recessit ab eis.] Presentia corporali. ✱ Et ferebatur in celum.] Proprio motu p dotem agilitatis. Nubes tamen ⁊ angeli apparuerunt ad eius obsequium: vt habetur Actuū. I. ☞ Et annota. I. sexte par. ser. eiusdē Ascēn. fol. 240. col. 3. ✱ Et ipsi adorantes.] Xp̄m ascēdentem: quādiu potuerunt videre eum ✱ Regressi sunt in hierusalem.] Postq̄ perdiderunt eius aspectū. ✱ Cum gaudio magno.] Quia omnia mysteria erant impleta in Christo. Et erant semper in templo. ⁊c. Theophilus expositor refert hoc ad tp̄s, q̄d fuit inter Ascensionem dn̄i: ⁊ Pentecostē: dicēs q̄ licz apl'i: ⁊ alij xp̄i discipli ante ascensionē xp̄i starēt inclusi p̄pter metuz iudeoꝝ: ex ascēsiōe tn̄ ei⁹ ꝯfortati exibāt ad templū causa orōnis: licz nondū accepissent spiritūsctm̄ in signo visibili. Alij aūt expositores referūt h ad tp̄s post pētecostē. i q̄ apl'i spūsctō ꝯfortati abiecerūt a se metū iudeoꝝ. Dicūt. n. q̄ apl'i stabāt in hierl'm q̄si reclusi in orōne positi q̄usq̄ reciperēt grām spūssctī eis a xp̄o p̄missaz. ⁊ hoc videt̄ magis ꝯcordare ei q̄d dr̄ Actuū. I. b. Tunc reuersi sūt in hierl'm a mōte, q̄ vocat̄ Oliueti. ⁊c. Et sequit̄. Et cū introissent i cenaculū, ascendebāt in supiora: vbi manebāt Petr⁹ ⁊ Johānes. et subdit̄ post. Hi oēs erāt pseuerātes vnanimit̄ in orōne cū mulierib⁹ ⁊ Maria mr̄e Jesu ⁊ fratrib⁹ ei⁹. Jn codē loco receperūt spūm sctm̄ in die Pentecostes: vt habet̄ Act̄. 2. Et extūc relicto timore iudeoꝝ: ꝯfitebant̄ ⁊ p̄dicabāt publice xp̄z: ⁊ ibāt causa deuotiōis ad templū s3 q̄ hic dicit̄. ✱ Et erāt semp.] Jdest cōmunit̄ vel frequēter. ✱ Jn tēplo laudātes ⁊ bn̄dicētes deū.] Cui est honor ⁊ gl'ia in secula seculoꝝ. Amen.

✱ Uos sedete. ⁊c.] Moraliter. Licet. n. dedisset scripturaꝝ intelligentiā ⁊ cōmisisset p̄dicatiōis offm̄: tn̄ distulit executionē p̄dicādi vsq̄ ad sctī spūs receptionē i signo visibili: p h insinuās q̄ p̄dicās actu: debet prius habere sufficientez sacre scripture noticiā: ⁊ grām spūssancti per coniecturam: sc3 q̄ nō sit cōscius sibi de peccato mortali. ✱ Eduxit aūt eos foras.] Ut viderent eū ascendentē: per hoc significās q̄ ciuitas tumultuosa nō est locus aptus ad diuinoꝝ cōtemplationē. ✱ Et eleuatis manib⁹. ⁊c.] Ex hoc documentū habent supiores in ecclesia: vt bn̄dictionē dent subditis: q̄n recedunt ab ipsis ✱ Et erāt semp in tēplo. ⁊c.] Deuote pro recipiēdo spūssancti dono: sicut erat eis p̄missum a xp̄o: ⁊ sic debem⁹ orare: vt possim⁹ euz recipere. Matth. 7. b. Si vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vr̄is: quāto magis pater vester celestis dabit spiritū bonū petentibus se. C Moralr

✱ Uos autē sedete. ⁊c.] Glo. Postq̄ discipulos de virtute predicationis perfecte instruxit. D Glosa.

☞ Prout inuenies i fine Glo. An. I. H. q̄nte par. ser. Ferie tertie Resurrectiōis incipientis. ✱ Stetit Jesus. ⁊c.] fol. 219. col. 3. Cum repēte (si vellz) posset eos roborare: distulit, dicēs. Uos aūt sedete in ciuitate: vt exemplū sequentib⁹ daret: ne impfecti predicare ante tp̄s p̄sumāt. In ciuitate sedet: q̄ intra mētis claustra se constringit: ne loquēdo exterius euaget̄: vt cū diuina v̄tute pfecte fuerit idut⁹: tūc quasi a seipso foras exeat: alios istruēdo. ✱ Et eduxit eos. ⁊c.] Pretermissis omnib⁹ q̄ p quadragita dies gesta sūt: p̄mo resurrectiōis diei tacite cōiungit nouissimū: quo ascendit in celū: ⁊ pulchre bn̄dictur⁹ discipulos: educit in Bethaniā: q̄ dom⁹ obediētie dr̄: q: qui p̄pter iobedientiā puersoꝝ descēdit: p̄pter obedientiā cōuersoꝝ ascēdit. Et q: eadez villa i latere mōtis Oliueti est posita: q: obedientis ecclie dom⁹ aplico digna hospitio: nō alibi quā i latere summi montis. i. xp̄i: fundamenta fidei, spei, ⁊

Uigilie Pentecostes.

charitatis locauit: de quo latere sacramentum sanguinis et aque: qbus nascatur et nutriatur/ gaudet emanasse. De cui⁹ vertice.i. deitate: spiritualis vnctionis munera desiderat: lucis ꝛ pacis promissa expectat. Deinde qꝛ Bethania iuxta Hierusalem quasi stadijs qndecim erat: iste numerus ꝑpter septē et octo (qbus ꝯstat) scripturaꝝ mysterijs accōmodus: vel vitā: que nūc est: et futurā: vel vetus et nouū testamentū: vel sabbatū animaꝝ in futuro: et carnis resurrectionē continet. Et ideo qb⁹ vtriusqꝫ testamenti scientiam aperuit: quos omnē viuendi et sperādi regulam edocuit: eos quindecim stadijs in locū: quo eis benediceret: et precepta docēdi traderet/ eduxit. Recte quindecim stadijs locū ascensionis a loco passiōis secreuit: vt omnes pro se vel mori/ vel viuere cupientes: et primuꝫ quiescendi post mortē: et in fine a mortuis resuscitādi desiderio

E pariter ꝛ amore firmaret. * In templo. ꝛc.] Ut in loco orationis inter laudum deuotiones promissum sancti spiritus aduentū: paratis per oia cordibus: expectēt. Sic nos post celebrata in hierosolymis.i. visione pacis passiōis et resurrectionis solēnia: dn̄o duce: petamus Bethaniā: vt mente quieta corporis et sanguinis eius sacramentis imbuamur: et domus obedientie esse curemus: qꝛ sic quotidiana eius benedictione sublimamur: quotidie triūphalis ascēsionis memores/ laudantes et benedicētes deum in hierusalem.i. sperata pacis visione quiescim⁹: similes hominibus expectātib⁹ dn̄m suum: quando reuertatur a nuptijs. * Laudantes. ꝛc.] Lucas: qui sacerdotiū christi ceteris ampli⁹ exponēduꝫ suscepit: et ideo euangeliū suū a ministerio templi per sacerdotiū Zacharie cepit: pulchre hoc in templi deuotione cōpleuit: cum apl'os ibi ministros.s. noui sacerdotij futuros: non in victimaꝝ sanguine: sꝫ in laude dei et benedictiōe ꝯcludit.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis

E sermo. Ascensiōs. incip. fol. 238. sub the. * Ferebatur in celū.] B. ¶ vel sermo. Penteco. folio

Auctor. seq̄nti. sub the. * Ego mittā ꝑmissum. ꝛc.] A. ¶ vel sermonis Oratiōis. fol. 180. sub themate. * Ipsi adorantes. ꝛc.] B. ¶ vel sermo. Prela. fol. 90. sub the. * Uos sedete. ꝛc.] C. ¶ vel ser. Incarn̄. fol. 2. ¶ vel ser. Sacramēti. fol. 14. ¶ vel sermonis Religiosorum. folio. 136. ¶ vel sermo. Judicij finalis. folio. 236. ¶ vel sermonis Martyrum. folio. 89. ¶ vel sermonis Pugne. fo. 165. sub themate. * Eduxit eos foras in Bethaniā.] vt supra. D. E.

Uigilie Pētecostes sermonis annotamenta. Ex quinta parte Biblie.

Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me: mādata mea seruate] Lyra. Supra consolatus est xp̄s suos discipulos: ꝑmittendo eis accessum ad patrem per ipsum. ☞ Ut inuenies annotamento. 1. quinte partis. sermonis Philippi et Jacobi. Tomo. 2. incipienti. * Non turbet cor vestrū. ꝛc.] Hic consequenter idem facit/ ꝑmittendo spiritussancti donum: et hoc est quod dicitur. * Si diligitis me: mandata mea seruate.] Amor eñ et obedientia ad deum/ est dispositio ad habēdum plenius spiritū sanctū: quia ƒm Aug. Charitas meretur augeri: et aucta/ meretur et ꝑfici: ideo subditur. * Et ego rogabo patrem meū.] Hoc conuenit christo: inquantū homo/ et aduocat⁹ noster est. * Et alium paraclitū dabit vobis.] Id est consolatorem. Dicit autem/ alium: ad ostendendum distinctionē filij et spiritussancti in persona. * Ut maneat vobiscuꝫ in eternū.] Q.d. iste consolator nō auferetur a vobis: sicut subtrahitur humanitas mea per mortem: sed eternaliter erit vobiscum. Hic per gratiā: sed in futuro per gloriā. * Spiritū veritatis.] Tum quia est essentialiter ipsa veritas: tum quia docet veritatē. * Quem mundus non potest accipere.] Idest homines mundiales affectū in terrenis ponentes: quia non sunt ad hoc dispositi: ideo seq̄tur. * Quia nō videt eum.] Idest dirigit intentionem ad ipsum. * Nec scit eum.] Idest cognoscit: quia sola bona sensibilia sunt hominibus mundialibus nota: ƒm quod dicitur. 1. Cor. 2. d. Animalis autem homo non percipit ea: que sunt spiritus dei. ꝛc. * Uos autem cognoscetis eum.] Per specialem reuelationē: et per sensibile signum: quia spiritussanctus super apostolos in linguis igneis apparuit. * Quia apud vos manebit.] Quia non receperunt eum per modum passionis transeūtis: sed habitus firmiter permanentis: inquantū fuerunt in gratia confirmati. * Et in vobis erit.] Hoc dicit ad denotandum familiaritatē spiritussancti erga ipsos discipulos. Consequenter consolatur eos/ ꝑmittendo eis suum reditum: quia de hoc dono spiritussancti: quod adhuc ignorabant: parū erant consolati. Et diuiditur in duas: quia primo ꝑmittit suam visitationē. Secūdo assignat hui⁹ rationem: ibi. Qui habet mandata. In prima parte dicit sic. * Non relinquā vos orphanos] Orphanus dicitur priuat⁹ patre carnali. Qui enim vult a deo in filiū adoptari: oportet eū carnalem affectū ad parentes relinquere: inquātū est cōtra deum: ƒm quod dicit saluator Lu. 14. f. Qui nō odit patrē et matrē. ꝛc. Sequit. Non

C Jo. A

B

Sermonis Annotamenta. Ex quīta parte biblie.

potest meus esse discipul⁹. Apostoli aūt talia re
liquerant: ideo quodāmodo orphani erāt respe
ctu carnalium parentū: et sic erant filij dei ꝑ ado
ptionem: ꝑpter quod xp̄s gerebat curā de eis: si
cut de filijs. Propter quod subdit. * Veniā ad
vos.] Non solum spiritualiter consolando: sed
etiā corporaliter visitando: et in fide confirman=
do: qđ fecit xp̄s post resurrectionē suaꝫ apparēs
aplis per quadraginta dies: et loquēs eis de re=
gno dei ante suam ascēsionē: vt habetur Act. 1.
* Adhuc modicū: et mūdus me iam nō videt]
Quia modicū temporis erat vsq; ad temp⁹ sue
mortis: per quā aspectus sue humanitatis sub=
trahend⁹ erat aplis. * Vos aūt videbitis me]
Post resurrectionē enim nō fuit visus oīmibus:
sicut ante: sed solum aplis et alijs discipulis: vt
habetur Joh. 20. Et subdit causa sue resurrecti
onis: cum dicit. * Quia ego viuo: et vos viue
tis.] Q. d. licet moriar ex infirmitate carnis: ta=
men resurgam virtute deitatis: que semꝑ viuit.
Et vos viuetis. Hoc dicit assecurādo eos: quia
timebāt mori cū ipso. Unde Joh. 11. capi. Tho
mas hoc timens, dixit. Eamus et moriamur cū
ipso. ☞ Quere expositionē istius dicti supra
annotamēto. 1. F. quinte partis. sermōis Ferie
6. Dñice. 4. quadragesi. incipiē. * Erat qdam
languens Lazarus. &c.] fol. 151. col. 2. Sequit.
L * In illo die vos cognoscetis: q2 ego sum in pa
tre.] Post resurrectionē. n. habuerunt plenioreꝫ
noticiam de mysterio trinitatis: vt dictum est eo
dem cap. * Et vos in me: et ego in vobis.] Nō
per essentie vnitatē: sicut pater est in filio: et econ
uerso: sed per mutuam dilectionē: sicut amās est
in amato: et ecōuerso. Cōsequēter reddit causaꝫ
huj⁹ beneficij collati aplis, et nō mūdo: vt patet
ex dictis. Hec causa est dilectio et obedientia ad
xp̄m: q̄ fuit in aplis: et hoc est qđ dicit. * Qui
habet mandata mea.] In aure ad audiēdū: &
in corde ad meditādum: et in ore ad docēdū. *
Et seruat ea.] Adimplendo opeꝛ. * Ille est: q̄ di
ligit me.] Q2 ꝓbatio dilectiōis, exhibitio ē ope
ris: sēm Grego. * Qui aūt diligit me, diliget a
patre meo: et ego diligā eū.] Q2 vnus est amor
patris & filij. * Et manifestabo ei meip̄m.] Scꝫ
post resurrectionē in humanitate gloriosa: et sic
manifestauit se xp̄s suis discipulis: q2 habebāt
conditiones predictas. Manifestat se etiam tali
bus per apertā visionē deitatis in gloria celesti.
D Moraliter * Si diligitis. &c.] Moraliter. Grego. Proba
tio dilectiōis, exhibitio est opis. * Spūm veri=
tatis. &c.] Greg. Spūssctūs aūt oēꝫ quē repleue
rit, ad inuisibilia desiderāda accēdit. Et qm̄ mū
dana corda sola visibilia diligūt: hūc mūd⁹ non
accipit: q2 ad diligēda inuisibilia nō assurgit. Se
culares etenim mētes quāto se foras ꝑ desideria
dilatāt: tanto ad receptionē illi⁹ sinū cordis an=
gustant. * Non relinquaꝫ vos orphanos. &c.]
Orphan⁹, ꝓprie caret vtroq; parēte: ergo orpha
ni sunt: q̄ parētib⁹ carnalib⁹ in malis nō assenti
unt: propter quod parentes eos derelinquūt. Sꝫ
christus ad eos tanq̄ pater venit: & suis consola
tionibus refouet atq; nutrit.
* Si diligitis. &c.] Glo. Quomō monet diligē E Glosa.
re et seruare mandata, vt accipiāt spūm: quē ni
si habeant, nō possunt diligere et seruare? Sꝫ qđ
habebāt min⁹ occulte: accepturi erāt ampli⁹ ma
nifeste: vt eis innotesceret: qđ habebant. * Q2
nō videt. &c.] Non habēt spūales oculos mūdi
amatores: qb⁹ spūm sctm̄ videant. Nec vero car
nalibus oculis possunt videre: q2 spūssctūs non
apparuit indut⁹ humanitate. &c. * Et i vobis
erit.] Erit in vobis, vt maneat: non manebit: vt
sit: q2 pri⁹ est esse alicubi: q̄ manere. Ne q̄s pu
tet sic manere: vt hospes apud aliū visibiliter: sꝫ
in eis est: et iō ab eis cognosci pōt: nō ab alijs. *
Nō relinquā.] Nō ita dabit spūs ꝓ me: vt ego
etiā nō sim vobiscū. Orphani grece: pupilli lati
ne. * Adhuc modicū.] Sꝫ mūdus: qui modo
videt oculis carnis: post modicuꝫ nō videbit: q2
resuscitat⁹ se eis nō ostēdit. Sꝫ totū tp̄s modicū
est: q̄ finito: auferet impi⁹: ne videat gloriā dei (si
cut dicit Esaie. 26. b.) quā iusti videbūt. * Q2
ego viuo. &c.] Presenti vtit: q2 mox futura est re
surrectio. Ad illos vtit futuro: q̄2 in fine futura
erit resurrectio. * Et vos i me.] Hoc mō est & co
gnoscit q̄dāmō ꝑ fidē: sꝫ tūc cognoscet ꝑ specieꝫ:
qū hec ꝯiūctio ꝑficiet: que mō inchoat. * Qui
habet.] Nō solū vos apli viuetis et cognoscetis:
sꝫ et quicūq; habet in memoria: & seruat in vita.
Vel habet faciēdo: seruat ꝑseuerādo. Vel q̄ ha
bet in sermōib⁹: seruat in morib⁹. Vel habet au
diēdo: seruat faciēdo. * Et ego diligā eū] Ad h̄
diligā: vt manifestē: q2 et nūc diligit: sꝫ nō ad h̄:
sed poti⁹ vt credam⁹: et mādata seruem⁹: vt me
reamur: qđ post capiam⁹. * Et manifestabo.]
Qui habet mandata mea: ille me cognoscit: et
hoc est. * Manifestabo ei meipsum.] Sꝫ ꝑmit
tit causam mandati: q2 diligit me. Et qui me di
ligit: pater me⁹ diliget eū. Et q2 pater: tūc ego di
ligam eum: et inde est manifestatio.
☞ Applica ad hec aliqua de anno. ser. san= F Auctor.
ctissime Trinitatis. infra sub the. * Ego rogabo
patrē. &c.] vt. S. A. ¶ vel ser. Aplorꝫ. fol 82. sub
the. * Vos cognoscitis. &c.] B. ¶ vel ser. Resur
rectiōis. fol. 212. sub the. * Nō relinquā vos or
phanos: veniā ad vos.] B. ¶ vel ser. Pas. fo. 35
sb the. * Adhuc modicū: & mūd⁹ me iā nō vide
bit.] B. ¶ vel ser. Pēte. col. pria. sb the * Ego
rogabo prēꝫ. &c.] A. ¶ vl' de an. 11. ꝑme ꝑ. ser. oiꝫ
sctōꝝ. tom. 2. sb the. * Et manifestabo ei. &c.] C

C1. Gen. 41 QUi spū dei plen9 sit.] Glo. Aug. Tertio (ni fallor) insinuat nobis i hoc libro spiritussanct9. Primo: vbi dictum est Gen. 1. ca. a. Spirit9 dei ferebatur super aquas. Secūdo: vbi dicit deus. 6. cap. a. Non permanebit spiritus meus in hominibus istis. &c. Tertio: cuz dicit Pharao i Joseph esse spiritū dei: nondum tñ legimus spiritūsanctum.

C2. Exo. 19 A MEnse tertio egressionis israel de terra egypti. &c.] Lyra. Moraliter. In hoc capitulo agitur de dispositione populi ad legem dñi recipiēdam: que data fuit quinquagesima die ab egressu populi de egypto. Propter quod significat dationē spiritussancti: per quem radicat lex euangelica in fideliū cordibus: et facta fuit apostolis et alijs discipulis existētib9 cum eis quinquagesima die a dñi resurrectiōe: per quā tanq̄ de egypto exiuimus. s. de tenebris culpe et ignorantie. Ad receptionē vero spiritussancti quattuor disponunt. s. Diuinoꝝ beneficioꝝ gratitudo. Obedientie promptitudo. Conuersationis sanctitudo. Continentie pulchritudo. Primuz significatur / cum dicit. ✱ Uosipsi vidistis / que fecerim egyptijs: quomodo portauerim vos super alas aquilaꝝ: et assumpserim mihi.] Q. d. vos debetis esse grati: quia gratitudo de beneficijs acceptis / est dispositio pro alijs recipiendis. Ideo subditur. ✱ Si ergo audieritis vocē meam. &c.] Secundum tangitur / cum dicitur. ✱ Respōditq̄ vniuersus populus simul. Cuncta que locutus est dominus / faciemus.] Tertium notatur ibi. ✱ Lauētq̄ vestimēta sua: et sint parati in diem tertiū.] Per vestium lotionē / intelligit sanctam et mūdam conuersationē. Quartum tangitur ibi. ✱ Et ne appropinquetis vxoribus vestris.] Completis aūt quattuor dictis: infunditur spiritussanctus in nobis inuisibiliter: sicut in signo visibili datus fuit aplis. ✱ Et ne appropinquetis. &c.] Lyra. Licet enim act9 matrimonialis sit licitus: tamen habet annexā quandam turpitudinē: quam oportet excusari per bona matrimonij. Habet etiam annexā depressionem mentis / ꝑpter vehementiā delectationis carnis. Unde dicit Grego. Tanto mens a superno amore disiungitur: quāto inferius delectatur. Et ideo ante susceptionē legis per duos dies fuit ꝓhibitus: q2 ad susceptionē legis requirebatur magna munditia: et eleuatio mentis. ☞ Applica ad preparationē recipientis spiritumsanctū. ✱ Mense tertio. &c.] Glo. Orige. Alia littera. Mensis aūt tertij exit9 filioꝝ israel de terra egypti / hac die venerūt in eremum Sina: & profecti sunt ex Raphidim: et venerunt in eremū Sina: et applicuit ibi isrl' cōtra montē: et Moyses ascēdit in montē dei: et vocauit eū dñs de monte / dicens. Hec dices domui Jacob & nū ciabis filijs Israel. &c. Et paulopost. Descende: et contestare populo: et purificabis eos hodie & cras: et lauent vestimēta sua: et sint parati in diem tertiū. Tertia eñ die descendet dñs in montē Sina corā omni populo. Hoc die reperitur dari lex: que i tabulis lapideis scripta est digito dei: sicut sequentia docent. Dies aūt iste tertius apparet tertij mēsis ab exitu filioꝝ israel de egypto. Ex quo die pascha fecerunt. i. agnum imolauerunt: et ederūt: q̄ fuit quartusdecim9 primi mensis vsq̄ ad istum: quo lex datur: dies q̄nquagesimus numerat. Decē et septem. s. primi mensis: reliqui ab ipso quartodecimo. Deinde omnes triginta secūdi mēsis: q̄ fiūt quadragintaseptē: et tertius tertij mensis: q̄ a solēnitate occisi agni q̄nquagesim9 est: ac ꝑ hoc in ista vmbra futuri ꝑm agni imolati diez festū: q2 q̄nquagesimo die lex data est / scripta digito dei: ita ipsa xitate noui testamēti a festiuitate imolati agni Jesu xpi q̄nquaginta dies numerantur: vbi spūsctūs de altissimis datus sit: q̄ est digit9 dei: et hec festiuitas dicitur pentecostes. ☞ Reliqua similia quere ibi in Glo. vsq̄ ad litterā sequentē. ✱ Totus autem mons Sinai fumabat: eo q̄ descendisset dominus sup eū in igne. &c.] Grego. Moraliter. Legem daturus dñs / in igne fumoq̄ descendit: quia humiles per claritatē sue ostensionis illuminat: et superbos per caliginem erroris obscurat. Prius igitur mens ab appetitu glorie temporalis / et ab omni concupiscentia carnali tergenda est: et tunc ad aciem contēplatiōis erigenda. Unde cum lex accipit / populus ad montem appropinquare ꝓhibetur: vt q2 adhuc infirma mente terrena desiderat / sublimia nō presumat. Unde recte dicitur. Si bestia tetigerit montē: cum tem / lapidabitur. Bestia eñ tangit montē: cum mens irrationabilib9 desiderijs subdita: ad contemplationis alta se erigit: sed lapidib9 ꝑcutit: q2 summa nō sustinēs: superni ponderis ictibus necatur. Qui igit culmē perfectionis apprehendere nitūtur: cū contēplationis arcē tenere desiderant: prius se in campo operis per exercitium probent: vt solicite sciant: si nulla iam mala proximis irrogant: si irrogata equanimiter tolerant: si obiectis bonis temporalibus / mens letitia non soluitur: et subtractis / non nimio dolore sauciatur. Ac deinde perpendant / si cum ad se intus redeunt / in eo quod spiritualia rimantur: non secum corporalium rerum vmbras trahunt: vel forte tractas manu discretio=

nis abigunt: si incircumscriptum lumen videre cupientes: cunctas circũscriptionis sue imagines deprimunt: et in eo quod super se attingere appetũt: vincunt qđ sunt. ☞ Reliqua q̃ immediate sequũtur/ quere annot.26. prime p. C ser. Prelatoꝝ. fol.93. col.1. Et inf̃to supiꝰ. ✳ In die enim tertio. ꝛc.] Isid. Quinquagesimo die post pascha/ lex Moysi data est q̃nq̃gesimo die post passionẽ dñi: quaꝫ pascha illud figurabat: datus est spiritus promissus: descendens super aplos: et qui cũ eis erant. cxx. mosaice etatis numero ꝯstituti: ꝛ diuisis linguis credentiũ/ totus euangelica predicatiõe mũdus impletꝰ est. Dicitur illic scripta lex digito dei. et dñs Luc.11.c. de spiritusctõ dicit. In digito dĩ eijcio demonia. Aspicit cunctus populꝰ voces: lampades: montemq; fumigantẽ: tonitrua: fulgura: et clangorẽ buccine perstrepẽtẽ. In vocibꝰ et tonitruis/ blãditie ꝓmissiõis: vel terror in predicatione intelliguntur. In lampadibꝰ claritas miraculorum. In sonitu buccine/ fortis predicatio sanctoꝝ: q̃ omnia in aduẽtu spiritussancti cõpleta sunt: qñ discipuli in varietate linguaꝝ preceptis et signis intonuerũt. Interp̃tatur aũt Sinai rubus: qđ significat ecclesiã: in qua Moysi dñs loq̃tur. Qđ aũt daturus legem dñs/ in igne fumoq; descendit: significat ꝙ fideles sue claritatis ostensiõe illuminat: et infideliũ oculos fumo erroris obscurat. Videtur etiã in caligine: q; impij: qui terrena sapiũt: eum descendentẽ. i. in humilitate nascentem pre caligine malitie nõ cognouerũt: vel q; veritatẽ legis infidelibꝰ per caliginẽ dixit: vt videntes non videant: et audientes non intelligant: vt dicitur Esaie.6.c.

Qumq; sanctificasset eos. ꝛc.] Ly. Hic describitur sacerdotũ reclusio: vt nõ cõmiscerentur hominibus vulgaribꝰ: nec implicarentur negocijs secularibꝰ: donec ipleta esset ꝯsecratio coꝝ: q̃ durabat septẽ diebꝰ. Iõ dr̃. ✳ Septeꝫ eñi diebꝰ finit̃ ꝯsecratio. ꝛc.] Gl. Esi. Mysti. Quinq̃gesima septenario in se multiplicato/ vno adiecto perficit̃. Vñ Lucas ait Actuũ.1.a. Quibus et prebuit seip̃m viuũ post passionẽ suaꝫ in multis argumẽtis: apparẽs eis: et loquẽs de regno dei: ꝛ ꝯuescẽs p̃cepit eis: ab hierosolymis ne discederẽt. ꝛc. Vide quõ ꝯsecrabat vel ꝑficiebat eos: apparens et docens de regno dei: et conuescens. Dicens aũt ab Hierosolymis nõ discedere: non permittit ianuã tabernaculi egredi: non permittit predicare: donec accipiant ꝓmissionẽ sanctispũs q̃nquagesimo die. Quo ipleto/ Petrus mox p̃dicauit. Et addunt̃ fidei/ anime circiter tria milia. Actuũ.2.g. Illi aũt per singula mandatũ custodierunt: et quod sequitur/ cõpleuerunt obseruãtes custodias domini. ꝛc. ¶ Sequitur cap.9. ✳ Facta aũt octaua. ꝛc.] Glosa. B Mystice. Octaua dies post dedicationẽ: significat dieꝫ pentecostes: quo spũssctũs aduenit. Septem vero a dedicatione dies: innuũt septies septẽ dies: q̃ fuerunt a resurrectione vsq; ad pentecosten. s. quadragintanouẽ: addito (quasi octauo) ipso die pentecostes. Pentecoste: que cõtigit die resurrectionis: que gerit figurã futuri: et consumatiõis seculi presentis: qui septem voluitur diebus. Oportebat enim: vt eodem die adueniret spũs: quo resurrexit xp̃s. Tunc ait vocari Aaron et filios eius: et maiores natu. Tunc eñi conuocatũ est eccl'ie spectaculum: in qua est Aaron. i. xp̃s et filij eius: qui alte sunt conuersationis: et ideo sacerdotij ministri et maiores eccl'ie: idest presbyteri: ex his enim corpꝰ eccl'ie ꝯficit̃. ✳ Tolle de armẽto vitulũ. ꝛc.] Accepit Aaron C vitulum in holocaustũ: et arietem: et offert dño. Tunc enim xp̃s sacrificiũ suum notificauit: cũ spiritus adueniens: Parthos: Medos: Elamitas: et omniũ gentiũ primitias ad aploꝝ cenaculum collegit. ¶ Vitulum offert Aaron et arietem: qñ doctores ecclesie: mysteria passionis annunciant: et pro salute humani generis celebrata insinuant. ☞ Quere f̃m aliũ sensum Annotamento.6. prime partis. sermonis Diuinoꝝ officioꝝ. fol.28. col.2.

Mortariola. ꝛc.] Glo. Allego. Mortariola ¶4 Nu.7. aurea duodecim: q̃ꝝ singula denos siclos habẽt: et simul oĩa auri centũ viginti siclos: corda electoꝝ significãt sciẽtiã legis in oĩbꝰ seruare f̃m aplicã doctrinã. Duodecies. n. deni: centũ viginti faciũt: q̃ nũero ꝓmitiua eccl'ia i hierl'z spũm paraclitũ accepit. Act.2. Vñ subdit̃. põdere sanctuarij. Sãctuariũ. n. eccl'ia est: cuiꝰ regulã fidei ꝛ intelligẽtie seq̃ntes: oĩa: q̃ in lege et ꝓphetis scripta sunt: nobis salubria esse credimꝰ. Quicq̃d aũt extra eccl'ie vnitatẽ sentit̃ aut intelligit̃: aut seruatur: anime damnationem parit.

Auferens de spiritu: qui erat in Moyse: et ¶5. Nu.11. A dans septuaginta viris.] Glosa. Origeñ. Non intelligendum est/ quasi materialem et corpoream substantiã in septuaginta portiones secuerit: et vnicuique particulatim dederit. Impium est enim intelligere hoc de natura spiritus sancti. Sed Moyses/ et spiritus: qui erat in eo: quasi clarissimi luminis lucerna fuit: ex q̃ septuaginta deꝰ accendit: ad q̃s principalis luminis splendor aduenit: et origo ipsius nihil damni ex B deriuatione accepit. ✳ Cũq; requieuisset in eis spiritus/ ꝓphetauerunt. ꝛc.] Origeñ. Non legitur requieuisse spũs/ nisi in sanctis. Requiescit enim in his: qui mũdo sunt corde: qui purificãt animas a peccato: sic/ vt non habitet in corpore subdito pctĩs: etiãsi habitauit aliquãdo. Non

Pentecostes.

enim potest pati societatē mali. Certum est aūt in tempore peccati esse i corde cuiusq; spūm malum: ⁊ agere partes suas. Cū datur ei locus ꝑ cogitationes malas et concupiscentias: contristatus (vt ita dicam) fugatur spiritussanct⁹. Unde Ephes.4.g. Nolite cōtristare spūm sanctū: in q̄ signati estis. ⁊c. Peccantes ergo contristam⁹ spiritumsanctū: bene agentes/ requiē ei paramus. Quod ergo ait de septuagita presbyteris: quia spiritus requieuit in eis: laudem vite eoꝝ ⁊ virtutes exposuit Origeñ. Et requieuit in eis/ vel sup eos spūs: et ꝓphetauerunt. ⁊c. Moraliter. Continuo opatur spūs: nec ociū patit̄: vbi operandi materia digna suppeditat. In omnib⁹ ergo: qui ꝓphetauerunt: req̄euit spiritus: sed non sicut in saluatore: ꝓpter qđ de eo dictū est Esaie.11.a. Exibit virga de radice Iesse: et flos de radice eius ascēdet: ⁊ requiescet super eū spirit⁹ dñi: spiritus sapientie ⁊ intellect⁹. ⁊c. Uide enim: q2 super nullum aliū spiritus dñi requieuisse hac septēplici virtute describit̄: per qđ diuini spirit⁹ substātia: q̄ (quia vno nomine nō poterat) diuersis vocabulis explanat̄: requiescere super eū prophetatur. Hinc q̊q; Iohānes ait Ioh.1.c. Qui misit me baptizare in aqua: hic dixit mihi. Super quem videris spiritū descendentē ⁊ manentem super eum/ ipse est. Addidit em̄. Et manentem super eum: vt esset hoc signum in saluatore: quod in alio nō posset ostēdi. De illo em̄ solo dictum est Esa.53.c. Et.1. Petri.2.d. Qui peccatum nō fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Quia enim solus est: qui peccatū nō fecit: ideo

C in illo solo mansit ⁊ permansit spiritus. Constat ergo reliquos omnes fuisse sub peccato: nec congruit/ vt tempore peccati dicamus spiritū mansisse in eis. Ipse enim Moyses: cū iam spiritum accepisset: seipsum peccasse testat̄: cū diceret Numeri.20.b. Audite me increduli: nunq̄d de petra ista ꝓducem⁹ aquam vobis? In his enim dictis nō sanctificauit deum.i. nō confisus est in virtute dei. Cum ergo hec loqueret̄: non de spiritusancto: sed de spiritu peccati loquebat̄. Certū est ergo alios ꝓphetas aliquando habuisse spiritum dei: aliquando nō habuisse. Hinc et Dauid ait p̄s.50.c. Et spiritūsanctū tuū ne auferas a me. In quo ostēdit/ ꝙ potest auferri. In sequētib⁹ vero tanq̄ ablatū repoposcit. Redde mihi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Salomon (3.Reg.3.d.) q̊q; nemo dicit nisi in spiritusancto iudicia iudicasse: vel tēplum domino construxisse: aut rursus in spiritusancto demonibus templa fecisse: aut impijs mulieribus latera flexisse. Propheta quippe etiam Abdo a domino missus est in Bethel: et in spiritu domini verba locut⁹ est.3. Reg.13.a. Nō tū in eodem spiritu preceptū3 dñi preuaricatus est: quo ꝓhibitus erat manducare panē in Bethel: ideo occisus est a leone. Ego autē3 (licet nō vsquequaq; pronunciem) hec puto etiam quedam cōmunia hominū gesta: que q̄uis peccato careant: non tū digna videntur: q̄bus intersit spiritussanctus: vt cōnubia legitima: carent quidem peccato: non tū quādo actus cōiugales geruntur/ spiritussanctus datur: etiamsi ꝓpheta operatur. Alia enim plura sunt: in quibus sola sufficit vis humana: nec res indiget/ nec decet spiritussancti adesse presentiā. ☞ Quere aliqua de hac materia annotamēto.2. C. sexte partis. ser. Dñice.1. post octa. Epipha. fo.57. co.2. ☞

Filij aūt Ruben. ⁊c.] Glo. Origeñ. ☞ Quere anno.52. prime ꝑ. ser. Generalis. fol.253. col.2. Et s̄m aliū sensum quere etiā Annotamento.121. prime partis. sermonis Prelatoꝝ. Fol.100. col.2.

Obserua mensem. ⁊c.] Lyra. Moraliter. ☞ Quere annotamēto.7. prime partis. sermonis Resurrectionis dñi. fol.212. col.3.

Ut suggeret mel de petra: oleumq; de saxo durissimo.] Glo. Grego. Hoc iuxta historiam factum nusq̄ legitur. Sed de petra.i. xp̄o mel suxerūt: qui eius facta.i. miracula viderūt. Oleum vero de firma petra: quia post resurrectionem eius spiritussancti vnctionē3 meruerunt. In firma petra mel dedit: quādo adhuc mortalis miraculoꝝ dulcedinē ostendit. Firma petra/ oleum fudit: q2 post resurrectionē impassibilis/ per afflationē spiritussancti donum sancte vnctionis donauit. Unde Esaie.10.f. Computrescet iugum a facie olei.i. dominatio diaboli per vnctionem spiritussancti. C Mel quidem ad litteram/ omnium rerum copiam significat.

Et spiritus domini ferebatur sup aquas] Glosa. Augustinus. Ne faciendo opera potius per necessitatem indigentie: q̄ per abundantiam beneficētie deus amare putaretur. ⁊c. C Hieronym⁹. In hebreo habet̄. merahephet: idest icubabat vel fouebat/ amore volucris oua calore animantis. Intelligimus ergo nō de spiritu mundi dici (vt putant multi) sed de spiritusancto: qui et ipse est omniū viuificator. Si autem viuificator/ et conditor. Si conditor/ et deus. Psalmo.103.d. Emitte enim (ait) spiritū tuum: et creabuntur. Et spiritus: in quo subsistentes requiesceremus: flatu eius viuificati: et vnda baptismi abluti. Et spiritus. ⁊c. Sicut deus scilicet et conditor preerat fluitāti et confuse materiei: vt distingueret/ quando vellet. Tota ergo trinitas hic operata intelligitur. Deus/ pater scilicet. Principium/ filius. Spirit⁹ dei/ spiritussanctus. ⁊c.

Sermonis Annotamenta. Ex tertia parte biblie.

Ex secūda parte Biblie.

C. ...6. ASscendebāt in mediū cenaculum. &c.] Glo. Bed. Qd aūt omnis latitudo templi centū viginti cubitoꝝ erat: significat ꝙ ꝑmitiua eccl'ia in Hierosolymis post ascensionem dñi hoc numero viroꝝ / gratiam spiritussancti accepit: qꝛ qndecim: que ex septē et octo ꝯstant: solent ad significationē referri vite: que nūc in sabbato geritur aiaꝝ fideliū: ꝛ ꝑficiet in fine seculi resurrectione corpoꝝ imortalium. Quindecim vero in trigonuz ducta. i. cum omnib⁹ suis ꝑtib⁹ annumerata / centū viginti efficiūt. Bene igit centenario numero ꝛ vicenario magna electoꝝ beatitudo in futuro designatur. Apte in hoc tertiū dom⁹ dñi cenaculuz consumat: qꝛ post presentes fideliū labores: post acceptam in futuro requiē animaꝝ: plena toti⁹ ecclesie felicitas in resurrectiōe cōplebit. Ad qd pertinet / ꝙ resurgens a mortuis dñs: et ad celos ascendens: hoc numero viroꝝ spūm sanctum in linguis igneis misit: ꝙ eos: qui diuersis linguis distabant: cognatione linguaꝝ cōmunem fecit habere sermonē. Eccl'ia enī suo tēpore resurgēs: et celos carne incorruptibili ascendens: plene et perfecte dono sancti spūs illustrabit: qn erit decus oia in oīb⁹ ad predicāda magnalia dei: quia consona mente et voce oēs diuine maiestatis gloriā collaudabunt. ☞ Reliqua quere ibi.

C. ... 18. ET ait Helias ad Achab. Ascēde: comede ꝛ bibe: qꝛ sonus multe pluuie est. &c.] Glosa. Isido. Nascente xp̄o dei filio inter homines: et tenetitudinem carnis nostre accipiēte: postꝙ mortem gustauit: et victor de mundo ad celos ascendit: imbrem gratie diuine per septiformem spiritum de supernis ad terram misit: qui nos a peccato mundaret: et spirituales fructus gignere faceret. ✳ Et rursum ait. Reuertere septem vicibus. &c.] Lyra. Ratio figuralis est ad hoc respectu noui testamenti: cuius vetus testamentū figura fuit: ſm quod dicit. 1. Coꝝ. 10. c. Oīa in figura contingebant illis: quia post septē christi mysteria: scilicet conceptiōis: natiuitatis: baptismi: predicationis: passionis: resurrectionis: ascensionis: descendit abundanter pluuia gratie super apostolos in die pentecostes: vt habetur Actuum 2.

...1. RUbenitis. &c.] Gl'. Adam. &c. ☞ Quere annotamēto. 3. secunde partis. sermōis Sanctissime Trinitatis. infra in hoc Tomo.

Ex tertia parte Biblie.



IN omnibus his nō peccauit Job.] Glo. Moraliter. Dolens animus debet se custodire / ne de igne ꝑbatorio murmuret. Quod de virtutibus dictum est: de his: que in ostēsionem virtutis dantur / potest accipi. Dona spirit⁹ sunt / ꝓphetia: lingue: curationes: que et subtrahūtur: ne mens eleuetur. Non enim semper inerat ꝓphetis spiritus ꝓphetie. Unde Heliseus dicit. Celauit domin⁹ a me verbum. Et Amos. Non sum ꝓpheta (qd tunc quidem verum erat) sed humilem me spiritus replet. Et dicit. Et nunc audi verbum domini. Unde Joh. 1. c. Super quem videris spiritū descendentē et manētez: hic est: qui baptizat. In alijs enim venit: sed in solo Christo singulariter permanet. Sed quomodo hoc eius signum est: cum ipe de apostolis dicat: apud vos manebit? Sed in christo semper manet per substantiā ad omnia: in electis per gratiā non ad oīa. Alia enim sunt dona spiritus / sine quibus ad vitam non venitur: vt humilitas: fides. &c. ſm que spiritus semper manet. Alia: quib⁹ vite sanctitas pro alioꝝ vtilitate declarat: vt prophetia: curatio: lingue: ſꝫ que nō semper spiritus manet: sed subtrahit se aliquādo a signoꝝ ostensione: vt humilius habeatur. De illis ergo: que ad vitam: timeamus / ne pereant. De his: que ad ostēsionē: aliqn sine periculo subtractis / consolet se humilitas: dicens. Dominus dedit: qꝛ tunc recte nos habuisse ostendimus: cum sublata equo animo toleramus. ✳ In oibus his nō peccauit Job.] Uñ. 1. Petri. 2. d. Qui petm̄ nō fecit: nec inuēt⁹ est dolus in ore eius. Job testimonium perhibet et oris / et cordis. Corde nō tumuit: non murmurauit: lingua contumax non fuit. C1. Job. 1

EƐce ꝙ bonum. &c.] Glo. Cassi. Et est hic ꝑs atomus. i. sine diuisione de charitate. Ubi cōmendatur charitas proximi: que nullaz admittit alienationē mentis seu diuisionē. Hic ergo vir iustus de cohabitatione fratrū exultās: ait. ✳ Ecce ꝙ bonum.] Augu. Iste versus toto orbe notissim⁹: vt tuba spiritussancti diuisos cōgregauit: monasteria pluria ꝑpit. ¶ Cass. Ecce ꝙ bonum et ꝙ iocundum. Quasi plus ostensione ꝙ lingua explicetur. ✳ Habitare fratres in vnum.] Aug. Hoc de omnibus xp̄ianis: sed ꝓprie conuenit monasterijs: a quibus tm̄ ad ceteros benedictio descendit: vt etiā illis fratrib⁹ de Judea: de qb⁹ dicit Act. 2. Erat illis cor vnū / ꝛ aia vna. ✳ Sicut vnguentū: qd descēdit in barbā.] Aug. Ecce determinatio. i. in aplos ꝛ alios primitiuos sanctos: q primo ꝑ fide certauerūt: ſꝫ vinci nō potuerūt: qꝛ iā caput passū ꝑcesserat. C2. ps. 132.

* Barbam Aaron.] Aug. Sacerdos: q̄ seipm̄ obtulit.i.xp̄s: qui intrauit in sancta sanctoꝝ: q̄ fuit victima et sacerdos: qui cum in mundo nō inueniret mundum: quod offerret: seipsum obtulit: qui cū ecclesia est vnus et totus xp̄s. In capite eius vnguentū: quia in eo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter: cui nō est dat⁹ spiritus ad mensurā. Sed a capite xp̄o ascendente ad celos/venit spiritussanctus in barbam.i. fortes: strennos: alacres: quos barba significat: q̄ est indiciū virilitatis. Primū in ap̄los: in illos: qui primos impetus seculi sustinuerūt: sed vinci non potuerūt. Ab illis descendit etiā in oram vestimēti. Vestis xp̄i/ecclesia sine macula et ruga. Ora vestis/finis: in q̄ vestis p̄ficit. Hi sunt p̄fecti: qui in vnum habitant: qui legem xp̄i implent: que est. Alter alterius onera portate. Gal. 6.a. Vel ora: ad quā descendit vnguentum: nō in lateribus: sed que in capite: tales sunt: q̄ habitant in vnum. Sicut per istas oras intrat caput hominis/vt vestiat se: sic p̄ fraternā concordiaꝫ xp̄s intrat/vt ab ecclesia vestiat̄. Et significātur ijdem: qui et prius per oram vestis: sed iuxta aliam p̄prietateꝫ. Ros de celo/gratia: qua fratres in vnum habitant: nō suis viribus vel meritis.
* In oram.] Cass. Vel per oram: que est finis vestis: intelliguntur sancti: qui erunt in nouissimis temporibus ecclesie.s. tempore antixp̄i. Et est sensus: descendit in orā vestimēti eius.i. vsq; ad extremitates ecclesie in fine mūdi: que est tunica indiuisibilis. Deinde alijs verbis idem notantibus/idem dicit. Sicut et ros.ꝛc. * Ros.] Cassi. Tenuis aqua vnde terra germinat: et significat gratiam: qua peccatores conuertūtur.
* Hermō.] Anathema: accipiūt̄ pctōres. Per Sion/ecclesia. Ros eius..i. Hermon: qui peccatores nutrit in bono. Descendit in Sion: quando conuertūtur ad ecclesiam: que eos recipit. Et est sensus. Ita est illud bonū: sicut ros Hermō.i. gratia nutriens pctōres. Qui descendit in montem Sion.i. quo illi conuertūtur ad ecclesiam.
* Hermon.] Aug. Ad litteram mons est trans Jordanem. Mirum ergo/ q̄ ab eo in Sion ros descendat. Sed Hermon dicitur lumen exaltatum.i. xp̄s prius in cruce: post in celo exaltatus: a quo ros gratie descendit in Sion.i. ecclesiam. Non enim in vno est ecclesia: nisi eius dono et gratia. Idem Sion: quod barba et ora vestimēti: idest ros Hermon: quod supra vnguentū: scꝫ gratia: per quā fit cohabitatio. Qui eīn in vno sine rore charitatis sunt: inquietum iumentū in iunctura: qd̄ non trahit: sed turbat. Hi etiā murmurāt: de quibus dicitur Ecci.33.a. Precordia fatui: rota carri: fenū portat: et semper murmurat. Hi sunt: qui relinquuntur in mola: in agro: in lecto: qui in vnū: solūmodo corpore: ceteri assumūtur: qui in vnū: sunt corde. ☞ Reliqua vide ibi in Lyra et additione: et applica.

Tunc p̄cepit ꝛ dixit mihi creator oīꝫ.] Ly. Sciendū q̄ licꝫ tota Trinitas iustificet homines per gratiam: tn̄ ad faciendū hanc iustificationem non dicitur pater missus: sed tn̄ filius et sp̄ussanctus: quia inuisibilis missio diuine p̄sone duo includit: scꝫ quod p̄sona illa nouo modo inhabitet mentē rationalē per gratiā: ꝛ q̄ ista persona procedat ab alia. Istud secūdum nō cōuenit patri: propter quod nō cōuenit sibi mitti. Unde dicit Aug.2. De Trinitate. Pater nusq̄ legitur missus: sed filio ꝛ sp̄uisancto cōuenit mitti: non solum visibiliter sicut filius apparuit in carne et sp̄ussanctus in columbe specie: sed etiaꝫ inuisibiliter per dona: quibus inhabitant mentem: scꝫ sp̄ussanctus per donū charitatis: et alia que perficiunt voluntateꝫ: filius autem per donum sapientie: et alia q̄ p̄ficiūt intellectum: co q̄ sp̄ussanctus procedit per modum volūtatis: ꝛ filius per modum intellectus.

Super sion.ꝛc.] Lyra. Signum autē euidens glorificationis Xp̄i et stabilitōis in regno celesti fuit missio sp̄ussancti in signo visibili. ſm quod dicit̄ Joh.7.f. Nondū erat sp̄us datus: q2 nondū erat Jesus glorificat⁹. Hec aūt missio in signo visibili/facta fuit ad litteram in monte sion super centū viginti credentiū nomina. ſm q̄ dicit Hiero. In epistola ad Paulinū. et satis habetur Actuū.1.ꝛ.2. Ideo dicit̄. Super sion montē sanctū eius.ꝛc.

Epties tm̄.ꝛc.] Glo.ꝛc. ☞ Quere an.127. quite par. ser. Genera. fo.288.co.4.

Ex quinta parte Biblie.



Unquid potestis filios spōsi: quandiu cum illis est sponsus facere ieiunare?] Glo. Bed. Mor. Quādiu sponsus nobiscū est: ꝛ in leticia sum⁹: nec ieiunare possumus: nec lugere: cum autem p̄pter peccata ille recedit: tunc indicendum est ieiunium: ꝛ recipiend⁹ est luctus. Spōsus xp̄s: sponsa ecclesia. De hoc sancto cōnubio apostoli sunt creati p̄ lauacrū regenerationis. Unde Marcus capi.2. filios nuptiarum eos appellat: qui lugere ꝛ ieiunare nō possunt: q̄diu sponsum in thalamo vident: et sciunt esse cum sponsa: sed quando transierint nuptie et passionis et resurrectionis tempus aduenerit: tunc filij sponsi ieiunabunt: desiderātes iudicis aduentum. * Venient aūt dies: cum ablatus fuerit ab illis spōsus.] Bed. Quasi factum

estis: vt lugentes ieiunent: q2 estis spōsuz occisu
ri. Hic luctus absentie spōsi: non tū post mortem
sponsi: sed z ante incarnationē illius p totū hu=
ius seculi tempus est celebratus: qn̄ desiderabāt
sancti incarnationē. Post ascensionē vero desi=
derant sancti aduentū iudicis. Nec hic luctus
requieuit: nisi quādiu cū discipulis dn̄s in car=
ne conuersat9 est. * Tūc ieiunabūt] De vtroq3
ieiunio/quod est in tribulatiōe: vel gaudio re=
spondet. Cum ablatus erit sponsus tunc erūt in
merore et luctu: donec per spūm sanctū cōsolatio
tribuat: quo dono pcepto ieiuniū quod fit p leti
tiam/iam renouati in vitā spūalē celebrabūt. rc
¶ Interl. Ieiunabūt. Ab amore mūdi/nō soluz
a cibis. * Nemo mittit vinū nouuz in vtres ve
teres.] Beda. Veteribus etiā vtrib9 cōparant:
qui nouo vino: idest spūalibus preceptis facili9
dirumpūtur: quā cōtineāt. Erūt aūt noui vtres:
cum post Ascensionē accepto spū desiderio cōso=
lationis eius orādo z sperādo innouabunt. rc.
B ¶ Lyra. Moraliter. * Nunquid potestis? rc.]
Q.d. non. Propter qd apud probatissimos egy
pti monachos statutū fuit/vt nullus ieiunaret
a paschate vsq3 ad ascēsionē: propter gaudiū re=
surrectiōis Xpi: quo tpe frequēter discipulis ap
paruit: z cum eis comedit: vt dr̄ in collationib9
patrum: collatione prima. Theone abbatis.
☞ Reliqua q̄re in hoc caplo. Et. s. anno. 1.
D. f. quinte par. ser. Ferie. 6. Dn̄ice prime post
oct. Resurrectiōis. fol. 227. co. 3. et. 4. Et anno.
23. quinte par. sermo. Prelatoz. fol. 125. col. 1.
Nondū erat spūs datus: q2 Jesus nonduz
erat glorificat9] Etsi prophete acceperunt
eūdē spūm: et Johānes et alij ante resurrectionē
Xpi: tū erat alius modus donatiōis futurus/ap
tior et plenior. Post resurrectionē enim qn̄ pmū
apparuit apostolis: insufflauit in faciē eoz: qui
flatu primo homini aiam indidit/et de limo ere
xit. Significās q se esse eundē: insufflauit spūm
apostolis/vt de luto exurgerēt. Deinde post ascē
sionem plenius spūm misit in igneis linguis: vt
omnes gentes docerēt. Sicut illi tunc omnibus
linguis: sic nunc vnitas ecclesie loquit omnib9
linguis: a qua vnitate precissus nō habet spūz.
Postq̄ aūt baptizant spūsancto: et effundit gr̄a
spūsscti in eis: tūc libere loquūt ad pncipes iude
orū. Oportet magis obedire deo q̄ hoib9. Act. 5.
Mortuos suscitāt: inter flagella letant: sangui=
nem fundūt: z alijs supplicijs coronātur. Non=
dū ergo erat spūs in apostolis: nec de vētre eorū
fluebāt gr̄e spūales: q2 nōdū fuerat dn̄s glificat9
Quesit autem talis gloria ipse in sequentibus.
☞ Sez infra Joh. 17. a. vel annot. 1. quinte.
par. ser. Ferie. 4. vigilie Ascen̄. dn̄i. vt. s. fo. 236
col. 4.) aperit dicens. Pater clarifica me clarita
te q̄ habui apud te/anteq̄ mūd9 fieret. Xp̄s nisi
resuscitatus/vt sua resurrectiōe nostrā ostendēs
et vitā q̄ amemus/spūm dare noluit: vt in resur
rectiōe nr̄a flagret charitas: z spreta vita: q̄ non
est vera: z omnib9 caducis: que sunt: eius chari
tate migremus ad verā vitam. Si ergo credim9
in eum: qui resurrexit a mortuis: et nobis datur
spūs a nouo homine/vt noui sim9. ☞ Ante=
cedentia quere anno. 1. q̄nte par. ser. Ferie scd̄e.
Dn̄ice passionis incipien̄. * Miserunt princi=
pes. rc.] Fol. 156. col. 1. Et sequentia annot. 1.
quinte par. ser. Ferie quinte Dn̄ice passionis.
incipien̄. * Cum audissent. rc.] Fol. 159. co. 2.
Cū quibus annotamētis hoc anno. cōiungit.
Si q̄s diligit me: sermonē meuz seruabit.] ¶ 3 Joh. 14 A
Lyra. Superi9 promisit Xp̄s apostolis spi
ritūsanctū et suū reditū. ☞ Prout inuenies
annot. 1. quinte par. ser. vigilie hui9 ser. Pente
costes. icipienti. * Si diligitis me. rc.] Folio.
244. Cōsequēter primo (ante litteram euange
lij hodierni z partim in eo) remouet cuiusdā di=
scipuli dubitationē/cum dicit. * Dicit ei Ju=
das nō ille Scariotis.] Quia enim Judas fra
ter Jacobi audiēs a Xp̄o q manifestaret se apo
stolis et nō mundo: admiratus est de hoc q eos
toti mundo preferebat: q2 vere humilibus ad=
mirabile est audire de se magna: ideo quesiuit.
* Dn̄e quid factū est: q2 manifestaturus es no=
bis teipsum/et non mundo? Respōdit Jesus.]
Reddēs causam huius. Scilicz prerogatiuā di
lectionis et obedientie ad Xp̄m/que erat in apo
stolis: non sic aūt in alijs. * Et dixit ei.] ¶ Se=
quitur littera euangelij hodierni. * Si quis di
ligit me: sermonē meū seruabit] Q2 obediētia i
opere procedit ex amore existente in corde. * Et
pater meus diliget eū.] Per hoc ostendit se vnū
esse cum patre in essentia. * Et ad eum venie=
mus: et mansionē apud eum faciem9.] Et sic pa
tet q plus eis promittit q̄ ante fecerat: q2 ante p
miserat suam visitationē corporalē: hic autē cū
hoc promittit visitationē spūalem: nō trāsitoriā:
sicut in illis: qui ad vomitū reuertūtur: sed per=
manentē per gratiam confirmatiōis in presenti:
z postea perfecte glorificatiōis: talis eniz gratia
fuit data apostolis. * Qui non diligit me/ser= B
mones meos non seruat.] Tales sunt mūdani
homines: z ideo nō sunt digni habere tale bene=
ficium: sicut vos qui estis mei discipuli veri. Et
q2 dixerat sermonē meum seruabit/et pater me9
diliget eum: videretur forte alicui q non dixisset
conuenieter: sed magis debuisset dicere et ego di
ligam eum: z ideo huic tacite questioni respon=
dens dicit. * Et sermonē quem audistis: nō est
meus: sed eius: q misit me patris.] Sciendū est
q lingua xpi non mouebatur ad loquēdum ex

conceptione anime: nisi fm q anima mouebatur a diuinitate: et ideo verba Christi erant magis ipsius patris: qui est vnũ cum filio in deitate: q̃ humanitatis: que illa proferebat: propter quod et pater diligit obseruatores illoꝝ verborũ. Consequenter secundo ostendit vtilitatẽ vtriusq ꝓmissi. s. missionẽ spiritussancti/ et sui reditus. Et diuiditur in duas partes: qr primo ostendit vtilitatem primi. Secundo secundi: ibi. Pacem re

L linquo vobis. Dicit ergo primo sic. ✱ Hec locutus sum vobis apud vos manẽs.] In presentia corporali apparens. ✱ Paraclitus autem spiritussanctus: quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia.] Idest faciet vos intelligere omnia: que dico vobis. Apostoli autem adhuc erãt rudes: et in timore positi ex auditu passionis christi: ideo ad verba christi male attendebant: et per ꝯsequens non capiebãt ea ad plenuz: propter quod dicit gratiaz spiritussancti postea supplere istum defectũ. ✱ Et suggeret vobis oĩa quecunq dixero vobis.] Idest ad memoriã vobis reducet. Hoc dicit: quia multa de illis: que Christus docebat: obliti sunt apl'i/ timore passionis concussi. Consequenter ostendit reditus sui vtilitatem: que est consecutio vere pacis: et hoc

D est quod dicit. ✱ Pacem relinquo vobis: pacez meam do vobis.] Post resurrectionẽ enim suã eis apparens/ dixit. Pax vobis: quia per ei' visitationem et instructionem in diebus illis quadraginta: corda eorum sunt pacificata a turbatione precedentis passionis: et bene dicit. Pacẽ meam do vobis: ad distinguendum pacem sanctoꝝ a pace mundi: que magis apparens est: et ficta: q̃ vera. Ad cuius intellectũ sciendum q pax est trãqllitas ordinis fm Aug. In hoĩe aũt triplex debet esse ordo: ad seipsum/ et ad ꝓximũ: et ad deũ/ ideo ad pacez sanctoꝝ primo requirit tranqllitas in seipso: et hoc quantũ ad tria: que in ipso homine debent ordinari. Primo quoad intellectũ: ne errore obscuretur. Secũdo quoad volũtatẽ: vt in deũ libere dirigatur. Tertio q̃ad appetitũ sensitiuũ/ vt nõ inordinatis passionib' moueatur. Propter quod Aug. diffiniẽs pacem libro de verbis dñi dicit. Pax est serenitas mentis: quoad primũ. Tranqllitas animi/ quoad tertiuz. Simplicitas cordis: q̃ad secundũ. Per cor enim: quod mouet alia membra: itelligitur volũtas: que mouet alias potẽtias: quoad agẽdum. Secũdo ad pacem sanctoꝝ requirit ordo ad proximũ: per consortiuz charitatis ordinãtis bonum proximi ad deum. Tertio requirit ordo ad deũ per amoris indissolubilis vinculũ. Pax autem mundi ordinatur ad quietam fruitionez bonorũ temporaliũ: quam frequenter concõmitatur multiplicatio peccatorũ. Secundũ illud

Deutero. 32. c. Incrassatus est dilectus et recalci
trauit. Et Ezech. 16. f. Hec fuit iniquitas. Sodo
me sororis tue superbia: saturitas panis: et abũ=
dantia: et ocium: ideo de hac pace subdit. ✱ Nõ
quomodo mund' dat: ego do vobis.] Idest nõ E
talem pacem: vt patet ex dictis. Supra cõsolat'
est Christus apostolos de morte sua rationibus
sumptis ex parte ipsorum. Consequẽter consola
tur eos duabus ratiõibus sumptis ex parte ipsi
us Christi. Et diuiditur in duas ratiões: quas
ponit. Secunda ibi. Iam nõ multa. Prima ra
tio propter quã debebãt de morte Christi conso=
lationẽ habere/ est: quia q̃uis esset dura et igno
miniosa: tamen erat ordinata ad exaltationem
Christi: et hoc est quod dicitur. ✱ Non turbe=
tur cor vestrum.] Q.d. non debetis turbari de
morte mea. ✱ Neq formidet.] Hoc addit eos
assecurando: quia timebant mori cũ eo. ✱ Au=
distis qr ego dixi vobis: vado et venio ad vos.]
Q.d. non sic recedo a vobis per mortem: quin
adhuc vobis appaream post meam resurrectio
nem. ✱ Si diligeretis me: gauderetis vtiq: qa
vado ad patrem.] Ibi accipitur si/ pro quia: et
est sensus ac si diceret: quia diligitis me: per con
sequens debetis gaudere: quia per mortem va=
do ad patrem me exaltantem et clarificantem.
Qualiter autem Christus clarificatus est et ex=
altatus propter eius humiliationẽ in cruce: ✱ Q
quenter dictum est: ideo hic non dicitur. ✱ Q
pater maior me est.] Non secundum deitatem:
in qua filius est equalis patri: sed secundum hu
manitatem: in qua filius est minor patre: et in
qua conuenit ei mori et exaltari. Hoc autem nõ
potest esse i natura diuina: que immortalis est:
et magnitudine infinita: sed natura humana i
eo poterat mori et exaltari. Et ex hoc patet falsi=
tas Arrij: qui ex hoc loco arguebat filium in di
uinis a patre distingui in essentia: quia non loq
tur de filio fm diuinam naturam: sed fm huma
nam tantum. ✱ Et nunc dixi vobis priusquam
fiat: vt cum factum fuerit/ credatis.] Scilicet q
non tantum sum homo: qui mori potest et exal
tari: sed etiam deus: qui certitudinaliter predi=
co futura contingentia: quod est proprium ipsi
us dei: secundum quod dicitur Esaie. 42. f. An
nunciate nobis: que ventura sunt in futurum: et
sciemus quia dij estis vos. Hoc addit Christ'
qr imediate locutus fuerat de sua humanitate.
Mod'. n. hui' euãgeliste est: cũ refert aliqd ptĩ=
nens ad xp̃i humanitatẽ: in q̃ est minor patre:
adiungere aliquid pertinens ad deitatẽ: in qua
est equalis patri: qr credere vtrunq est de neces
sitate salutis. Consequenter ponitur secũda ra=
tio: propter quã apostoli debebãt ꝯsolari de mor
te xp̃i scz: qr illa mors nõ erat culpabilis: sed ma

f gis virtuosa: et hoc est qđ dicit. * Jam nō mul ta loquar vobiscū.] Idest in hoc mortali corpo re existens: q2 tempus sue captionis erat propin quum. * Uenit enim princeps mūdi huius.] Idest diabolus: qui est princeps hominū mun danorum: non per creationē: sed per seductionē. Uenit autem ad Christum ipsum tentando in deserto: et principes iudeorū contra ipsum inci= tando. * Et in me nō habet quicq̄.] Idest nul lum peccatum: et per consequens nullam mortis causam: quia mors intrauit in mundum p pec catum: vt dicitur ad Roma. 5. d. Et quia posset queri: ex quo in te nō est causa mortis/ quare er gō morieris? Ideo huic tacite questioni respon= det/ dicens * Sed vt cognoscat mundus: quia diligo patrem.] Idest ad hoc sustineo mortem: vt oēs cognoscant q2 hoc ꝓcedit ex dilectione: quam habeo ad patrem: quia deus pater Chri sto homini inspirauit voluntatē patiendi pro sa lute mūdi ex maxima charitate: qua diligit ho minem. * Et sicut mandatū dedit mihi pater: sic facio.] Idest ex obedientia ad patrem liben= ter subeo mortem.

6 Moral. * Ad eum veniemus: et mansionē apud eum faciemus.] Moraliter. Gregorius. In quorū dam enim corda venit: et mansionem non facit: quia per compunctionē quidem respectum dei percipiunt: sed tentationis tempore hoc ipsum: q̄ compuncti fuerant: obliuiscūtur: sicq3 ad per petranda peccata redeunt: ac si ea minime plan xissent. Qui ergo vere deum diligit: in eius cor dominus venit: et mansionē facit: quia sic eum diuinitatis amor penetrat: vt ab hoc amore tem pore tentationis non recedat. * Paraclitus au tem spiritus. ꝛc. ille vos docebit omnia] Grego. Nisi autem idem spiritus cordi adsit audiētis: ociosus est sermo doctoris. Nemo enim docenti bonum attribuat: qđ ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit q̄ doceat: doctoris lingua exte rius in vanū laborat. * Et suggeret vobis oīa] Excitādo ad opera bona. * Non turbetur cor vestrum. ꝛc.] Scilicet de meo recessu per mortē: cum sit via ad meam glorificationē: et spiritus= sancti missionē: et in hoc docemur non turbari de nostris amicis decedentibus in confessione fi dei: nam hec est via ad eorum glorificationē: et nostram subuentionem: quia presentes cum deo multo plus iuuare nos possunt/ q̄3 viuentes in mundo.

h Glosa. * Ad eum veniemus.] Glosa. Uenit deus ad hominem: dum homo venit ad deū. Uenit ho= mo credendo: obediendo: intuendo: capiendo: deus venit subueniēdo: illuminando: implen do. * Et mansionē. ꝛc.] Charitas facit habita tem domo: in qua pater et filius facit māsionē3,

vnde: et dabit manifestationē: de qua ille quesie rat. * Hec locut9 sū3 vobis apud vos manēs.] Hec de mansione in dilectoribus suis: in quo si gnificatur ecclesia futura spiritualis: in qua be ati: a quibus nō recedit. * Apud vos manēs] Hec ecclesia presens corporalis: in qua visitat li berando: et redit. * Paraclitus] Consolari: cū sit opus trinitatis: ad personā3 tamen maxime spiritussancti pertinet: quia in scriptura nomi= ne bonitatis/ spiritussanctus designat̄ per boni tatem: ergo deus nos consolat̄: per eā omnia bo na sua nobis tribuit. Unde cum ipse filius do= ctrina sit patris: de spiritu dicit. * Ille docebit vos omnia] Quia etsi filius doceat nos: ꝛ reue let patrem: hoc totū facit per suam bonitatem. ¶ Docebit que dixero: non q3 dicat filius/ et spi rit9 doceat: quia qđ dicit ꝛ docet: ꝛ ipsa trinitas dicit et docet. Sed q2 trinitas est: oportet singu= las personas insinuari: quas nos disticte audi= re: inseparabiliter intelligere debemus. Cū ergo dicimus/ pater et filius et spiritussanct9: nō eos simul dicim9: cū nō possint esse nō simul. * Pa I cem relinquo vobis.] Iturus ad patrē. Pacem relinquo vobis. Et repetens de eodem. Pacem meam do vobis. Et hoc est qđ Esaias dicit. 27. capi. Pacem super pacem. Pax est in hoc secu= lo: in qua manētes hostem vincimus: inuicem diligimus: et de occultis inuicē non iudicam9. Pax erit in futuro: cum sine hoste regnabim9: vbi alter ab altero non poterit dissentire: vbi oīa aperta: et laus vniuscuiusq3. In illo aūt et ab illo est vtraq3 pax. Ipse enim est pax nostra: et eum cre dimus quia est: et eū videbimus sicuti est. Uñ q3 dicit/ meā: a posteriori: etiam ad prius subau diendum est. Uel pax in hoc seculo est nostra: q̄ est aliqua: et nō plena: et ab illo in futuro sua est pax: vbi nihil repugnat: qualiter ipse habet. * Non turbet̄. ꝛc.] Q2 in pace vos relinquo: non turbetur cor vestrum de eo/ q3 dixi: vado: quasi pastoris absentia lupus inuadet: q2 sicuti homo vado: vt de9 presens sum * Si diligeretis. ꝛc.] Aug. Hoc erat ire ad eum: et recedere a nobis: mutare atq3 immortale facere: qđ suscepit ex no bis mortale: et leuare in celum: per qđ fuit in ter ra ꝓ nobis. Nature ergo humane gratulandū3 est: eo q3 sic est assumpta a v̄bo: vt imortalis ꝯsti tueretur in celo: atq3 ita fieret terra sublimis: vt incorruptibilis puluis sederet ad dexterā patris * Gauderetis. ꝛc.] Quia humane nature cō= gratulandum est: que leuat̄ ad dexterā patris. in quo idem sibi sperant ceteri. * Credatis. ꝛc] Non q3 factū videritis: quia nō est laus vel me= ritum fidei: immo nec fides est de eo: quod vide tur: sed de eo: quod nō videt̄. Sed credatis me filium dei: nō noua fide: quia etiā prius credide

rant:sed aucta fide et refecta:quia et modo cum
hec diceret/parua erat:ꝛ cum moreretur/nulla.
* Et in me nō habet quicꝙ.] Noluit dominꝰ
habere quod perderet:pauper venit:ne haberet
diabolus quod auferret.

R Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis sanctissime Trinitatis.infra. ¶ vel ser.
Pentecostes.fol.244.sub the. * Si quis dili=
git me.ꝛc.] vt.s̄.A. ¶ vel ser. Incarn̄.fol.2.sub
the * Sermonē quem audistis.ꝛc.] B. ¶ Vel
ser.Aploꝝ.fol.82. ¶ vel Prel'.fol.90.sub them̄.
* Paraclitus aūt spiritus.ꝛc.] C.E. ¶ vel ser.
Pacis.fol.177.sub the. * Pacē meam do vo=
bis.] D. ¶ vel ser. Passionis.fol.35.sub the. *
Non turbetur cor vestrum.ꝛc.] E. ¶ vel ser. Do
minice.1.Quadragesi.fol.83.sub the. * Venit
enim princeps.ꝛc.] F. ¶ vel ser. Funeꝝ.fol.305
sub the. * Non turbetur cor vestrū.ꝛc.] G. ¶ vl'
ser. Relig.fol.136.Et maxime annota.4.secun
de partis.eiusdem ser.fol.147.col.1.sub them̄.
* Ad eum veniemus.ꝛc.] H. ¶ vel ser. Eccl'ie.
fol.64. ¶ vel sermo. Sacramēti.fol.14.sub the.
* Hec locutus sum vobis.ꝛc.] H. ¶ vel ser. Fi
dei.fol.59.sub the. * Vt cum factū fuerit/ cre=
datis.] I.

¶ 4 Joh.16. Si enim non abiero: paraclitus nō veniet
ad vos.ꝛc.] Lyra. ☞ Quere annota=
mento.1.A.E.quinte partis.ser. Dominice.3.
post octauas Pasche.fol.231.col.2.et.4.) Oc=
casione huius dicti queritur. Vtrum plenitudo
spiritussancti debuit dari immediate post ascen
sionem xpi? Et arguitur primo ꝙ non: immo de
buit dari ante: qꝛ plenitudo gratie debuit dari i
tēporis plenitudine:sed plenitudo tēporis ince=
pit a natiuitate xpi/ scḋm quod dicit Apostolꝰ ad
Gala.4.a. At vbi venit plenitudo tēporis misit
deus filium suum factū ex muliere: factū sub le=
ge.ꝛc. Itē arguit/ ꝙ adhuc plenitudo grē nō sit
data: qꝛ sicut filius est a patre: sic spiritussanctus
ab vtroꝗ. Status autem veteris testamenti cor
respondet patri: in quo intēdebāt patres genera
tioni. Similiter status noue legis correspōdet fi
lio: in quo clerici intēdentes sapiētie filio appro
priate/ habebāt populū regere. Ergo videtur ꝙ
futurus sit alius status/ spirituisancto correspō
dens. In tēpore aūt spirituisancto correspōden=
te debet plenitudo gratie dari. ergo.ꝛc. Contra
vtrūꝗ predictorum arguitur per illud quod di
cit saluator discipulis suis in littera: Si nō abie
ro/ paraclitus non veniet ad vos. Ex quo patet
ꝙ ante ascensionem Christi non fuit data pleni
tudo spiritussancti. Sequitur. Si autem abie=
ro/ mittam eum ad vos. Ex quo patet ꝙ spiri=
tussanctus cito post Christi ascensionem fuit da
tus. Responsio. Circa hanc questionem errauē

runt Manichei occasione verborum xpi: secun
dum quod dicit Augusti. in libro contra Fau=
stum. Christus enim in hoc capitulo loquēs de
aduētu spiritussancti/ dixit apostolis. Cum au
tem venerit ille spiritꝰ veritatis/ docebit vos om
nem veritatem. Apostoli autem omnem verita
tem non cognouerunt: secundū quod dicit Apo
stolus.1.ad Coꝝ.13.c. Ex parte cognoscimus et
ex parte prophetamus. Ideo dixerunt ꝙ ꝓmis=
sio spiritussancti non fuit impleta in apostolis:
sed in ipso Manicheo: qui fuit posterior ipsis: et
secundum eos cognouit plenitudinem verita=
tis. Propter quod Manichei non recipiunt li=
brum Actus apostolorum: quia ibi expresse po
nitur missio plenitudinis spiritussancti sup apo
stolos: vt patet Actuum secundo. Sed dictum
istorum Manicheorum manifeste patet falsum:
quia Manicheus: quem dicunt omnem verita
tem cognouisse/ non solummodo multa falsa:
sed etiam absurdissima dixit: vt patet intuēti eiꝰ
errorem: ꝛ erroris reprobationem a doctoribus
nostris.2.Sententiarum: et tertio: et in pluribꝰ
alijs locis: quod omitto prosequi ratione proli=
xitatis vitāde: et quia heresis Manichei et eiꝰ
reprobatio sunt satis note. Propter quod dicen
dum ꝙ plenitudo spiritussancti: secūdum quod
Christus ꝓmiserat: fuit completa in apostolis:
qui fuerunt ipsi Christo propinquissimi: in quo
habitat omnis plenitudo diuinitatis. Verūta=
men non fuit data ista plenitudo apostolis ante
ascensionē Christi. Cuius ratio est: quia ad hoc
datur spiritussanctus hominibus: vt corda eo=
rum trahantur sursum per appetitum celestium.
Appetitus autem hominis non tendit efficaci=
ter ad aliquid: nisi illud apprehendatur possi=
bile: ꝛ ideo possibilitas perueniendi ad celestia
debuit prius hominibus declarari/ ꝙ daretur
plenitudo spiritussancti. Illa autem possibili=
tas fuit declarata in Christi ascensiōe: secundū
quod dicit Michee.2.d. Ascendit ante eos pan
dens iter. Et ideo plenitudo spiritussancti nō de
buit dari ante ascensionem xpi: propter quod di
citur Johā.7.f. Nondum erat spiritussctūs da
tus: quia nōdum fuerat Jesus glorificatus. Se
cunda ratio est ad hoc. Quia spiritussanctꝰ est
amor spiritualis: ꝛ ideo apostoli prius debuerūt
disponi per aliquem spiritualem amorē ad chri
stum anteꝗ reciperēt plenitudinem spūssancti.
Talis autem dispositio facta est subtracto amo
re carnali ad Christum: qui causabatur ex pre=
sentia corporali ipsius Christi cum apostolis: ꝗ
quidem presentia subtracta est in eius ascensio=
ne: ideo.ꝛc. Tertia ratio est ad hoc: quia Chri=
stus non dat spiritum sanctum inquantum ho=
mo: sed inquantum deus. Et ideo prius debuit

declarari eius diuinitas per ascensionem ad patris equalitatem/ ꝗ̃ daret spiritussancti plenitudinem. Item non debuit retardari talis plenitudo per magnum tempus: quia sicut iam dictuȝ est/ decens erat vt illi: qui erant primi fundatores ecclesie post xp̄m: post ipsum in maiori plenitudine haberent spiritum sanctum: quibus statim iminebat tēpus predicandi veritatē euangelij per orbem vniuersum. Tamen de plenitudine potestatis diuine potest dari plenitudo spiritussancti indifferēter in quolibet tempore. Ad primum dicendum/ ꝙ plenitudo gratie incepit a Christi conceptione: quia eius anima extunc plenitudine gratie fuit repleta. Uerūtamen illa plenitudo non erat extunc ad alios deriuanda. Sed post ascensionem ⁊ glorificationem xp̄i: vt patet per predicta. Non enim oportet ꝙ a principio plenitudinis temporis detur omnis plenitudo gratie: sed secundum ordinatum processum dispositionis diuine. Ad secundum dicendū/ ꝙ lex noua successit veteri: sicut perfectum imperfecto: sed non est alius status expectandus perfectior statu noue legis: cū noua lex vltimā perfectionem possibilem in via contineat. Et ideo nō est expectanda aliā lex vel ali⁹ status magis correspondens spirituisancto: ꝗ̃ status noue legis: potissime: quia lex noua est amoris: amor auteȝ appropriatur spirituisancto sicut ⁊ filio. Propt̄ quod dicit Apostolus Roma. 8. a. Lex spiritus vite in xp̄o Jesu. Et eodem modo lex vetus non correspōdet patri solum: sed etiā filio/ inquantū fuit ibidem prenunciatus ⁊ p̄figurat⁹. Propter qđ dicit saluator Johā. 5. g. Si crederetis Moysi/ crederetis forsitā ⁊ mihi: de me eni ille scripsit. Illud autem quod adducebant Manichei pro se: Cum venerit ille spūs veritatis/ docebit vos oēm veritatem: solutū est exponendo litteraȝ: q̄ cognouerunt omnē veritatē eoꝝ statui decentē. Qđ autem dicit Apostolus. 1. Cor. 13. c. Ex p̄te cognoscimus. loquitur de cognitione vie respectu cognitionis patrie. Et ideo nō valet: q̄ apostoli cognouerunt ea: que decuit eos scire ꝓ statu vie: vt dictum est.

¶ In capitu. 16. vbi dicitur in postilla. Sed dictum istoꝝ Manicheoꝝ patet falsum.

¶ Additio. 3. Non solum Manicheus incidit in istum errorem: vt dicit Augu. sed fortius ⁊ periculosius Machmetus: qui similiter fundauit errorē suū in his verbis xp̄i ⁊ in alijs: in q̄bus ꝓmittit se missuruȝ aliū paraclitū: vt Joh. 14. b. Ego rogabo patrem meū: ⁊ aliū paraclitū dabit vobis. Unde ⁊ ipse vocat se missum a deo: vt p̄ȝ in suo Alchorano: in q̄ falsiora ⁊ magis absurda cōtinent̄: vt p̄ȝ eundē librū legenti: ꝓut postillator etiā tangit infra sequenti capi.

ET calefaciebat se. ⁊c.] Glo. Beda. ☞ Quere annota. 1. p̄. quinte p. ser. Ferie. 3. Dñice Ramoꝝ. fol. 189. col. 2. ¶ 5. mar. 14

SIcut columbā. ⁊c.] Glo. ☞ Quere annota. 2. G. quinte ptis. ser. Epiphanie: in vltimis trib⁹ diebus. Fol. 51. Col. 3. ¶ 6. Matt. 3.

Ex sexta parte Biblie.

DEscitis. ⁊c] Lyra. ☞ Quere annota. 11. sexte ptis. ser. Ecclesie. Fol. 71. Col. 4. Sequitur immediate. ¶ Aug. Sed diceret aliquis: anteq̄ȝ faceret deus celum ⁊ terrā: anteq̄ȝ faceret sanctos: vbi habitabat? In se habitat de⁹: apud se habitat: ⁊ apud se est. Non ergo sic sunt sancti domus dei/ vt ipsa subtracta cadat deus: immo sic habitat deus in sanctis: vt si ipse decesserit: cadant. Preterea sciendum ꝙ non nisi stultissime dici potest spiritū nō habere locuȝ in nostro corpore: quod totum anima nostra impleuerit. Stultius etiam dicit̄ angustijs alicubi impediri trinitatem: vt pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus alicubi simul esse nō possint. Uerū illud multo mirabilius/ ꝙ cum deus vbiq̄ȝ sit totus: non tñ in oibus habitat. Quis porro audeat opinari/ nisi inseparabilitateȝ trinitatis penitus ignoret: ꝙ in aliquo possit habitare pater aut filius: in quo non habitet spiritussanctus? Aut in aliquo spiritussanctus: in quo nō pater aut filius? Fatendū est igitur vbiq̄ȝ esse deum per diuinitatis presentiā: sed nō vbiq̄ȝ per inhabitationis gratiaȝ. Propter hanc enim inhabitationem: vbi gratia dilectionis ei⁹ agnoscitur: non dicimus. Pater noster: qui es vbiq̄ȝ: cum ⁊ hoc verum sit: sed. Qui es in celis. Matthei. 6. b. Illud quoq̄ȝ mirabile est/ ꝙ de⁹ est inhabitator quorundam nondum cognoscentiuȝ deum: ⁊ non quorundam se cognoscentium. Illi enim ad templum dei non pertinēt: qui cognoscentes deum: non sicut deum glorificant. Ad tēplum autem dei pertinēt paruuli sanctificati sacramēto Christi ⁊ regenerati spiritusancto: qui nondum possunt cognoscere deū. Igitur quem nō poterūt illi nosse nec habere: isti poterūt habere anteq̄ȝ nosse. Beatissimi aūt sunt illi: q̄b⁹ hoc est deum habere/ quod nosse. ¶ 1. 1 cor. 3. A B

UNicuiq̄ȝ datur manifestatio spirit⁹.] Interli. Idest gratia: per quam patet ꝙ in eo est spiritus. ¶ Lyra. Idest gratia gratis data: p̄ quam spiritussanctus manifestatur: datur. * Ad vtilitatem:] Scilicet ecclesie. * Alij quidē datur per spiritum sermo sapientie. Alij autem sermo scientie. ⁊c.] Usq̄ȝ. * Hec autem omnia ¶ 2. 1. cor. 12

operatur vnus atq3 idem spiritus.] Per hoc tol
litur error gentilium: qui diuersas gratias attri
buebant diuersis dijs: vt sapientiã Joui: locutio
nem Mercurio: et sic de alijs. * Diuidens sin=
gulis.] Per hoc tollit̃ eorũ error: q̃ dixerunt deũ
cognitionẽ habere rerum in vniuersali tm̃: 7 nõ
singulariũ. * Prout vult.] Per hoc tollitur er
ror attribuentiũ diuersitatez donorũ fato vel cõ=
stellationibus: vel humano merito: et non diui=
ne voluntati: sicut cause prime. 7c. ¶ Glosa. Hec
omnia. Uide q̃ Apl's dicit hic spiritũsanctũ da
re dona. Alibi vero dicit. Quia datus est. Chri
stus etiã ait. Accipite spiritũsanctũ. Uñ cũ do
num dei audiunt dici spiritũsanctũ: illud gen⁹
locutionis agnoscant: qd̃ dicit Apl's. In expo=
liatione corporis carnis nihil aliud est/ q̃3 ipsa
caro. Ita donũ spiritussancti nihil aliud est/ q̃3
spiritussanct⁹. ¶ Aug. Intantũ ergo donum dei
est: inquantũ datur eis: quibus datur. Apud se
aũt deus est: etsi nemini detur. Cum em̃ datur/
sua voluntate datur: et ipse idem omnia opera=
tur: diuidens singulis ꝓut vult. * Unus atq3
idem spirit⁹.] Aug. Quod supra dixit tres ope
rari: hic spiritũ. quia enim vnius nature: quod
vnus operatur/ et tres operãtur. Unus et idem:
ne tot putentur/ quot opera. Non q̃ sine patre 7
filio/ spũs operetur. Inseparabilis est enim ope
ratio trinitatis. * Diuidens singulis.] Unde
nec huic dolendum: nec illi superbiendũ. * Ut
vult.] Qui solus nouit/ quid cõueniat: et gra=
tis: non ad meritũ hominũ. * Ita et Christ⁹.]
Caput et corpus dicitur xp̃s: ꝓpter ineffabilem
vnitatẽ capitis et membrorũ. Unus spirit⁹ faci
et omnia in membris xp̃i corporis: sicut vna ani
ma videt in oculo: audit in aure: 7 i ceteris omi
bus omnia facit. 7c.

¶3 Heb. 8 Hoc est testamentũ: qd̃ disponã domui isrl̃
post dies illos (dicit dñs.)] Ly. Idest post
cursuz veteris testa. Sicut perfectũ est posteri⁹ tẽ
pore: q̃3 ipsum imperfectuz: et sicut magister dat̃
per pedagogũ. Lex enim pedagogus noster fu=
it in xp̃o: vt dicit̃ Gal'. 3. d. * Dando leges me=
as in mentes eorum.] Fidem inspirãdo. * Et
in corda eorum superscribam eas.] Per chari=
tatem formando: qui modus docendi est ꝓpri⁹
ipsius dei. s. interi⁹ illuminãdo: et sic data est lex
noua apl'is: qñ xp̃s aperuit eis sensum: vt intel=
ligerent scripturas: et qñ misit eis spiritũsanctũ.
Homo aũt potest aliũ docere/ formãdo exterius
signa sensibilia: vt voces/ et ꝯsimilia: et hoc mo=
do data est lex vetus: vt habet̃ Exo. 20. c. Cun=
ctus aũt populus videbat voces et lãpades. 7c.
Dicit aũt/ leges meas: in plurali: quia licet lex
noua sit vna: tamen ibi sunt plura precepta et cõ
similia a spiritusancto inspirata. Ad euidentiã

maiorem huius: quod dictũ est: querit̃. Utrum
lex noua debuit dari a Christo in scriptis: Et ar
guitur primo q̃ sic: quia scriptura deseruit me=
morie in futurum. Sed lex christi erat duratura
vsq3 in finẽ mundi: ꝟm illud Luce. 21. f. Celum
et terra transibunt: verba aũt mea nõ transibũt.
Ergo videtur/ q̃ xp̃s debuit doctrinã suam scri=
bere. Item lex vetus fuit figura noue: vt habet̃
in hoc capi. Sed lex vetus fuit descripta a deo:
ꝟm quod habetur Exod. 24. c. Dabo tibi duas
tabulas lapideas: et legem: 7 mandata: que scri
psi: ergo lex noua debuit scribi a Christo: quia fi
gura debet correspondere figurato. ¶ Cõtra. Si
Christus aliquid scripsisset: illud potissime deb3
esse in canõe: sed tale nihil ibi habetur: ergo. 7c.
Respondeo/ dicendũ q̃ doctrina Christi non de
buit ab eo describi: quia excellentissim⁹ modus
docendi debetur excellentissime doctrine: nunc
aũt ita est/ q̃ efficacior est modus docẽdi verbo:
q̃3 scripto: quia scriptura nõ est nisi vox mortua:
et ideo Christo: qui est doctor excellentissimus:
non conueniebat modus docẽdi per scripturaz:
qui est imperfectus: sed solus modus docendi p
verbum: qui est perfectissimus. Discipulis au=
tem suis recedentibus a tãta perfectione: conue
niebat doctrinaz Christi scribere: propter quod
scripserunt euangelia et alios libros noui testa=
menti continentes doctrinã Christi. Simile hu
ius inuenitur apud antiquos philosophos: q2
aliqui inter eos excellentissimi: scilicet Pytha=
goras et Socrates dicuntur nihil scripsisse: ta=
men discipuli eorum dicuntur multa scripsisse.
¶ Secundo: q2 non est conueniens illum docto
rem scribere: cuius doctrina non potest litteris
cõprehendi. Talis fuit Christus: ꝟm quod dici
tur Johannis vltimo. h. Sunt autẽ et alia mul
ta: que fecit Jesus: que si scribãtur per singula:
nec ipsum mũdum arbitror capere eos: qui scri=
bendi sunt/ libros. Quod exponens Augusti=
nus/ dicit: q̃ non est intelligendum propter ex=
cessum quantitatis molis: sed virtutis: et ideo
Christus non debuit doctrinam suam scribere:
quia si eam scripsisset: crederetur q̃ eius doctri=
na non plus contineret: q̃3 qd̃ illa scriptura pre=
tenderet: non sic autem creditur per scripturam
suorum discipulorum: 7 maxime q2 profitentur
se non scripsisse ad plenum doctrinam Christi:
vt patet per verbum Johannis preallegatum.
Considerãdum tamen q̃ licet Christus nõ scri=
pserit doctrinam suaz in charta mortua: scripsit
tamen eã in charta viua: scilicet in cordibus su
orum discipulorum: vt predictum est: et sic erat
prophetatum per Hieremiam capitulo tricesi=
mo primo. f. vt patet in lr̃a. Et iste fuit mod⁹ scri
bendi hãc doctrinã: q̃ inducit efficaciter ad vitã

eternam. Et ideo debuit scribi primo in anima intellectiua: que habet immortalitatez: propter quod dicit Paulus apl's. 2. Cor. 3. a. ꝙ hec epistola scripta sit in tabulis cordis. Ad primū ptz ex predictis ꝙ scriptura discipulorum xp̄i sufficit ad memoriam doctrine eius. Ad secundū dicendum ꝙ figura ⁊ figuratum non omnino assimilātur: immo oportet ꝙ figura deficiat a figurato. Et ideo lex vetus: q̄ erat imperfectior: ⁊ cōsistebat in sensibilibꝰ signis: fuit primo descripta in tabulis lapideis. Lex aūt noua tanq̄ perfectior fuit primo descripta nō atramento: sed spū dei viui: in tabulis cordis: vt dicit Apostolꝰ. 2. Cor. 3. ☞ Reliqua quere in hoc capitu. in Additione: ⁊ Replica: vbi Burgeñ. allegat sanctum Tho. prima. 2. q. 106. articu. 1. in corpore questionis.

4. Repleti sunt omnes. ⁊c.] ☞ Quere annota. 2. A. ⁊c. sexte partis. sermonis Apostolorum. fol. 86. col. 3

5. Et cum complerentur. ⁊c.] Lyra. Premissa promissione ⁊ expectatione debita spiritussancti: hic consequenter ponitur adimpletio pmissi. Et diuidit in duas partes: q2 primo describitur hec adimpletio. Secundo adimpletionis admiratio: ibi. Erant autē. Circa primū notatur impletiōis tempus/ cū dicitur. * Et cum complerent dies pentecostes.] Idest quinq̄gintа dies. A pente quod est quiq;: ⁊ coste quod est decem. ☞ Uel aliter a vocabulo greco integro qd̄ dicitur pentecostos: quod significat quiquagesimus: vnde pentecoste. stes. Et hec est vera etymologia.) Quinquagesima nāq; dies a paschate celebris erat apud iudeos in memoriā beneficij date legis/ q̄ fuit data in monte Sinai. Exo. 20. Quinquagesima die a principio egressionis de Egypto: ⁊ cōuenienter illa die infusuz fuit apostolis spūssancti donū: per quod lex euāgelica impressa fuit ⁊ firmiter radicata in cordibus coꝝ. * Erant omnes pariter in eodē loco.] Pariter corpore ⁊ animo. * Et factus est repente de celo sonus/ tanq̄ aduenientis spūs vehemētis.] Idest venti vl' tonitrui: nō tm̄ apostoli ⁊ alij cum eis existētes fuerunt territi/ deo hoc faciēte: in signum ꝙ dabatur eis spiritussanctus: qui est consolator cordium. * Et repleuit totā domū.] Insolita claritate. * Ubi erāt sedentes.] Idest manentes/ eo modo quo dicitur Deutero. 1. g. Et sedi. in Cadesbarne multo tempore. i. mansi stis. Apostoli tunc erant in oratione: vt probabiliter credit ex precedentibus: vbi dicitur ꝙ erant perseuerantes in oratione: que non fit communiter sedendo: sed magis flectēdo genua vel stādo. * Et apparuerunt illis.] Uisibiliter oculis corporalibꝰ. * Dispertite lingue: tanq̄ ignis: seditq; supra singulos coꝝ.] Ad designandū signo visibili exterius/ inuisibilē gratiā spiritussancti receptam interius: per quam essent feruidi in amore dei: ⁊ loquētes in omnibus linguis ad publicationem euangelij: ideo subditur. * Et ceperunt loqui varijs linguis prout spiritussanctus dabat eloqui illis.] Secundum quod dicit Glo. hic. Apostoli non solum loquebantur ⁊ intelligebant omnia idiomata: sed ipsis loquentibus in vno idiomate/ quodcunq; esset illud: omnes audientes quātumcunq; essent diuersorum idiomatū intelligebant/ quilibet idioma proprium virtute diuina hoc faciēte. Sicut enim per rebellionem ad deum diuise sunt lingue (Gen. 11.) ita per infusionem spiritussancti sunt vnite. Consequenter ponitur hic sequens huius dicti admiratio: quia non fuerat simile visum vel auditum: ideo dicitur. * Erant autem in Hierusalem habitātes iudei viri religiosi.] Idest in cultu diuino deuoti. * Ex omni natione: que sub celo est.] Qui conuenerant in Hierusalem ratione festi. Iudei enim captiuati per Salmanasar regem Assyriorum non redierunt in Iudeam. Similiter captiuati per regez Chaldeorum non redierunt omnes: quamuis haberent licentiam redeundi: sed remanserunt multi amore filiorum: quos ibi genuerāt: ⁊ possessionum/ quas ibi acquisierant detenti. Sicut dicitur primo Esdre libro. Similiter multi captiuati per Antiochum regem Grecorum/ et diuersis gentibus venditi remanserun. Uerumtamen aliqui eorum magis deuoti propter reuerentiam templi veniebant aliquando in Hierusalem: maxime in solennitatibus magnis: quarum vna erat Pētecostes. * Facta autem hac voce.] Scilicet spiritus vehementis: vel apostolorum ⁊ aliorum cum eis existentium: deum voce magna laudantium: qui prius timore ducti non audebant loqui. * Cōuenit multitudo/ ⁊ mente confusa est.] Idest stupefacta ⁊ admirata. Et subditur causa/ cum dicitur. * Quoniā audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes.] Quia tale miraculum nunquam fuerat visum vel auditum. Et patet littera: in qua nominantur habitatores diuersarum regionum: in q̄bus sunt diuisa idiomata totaliter: sicut in Iudea ⁊ Roma ⁊ pluribus alijs: vel in parte: sicut in lingua Picardica ⁊ Gallica distinguuntur. Et sic erat in Mesopotamia: que ē pars Syrie: et Iudea: quarum lingue sunt propinque. ☞ Reliqua quere ibi.

* Dum complerentur. ⁊c.] Moraliter. Illi q̄bus tūc datus fuit spūssanctꝰ/ erāt simul habitātes ⁊ deū orātes ⁊ in his pseuerātes: vt ptz ex tex: Per qd̄ patet ꝙ illi/ q̄ simul iūcti sunt charitate: Morale

et orant deũ deuote: et perseuerãt in hac occupa
tione: donũ spiritussancti recipiũt abunde: et sic
loquũtur varijs linguis in oratione et predica=
tione. Nam in orando (ꝯm doctrinã Apl'i.1.ad
Tim.5.) deo faciunt aliquãdo orationes: aliqñ
postulationes: aliquãdo obsecrationes: petẽdo
aliquid per rem sacram: vt cum dicit. Per cru=
cem et passionẽ tuam libera nos: vel hmõi. Ali=
quando gratiarũ actiões pro beneficijs a deo re
ceptis. Similiter in predicatione loquũtur va=
rie. Qr (sicut dicit Greg. in Pastoral'.) ꝯm qua=
litatem audientiũ formãdus est sermo doctoꝝ.
Aliter aũt admonendi sunt seculares: aliter reli
giosi. Et inter secl'ares aliter admonẽdi sunt cle
rici. ⁊ inter laicos aliter milites: aliter mercato=
res: aliter rurales: et sic ꝯm alios statꝰ diuersos.
* Stupebant aũt oẽs ⁊ mirabãtur: adinuicem
dicentes. Nonne omnes isti: qui loquũtur: gali
lei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusqs=
que linguam nostrã: in qua nati sumus? Par=
thi.⁊c. Quidnam hoc vult esse? Alij aũt irride=
bant/dicentes. Quia musto pleni sunt.] Per h
aũt ꝙ maligni illam varietatẽ linguaꝝ imputa
bant ebrietati: boni vero gratie spiritussancti: si=
gnificatur/ꝙ homines peruersi orationũ et pre=
dicationum varietates et exercitiũ/reputant fa
tuitates. Illi vero: qui sunt deuoti: reputant be
neficia dei.⁊c.

Glosa. ¶ Glosa Beda. Iuxta historiam dies penteco=
stes.i.quiquagesimus comput abatur: quo lex
data erat: ab occisione agni. Hic autem nõ a do
mini cena vel die: qua crucifixus est: sed ab eiꝰ
resurrectiõe (ꝯm Augu.) quinquagesimus cum
spiritus missus est/computat: qui diem domi=
nicum suo aduentu consecrauit: et eodẽ die pa=
scha celebrãdum esse mõstrauit. Die solenni spi
ritus venit: vt tanta virtus haberet multos: qui
approbarent: et varias linguas cognoscerent.
Ideo autẽ quinquagesimo: qr indulgentia fie=
bat in iubilco: et per spiritũ peccata remittũtur:
charitas diffundit: que opperit mltitudinẽ pec
catoꝝ. In spũali iubilco rei soluũtur: debita di=
mittũtur: exules in patriam reuertũtur: heredi=
tas amissa reddit: serui.i.hoies pctõ venundati
a iugo seruitutis liberant. ¶ Rab. Pentecostes
grece: latine quinquaginta: et antiquus popu=
lus pentecosten.i.quinquagesimũ diem obser=
uabat. A die enim immolationis agni: per quẽ
egressi sunt filij israel de egypto: quiquagesimo
die data est lex in igne. In nouo etiam testamen
to/quinquagesimo die a pascha Xp̃i descendit
spũs in apl'os in igne apparẽs. Lex eñ in mon=
te Sina: spiritus in monte Sion. Lex in sublі=
mi montis loco: spiritus datur in cenaculo. Si
cut quadraginta dies: quibus post resurrectio=
nem cum discipulis cõuersatꝰ est: presentẽ eccle=
siam designãt: ita qnquagesimꝰ: quo spiritꝰ da
tur: denarium eterne remunerationis exprimit.
Quinquaginta sexies septem et octo habent: et
septem ad vetus testamentuz: qr septima die re=
quieuit deus ab opibus suis: et septima die sab
bati requies est constituta: et septẽ diebꝰ israel fa
ciebat azyma. Octo ad nouũ: qr xp̃s octauo die
resurrexit: vel qr noue legis precepta in octo bea
titudinibus data sunt: vel quia in octaua die re
surrectio futura sperat. Spũs igitur sanctꝰ quĩ
rum legum docens completionẽ: qnquagesima
die descendit: q numerꝰ ex septẽ et octo ꝯstat. *
In eodem loco.] Cenaculo.s. quod ascenderãt:
qui eñ spiritũ desiderat: carnis domiciliũ/men
tis contemplatione transcendens calcat. * De
celo.] Datur spiritus: vt diligat deꝰ: in terra da
tur: vt diligat proximus. Bis enim post resurre
ctionẽ est datus: ad duo precepta charitatis cõ=
mendanda. * Sonus.] Repente factus potest
dici locutio linguaꝝ q ore aploꝝ sonãs. * Spi
ritus.] Rab. Ante passionẽ datus est apostolis
spiritus ad gratiam doctrine et sanitatũ: post re
surrectionem insufflauit Iesus spiritum: et ait.
Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis
peccata/remittũtur eis.⁊c. Quod donum soli
Petro priꝰ dederat: sed (vt creditur) tunc per an
ticipationem: nunc cum ceteris per completio=
nem etiam Petro tribuitur: et potestas data est
dimittendi illis: quos ad officiũ mittebat predi
cationis. In pentecoste de celo missus est spiri=
tus: vt qui in proximo debebant diuidi/accipe=
rent linguarum noticiam: ne per mundum eun
tes/interpretibus indigerent. Et quia deus sim
plex est natura: semel de celo datur spiritus: pro
pter homines vero: qui duplici constant substã
tia: corpore scilicet et anima: dupliciter est dili=
gendus. In terra bis datur: prius in efficacia si
gnorum ad sanitates corporum: postea indul=
gentia peccatorum/ad remedia animarum. *
Vehementis.] Comparatione precedentium/
vehemens dicitur gratia apostolorum: vel in si
militudinem venti vehementis: spiritus venit.
* Totam domum.] In vna domo sedentibꝰ/
infunditur spiritus: vt ecclesie vnitas commen=
detur: in cenaculo tertia lege incipiente. ¶ Be
da. In datiõe legis plebs longe stabat pre timo
re: hic veniente spiritu/congregati erant in vnũ
ex amore. * Sedentes.] Vt compleatur: quod
dictum erat eis. Sedete hic in ciuitate. Sessio
est in indicium humilitatis et stabilitatis: quia
bus preparatur sedes spiritui sancto: qui super
humiles requiescit. ¶ Gregoriꝰ. In igne appa
ruit spũs: sꝫ p seip̃m loq̃bat interiꝰ: et neq3 ignis
deꝰ: neq3 ille sonꝰ fuit: sed p hoc q̃d exteriꝰ exhi=

buit: qđ intus gerebat exp̄ssit. Qui eñ discipu
los zelo succensos: et verbo eruditos intus reddi
dit: foras linguas igneas ostendit. In significa
tione igitur ignem cum sonitu senserūt corpora.
Igne vero visibili et voce sine sonitu docta sunt
corda. * Et apparuerunt illis.] Beda. Spūs
in igne et linguis apparuit: qꝛ omnes quos re=
plet: ardere et loqui facit: ardentes ex se. loquen
tes de se: ostensum est etiā ꝙ vbiqꝫ ecclesia dilata
ta/omniū gentium erat locutura voce. ¶ Greg.
Spūssctūs sup discipulos in igneis linguis ap=
paruit: et eis omniū linguaꝝ scientiā dedit: desi
gnans quia ecclesia spiritusancto repleta/omni
bus linguis erat locutura. Hic igit̄ humilitas
meruit virtutē/supbia incurrere cōfusionē. Spi
ritussanctus in igne monstratur: qꝛ deus noster
ignis ꝯsumens est: et per eum rubigo peccati cō
sumit̄: et frigus torporis expellit̄. Linguas igne
as doctores habent: qꝛ predicādo corda audito
rum inflāmant: et ipsi emulatione ardent: quos
spiritus feruor accendit: et per penitentiā punit.
* Dispertite. ꝛc.] Rab. Dispersio linguaꝝ est
facta in turre: sed quod dispersit superbia: recol=
ligit humilitas. In supbia dispsio: in humilita
te fit concordia. Ecce complet̄ sententia dñi: que
ait. Non vos relinquam orphanos: sed mittam
spiritū paraclitū: qui coꝝ aduocat⁹: pro eis omi
bus linguis locutus est. Linguas attulit: ꝗ pro
verbo venit. Cognationē enim habet lingua cū
verbo: vt abinuicē non possint separari. Sic ver
buꝫ patris. i. filius et spiritussctūs inseparabiles
sunt: immo et vnius nature. * Tanꝗ ignis.]
Ideꝫ. In igne spirit⁹ venit: qꝛ peccatores spirit⁹
purgat: illuminat: accēdit: vrit. Ignis eñ quat
tuor habet naturas: vrit: purgat: calefacit: illu=
minat. Similit̄ spūs exurit peccata: purgat cor
da: torporē excutit: ignorantias illustrat. Ignis
etiā incorporeus et inuisibilis est in sua natura:
sed assumpto aliquo corpore/videt̄: diuersi colo
ris apparens ꝓpter materias: in quibus ardet.
Sic spirit⁹ videri nō poterit: nisi per creaturas:
in quibus operat̄. * Et ceperunt.] Ecce signuꝫ
plenitudinis: plenuꝫ vas erumpit: ignis in sinu
non potest occultari. * Varijs.] Beda. Quia
linguis oīnibus loquebātur. Vel sua. i. hebrea
lingua loquentes: ab omnibus intelligeban=
tur: acsi proprijs singuloꝝ loquerent̄. ¶ Idem.
In greco/alijs. Scđm illud prophete. In alijs
linguis/ꝛ labijs alijs loquar poplo huic. ꝛc. *
Prout spiritus.] Beda. Spiritus diuidens sin
gulis prout vult: vbi vult: quomō vult: quādo
vult: quibus vult: quantū vult spirat. ¶ Beda.
Potuerunt apl̄i in spūsancto linguas omnium
intelligere: et loqui: et eorum etiā verba maiori
miraculo quacunqꝫ essent lingua edita: ab omi

bus audiētibus eque intelligi. ¶ Beda. Varie
tas linguaꝝ/dona significat gratiaꝝ. Ideo pri
mum linguas hominibus dedit spiritus: qui=
bus humana sapientia extra docetur et disci=
tur: vt ostenderet: ꝙ facile sapientes efficit sapiē=
tia dei. * Ex omni natiōe.] Rab. Acsi diceret̄:
vbicunqꝫ nati. Iudeos aūt in oīnibus gentib⁹
nasci captiuitas fecit: que sub Antiocho facta
est: non multis temporib⁹ ante. * Confusa est]
Confusio ista/confusioni linguaꝝ opponitur: a
qua Babel vocabulum sortita est. Sic humili=
tas aploꝝ humane supbie respondet. * Vnus=
quisqꝫ lingua.] Rab. Lingue omnes dicuntur
esse septuagintadue. Vnde ꝛ discipuli secūdi or
dinis sub hoc numero sunt electi: vt numerus p̄
dicatorū concordaret numero linguaꝝ. * Au=
diuimus vnusq̄sqꝫ.] In hoc significabat̄ vnaꝫ
ecclesiā omniū gentiū linguis locuturā. ¶ Bed.
Queritur vtrū hi: qui loquebātur: diuersis vni
uscuiusqꝫ lingue sermōibus vterētur. i. vt vnus=
quisqꝫ coꝝ nunc hac/nunc alia lingua loquēs
sic per omnes curreret: an ita potius ꝙ sermo eo
rum qualibet lingua pronūciatus vnicuiqꝫ au
diēti sm linguā suā intelligeret̄: ita vt vno apo
stolorum in ecclesia docente/alijs tacētibus/ser
mo vn⁹ ad auditum omniū perueniret: habēs
in se hanc vim: vt cum diuersaꝝ gentiū audito=
res essent: vnusq̄sqꝫ sm linguā suā vnius sermo
nis ab aplo ꝓlati susciperet auditū: ꝛ caperet in
tellectū. ꝛc. ☞ Quere ibi. * Musto pleni.]
Beda. Mystice. Quāuis irridebant: tñ verum
dicebant: quia nō vino veteri: quod in nuptijs
ecclesie defecit: sed musto gratie spūalis erant im
pleti. Iam enim vinum nouum in vtres nouos
venerat: cum apostoli nō in littere vetustate: sed
in nouitate spūs/dei magnalia resonarent. ꝛc.
* Hora diei tertia.] Beda. Spiritussanct⁹ glo
riam trinitatis mundo predicaturus/tertia ho
ra conuenienter descēdit: quia supra dictuꝫ est.
Erant in oratiōe perseuerātes. Recte spiritū ho=
ra orationis percipiūt: vt ostēdatur: qꝛ gr̄a spūs
nō percipit̄: nisi mēs a carnis intētiōe subleuet̄.
Trib⁹ horꝫ Daniel flexo genu adorabat (Dan.
6. c.) tertia: sexta: nona. Et qꝛ dñs tertia hora mi
sit spūm: sexta ascendit crucē: nona animā posu
it: easdem horas excellentius ceteris nobis inti=
mare et sanctificare dignat⁹ est. ꝛc * Nō enim
sicut vos estimatis.] Lyra. Erronee. * Hi ebrij
sunt: cū sit hora diei tertia] Tunc eñ incipiebāt
comedere hoies hora sexta: et maxime iudei: ꝗ
erant magis temperati: eo ꝙ erāt cultores vni⁹
dei: et potissime in Hierusalem: vbi vigebat ille
cultus. Dicit igitur. Cum sit hora diei tertia. q.
d. adhuc nō est comedēdi ꝛ bibendi hora. ☞
Reliqua quere ibi per totum istud capitulum.

¶6. actuũ. 4 Erat cor vnum.ꝛc.] Glosa.ꝛc. ☞ Quere Annotamento.9.B.sexte partis sermonis. Religiosorum. Folio.162.col.3.

¶7 Gala.5. Fructus autem spirit⁹.ꝛc.] Lyra. Glosa. ☞ Quere Annota.1.A. B.sexte partis ser. Pacis.folio.178.col.3.et.4.

Ferie.ij.pentecostes sermonis annotamenta ex quinta parte Biblie.

¶1. Johã.3. A Dixit Jesus discipul' suis. Sic deus dilexit mundũ: vt filium suum vnigenitũ daret.] Ly. Superius dixerat euãgelista: ꝙ efficacia baptismalis prouenit ex mysterio incarnationis. ☞ Vt patz an.2. K.quinte partis ser. Trinitatis incipienti. * Erat hõ.ꝛc.] Infra in hoc Tomo. Ideo hic declarat qualiter ista incarnatio sit facta/ dicens: ꝙ non est facta ex humano merito: nec ex necessitate: sed ex gratuita dilectiõe dei ad nos. Et hoc est quod dicit. * Sic enĩ deus dilexit mundũ: vt filiũ suuz vnigenitum daret.] Qui est bonũ infinitũ. Ex quo apparet maxima dilectio: quia diligere: est velle alicui bonũ: ipse autem voluit nobis voluntate efficaci bonũ infinitum: quia dedit nobis filiuz suum. * Vt omnis.ꝛc.] Ex hoc etiam errauerunt aliqui heretici dicentes/ ꝙ credentes nõ dãnabuntur: etiam si moriant̃ in peccato mortali: et confirmãt dictũ suũ per vbũ apli.1. Cor.3.c. Fundamentũ enĩ aliud nemo potest ponere.ꝛc. Et sequitur. Si cuius opus arserit detrimentuz patietur: ipse autem saluus erit: sic tñ quasi per ignem. Per fundamẽtũ enim istud intelligitur fides: ⁊ ideo si sup hoc fundamẽtũ ponãtur opa cõbustione digna/ propter talia homo punietur ad tempus: tamen finaliter saluabit̃. Sed hoc est erroneũ: et improbat̃ p dictũ apli. Ad Gal.5. Manifesta sunt opera carnis: que sunt fornicatio/ immunditia/ impudicitia/ ꝛc. Sequitur. Qui talia agunt regnum dei non consequentur. Ex quo patet ꝙ non solũ dãnant̃ aliqui propter infidelitatem/ sed etiam propter alia peccata mortalia. Et ideo dicendum ꝙ saluator non accipit hic fidez tantũ ꝓ habitu fidei informis: sed fidei formate p charitatẽ: ⁊ certum est ꝙ talis saluabitur: ⁊ ad hoc denotandum dicit. * Vt omnis q̃ credit in eũ.] Scilicet tendendo in euz per charitatem. * Non pereat/ sed habeat vitã eternã.] Ad dictum Apostoli preallegatum in contrarium. Dicendum ꝙ loquitur de peccatis venialibus: secundum ꝙ exponunt doctores: et ego tunc plenius dicam: si contingat me super illum locum scribere. Pro peccatis autem venialibus fideles temporaliter puniuntur igne purgatorij: tamen finaliter saluantur. Consequenter remouet quoddam dubium. Circa quod sciendum ꝙ alique scripture loquẽdo de secundo aduentu xp̃i in mundum dicunt ipsum venire ad iudicandum: et ideo ne aliqui credant ꝙ debeat hoc fieri.s.in primo eius aduentu: hoc remouet: dicens. * Non enim misit deus filiuz suum in mundum vt iudicet mundũ] Scilicet in primo suo aduẽtu. Tunc enim non venit iudicare: sed magis iudicari pro mũdi salute. Ideo sequitur * Sed vt saluetur mundus per ipsum.] Et probat consequenter hoc dictum: quia in primo ei⁹ aduentu aliqui credebãt ei: et aliqui non credebant ei: et est diuisio per immediata: cuz inter contradictoria non sit mediũ: sed non venit ad iudicandum non credentes: nec credentes/ vt statim patebit: ergo ꝛc. Et hoc est quod sequit̃. * Qui credit in eum: non iudicatur.] Idest non habet causam vnde condẽnetur. * Qui autẽ non credit/ iam iudicatus est.] Idest habet in se causaz manifestã sue condẽnatiõis: sicut ille dicit̃ mortuus: qui iam habet in se causam manifestã sue mortis: et hoc est quod subdit̃. * Quia nõ credit in nomine vnigeniti filij dei] Qui venit pro salute mundi. Vertũ causa huius dãnationis dabitur executioni in secundo aduẽtu xp̃i. Consequenter declarat ꝙ non credentes in filiuz dei iam habẽt in se causaz manifestã sue dãnatiõis: quia sunt extra fidem saluatoris: sine qua nullus vnq̃ potuit saluari. Et hoc est quod dicitur. * Hoc est autem iudiciuz.] Idest causa condẽnationis. * Quia lux.] Idest xp̃s: qui est lux vera: vt dicit̃ Joh.1. ☞ Et Annota.1.D.quinte partis.sermõis. Natiuitatis xp̃i. Fol.25.col.1.) * Venit in mundum.] Carnem assumendo: ⁊ in ea apparens salutem humani generis operãdo. * Et dilexerunt homines magis tenebras/ q̃ lucem.] Tenebras infidelitatis preeligendo: ⁊ subdit causam. * Erant enim eorũ mala opera.] Ad cuius intellectum sciendum/ quod legisperiti aliquam noticiam de Christo habuerunt/ cognoscentes ipsum esse vere Christuz: vt plenius declaraui Matthei.21.D. super illum locum. Dixerunt agricole: hic est heres. ☞ Quere annotamento.1.F. quinte partis. Sermonis Ferie.6. Dominice.2. Quadragesime. Folio.112. Columna.2. Veruntamen quia arguebat eorũ vitia: moti fuerunt contra eũ: inuidia excecante illam cognitionẽ: quam de eo habebant: quia passio presens et fortis peruertit iudicium rationis: sicut patet in incontinente: qui presente passione iudicat esse fornicandum: tamen extra passionẽ positus/ iudicat contrarium.

B

C

vt dicit. 7. Ethi. Sic iudei odio et inuidia mo
ti persecuti sunt Xpm: et ponit ad hoc saluator
exemplu3: di. * Ois enim qui male agit/ odit
lucem.] Sicut patet de adultero et de fure: et sic
de alijs. * Et nõ venit ad lucem.] Idest non fa
cit sua malefacta in palam. * Ut nõ arguant
opera eius.] Idest non puniãtur per iusticiam
seculare3 * Qui aũt facit veritatẽ.] Idest opa
conformia voluntati diuine: que est idem quod
veritas prima. * Uenit ad luce3.] Idest in pa=
lam/ vel ad xpm: qui est lux vera. * Ut manife
stentur opera eius.] Non ad ppriam laudem:
sed ad dei gloriã/ et proximi edificationẽ. * Qr
in deo facta sunt.] Id est virtute dei: sine cuius
virtute opus meritoriũ non potest fieri.
B Moralr * Sic deus dilexit. rc.] Moraliter. Hoc debet
esse in nobis amoris diuini maximũ excitatiuũ.
* Non enim misit deus filium suu3: vt iudicet
mundum. rc.] Idest vt condẽnet: et nos multo
minus debemus condemnare proximũ etiã pec
catorem: qr qualis sit futurus: est nobis penitus
ignotum. * Hoc est aũt iudiciũ.] Idest ratio
cõdemnationis reproborũ. * Quia lux venit
in mundũ. rc.] Beda. Illi magis tenebras qȝ lu
cẽ dilig ũt: qui suos pdicatores bñ docẽtes odijs
et detractionibus insequuntur.
E Glo. * Sic enim. rc.] Glo. Aperit causam humane sa
lutis: scilicet dilectionẽ dei patris: ex quo omnis
restauratio est per filium suum in spiritusancto.
* Mundum.] Cosmos grece: quod latine mũ
dus interpretatur: ornatus dicit. Per mundum
igitur humana natura significatur. Nõ qȝ secũ
dum corpus ex quattuor elemẽtis cõstet: sed qr
secundũ animã a deo est ornata: et ad imagine3
dei facta: quã ad hoc diligit deus/ vt eam eternã
faciat. * Ut filiu3.] Ecce idem dicit de filio dei:
quod supra de filio hominis: vt per quẽ in deita
te conditi sumus: per eunde3 in homine restau=
remur. * Ut iudicet.] Nondu3 apparuit iudi
cium: sed iam factum est iudiciu3. Nouit dñs q
sunt eius. 2. ad Timoth. 2. c. Nihil enĩ aliud est
iudicium: idest eterna dãnatio: qȝ nõ cognosce=
re et non credere in filiu3 dei: sicut nihil aliud est
beatitudo et vita: nisi credere et cognoscere filiu3
dei. Unñ Johañ. 17. a. dicit. Hec est autem vita
eterna: vt cognoscant te solum deũ verum et quẽ
misisti Jesum Xpm. * Sed vt saluetur. rc] Ex
F eo saluatur homo: non iudicatur: s3 si iudicat/
ex se habuit: quia non credidit. * Hoc est aute3
iudicium.] Cur qui nõ credit iudicatur? quia
lux venit: que excitat homies et admonet cogno
scere sua mala: in quibus omnes sunt. Sed alij
oderunt admonentem lucem et fugiunt/ ne ar=
guantur eorum mala: que diligunt. Alij admo
niti per lucem accusant sua mala: quod est face
re veritatem: et sic illuminantur. * Erant enim
eorum mala opera. rc.] Qui est in tenebris: et
diligit lucem/ non est malus: sed ille dicitur ma
lus: et opera eius mala: qui postquã lux venit:
odit lucem: et diligit mala: et hoc est quod di=
citur. * Erant enim. rc.] Opera. Idest impie=
tas: et incredulitas: et odiũ eterne lucis: et nolle
eam aspicere: sed velle in tenebris peccatoru3 re
manere. * Qui aũt facit.] Ostenso qua iusti=
cia damnetur: qui non credit: ostendit qua iusti
cia saluetur qui credit. Qui aũt facit. i. cui dis=
plicent mala sua/ et accusat: nõ sibi ignoscit: nõ
sibi parcit: sed venit ad lucẽ. Et incipit agere cũ
deo: qui mala accusat: quia initium boni/ est ac
cusatio mali: ergo opera eius. Hec. s. qȝ se accu=
sat: sicut de9 accusat: manifestat: qr i deo sunt fa
cta: nisi. n. dei lux sibi luceret: sibi nõ displiceret.
☞ Applica ad hec aliq̃ de an. ser. Incarñ. in G Lucem.
cipien. fol. 2. sub the. * Sic deus dilexit. rc] A.
¶ vel ser. Fidei. fol. 59. sub the. * Et ois qui cre
dit. rc.] A. ¶ vel ser. Penteco. fol. 244. sub the.
* Sic de9 dilexit. rc.] E. ¶ vel ser. Judicii fina
lis fol. 236. sub the. * Nõ enĩ misit de9 filiũ suũ
in mũdũ: vt iudicet. rc.] A. D. ¶ vl' ser. Petor.
fol. 189. sub the. * Erãt eor mala opa.] E. F.
¶ vel ser. Religio. fo. 136. sub thema ic. * Qui
facit veritatẽ (idest opa religionis approbate.)
venit ad lucem.] C. ¶ vel ser. Penitẽtie. fo. 211.
sub the. * Hoc est iudiciũ.] F.

Feric. iij. Pentecostes ser monis annotamenta. Ex quinta parte Biblie.

Et Ioh. 10. A

DIxit Jesus discipulis suis.
Amen amen dico vobis: qui
non intrat. rc.] Lyra. Hic po
nit Christi benignitas in do
cendo: et ad hoc primo salua
tor premittit quandam para
bolam. Secũdo expositione3
eius: ibi: Hoc pũerbiũ In parabola exprimit
conditio furis/ et pastoris ouiu3. Primo pp ter
diuersum ingressum ipsor: et hoc est quod dici
tur. * Amen amen dico vobis: qui non intrat
per ostium in ouile ouiũ: sed ascendit aliunde:
ille fur est et latro.] Non enĩ venit pp ter bonu3:
et ideo querit indebitũ ingressum. * Qui autẽ
intrat per ostiũ/ pastor est ouiũ.] Secũdo osten
ditur eor distinctio p effectũ: cũ subdit. * Huic
ostiarius aperit.] Quia scit cũ beniuolũ ouib9
* Et oues vocẽ ei9 audiũt.] Idest cognoscũt:
qr bruta aialia suos bñfactores recognoscũt: vt
patet per experientiã: et per Esaiam prophetam:
capi. 1. a. Cognouit bos possessorẽ suũ. rc. * Et
pprias oues vocat nominatim.] Quia distincte

eas cognoscit: quod nō facit alienus. * Et edu
cit eas.] Ad pastum. * Et cū pprias oues emi
serit: ante eas vadit.] Hunc enī modum habent
pastores in terra illa/q precedūt gregem sibilā=
do voce et instrumēto: ad cuius auditū oues di
riguntur. Ideo sequit͛. * Et oues illum sequū=
tur: qꝛ sciunt vocem eius. Alienum aūt non se=
B quuntur.] Idest furem. * Sed effugiūt ab eo:
quia non nouerunt vocem alienorum.] Scdm
Chryso. Ouile est ecclesia. Oues sunt fideles.
Ostium sacra scriptura: fm illud ad Coll'.4.a.
Orantes simul p nobis: vt deus aperiat nobis
ostium sermonis ad loquendum mysteriū Xp̄i.
Sic igitur continuat͛ littera ista precedentibus
fm Chryſ. Christus enī dixit iudeos esse cecos
in intellectu scripturaꝝ: qd ostendit ex hac para
bola: ex hoc q aduentū christi deberent ꝯsidera=
re ex testimonio scripturaꝝ: quas habebant: qꝛ
xp̄s intrauit per ostium.i. per determinationē
sacre scripture: que tempus: locū: et modum ve
niēdi determinauit: et ideo alij alit͛ intrātes sunt
fures: sicut Machmetꝰ et Antichristꝰ. Huic osti
arius aperit.i. Moyses: cui data ē primo sacra
scriptura. ppter hoc saluator dixit Matth.5.ca
pi. Si crederetis Moysi: crederetis forsitā et mi=
hi. Et oues illum audiūt. Idest simplices: sicut
fuerunt apl'i ei credentes. Et proprias oues vo=
cat nominatim. Hoc patet de aplis: quibus di=
stincta nomina imposuit. Et educit eas de tene
bris ignorantie et culpe. Ante eas vadit. Per ex
empla operum: fm quod dicitur Joh.13.b. Exē
plum dedi vobis: vt quēadmodum ego feci: ita
et vos faciatis. Et oues illū sequūtur. Per imi
tationem. Quia sciunt vocem eius. Idest per fi
dem cognoscunt et approbant. Alienū aūt non
sequūtur recipientes falsam doctrinā: quia non
nouerunt vocem alienoꝝ. Sed contra dictum
Chryſ. potest argui: qꝛ xp̄s exponendo hanc pa
rabolam/dicit se esse ostiū: ergo sacra scriptura
non est hic ostiū. Potest dici sustinendo dictum
Chryſ. q xp̄s non vocat se solum ostiū: sed etiā
pastorē: vt patebit: et fm hoc distinguit͛ ab ostio:
ppter hoc sacra scriptura dicitur ostium hic: in=
quantum xp̄s est pastor ouiū: et respectu sui in=
gressus in mundum. Qd autem xp̄s dicit se esse
ostium: hoc nō est respectu sui ingressus in mun
dum: sed inquantū alij per ipsum habent ingres
sum in deū. Scdm aug. ostiū est Christꝰ. Et con
tinuatur littera sic precedentibꝰ: qꝛ iudei (Joh.
9.) dixerunt se videre sine xp̄o: et per consequens
posse peruenire ad veritatē sine eo: ppter hoc sal
uator in parabola hac ostēdit hoc impossibile:
dicens. Qui non intrat. In congregationē fide
lium. Per ostiū. Idest xp̄m. Fur est. rc. Quod
faciunt omnes infideles: et etiam mali fideles/

statum prelatiōis indebite assequētes. Qui aūt
intrat per ostiū. Idest per fidem xp̄i/et humilita
tem/et alias virtutes eius. Pastor est ouiū. Fm
veritatem. Huic ostiarius aperit. Idest spiritus
sanctus reuelat veritatē: vt possit oues pascere.
Et oues vocem eius audiunt. Idest doctrinā re
cipiunt. Et vocat eas nominatim. Condescen=
dendo familiariter subditis. Et educit eas de te
nebris. Ignorātie et culpe. Ante eas vadit. Per
exempla vite. Consequenter ponitur dicte para C
bole expositio. Et primo ponit͛ necessitas expo=
nendi. Secūdo subiungitur ipsa expositio. Cir
ca primum sciendum/q illa indigent expositio
ne: que habent obscuritatē. Tale erat verbū xp̄i
predictū: qꝛ erat parabolicū: et ideo intellectus
eius audientibus erat occultus: et hoc est quod
dicit euangelista. * Hoc puerbiū dixit eis Je=
sus.] Prouerbiū dicitur: qn̄ verbum ponitur p
verbo: sic est in parabola: qꝛ per vocē/rem vnā
significātem: aliud designat͛. * Illi aūt non co=
gnouerūt quid loqueret͛ eis.] Et sic patet neces=
sitas expositionis. Consequēter ponitur ipsa ex
positio parabole. Parabola aūt duas partes ha
bet. Una est: q intrans aliunde/fur est et latro:
et hoc primo exponit͛. Secūda est: q intrans per
ostium/est verus pastor: et hoc secundo exponit͛
ibi * Ego sum pastor. rc.] ☞ Quere supra
an.1.A. q̄nte partis. ser. Dn̄ice.1. post octa. Pa
sche. fol.226. col.1.) Prima in duas: qꝛ primo
ponitur prime partis expositio Secūdo eiusdē
expositionis pbatio: ibi. Ego sum ostiū. In pri
ma clausula fecit mentionē de ostio ouili: et de
fure. Ideo vtrumq exponit: et hoc est q̄d dicit.
* Dixit ergo eis iterū Jesus. Amen amen dico
vobis: qꝛ ego sum ostium ouiū.] Ratio huius
predicta est. * Omnes quotquot venerunt/fu
res sunt et latrones.] Hoc nō est intelligēdū de
pphetis a deo missis: sed de illis: qui venerūt cā
pite pprio. Sicut dicit͛ Actuū.5. de Theoda et
Juda galileo. Theodas enī (vt dicit Josephus)
fuit q̄dam magus: q decepit multos de populo
israel: et duxit eos vsq ad Jordanis fluuiū: pro
mittēs eis diuidere aquas: vt transirent sicco pe
de: sicut patres eoꝝ. Judas autem galileus tem
pore: quo xp̄s fuit natus: phibebat populum tri
deorum profiteri Cesarem dn̄m: et reddere tribu
ta: et multi secuti sunt eū. * Sed nō audierūt
eos oues.] Idest fideles in ouili ecclesie perma=
nentes: qꝛ ipsi perierunt: et sequaces eoꝝ: vt dici
tur Actuū.5. Consequenter probat vtrūq dictū
in dicta expositione. s. q sit ostium: quia officiū
ostij/est saluare ea: que sunt intra domū: ⁊ q per
ipsum sit ingressus et egressus: ⁊ sic est de xp̄o: qꝛ
per ipsum fideles saluantur et seruantur: fm q̄d
dicitur Actuū.4. Neq enim est aliud nomen

sub celo datum hominib⁹: in quo oportcat nos
D salnos fieri: ⁊ hoc est qđ dicit. * Ego sum ostiũ:
per me si quis introierit/saluabit.] Similiter p
ipsum est ingressus ad fidē: ⁊ egressus de miseria
ista ad gloriā: ⁊ sic inueniunt pascua eterne viri
ditatis. Et hoc est qđ dicit. * Et ingredietur.]
Hic ad fidem. * Et egredietur.] Ex hoc mundo
ad gloriam. * Et pascua inueniet.] Q: beati
reficiuntur interius in aspectu diuinitatis: ⁊ ex=
terius in aspectu humanitatis xp̄i: per quē sunt
saluati. Ideo dicit pascua in plurali. Cōsequen
ter pbat secundū. s. q alij fuerunt fures: q: nō ve
nerunt ad salutem populi: sed magis ad eius de
structionem. Et hoc est qđ dicit. * Fur non ve=
nit nisi vt furet.] Usurpando qđ nō est suum: si
cut illi venerūt vsurpādo qđ nō erat eis debitũ.
* Et mactet ⁊ perdat.] Q: multi de populo oc
cisi sunt corporaliter: ⁊ etiā spiritualiter creden=
tes persuasioni illoꝝ. * Ego veni.] Non sicut
ipsi. * Ut vitam habeant.] Per gratiam in p̄
senti. * Et abundantius habeant.] Per gloriā
in futuro: q: gloria est gratia consumata. ¶ Cō
sequenter (Terminato euangelio hodierno hic)
exponit secūdā parabole partem. ☞ Ideo vi
de vbi supra.

E * Amen amen. ⁊c.] Moralit. Per ouile ouiuz Moralit.
potest intelligi claustrū regularium: cuius ostiũ
est melioris vite ppositum firmum. Ostiarius
autem est spiritussanct⁹: qui inspirat ipsum. In
trans autem aliunde est ingrediens religionez:
cum pposito lautioris vel honorabilioris vite:
sicut sunt aliqui pauperes ⁊ de humili plebe: q
querunt ingredi religionem magnas possessio=
nes habentem/ non vt seruiant deo deuote/ sed
magis vt Christus eis seruiat de bonis illius ec
clesie: ⁊ isti sunt fures ⁊ latrones per vitium pro=
prietatis. Mactant ⁊ perdunt. Quia dignita=
tes vel officia ambiunt: et sic vlterius dissensiōes
faciunt: per quas corrumpitur charitas frater=
na: in qua consistit spiritualis vita. 1. Johan. 3.
c. Qui non diligit/ manet in morte. * Qui au
tem intrat per ostium.] Idest habens sanctum
propositum in ingressu: ⁊ ipsum continuans in
pgressu. * Pastor est ouium.] Idest dign⁹ re
gere monasterium: ⁊ talis promotio est a spiritu
sancto. Ideo subdit. * Huic ostiarius aperit.]
Idest spiritussanct⁹. * Et oues vocem eius au
diūt.] Idest humiles ⁊ deuoti ad nutum obedi
unt ei. * Et pprias oues vocat nominatim.]
Diligentem curā de ipsis gerendo. * Et educit
eas.] Ad pastū eterne viriditatis p degustationē
celestiū sibi subditos verbis ⁊ exēplis inducēdo:
ideo subdit. * Et ante eas vadit.] Viā ostēden
do. * Et oues illū sequunt.] Doctrinā pastoris
imitādo. * Alienū. ⁊c.] Per alienū pōt intelli=
gi diabol⁹ a cōsortio dei ⁊ sctōꝝ alienatus: quez
nō sequunt boni religiosi eius suggestionib⁹ as
sentiendo: sed fugiunt dissentiendo. ⁊c.

* Amen amen. ⁊c.] Glo. Q: pharisei iactabāt F Glosa.
se videre quod possent: si oues Xp̄i essent: domi=
nus contra eorum arrogantiam de grege suo et
de ostio: quo intratur in ouile: similitudinem p
ponit. Ostendens/ q nec sapientia nec obserua=
tio legis: nec bona vita quicq̄ valet: nisi per eū.
Sine eo nihil sunt in quocūq̄ iudeo vel gentili
et philosopho vel pharisco: qui docent beate vi=
uere: vel heretico sub nomine xp̄i/ nec tñ in xp̄o
predicante: sed omnes sine eo rapiunt ⁊ occidūt.
* Per ostium.] Idest per me: vt post exponit.
Hec ianua est humilis: qui per hanc vult intra
re oportet vt se humiliet/ ne si erect⁹ est: offendat
in humilē ianuam. * Fur.] Quia quod alie=
nū est/ suū dicit. i. oues dei suas facit. * Latro]
Quia quod furatus est occidit. Sed omnes: q
veritatem tenent ⁊ docēt in xp̄o pastore: sunt vn⁹
pastor. * Pastor est ouium.] Christus pprie
pastor est ſm officium pascēdi oues: vt ipse post
exponit: qui per se ostium intrat in ouile ouiuz.
Sed quia alij cum participes sunt ei pastoralis
officij: que de eo pprie dicuntur: etiā eis suo mo
do congruunt. Ostium est quo intratur: xp̄s: er
go pastor per se ostium: et quicūq̄ sub eo pastor:
per ipsum ostium intrat in corda ouium: quia
si aliud predicat non audiunt oues: si xp̄m: hāc
vocem oues xp̄i agnoscunt. Qđ ostiuz est xp̄s:
sibi soli tenuit: quia nō est alius: qui predicetur
ouibus: vel in quem credatur. Nō est alius per
quem predicans intret ad corda ouium: vel per
quem oues intrent ad deum. Quod pastor est
communicat suis. Pastor autem intrat per osti
um: quia ⁊ ipse se Christum predicat vt lumen:
et alia: et se ostendit: intellectus ⁊ alia ⁊ se intelli
git: et alij pastores similiter xp̄m predicant. *
Huic ostiarius.] Idest Christus: qui se aperit.
Vel scriptura: que ducit ad xp̄m. Vel spiritus=
sanctus: qui docet omnem veritatē. * Et oues
vocem. ⁊c.] Aug. Aliqui sunt vere oues: quia
nouit domin⁹: qui sunt eius (2. ad Timo. 2. c.)
siue iam ceperint siue nondū: et tñ sunt errantes
foris: audientes vocē alienoꝝ in multis. Ecōtra
lupi sunt intus et audiunt vocē pastoris in mul
tis. Sed est quedā ppria vox pastoralis. s. Qui
perseuerauerit vsq̄ in finē saluus erit. Mat. 10.
c. Hanc nullus proprius cōtemnit: nullus alie=
nus audit. * Illi aūt non cognouerunt.] Pre
destinate oues ad tempus se nesciunt: nec vocez
pastoris audiunt: sed in fine perseuerant. Econ
tra lupi: ad tempus audiunt ⁊ intrant: sed retro
abeunt. * Oēs quotquot.] Fur est q per simo=
niam vel aliquo alio modo contra xp̄m intrat:

et postq̃ intrauerit:malo exemplo occidit: et sic
aperte latro:nec talis dicẽdus est mercenarius:
ideo lupo veniente nõ resistit:sed pro mercede ce
dit.Si lupo violẽter distrahente nõ resistit:mer=
cedem hanc recipit/ꝙ non distrahitur cum oui
bus:sed postea male viuendo oues corrumpit:
ꝛ iam in aliam partem relapsus fit fur vel latro:
G nomen mercenarij amittens. * Si quis.] Hic
euidenter ostendit: non solum pastorem/sed et
oues intrare per ostium. * Et ingredietur.] In
tus bene cogitando.Egredietur: extra exemplo
aliorum bene operando.Vel ingredietur in ec=
clesiam: vt hic viuat per fidem: vnde post dicit/
vt vitam habeant.Et egredietur de ista vita: vt
ineternum viuat:vnde post:et abundãtius ha=
beat vitam:ꝛ pascua inueniet ingrediẽs ꝛ egre=
diens. * Nisi vt furetur.] Alienã rem sibi vsur
pando.mactet:a fide retrahendo.perdat:in eter
nam damnationem.ꝛc.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
H sermonis Prelatorum:incipientibus fo.90.Vel ser
Auctor. monis Dñice.1.post octa.pasche.fol.226.co.1..
sub them̃. * Qui aũt intrat. ꝛc.] A.E. ¶Vel
ser.Incarnationis.fol.2.sub them. * Ego sum
ostium.ꝛc.] vel. * Ego veni vt vitam habeãt.
ꝛc.] D: ¶Vel ser.Ecclesie.fol 64. Vel Fidei.
fol.59.Vel Religiosorum.fol.136.sub themate.
* Qui non intrat per ostium in ouile.] B E.
¶Vel sermonis Pentecostes.fol.244.sub the
mate. * Huic ostiarius aperit.] D.

Ferie.iiij. quattuor tẽporũ
post Penteco.ser.annota.Ex quinta pte Bib.

Ex
Johã. 6
A
Dixit Jesus discipulis suis. Ne
mo potest venire ad me. ꝛc.]
☞ Posita superius xpi do
ctrina de spirituali cibo:qui ẽ
verbum dei: vt dictum est su=
pra annota.1.per totũ.quinte
ptis.sermo.Ferie.5.Dñice.3.
Quadragesi.fol.128.col.2.incipienti. * Ope
ramini nõ cibũ.ꝛc.] Et etiam posita in cõtrariũ
iudeorum murmuratione ꝛ murmuris sedatio
ne:cum subdebatur. * Murmurabant ergo iu
dei.ꝛc.] vsq;. * Nolite murmurare inuicem.]
Quod inuenies annota.1.quinte ptis.sermo=
nis cõmunis defunctorum.Tomo.2.In hoc euã=
gelio consequenter ostendit causa predicte mur
murationis:non enim causabat (vt dicit Lyra)
ex verborum xpi falsitate/cum essent verissima:
sed ex iudeorum incredulitate.Et hoc est quod
dicitur. * Nemo potest venire ad me.] Per fi=
dem formatam. * Nisi pater qui misit me/tra
xerit eum.] Nihil enim potest ascendere ad id/
quod est supra naturam suam: nisi ab alio tra/
hatur. Sicut lapis non potest sursum ascende=
re:nisi per motum alterius. Fides enim forma=
ta charitate trahit quodammodo hominem ad
naturam diuinam:fm illud.2.Petri.1.a. Ma
gna ꝛ preciosa promissa donauit nobis: vt per h
efficiamini consortes diuine nature.Et ideo ta=
le donum non potest homo cõsequi nisi a deo tra
hatur.Judei autẽ non sic erant tracti: ideo mur
murabant de verbis xpi. Illi autem: qui a pa=
tre trahuntur ad filium per fidem formatam/cõ
sequuntur eternam vitam: ideo sequitur. * Et
ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Quia
anima nõ est ad plenum beata: donec fuerit cor
pori reunita:ꝛ quia predictus tractus est per di=
uinam inspirationem. Ideo hoc ostẽdit per scri
pturam/dicẽs. * Est scriptum in prophetis. Et
erunt omnes docibiles dei.] Idest docti a deo.
Sententia enim huius dicit Esa.54.d. Ponam
omnes filios tuos doctos a dño.Et Hiere.3.c.Da
bo vobis pastores iuxta cor meum: ꝛ pascẽt vos
scientia ꝛ doctrina.Et est eadem sententia cũ il=
la:que hic a saluatore exprimitur. Christus enim
et apostoli non semper allegauerũt scripturã de
verbo ad verbum:sed sufficit eis accipere senten
tiam.Cuius autẽ efficacie sit diuina inspiratio
ostendit/dicens. * Omnis q̃ audit a patre.] Pre
dictas inspirationes percipiendo. * Et didicit.]
Eas sequendo. * Venit ad me.] Per fidem for
matam in p̃senti:ꝛ per gloriã in futuro Et quod de
us pater docet hoiem nõ apparendo visibiliter:
sicut hõ vel sicut angelus in corpore ab eo moto:
vel sicut dei filius in corpore sibi vnito: ideo seq̃
tur. * Nõ quod patrem vidit quisq̃ nisi is:q̃ est a
deo:hic vidit patrẽ.] Scz filius q̃ naturaliter p
cedit a patre. Notanduz ꝙ per hanc dictionem
quisq̃/potest intelligi natura humana: et sic ve
rum est ꝙ nullus homo ante xp̃m vidit patrem:
nisi forte in quodã raptu sicut Moyses. Sed ta
lis visio nõ erat similis visioni xpi: q̃ ab instanti
sue cõceptiõis vidit diuinam essentiã per modũ
habitus permanẽtis:ꝛ vtens sensibus corporis.
Si aũt per li quisq̃/excludatur ois creatura: sic
intelligitur quod sequit de filio fm naturã diui
nam:et de visione comprehensionis:que cõpetit
soli deo. Per hoc autẽ ꝙ dictio exclusiua ibi ad=
iungitur filio:nõ excluditur pater vel spiritussanctus:
quorum est vna simplex visio. Dictio enim exclu=
siua addita vni psone respectu termini essentia=
lis:non excludit aliam personã: vt diffusius de=
clarat.1.libro Senten.Repressa iudeorum mur
muratione:saluator reddit causam eius q̃d dixe
rat.☞ In predicto annota.1.quinte partis.ser.
Defunctorum cõmunis.Tom.2.)scz. * Amẽ amẽ

dico vobis. Ego sum panis viu⁹: qui de celo de
scēdi.] Quasi satisfaciens eorum questioni. Et qđ
illud dictū sit verū/arguit. Ille est ver⁹ panis vi
te: ꝛ de celo descēdens: qui pōt preseruare a mor=
te: ꝛ dare vitam eternam ꝛ celestem: talis panis
est verbum incarnatum: non autē panis dat⁹ a
Moyse in deserto: qꝛ omnes qui mādu cauerūt
ex illo: mortui sunt. ergo. ꝛc. Et hoc est quod dr̄.
* Amen amē dico vobis: q̄ credit in me.] Per
fidem formatā. * Habet vitā eternam.] Que
virtualiter in gratia continet̄. Sequit̄. * Ego
sum panis vite. Patres vestri manducauerunt
manna in deserto: ꝛ mortui sunt. Hic est panis đ
celo descendens: vt si quis ex ipso mādu cauerit:
non moriatur. Ego sum panis viuus: qui de ce
lo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane
viuet in eternum.] Ista patent ex dictis. Postq̄
egit de pane spirituali: qui est verbum: vt dictū
est: consequenter agit de pane spirituali: qui est
sacramētum. Et diuiditur in duas partes: quia
primo ostendit̄ propositum. Secundo ꝓbatur
quodam suppositū. Prima in tres: qꝛ primo sal
uator docet huius sacramenti qualitatē. Scđo
ipsius necessitatē. Tertio ei⁹ veritatē. Circa pri
mum sciendū ꝙ in sacramento eucharistie con=
tinetur ipsū verbū incarnatū. Et ideo ostendēs
qualitatē huius sacramenti q̄tuor tangit. Pri
B mum est illud/ ꝙ est ibi sacramentū tantū. s. spe
cies panis/ cū dicit. * Et panis.] Secundū est
auctor hui⁹ sacramēti: qui est ipse xp̄s sacerdos
summus. Sacerdos aūt: qui est minister huius
sacramenti tantūmodo ꝓfert verba nō in ꝓpria
persona: sed in persona xp̄i. In alijs aūt sacramē
tis vtitur minister verbis suis: vel verbis ecclie:
quibus exprimitur actus: quē facit. Vt in batis
mo patet/ cum dicit̄. Ego baptizo te. ꝛc. Sed in
sacramento eucharistie solum refert verba xp̄i:
cum dicit. Qui pridie q̄ pateretur. ꝛc. Et sequū
tur postea verba xp̄i consecrationem efficientia.
Et hoc notatur cum dicitur. * Quem ego da=
bo.] Tertium est res significata ꝛ contenta. s. ve
rum corpus xp̄i/ cum dicitur. * Caro mea est]
Et accipitur hic caro prout distinguitur contra
animā ꝛ sanguinem: qꝛ licet sub specie panis sit
anima ꝛ sanguis: hoc tm̄ non est ex virtute sacra
menti: sed ex concomitantia reali: sicut ꝛ ipsa di
uinitas. Quartum est res non contenta: sed tm̄
significata. s. corpus xp̄i mysticum: quod coniū
gitur capiti per charitatem. Hoc aūt sacramen=
tum dicitur sacramentum amoris: ideo dicitur.
* Pro mundi vita.] Sicut enim vita natura
lis est in membris: eo ꝙ vniunt̄ capiti: a quo re=
cipiunt influentiam sensus ꝛ motus: sic in fideli
bus: qui sunt membra Christi/ vita spiritualis
conseruatur: eo ꝙ vniuntur capiti Christo per
sacramentum amoris. Considerandum etiam
ꝙ bene dicit mundi: quia alia sacramenta solū
proficiunt ipsi recipienti. Solus enim baptiza=
tus recipit gratiam baptismalem: ꝛ nō alij. Sa
cramentum autem eucharistie non solum profi
cit sacerdoti sumenti: sed etiam toti ecclesie: et il=
lis qui sunt in purgatorio. Cui⁹ ratio est: quia
eucharistia non tantum est sacramentū: sed est
ecclesie sacrificium inquantum continet Chri=
stum passum. Et ideo proficit omnibus xp̄i fide
libus. Si autem sumatur alio modo sicut a lai
co: tunc proficit solum sumenti: quia officiū ei⁹
non est offerre sacrificiū: sed tantum sumere sacra
mentum. Consequenter (terminato hic hodier=
no euangelio.) ostenditur huius sacramenti ne
cessitas/ cū dicitur. * Litigabāt ergo iudei. ꝛc]
Et consequenter huius sacramenti vtilitas/ cū
dicitur. * Caro enim mea vere est cibus. ꝛc.]
☞ De quibus quere annota. 1. B. quinte p=
tis. ser. Sabbati Dominice Passiōis. ē. fol. 161.
col. 2. De xp̄i doctrine expositiōe: si volueris sci
re vel videre: q̄re in predicto capi. 6. ibi. * Mul
ti ergo audientes. ꝛc.] Et in hoc terminatur to=
ta diuisio supra posita.

* Nemo potest venire ad me.] Glo. Alibi dici C
tur. Nemo cognoscit patrem/ nisi per filiū. Qđ Glosa.
contrariū videtur huic dicto. Nemo potest veni
re ad me. Sed nō est: qꝛ pater reuelat: trahit. ꝛc.
per filium. * Nisi pater: qui misit me. ꝛc.] Illū
pater trahit ad filiū: qui ideo credit in filium: qꝛ
cogitat patrem eius esse deū. i. qui credit equalē
patri genitū. Tractio hec nō est violētie/ nec ne=
cessitatis: nec est inuiti: sed voluntatis et deside=
rij. Unde Vergili⁹ Eglo. 2. Trahit sua quēq̄
voluptas. Si ergo in his: in q̄bus nō est vera di
lectio: trahitur homo amore et desiderio: quāto
magis trahitur aliquis vehemēti delectatione:
cui pater reuelat panem: qui est vita et beatitu=
do: et omne bonū? In quo commendatur ma=
gna gratia. * Et ego resuscitabo. ꝛc.] Ego eq=
lis patri/ faciā eum videre: quod credit. mandu
care: quod esurit. habere: quod amauit ꝛ deside
rauit: qđ non potest esse in presenti: vbi tm̄ trahi
tur. * Est scriptum.] Vere nemo venit ad me:
nisi pater docuerit: quia ita testantur ꝓphetie.
Omēs/ homines regni illius. i. christiane fidei.
Erūt docibiles dei: qꝛ etsi homines foris loquū=
tur: tm̄ deus solus intus sensum aperit: intus in
struit veritatis cognitione et amore: ita quicūq̄
audit et discit a patre: venit ad me. Et ne q̄s ex
cuset se: dicens. Nunq̄ vidi patrem: quomodo
disco ab eo? Subdit. Nō quia pater visibilis sit
alicui: et tamen nemo credit: nisi ipse docuerit.
Quomodo ergo docet? Dum audis verbū ei⁹:
idest mei: dum ego homo verbū eius coeternū:

factus homo vobis loquor. et hoc est. Is: qui est a deo. i. filius: vidit patrē. i. nouit et vos docet. et ideo me audite. * In prophetis.] Prophetis dicit pluraliter: quia omnes prophete vno et eodem spiritu repleti: licet diuersa prophetarent: tamen ad idem tendebāt: quapropter cum quouis eorum omnes alij concordabant. Sicut Johel. capi. 2. qui dicit. Et erūt homines docibiles

D dei. * Nō quia patrem. etc.] Idest ego noui patrem: q2 ab illo sum: et ideo credite: q2 qui credit in me habet vitam eternam. Potuit dicere habet me: sed reuelat q ipse sit vita eterna: quia verbum est vita hominum: quod et carni sue/ quaz susceperat: cui interuenit mors/ vt mortem tolleret: dat vitam in resurrectione: sic et alijs credentibus in se. * Ego sum panis vite. Patres vestri. etc.] Māna de quo superbitis: patrib9 murmuratoribus/ quorum estis filij murmurando: non fuit panis vite: quia non intellexerūt in eo spiritualem cibū. Sic et vos: qui me auditis: nō spiritualiter intelligitis. Vixit aūt Moyses et alij electi de māna: q2 spūaliter manducauerūt: sic et q modo verba mea spūaliter accipiūt. Ego sum panis vite. Ecce sacramentū verbis tegit: vt iudei et etiā aliq discipuli non credentes verbis illi9 magis scandalizenk: et humiles apostoli humiliter credētes probenk. Unde Petr9. Verba vite eterne habes. * Et panis: quez. etc.] Quō sit panis determinat: non solū fm verbum: quo viuunt oia: sed etiam fm carnē assumptā pro mūdi vita. Humana eni caro: que erat pctō obnoxia/ et ideo mortua: carni eius munde vnita: incorporata vnū cū illo effecta: viuit de spū ei9: sicut viuit corpus de spū suo. Qui vero nō est de corpore xpi/ non viuit de spū xpi. Q2 autem iudei nō erant huius vnitatis: litigabant: nec talibus exponitur quō dūs carnem suā det ad manducandum: sed audiunt/ vnde magis moueantur. * Nisi manducaueritis. etc.] ☞ Quere annota. 1. A. quinte partis. sermonis Sabbati Dñice passiōis. fol. 160. col. 4.

E Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Fidei: incipientibus fol. 59. Vel sermōis Pentecostes. folio. 244. sub themate. * Nemo potest venire ad me.] vt. s. A. ¶ vel sermonis Incarnationis. fol. 2. Vel sacramenti. folio. 14. sub themate. * Ego suz panis vite. etc.] vt. s. A. ¶ vel sermonis Finalis iudicij. fol. 236. sub themate. * Ego resuscitabo. etc.] A. C.

Ferie. v. post pētecosten. sermonis annotamenta. Ex quinta parte Biblie.

Conuocatis. etc.] Lyra. Dicitur apostolis auctoritas predicandi et potestas miraculis faciendi ad confirmationez sue doctrine: et sic mittuntur predicare. Et hoc est quod dicit. * Conuocatis Jesus duodecim apostolis.] Idem Lyra super Mattheum 10. capi. Qui principaliter erant sui discipuli. * Dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et vt languores curarent.] Cum enim doctrina nō sit efficax/ nisi fuerit probata: ex quo misit eos ad docendum/ debuit eis dare gratiam miraculorum: quia aliter non potest probari veritas huius doctrine: cum excedat facultatem intellectus humani. Propter quod dicitur Marci vltimo. d. Ipsi vero profecti predicauerunt vbiqz domino cooperante et sermonē cōfirmante/ sequentibus signis. Si autem queratur/ quare predicatores moderni talia signa nō faciunt? Respondet Grego. Quia cum fides catholica sit sufficienter probata per miracula christi et apostolorum: non oportet vlterius hanc probationem reiterare. Sicut etiam arbusta primo cum plantantur frequenter irrigantur: cum autem in terra radicem fixerint/ talia subtrahūtur. Verūtū ad consolationē fideliuz etiam posterioribus temporibus multa fecit miracula: vt patet de tempore martyrum et confessoruz. etc. Sequitur. * Et misit illos predicare regnum dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via neqz virgam neqz peram/ neqz panem/ neqz pecuniā: neqz duas tunicas habeatis. Et in quācūqz domum intraueritis: ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicunqz non receperint vos: exeūntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedum vestrorū excutite in testimonium supra illos. Egressi autez circuibant per castella: euangelizātes et curātes vbiqz.] Sententia huius littere patet ex dictis Matth. 10. ☞ Ideo quere Annot. 1. quinte partis sermonis Simonis et Jude apostolorum. Tomo. 2. Et Anno. 2. B. quinte partis. sermo. Apostolorum. fol. 84. Col. 3.

B * Conuocatis. etc.] Moraliter. Hec autez facit predicatorib9 euangelij: si faciāt quod in se est: eis dando potestatem eijciendi demones spūaliter de cordib9 hominum/ et sanādi languores vitiorum. * Nihil tuleritis in via. etc.] Hoc faciunt qui se diuine prouidentie cōmittunt: rationabiliter tamen: ne deum tentent. * Et quicuqz etc. vsqz/ puluerem.] Per quem significantur leues motus impatiētie: qui solent etiam in viris perfectis ex hoc subito surgere: qui statiz sunt excutiendi per virtutem patientie.

L *Cõuocatis.&c.] Glo. Cõcessa primũ potesta
te signorũ: mittunt̃ ꝑdicare regnũ dei: vt magni
tudini ꝑmissorũ attestet̃ etiã magnitudo facto=
rum; & fidem verbis daret virtus ostẽsa: & noua
facerent: q̃ noua predicarent. * Nihil tuleritis.
&c.] In Marco legit̃: vt nihil tollerẽt in via: ni=
si virgam tñ. Sed sciendũ q̄ vtrũq; preceptum
est a dño: vt nihil nisi virgã ferrent: & vt neq; vir
gã ferrent. Nõ ferre virgã est nõ esse solicitum de
his: que necessaria sunt humane sustẽtatiõi: q̄
hec debentur ꝑdicatoribus ab his: q̃bus ꝑdicant:
q̃ñ sine scandalo pñt accipi. Nihil ferre nisi vir=
gã: est vti illa potestate accipiẽdi necessaria: que
data est ꝑdicatoribus. * Duas tunicas.] Sim
plex vestimẽtũ est, q̃cq̃d est necessariũ alicui ꝭm
qualitatẽ loci vel tẽporis. Duplex est qđ vltra ne
cessitatem est. ¶ Allego. In duabus tunicis du
plicitatẽ ꝓhibet. * Ibi manete] Ne excursetis
per domos & inuiolabilis hospitij iura mutetis.
Vñ Mat.10.capi. Domus in q̃ manere debe=
ant prius eligenda est, vt mutandi hospitij ne=
cessitas auferatur. * Puluerem pedum.&c.]
Puluis excutitur in testimoniuz laboris sui: q̄
ingressi sunt in ciuitatem & vsq; ad illos predica
tio peruenit. Uel excutitur, vt nihil ab eis acci=
piant: qui euangelium spreuerunt: nec etiam ne
cessaria vite. ¶ Allego. Ne cõmunicetis inani=
bus verbis & gestis perfidorum: que pulueri cõ=
paranda sunt. Ne caste mentis vestigium pol=
luatur. Puluerem vero fidelis populi: qui hu=
mana fragilitate colligit̃: debet predicator euan
gelij abolere: & quasi suum in se suscipere Unde
Apostolus.2.Cor.11. Quis infirmatur: & ego
non infirmor? Quis scandalizatur: et ego non
vror? *Egressi autem.&c.] In Marco (capitu
lo.6.) legitur. Exeuntes predicabant, vt peni=
tentiam agerent: et demonia multa eijciebant,
D et vngebant oleo multos egros: & sanabant.
☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis Prelatorum: incipientibus folio.90.
sub themate. * Misit illos predicare.&c.] vt.s.
A.B.C. ¶ Uel sermonis Apostolorum.fo.82.
Uel sermo. Pentecostes.fo.244.sub themate.
*Conuocatis.&c.] A. ¶ vel sermonis Domi=
nice.1.et.3.quadragesime.fol.83.et.117.sub the
mate. * Super omnia demonia.&c.] A. ¶ vel
ser. Pctõr.fol.189.sub the. * Ut lãguores (.i.
pctã) curarẽt.] A.B. ¶ vel.ser.Relig̃.fol.136.sb
the. * Nihil tuleritis in via.&c.] A.C. Idest
non sitis proprietarij in religionem quam susce
pistis.

Ferie.vj. quattuor tẽporuz
post Penteco.ser.annota. Ex quita pte Biblie.

Factum est in vna dierũ: et Je= ¶ I.
sus sedebat docens. Et erant Luce.5.
pharisei sedentes: & legisdocto A
res: qui venerant ex omni ca=
stello galilee & iudee & hierusa
lem: & virt9 domini erat ad sa
nandum eos. Et ecce viri por
tantes in lecto hominem: qui erat paralyticus:
et querebant eum inferre et ponere ante eum. Et
non inuenientes qua parte illum inferrent pre tur
ba: ascenderũt supra tectũ, & per tegulas submi=
serũt euz cum lecto in mediũ ante Jesum. Quo
rum fidem vt vidit, dixit. Homo remittũtur tibi
peccata tua Et ceperũt cogitare scribe & pharisei
dicẽtes. Quis est hic qui loquit̃ blasphemias?
Quis potest dimittere peccata nisi solus deus?
Ut autem cognouit Jesus cogitatiões eoruz:
respõdens dixit ad illos. Quid cogitatis mala
in cordib9 vestris? Quid est facilius dicere: di=
mittunt̃ tibi peccata: an dicere: surge & ambula?
Ut autem sciatis quia filius hominis habet po
testatẽ in terra dimittẽdi peccata: ait paralytico.
Tibi dico surge: tolle lectũ tuũ: et vade in domũ
tuam. Et confestim cõsurgens coram illis, tulit
lectum: in quo iacebat: et abijt in domum suam
magnificãs deum: et stupor apprehẽdit omẽs: et
magnificabãt deum. Et repleti sunt timore dicẽ
tes: quia vidimus mirabilia hodie.] Lyra. Hic
describit̃ de paralytico curato miraculũ: quod
factum fuit in Capharnaũ: vt habet̃ Marci.2.
Et patet sentẽtia huius partis quãtuz ad curati
onẽ paralytici ex dictis Matth.9. ☞ Et An=
no.1. quinte partis. sermo. Dñice.19. Post octa=
uas Corporis christi incipieñ. * Ascendẽs Je=
sus i nauiculã.&c.] Infra in hoc Tomo.) Et q̃n
tum ad curationem dicti paralytici Lyra super
Marcum.2.cap. dicit sic. Hic exprimit̃ modus
offerẽdi, cum dicitur. * Et cum non possent of= B
ferre eum illi pre turba, nudauerũt tectũ: in quo
erat Jesus.] Ad cuius intellectũ sciendũ q̄ do=
mus in terra illa habent plana tecta: et ibi ascen
dunt hoies causa recreatiõis ad habendũ aerez
et cõfabulandũ adinuicẽ: quia de tecto vni9 do
mus potest de facili transiri ad tectum alteri9 do
mus: et propter hoc dicit saluator. Matth.10.c.
Quod in aure auditis: idest i secreto: predicate
super tecta .i. in publico vbi conueniũt hoies: et
in quolibet tecto est vna clausura: que aperitur
quando hoies de domo accendũt super tectuz: et
clauditur quando descendũt: illi igitur qui por
tabant istum paralyticuz: non potentes ingredi
domũ: in qua Christus erat propter turbã: que
non solum erat intra domũ: sed etiam ad ostiũ:
per aliam domũ contignam portauerunt illum
paralyticũ super tectũ domus: in qua erat chri=

stus: et aperientes clausurā tecti ꝑdictā. * Sub
miserunt grabatū: in quo paralyticus iacebat.
C · Et posuerunt eū in lecto ante xp̄m.] Moralit.
Per istum paralyticum significatur turpi mar=
cens ocio. Lect⁹/ in quo iacet/ est praua cōsuetu
do. Portatores eius/ vt sanet a xp̄o: sunt quat=
tuoꝛ sue salutis ꝓcuratores. s. monēs secrete: pre
dicans publice: orans ꝓ eo: ꝛ inuitās exēplo. Et
sic ante deū locatur: ꝛ dictoꝝ meritis (si tn̄ obicez
non ponat: sed magis cōsensum) sanat. Et tollit
lectū male cōsuetudinis ꝑ exercitiū boni operis:
ꝛ sic ꝓcedens de virtute in virtutē vadit ad do=
mū suā celestē. Illi vo/ q̄ inde murmurāt/ signi
ficant demones: qui inde valde dolent.
D ¶ Idē Lyra sup Lucā. Moralit. Paralytic⁹ est
Moralit peccatoꝛ operibus meritoꝛijs priuatus: sed iacet
in lecto: qn̄ tenet eum peccati cōsuetudo. Ipsum
aūt poꝛtantes: sunt iusti ꝓ eo deprecantes. Et sic
ponunt eū ante Jesum: q̄ euz respicit: qn̄ preces
eoꝝ exaudit. Et tunc lectū suum tollit: qn̄ a pec=
catorum consuetudine recedit: ꝛ vadit in domū
suam: qn̄ bonis actibus festinat ad patriā cele=
stem. Et popul⁹ deū magnificat de tali mutatio
ne: q̄m est dextere excelsi.
E * Et factum est. ꝛc.] Glo. Beda. Ubi sedēs do
Glosa cuerit Lucas breuiādi gratia preterijt. Sz Mat
theus in ciuitate sua: Marcus in capharnaum
hoc eū fecisse testat. Sed ciuitas xp̄i dicitur gali
lea: in qua erat nazareth ꝛ capharnaū: ad disti=
ctionem regionis transmarine gerasenoꝝ: de q̄
transfretando venerat galileam: sicut Mat. scri
bit. Uel ipsa capharnaū ciuitas xp̄i est: quā nō
nascendo/ sed virtutibus illustrando suam fece
F rat. * Et erāt pharisei.] Ambro. Inter ceteroꝝ
remedia debiliū: cōuenientibus ex oī ꝑte docto=
rib⁹: hec paralytici sanatio describit: vt magna
ꝛ magne rei significatiua. Unde orasse ꝑmittit:
non ꝓpter suffragium: sed propter dandū exem
plum. In quo docetur vnusq̄sq; eger petende sa
lutis precatores adhibere: per quos vite nr̄e cō=
pago resoluta: actuūq; nostroꝝ clauda vestigia
verbi celestis remedio reforment. * Uiri poꝛtā
tes. ꝛc.] Allego. Idest erigētes ad superioꝛa ani
mū hoim: q̄uis exterioꝛis hois debilitate toꝛpē
tem: quoꝝ rursus adminiculis: ꝛ attollere ꝛ hu
miliare se: facilius ante Jesum locet: dominico
dignus videri aspectu: humilitatem eni respicit
G deus. * Et querebant. ꝛc.] Beda. Desiderāt of
ferre: sed turba interposita recludunt: q2 sepe ani
ma post infirmi coꝛpoꝛis desidiā ad deū respici=
ens: ꝛ diuina gratia innouari desiderans: pri=
stine conuersatiōis obstaculo retardatur. Sepe
dum cū deo in orationibus colloquit: turba co=
gitationum interueniens: aciem mētis/ ne xp̄s
videatur/ intercludit. Sed nō est exteri⁹ in infi

mis: vbi turbe tumultuant: remanēdū: sed tectū
dom⁹: in qua xp̄s docet/ ascendendū. i. sacre scri
pture sublimitas est appetenda/ ꝛ lex dei nocte
dieq; meditanda: q2 in custodiendo sermones
dei coꝛrigit iunioꝛ viam suam. Et patefacto te=
cto. i. reseratis scripturis: eger submittitur: quia
ad xp̄i humilitatem fidei pietate descenditur: et
ad xp̄i notitiaz venitur. * Et per tegulas.] Be
da. Domus Jesu tegulis tecta describitur: quia
sub contemptibili litterarum velamine/ si assit
doctoꝛ: qui reseret diuina: spiritualis gratie vir=
tus inuenitur. Quod cū lecto deponitur: signifi
cat ab hoīe adhuc in ista carne ꝯstituto xp̄m de=
bere cognosci. * Quoꝛum fidē.] Beda. Mul H
tum valet fides propria cuiusq;: cum ꝑ alienam
fidem hō interius ꝛ exteri⁹ sit saluatus. ¶ Bed.
Hec curatio paralytici significat saluationē ani
me suspirantis ad deū de diuturna illecebra car
nalis inertie: q̄ indiget bonis doctoꝛib⁹: q̄ eā sub
leuent: ꝛ xp̄o offerant: ꝛ ꝓ ea intercedant. Qui
apud Marcum quattuoꝛ fuisse leguntur: pro=
pter quattuoꝛ euangelioꝛum libros: seu propter
quattuoꝛ virtutes: quibus ad promerendā so=
spitatem mentis fiducia erigitur/ que sunt: pru=
dentia: foꝛtitudo: temperantia: iusticia. * Ho=
mo remittunt. ꝛc.] Tu homo peccatoꝛ: ego de⁹:
qui peccata remitto: qui alioꝛuz merito tibi pec
cata relaxo. Qui ergo peccatis grauatur: adhi
beat ecclesiam: que pro eo precetur. Quia ꝓ cul
pa anime/ etiam coꝛpus infirmabatur: ideo sa=
naturus coꝛpus/ prius sanat animaz. * Quis I
potest dimittere: ꝛc.] Nemo dimittit peccata ni
si deus: qui per eos quoq; dimittit: quibus pote
statem dimittendi dedit. Cum ergo Christus di
mittat: vere deus probatur. Uerum testimoni=
um deo reddunt: sed personam Christi negan=
do falluntur. Perfidia enim confiteri potest: cre
dere non potest. Itaq; testimonium non deest di
uinitati: fides deest saluti. Deus autem volens
saluos facere peccatores: et occultoꝛum cogni=
tione se deum esse demonstrat: ꝛ admiratione fa
ctoꝛum illis respondens. Quid cogitatis mala
in coꝛdibus vestris? Eadem maiestate ꝛ poten=
tia: qua cogitatiōes vestras intueoꝛ: possum ho
minibus delicta dimittere. Ex vobis intelligite
quid paralytic⁹ cōsequatur. Sed quia spiritua
lem gratiam non cognoscitis: nec creditis qd̄ in
terius factum est: probetur signo visibili: qd̄ non
minoꝛis constet esse potentie: vt in filio hois latē
tem cognoscatis potentiam maiestatis: qua po
test peccata dimittere vt deus. * Ut aūt cogno
uit. ꝛc] Ambro. Magn⁹ sacerdos leprā videbat
in coꝛdib⁹ iudeoꝝ: ꝛ peioꝛes ostēdit illo leprosos:
cui purgato iussit se offerre sacerdoti. Sz hos sū
mus sacerdos repudiat: ne alios q̄ eoꝛum lepra

contaminet. * Tibi dico/ surge.] Beda. Surgere: est animā a carnalibus desiderijs abstrahere. Lectum tollere: carnē a terrenis desiderijs ad voluntatem spiritus attollere. Domū ire: ad paradisum redire: vel ad internā sui custodiā: ne iterū peccet. Ecce per remissionē pene: remissionem culpe intellige. * Et stupor.] Amb. Expectant surgentē increduli: mirātur abeuntē: et diuini operis miracula malunt timere: q̄ credere. Nam si crederent: non timerent: sed diligerent. Perfecta enim dilectio foras mittit timorē: prima Johannis. 4. d.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis sermonis Peccatorum. fol. 189. sub the. * Ecce viri portātes paralyticū. rc.] vt. s. A. ¶ vel ser. Fidei. fol. 59. sub the. * Quorum fidem. rc.] A. B. ¶ vel ser. Penitentie. fol. 211. sub the. * Dimittuntur tibi peccata. rc.] A. ¶ vel ser. Religi. fol. 136. ¶ vel Prela. fol. 90. ¶ vel Orationis. folio. 180. sub the. * Ecce viri portantes. rc.] A. C. D. G. ¶ vel ser. Sacramenti. fol. 14. sub them. * Quis potest dimittere peccata?] A. J. ¶ vel ser. Penteco. fol. 244. sub the. * Virtus domini erat ad sanandum. rc.] Scz spūssctī virt⁹. A.

Sabbati quattuor tēporū post Pēteco. ser. annota. Ex q̄nta parte Biblie.

Vrgēs Jesus de synagoga: introiuit in domū Simonis. Socrus aūt Simonis tenebatur magnis febribus: et rogauerunt illum p ea. Et stās super illam/ imperauit febri: et dimisit illam: et ↄtinuo surgens/ ministrabat illis. Cum sol aūt occidisset: omnes: qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autē demonia a multis/ clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans: nō sinebat ea loqui: quia sciebāt ipsum esse xp̄m. Facta autem die/ egressus ibat in desertū locum: et turbe requirebant eum: et venerūt vsq ad ipsum: et detinebāt illum: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei.] Lyra. Hic describit̄ doctrine xp̄i cōfirmatio per miracula xp̄i. Sicut enim illa: quorum cognitio subest naturali facultati itellect⁹: confirmantur esse vera per reductionē ad prima principia: sic veritas illorum: que transcendunt naturalem facultatē intellectus: de quibus erat doctrina Christi: confirmat̄ per operationē miraculorum: que a solo deo possunt fieri: ⁊ ideo cum inducuntur ad confirmationē alicui⁹ doctrine: ostenditur esse vera: cum deus testis esse non possit alicuius falsitatis: igitur ad hoc inducit̄ hic miraculum de socru Petri a febribus curata.

¶ Idem super Marcum capi. 1. vbi hec posita sunt eodem ordine: quo hic. Ideo dicitur ibi. * Egrediens de synagoga.] Post Christi predicationem/ et eius confirmationē per demonis expulsionem. * Introiuit in domū Simonis] Vt ibi acciperent refectionē post laborē. * Socrus Simonis. rc.] Licet enim virtute nature febris possit curari: non tñ in instanti: Christus autem sanauit eam hic subito: et ita perfecte/ q illa mulier ministrabat eis: ex quo ostendit̄ ista curatio miraculosa ad discipulorum confirmationem. Consequenter occasione huius sanatiōis illi: qui habebant infirmos in illa villa: adduxerunt eos ad Christum: querētes remedium. Et hoc est quod dicitur. * Cum sol occidisset. rc.] Dicit autem Theophilus expositor: q ita tarde adduxerūt eos ad Christum: quia illa dies erat dies sabbati: et credebant curationes nō esse licitas durante die sabbati: que finiebat̄ in vespere illius diei. rc. ☞ Quere de hac materia fm alium euangelistam/ Annotamēto. 1. per totū: quite partis. sermonis Ferie. 6. Dominice. 21. post octauas corporis Christi. incipien. * Cum venisset Jesus. rc.] infra in hoc Tomo.

* Et intrauit fm cōsuetudinē. rc.] Lyra. Moraliter. rc. ☞ Quere annotamēto. 39. B. q̄nte partis. sermonis Prelatorum. fol. 126. col. 3. Sequitur paulopost. * Socrus aūt. rc.] Per quā significatur persona/ iracundie calore/ aut concupiscentie laborās: super quam stat Jesus: cuz istas passiones mitigat: et tunc ei deuote ministrat. * Cum autem sol. rc.] Per hoc significauit: q passio sua: in qua iusticie sol occidit: futura erat medicina omīs spiritualis infirmitatis. * Et increpans nō sinebat ea loqui.] Per hoc autem/ q Christus increpauit demonē: qui suā potentiam confitebatur et sanctitatē: ei silentiuz imponens: docuit nos fugere laudem turpium personarum. Quia (sicut dicit Seneca libro de virtutibus) tam triste tibi sit laudari a turpib⁹/ q̄ si lauderis ob turpia. * Facta aūt die. rc.] Dans in hoc exemplum predicatoribus reuertendi ad solitudinem contemplationis/ post laborem predicationis: et vt gratias deo agant de profectu preterito: et se disponant pro futuro. B Moralit.

¶ Et super Marcum. * Socrus Simōis. rc.] Per quam significatur mulier calore luxurie laborans: que manu eius apprehensa sanatur: q2 talis mulier eius repressa libidine/ curatur. Ecclesiastici. 26. b. In filia non aduertente se: firma custodiā. * Cum sol. rc.] Beda. Mystice.

Sabbati quattuor tẽporũ post Pentecosten.

Solis occubitus/ passionẽ mortẽqꝫ significat illius: qui dicit. Quãdiu sum in mundo: lux sum mundi: et sole occidẽte/ plures qꝫ ante demoniaci et egroti sanãtur: qꝛ qui temporaliter in carne viuens/ paucos iudeoꝝ docuit: omnibꝰ ꝑ orbem gentibus/ fidei salutisqꝫ dona transmittit. * Et non sinebat ea loqui.] Theophilus. In hoc docens nos nõ credere demonibꝰ/ etiãsi vera dicãt: qꝛ si aliquos credentes sibi inuenerint: veritatibus mendacia miscent. Vñ in Collatiõe Moysi abbatis dicitur: ꝙ quidã anachorita deceptꝰ fuit a demone in angelum lucis se transformante: qui post plura vera: que sibi dixerat: ꝓiecit se ipsum in puteũ ad eius verbum. Nam ei dixit: ꝙ tanti meriti erat apud deũ: ꝙ ex hoc nullũ pateretur malum: qd fuit falsum: nã ex hoc letaliter fuit vulneratus: et cito post mortuus. ⁊c.

C Glosa. * In domũ Simonis. ⁊c.] Glo. super Lucam. Domus Petri/ circũcisio est eiꝰ apostolatui cõmissa. Socrus/ est synagoga: que quodãmodo mater est ecclesie Petro cõmisse. Hec febricitat: quia inuidie estibus laborabat persequẽs ecclesiam. Sed Jesus stans super eam: sanat: qꝛ vbi timor dei incipit esse: talis estuatio solet recedere. * Et rogauerũt.] Beda. Modo saluator rogatus: modo nõ rogatus curat: ostẽdens se contra vitioꝝ quoqꝫ passiones et precibus fidelium semper annuere: ⁊ ea nonnunqꝫ: que ipsi non in se intelligunt: vel intelligenda dare: vel pie petẽtibus etiam non intellecta dimittere: vt. Delicta qs intelligit? Ab occultis meis munda me dñe. ps. 18. d. * Surgens.] Beda. Naturale est febricitantibus incipiente sanitate lassescere: et molestiam egritudinis sentire. Sed sanitas: que dñi datur imperio: tota simul redit: et etiã eo robore firmat: vt suis adiutoribus cõtinuo ministrare sufficiat: et iuxta leges tropologie mẽbra: que seruierant immũditie: seruiãt iusticie. Ro. 6. d. * Cũ aũt sol occidisset.] Beda. Solis occubitus: passio xp̃i: per quam plures sanãtur demoniaci: qꝫ ante viuens in carne egrotos sanauerat: qꝛ in carne viuens: paucos iudeoꝝ docu-

D it: post resurrectionẽ gentibus apparuit. * Tu es filius dei.] Beda. Cum ieiunio fatigatũ diabolus videret: verum hominẽ intellexit. Sed qꝛ tentando nõ preualuit: vtrũ etiam dei filiꝰ esset: dubitabat. Nunc ergo ꝑ signoꝝ potentiã iã certior effectꝰ: filiũ dei arbitrabat̃. Non ergo eum ideo crucifixit: vt filium dei ignoret: sed qꝛ eius morte se damnandum non preuidet. Hoc enim mysteriũ a seculis est absconditũ: qꝛ si cognouissent: dñm glorie nunqꝫ crucifixissent. 1. Coꝛ. 2. b. * Et increpans. ⁊c.] Beda. Ideo ꝓhibet loqui: ne/ dũ aliqs audit vera predicantẽ: sequatur errãtem. Improbus enĩ magister veris falsa ꝑmiscet: vt specie veritatis/ testimonium fraudis obtegat. * Facta autẽ die. ⁊c.] Mystice. Manifestata luce resurrectiõis: a credentiũ turmis requirit: ⁊ in gentiũ deserto inuẽtus: ne abeat: retinetur. * Recũbebat aũt socrus Simonis febricitãs: ⁊ statim dicũt ei de illa. ⁊c.] Eadẽ Glo. sup Marcũ. 1. ca. Bed. Lucas. 4. capi. dicit ꝙ rogauerũt pro illa. Modo enĩ saluator rogatꝰ: modo vltro curat: vt contra vitioꝝ qꝫ passiones/ et se precibꝰ fideliũ semꝑ adesse: ⁊ que nõ intelligũtur: vel intelligenda dare: vel non intellecta dimittere pie petentibus ostẽdat. Unde ps. 18. d. Delicta qs intelligit? Ab occultis meis mũda me. * Apprehensa.] Socrus Petri febricitans apprehensa manu leuat̃. Febris/ intemperantia est: de qua nos filij synagoge ꝑ manũ discipline/ et leuatione desiderij sanamur: ⁊ huius: q sanatione: ad vesperũ declinãtis a nobis: ministramꝰ volũtati. * Ministrabat eis.] Bed. Tropologice. Id est membra: que seruierãt immũditie: seruiant iusticie. Rom. 6. d. * Vespere autẽ. ⁊c.] Bed. Occasus solis/ mors xp̃i. Afferebant ad eum oẽs male habentes. Plures enĩ per apl'os post mortem suã sanauit: qꝫ cũ in carne viuens: iudeis ꝑdicauit. * Ad ianuã. ⁊c.] Hiero. Mor. Janua regni: penitẽtia est cum fide: que operat̃ salutẽ: languoribꝰ varijs. Varia enĩ sunt vitia: quibꝰ languescit ciuitas mundi. * Quĩ sciebãt eũ.] Beda. Lucas. 4. cap. dicit apertius. Exibãt demonia a multis clamãtia et dicẽtia: quia tu es filius dei: et increpans nõ sinebat ea loqui: quia sciebant eum esse xp̃m. Demonia ergo xp̃m esse sciunt: et filiũ dei esse confitent̃. In ieiunio enĩ fatigatum hominẽ diabolus putauit: nec tentando potuit eũ experiri an esset filius dei. Sed postea per signorum potentiã: vel potius suspicatus est: vel intellexit. Nõ igitur eum: quia ignoraret crucifigi persuasit: sed quia morte illius damnãdũ se esse nõ ꝓuidit. Unde Paulꝰ. 1. Coꝛ. 2. b. Nemo principum huiꝰ seculi cognouit. Si enĩ cognouissent: nunqꝫ dñm glorie crucifixissent.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis E Bucc ser. Pctoꝝ: incipientibꝰ fol. 189. sub the. * Tenebatur magnis febribus.] A. ¶ Vel ser. Orationis. fo. 180. sub the. * Rogauerũt ꝓ ea.] A. i. ꝓ aia peccatrice vel pctõris ¶ vel ser. Passiõis. fol. 35. sub the. * Cũ sol occidisset. ⁊c.] A. ¶ vel ser. Prelatoꝝ. fol. 90. sub the. * Ibat in desertũ locũ.] A. ¶ Vel ser. Dñice. 3. qdragesi. fol. 117. sub the. * Non sinebat ea loqui.] A. B. ¶ vel ser. Circumcisiõis. fol. 34. Vel Epiphanie. fol. 39. sub themate. * Socrus autem Simonis.] A. C. ¶ Vel de annotamentis sermonis Dominice. 1. Quadragesime. fo. 83. sub the. * Tu es Christus. ⁊c.] A. D.

C1. Gen.18. **V**os cum vidis-
set.] Glosa. Gregorius. Mo
raliter. ☞ Quere annota=
mento.6.prime partis. sermo
nis Generalis.fol.249.co.1.
¶ Interli. Adorauit / vnũ: qui tres viderat.

C2. Gen.18. **T**ulit de lapidibus: qui iacebant: et suppo
nens capiti suo: dormiuit in eodẽ loco.]
Lyra. Dicunt hebrei q̄ accepit tres lapides: ꝛ sa
tis videt̃ ex textu / q̄ accepit plures: ex eo quod
dicitur. De lapidibus. Et quando euigilauit /
inuenit q̄ illi tres lapides facti erãt vnus lapis.
Et hoc videtur per litterã sequentẽ infra. Tulit
lapidem: quẽ supposuerat capiti suo. Et dicunt
q̄ hoc fuit in signũ / q̄ dominus vniretur cũ eo /
associando eum. Nos autem melius possumꝰ
exponere / q̄ hoc fuit in signũ vnitatis essentie in
deo: et trinitatis personaꝝ: de cuius apparitiõe
hic agitur. Uel in signũ trium naturaꝝ in chri
sto. s. corporis et anime: et deitatis in vnitate pso
ne: quia de benedicta incarnatione fuit hec reue
latio facta ipsi Jacob. ✻ Dormiuit in eodẽ lo=
co.] Post longam et deuotam orationẽ. ✻ Ui
ditq̄ in somnis. ꝛc.] ☞ Quere annot̃.5.pri
me partis. sermonis Incarnatiõis.fol.2.col.2.

C3. Exo.6. **I**sti sunt principes domoꝝ. ꝛc.] Glo. Gil
bertus. Non primã tribum / vel secũdam:
sed tertiam elegit deus in sacerdotiũ: qꝛ in nomi
ne sancte trinitatis cõsecrati sunt sacerdotes: vt
fidẽ trinitatis in se seruare / et alios studeant do
cere: ꝛ quia numero deus impare gaudet: vt ait
Uergilius in Bucolicis.

C4. Exo.14. **L**ocutꝰ est. ꝛc. Phiairoth. ꝛc] ☞ Que
re annotamento.103.B.prime partis. ser.
Generalis.fol.257.col.4.

C5. Exo.31. **E**cce vocaui ex nomie Beseleel. ꝛc.] Lyra.
Moraliter. ☞ Quere anno.14.prime
partꝰ. ser. aploꝝ Petri et Pauli. Tom.2. ✻ De
ditq̄ ei sociũ Hooliab. ꝛc.] Glo. Strab. Allego
rice. Notandum q̄ in cõstructione tabernaculi
mysteriũ trinitatis ostendit̃: sicut in baptismo et
in transfiguratione. In baptismo enim in voce
sonuit pater: et filius baptizatꝰ est. In specie co=
lumbe spũs apparuit. Hooliab quoq̄: qui inter
pretatur ptectio mea / pater: patris personã. Be
seleel quoq̄: q̃ in vmbra dei / significat psonã spi
ritussancti. De quo dicitur Luce.1.d. Et virtus
altissimi obumbrabit tibi. Uirtus eñ altissimi /
spiritussanctus intelligit̃. Unde dominus Lu
ce.8.g. Ego noui virtutem de me exijsse. Jussio
autem: idest verbũ: quo tabernaculum fieri ius=
sum est: filius est: per quem pater in virtute spiri
tussancti omnia operatur.

Locutus est dominꝰ. ꝛc.] Glosa. Origeñ. C6. Nu.3?
☞ Quere anno.11. prime ptis. sermo.
Pugne. fol.167.col.2. Et an.21. prime ptis. ser
monis Oim sanctoꝝ. Tomo.2. Sequit̃ imme
diate. Q̄ tres ab oriẽte dicũtur esse tribus: tres
ab occidente: tres ad mare: et tres vltime ad aq̄=
lonem: et q̄ tribus Juda: que regalis est: ab oriẽ
te statuitur: de qua ortus est dñs noster: nõ puto
ociosum. Et q̄ Isachar huic iungitur: et Zabu
lon: et q̄ in quattuor partes trinus iste numerꝰ
ordinatur. Que q̃uis positionum suarum di=
uersas habeant qualitates: omnes tñ in trinita
tis numero cõtinent̃: quia sub vno numero pa=
tris et filij et spũssctĩ censent̃ omñes: q̃ ex quattuor
orbis partibus venientes / inuocant nomẽ dñi:
recumbẽtes cum Abraham: Isaac: et Jacob in
regno dei. Matth.8.b. ☞ Reliq̃ quere ibi.

Benedicat tibi dñs: et custodiat te. Osten= C7 Nu.6.
dat dñs faciẽ suã tibi. Conuertat dñs vul
tum suum ad te.] Glo. Notandum q̄ in hac be
nedictiõe nomen dñi tertio inducitur: vt sancta
trinitas intelligat̃: a quo: et per quem: et in quo
omnia bona sunt petenda et impetranda: quia
ex ipso: et per ipsum: ꝛ in ipso sunt oĩa. Ro.11.d.

Sacerdos: qui offert. ꝛc.] Glo. Origenes. C8
Mystice. ☞ Quere annota.75.prime Leui. 6.
partis. ser. Generalis.fol.254.col.3.

Hec ergo accipies. ꝛc.] Glosa. Origenes. C9.
☞ Quere annotamẽto.94.prime par Nu. 18.
tis. sermonis Generalis.fol.257.col.1.

Coques ex ea duodecim panes. ꝛc.] Glo. C10.
Origeñ. ☞ Quere annotamẽto.5.B. Leui.14
prime ptis. ser. Dñice.4.q̃drage.fol.155.col.4.

Ex secũda parte Biblie.

Factum est igitur. ꝛc.] Lyra. Mora C1.
liter. ꝛc. ☞ Quere ibi. Uel An= 3.reg. 6.
notamento.12.secunde partis. Ser
monis Ecclesie. Folio.68. Colũna
secunda.

Vade et pondera mihi ignis pondus: aut C2.
mensura mihi flatũ vẽti: aut reuocã mihi 4.esd.4
diem: q̃ preterijt. ꝛc.] ☞ Applica tu / q̄ si ista
nequimus facere: multo minus possumus trini
tatis mysterium rationibus naturalibus intel=
ligere: sed solũ debemꝰ fide tenere et credere. ꝛc.

Rubenitis quoq̄ et Gadditis: et dimidie C3.
tribui. ꝛc.] Glo. Adam. Nec videt̃ mihi Jos.1.
ociosũ: q̄ nõ tres itegre tribꝰ sunt: q̃ p Moysen
dispẽsant̃: nec ille itegre decẽ: q̃ p Jesuz heredita
te potiunt̃: sz due semis hic: ꝛ nouẽ semis ibi. Sz
vna diuidit̃: p quã nec ternariꝰ iplet̃: nec denari
us: qꝛ priores ptigerũt q̃dẽ sciam trinitatis nõ ite
gre nec pfecte: qꝛ non cognoscebãt vnigeniti in=

carnationē. Licet enim aduentũ eius crederēt: et reliquas eius dispensationes: et etiā predicarent: non tñ videre et adipisci: que crediderant: potuerũt. Unde Matth.13.c. Multi ꝓphete et reges voluerũt videre: que vos videtis. ⁊c. Erat enim fides illorũ non integra: quia nōdum fuerat impleta dispēsatio carnis: et quod nos iam factum credimus: illi credebant futurũ. Ille ergo tribus: neqꝫ due sunt: nec patres extra fidem et salutem trinitatis sunt: neqꝫ tres integre et ꝑfecte: ne trinitatis sacramentũ in illis videretur impletum. Sed contigerũt quidem tertium numerum: qꝛ cupierunt videre quē videmus: ⁊ nō potuerũt: fortasse nec in aduētu Jesu: quod perfectum est et integrũ/ discimus: nec si ad crucem ducatur et cōsumet in omnibꝰ: nec si a mortuis surrexerit: omnia nobis: que perfecta sunt: ꝑ semetipsuꝫ monstrabit. Unde Joh.16.c. Multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: veniet aũt spiritus veritatis: qui a patre procedit: ille docebit. ⁊c. Vides qꝛ non solum apud Moysen: ternarius imperfectꝰ est: sed adhuc Jesus dicit discipulis suis: non potestis audire modo. Insinuat spũs veritatis: qꝛ scꝫ per ipsum/ et in ipso adimpletur perfectio trinitatis. Nouem semis tribus sunt: que sub Jesu agũtur: non integre decem: qui numerꝰ perfectꝰ est: vt quod a dño Jesu reseruari dicitur: spũisancto semiplenum videat ac mediũ. Quāuis enim per xp̄m penitentia predicet ac conuersio: ⁊ detur peccatorum remissio: et oīa: que ad perfectionē decadis vidētur tendere: tñ perfectio et summa est cunctorum bonorũ: si post hec oīa quis spũssancti gratiā mereatur accipe. ☞ Reliqua quere ibi. Et applica illud Philippi apli: Joh.14. Dñe ostende nobis patrē. ⁊c. s. Annotamēto.1. E. quinte par. ser. Philippi et Jacobi. Tom.2.

Ex tertia parte Bib.

C.1. ps.18 A Summo celo egressio eius: et occursus eiꝰ vsqꝫ ad summũ eiꝰ: nec est q̄ se obscōdat a calore eius.] Cassio. Hic trinitas ostēdit. A summo celo pater. Egressio/ eterna generatio filij. Occursus/ ꝺm hominem: dum ascendens ad sedem patris/ occurrit vsqꝫ ad summũ: ꝺm ꝙ deus/ patri equalis. A calore/ spũsctũs: quē post ascensionē aplis misit: a quo nemo abscondit: q̄ vt deus/ corda hominũ nouit. Dicendo/ eius: notat vnitatē trinitatis. ☞ Reliqua quere ibi.

☞ Applica ad hec aliq̄ de an.ser. Rel'.fo.136 sub the. * Quid faciā vt vitā?rc.] B. vl'. * Sequere me.rc.] vel. * Si vis pfectꝰ esse.rc.] C. ¶ vel ser. Pctōrum.fol.189.sub the. * Nō homicidium.rc.] B. ¶ vel ser. Oiz sctōrum. Tomo.2.sub them̄. * Habebis thesaurum in celo.] C. ¶ vel ser. Passiōis.fol.35.sub the. * Facilꝰ est camelū.rc.] A. ¶ vel ser. Aplorum.fol.82.sub the. * Ecce nos dimisimꝰ oia.rc.] J. ¶ vel ser. Ferie.4. Cinerū.fol.75.qr in euāgelio huiꝰ Fer. dicit. Thesaurizate.rc.s.an.1.q̄nte p.fol.79.col.2. D. ¶ vl' ser. Epiph. fol.39. Et marie an.1.prime p.fol.eodem.col.1. Et an.22.q̄nte p.fol.49.col.1.sub eodē the. * Facilꝰ ē.rc] vel. * Erūt p̄mi.rc] A. L Auctor.

Dn̄ice.xvij.post oc.cor.xp̄i. Ser.an. Ex quita parte Bib.

CUm itroisset Jesus in domū cuiusdā pricipis phariseorum.] Lyra. In hoc capitulo ponit cōfutatio impenitentium. Dicuntur aūt impenitentes pp̄rie: qui ad verbum xp̄i non conterebant: sed potius indurabātur in malis: r insup xp̄o insidiabant: quales erāt pharisei et legispiti. Et primo saluator cōfutat eos de ignorātia. Secundo de supbia: ibi. Dicebat aūt r ad inuitatos. Circa primū sciēdum / q̄ inuidia excecat intellectū: et ideo pharisei et legispiti ex inuidia contra xp̄m excecati: dicebant eū legis transgressorem: eo q̄ curabat in sabbato: quod tn̄ falsum est: vt patet in curatiōe istiꝰ hydropici: cū dicit. * Cum introisset dn̄s Jesus in domū cuiusdā principis phariseorum sabbato mādu care panē.] Iste inuitauit xp̄m: vt patet ex sequētibꝰ: r videtur q̄ hoc fecit maliciose: r nō ex deuotione. Vn̄ subdit. * Et ipsi obseruabāt eū.] Attendentes si inter epulas aliq̄d diceret aut faceret: vn̄ r possi

sent eũ accusare. ✳ Et ecce homo q̇dam hydro=
picus.] Et dicit̃ ab hydor: qđ est aqua: qꝛ hydro
picus habet aquã inter carnẽ ⁊ cutẽ. ✳ Erat an
te illum.] Dicit Cyrillꝰ: ꝙ iste nõ petebat a xp̃o
sanari timore phariseoꝝ: sed solũ se ostẽdebat: vt
xp̃s eũ videns: eiꝰ misereret̃. ✳ Et respõdens Je
sus: dixit ad legispitos ⁊ phariseos: dicẽs. Si li=
cet sabbato curare?] Nõ ad verba respõdit xp̃s:
qꝛ questio sibi nõ ꝓponebat̃: sed ad cogitatiões
phariseoꝝ ⁊ legisperitoꝝ: qm̃ cogitabant curati
onez in sabbato esse illicitã. ✳ At illi tacuerũt.]
Quia si dixissent/nõ: timebant ab eo ratione cõ
futari. Si aũt dixissent/sic: nõ haberent frontem
ipsum de hoc accusandi. ✳ Ipse vero apprehen
sum sanauit eum: ac dimisit.] Qꝛ p impositio=
nem manus ipsum curauit: et postea manũ re=
traxit. ✳ Et respõdens ad illos.] Cogitatiõibꝰ
eoꝝ: quibꝰ cogitabãt illud factũ illicitũ. ✳ Di=
xit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteũ ca
det: ⁊ nõ continuo extrahet illum die sabbati?]
Ostendendo illud esse licitũ ⁊ bonum per exem
plum animalis bruti: cuius periculo licitũ erat
succurrere in sabbato/etiã s̃m ipsos: et multo for
tius succurrẽdum est homini: ꝓpter quem facta
sunt animalia bruta: et qui factus est ad imagi
nem dei. ✳ Et nõ poterãt ad hec resp õdere illi.]
Tanꝙ̃ ꝯfusi euidenti ratione. Consequẽter con
futat eos de superbia ⁊ ambitione indebita ho=
norũ: quod notat̃ cum dicit̃. ✳ Dicebat autẽ ⁊
ad inuitatos parabolaz: intẽdens quomodo pri
mos accubitꝰ eligerẽt.] Idest primas sedes i cõ
B uiuijs solennibꝰ. ✳ Dicens ad illos. Cum inui
tatus fueris ad nuptias: nõ discumbas in ṗmo
loco: ne forte honoratior te sit iuitatꝰ ab eo: ⁊ ve=
niens is: q̇ te ⁊ illũ vocauit: dicat tibi. Da huic
locum: ⁊ tũc incipias cũ rubore nouissimũ locũ
tenere. Sed cũ vocatꝰ fueris: vade/recumbe in
nouissimo loco: vt cuz venerit qui te inuitauit:
dicat tibi. Amice ascẽde superius.] Per primũ
locum nõ soluz intelligit̃ hic honorabilior sessio
in cõuiuijs solennibus: sed etiã quelibet electio
vel postulatio: seu ꝓmotio ad aliquã dignitatẽ:
⁊ hoc patet ex hoc qđ premittit̃. Dicebat autẽ et
ad inuitatos parabolã. Parabola/est alterius
rei significatiua. ad dignitates aũt se nullus de=
bet ingerere: sꝫ alios meliores se preponere: quã=
tũ est in se: alioquin inuitator principalis. s. deꝰ:
a quo est oĩs potestas: deijciet eũ a sua dignitate
saltẽ spũaliter snĩa dãnatiõis. Aliqñ etiã deijcit
tales pena tẽporalis depositiõis. Si aũt humili
ter refugiẽs: sicut faciebant patres antiq̇: vt Gre
go. et Ambro. et ꝯsimiles: tandem ex obedientia
susceperit: ⁊ ex charitate fraterna ea bñ vsus fue
rit: tandem celestẽ gloriã obtinebit: ideo subdit̃.
✳ Tũc erit tibi gloria corã simul discũbẽtibꝰ.]

Cuiꝰ ratio subdit̃: cum dicit̃. ✳ Qꝛ oĩs q̇ se ex=
altat.] Presumptuose se dignitatibꝰ ingerẽdo.
✳ Humiliabit̃.] Modo predicto. ✳ Et q̇ se hu
miliat.] Nõ fallaciter et ficte: s̃m qđ dicit̃ Eccĩ.
19. d. Est qui neq̇ter se humiliat: ⁊ interiora eiꝰ
plena sunt dolo: sed q̇ veraciter ⁊ ex corde. ✳ Ex
altabitur.] Scđm quod scribit̃ Prouerb. 29. d.
Humilem spũ suscipiet gloria. Consequẽter ter=
tio arguit eos de cupiditate. (☞ Prout inue=
nies supra annotamẽto. 1. A. ante ṗtis. ser. Sab
bati post Cinerẽ. incipi. ✳ Dicebat Jesus. ⁊c.]
fol. 83. col. 1.) Consequẽter quarto arguit eos de
ingratitudine. (☞ Prout inuenies supra an
nota. 1. A. ante ṗtis. ser. Dñice. 2. post octa. cor.
xp̃i. incipieñ. ✳ Dixit. d. J. d. s. parabolã hanc.
Homo quidã fecit cenam magnã. ⁊c.] fol. 264.
columna. 3.

✳ Cum introisset dñs. ⁊c.] Moraliter. Per hy
dropicũ istum: qui cũ plus bibit: plus sitit: signi
ficatur cupidus ⁊ auarꝰ: qui cũ plus acquirit:
ad acquirẽdum ampliꝰ inardescit. Juuenalis.
Crescit amor nũmi/quãtũ ipsa pecunia crescit.
Et iste stat ante Jesum: cum conuertit̃ ad ocuꝫ:
paratus acquisita dispẽsare ad honorẽ diuinũ:
⁊ sic recuperat sanitatez: qꝛ de cupiditate mutat̃
in liberalitatẽ. ✳ Cũ inuitatus fueris. ⁊c.] Oẽs
catholici sunt ad xp̃i et eccl'ie nuptias inuitati:
sed illi in primo loco recũbunt: qui dignitatibꝰ
ecclesie se ingerũt: quos spõsus eccl'ie xp̃s deijcit
ab ecclesia triũphante: ⁊ aliqñ etiam a militãte:
humiles vero recumbunt in nouissimo loco: vt
sponsus eos exaltet in celo.

✳ Cum introisset. ⁊c.] Glo. Hydor/aqua. In=
de hydrops: morbꝰ aquosus subcutaneꝰ: de vi=
tio vesice natus cũ inflatione turgẽte ⁊ anhelitu
fetido: ⁊ est ꝓpriũ hydropici: quãto plus bibit:
tãto plus sitit: ⁊ ideo comparat̃ ei: quẽ fluxꝰ car=
naliũ voluptatũ exuberãs aggrauat: cõparat̃ꝗ
diuiti auaro. ✳ Si licet sabbato curare?] Sab
batis precipue docet ⁊ opat̃ Jesus: nõ solum ꝓ=
pter spirituale sabbatũ: sed et ꝓpter populi cele=
briorem conuentũ: querẽs salutem oĩm. ✳ At il
li tacuerũt.] Merito tacent: qui cõtra se dictũ:
quicquid dixerat/vident. Si eñ licet: cur obser
uant? si nõ licet: cur pecora curant? ✳ Ipse vero
apprehẽsum sanauit eũ.] Ideo ante phariseos
hydropicũ sanat: ⁊ mox ꝯtra auaritiã disputat:
vt ipsos auaritie arguat: per quam sabbatũ vio
lant: ⁊ legem male interpretãtur. In sabbato eñ
nõ a bonis: sed a malis operibꝰ feriãdũ est. Vñ
dicit̃ Leui. 23. a. Omne opꝰ seruile non facietis
in eo. i. peccatũ. Sic in eterna requie a malis nũ
feriabitur: nõ a bonis. Vitiũ: quod iste in corpo
re: pharisei gestabãt in mẽte: ⁊ ideo coram ipsis
curat̃ corporaliter: vt hoc exemplo discant spiri

Sermonis annotamēta. Ex quīta parte Bib.

tualibus curari. * Cuius vestrum: rc.] Com=
petenti exemplo soluit questionē: vt ostēdat eos
sabbatuꝫ violare in opere cupiditatis: qui eum
violare arguunt/ in opere charitatis. * Bos in
puteum. rc.] Cōgrue animali: quod decidit in
puteum: hydropicū comparat: quia noxio hu=
more peribat. Et bene bouem et asinū nominat:
vt vl' sapientes/ vel hebetes/ vel vtrūqꝫ populū si
gnat: scꝫ iudeū pressum iugo legis: ⁊ gentilē nul
la ratione domitū: sed stolidum et brutuꝫ: quos
omnes a puteo concupiscentie dimersos extra=
hit: quia omnes peccauerūt: ⁊ egent gratia dei.
Ro. 3. d. * Dicebat aūt ⁊ ad. rc.] Postqꝫ conui
cerat illos de auaritia ⁊ violatione sabbati: inci
pit docere de euāgelica gratia illos: qui aderāt
idonei: inuitans illos ad humilitatē contra tu=
morem: quem habebant in lege pharisei: vel in=
tendens in doctrina sua/ quomodo debeant ac
E cubitus in ecclesia eligere: dicens. * Cum inui
tatus fueris. rc.] Cum per gratiā fidei vocatus
a predicatore: membris ecclesie te iunxeris: non
te de meritis gloriando: quasi ceteris sublimior
extollas. * Ne forte honoratior. rc.] Honorati
ori post inuitato locum dat: qui de sue conuersa
tionis confidentia securior factus: cita illorū: q̄
se in Christo secuti sunt: agilitate preitur. Et cū
rubore nouissimū locum tenere. rc. cum de alijs
meliora cognoscens: quicquid de sua operatiōe
altum senserat: humiliat/ dicēs cū propheta p̄s.
87. d. Exaltatus autē humiliat⁹ sum et confu=
sus. * Et tunc incipias cū rubore. rc.] Et tunc
erubescēs ꝙ de te aliqū maiora presumpsisti: in
cipies ad penitentiam humiliari: et te minoris
cognoscere meriti. Ne nūc incipias querere/ qꝺ
tibi seruatur in fine: quia hereditas: ad quā festi
natꝰ in principio: in nouissima benedictione defi
ciet. * Tunc erit tibi gloria. rc.] Quotidie do=
minus dum conuiuas suos visitat et dijudicat:
tanta spiritus sui humilib⁹ dona prestat: vt eos
cetus fideliū cum admiratiōe glorificet: stupēsqꝫ
in auctoris sui laudem psiliat/ dicens p̄s. 138. c.
Mihi aūt nimis honorati sūt amici tui de⁹. rc.
Applica ad hec aliqua de annotamentis
sermonis Peccatorum. incipientibus fol. 189.
sub themate. * Ecce homo quidam. rc.] vt su=
pra littera C. ¶ vel sermonis Religiosorum. fo=
lio. 136. ¶ vel sermonis Prelatorū. folio. 90. sub
themate. * Cum inuitatus. rc.] vel. * Omīs
qui se exaltat. rc.] B. C. ¶ vel sermōis Epipha
nie. folio. 39. sub themate. * Cuius vestrum asi
nus aut bos: rc.] D. ¶ vel sermonis Penitētie.
folio. 211. sub themate. * Tūc incipies cum ru
bore. rc.] E. ¶ Vel sermonis Dominice. 1. post
octauas Epiphanie. fol. 54. ¶ vel sermonis Ec
clesie. folio. 64. sub themate. * Cum inuitatus
fueris ad nuptias. rc.] Littera. A. E.

Ferie. iiij. quattuor tēporū.

mensis Septembris. sermonis Annotamenta.
Ex quinta parte Biblie.

r Espōdēs. rc.] Lyra. Hic ostē= ¶ I. Mar. 9. A
ditur discipulorū xp̄i impoten
tia: in hoc ꝙ nō poterant cura
re demoniacum eis oblatum.
Ubi sic p̄cedit: q᷑ circa hanc
curationē primo ostēdit disci
pulorū impotentia: cū dicitur.
* Et veniēs ad discipulos suos. rc] Pro
ut inuenies Annotamento. 1. quinte partis. ser.
Ferie. 4. Dn̄ice. 1. Aduentus. fol. 2. col. 1. Se=
cundo xp̄i efficacia: ibi. Qui respondens eis/ di
xit. O generatio. rc. Tertio vtriusqꝫ causa: ibi.
Et cum introisset in domū. rc. Sentētia istarum
partium patet ex dictis Matthei. 17. capi. ⁊ in
fra patebit. Exceptis que sequūtur. * Et veni=
ens ad discipulos suos.] Scꝫ quos dimiserat/
assumptis tm̄ secum tribus: coram q̄bus trans=
figurat⁹ fuit. * Uidit turbaꝫ magnā circa eos:
et scribas cōquirētes cū illis.] Q᷑ dendebāt eos
eo ꝙ tentauerāt curare demoniacū eis oblatū: ⁊
non potuerant: vt patet in littera sequenti/ cum
dicitur. * Et confestim omnis populus videns
Jesum stupefact⁹ est et expauerūt: et accurrētes
salutabant eum. Et interrogauit eos. Quid in
ter vos cōqueritis:] Consequenter et im=
mediate sequitur littera euāgelij/ huius. 4. fe=
rie: cum dicitur. * Et respondens vnus de tur= B
ba dixit ad Jesum: Magister/ attuli filium me
um ad te habentem spiritū mutū: qui vbicunqꝫ
eum apprehenderit/ allidit illū.] Idest ad terrā
proijcit. * Et spumat: ⁊ stridet dentibus ⁊ ares=
cit.] Ad ostendendū vehementiā passionis. *
Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illū: ⁊ non po
tuerunt. Qui respondens eis/ dixit. O genera=
tio incredula/ q̄ꝫdiu apud vos ero: q̄ꝫdiu vos
patiar: Afferte illum ad me. Et attulerunt euꝫ.
Et cū vidisset eum/ statim spiritus conturbauit
eū: ⁊ elisus in terra volutabatᷓ spumās.] Uidēs
eū̄ se cito eijcienduꝫ: faciebat peius qꝺ poterat.
* Et interrogauit patrē eius. Quantū tēporis
est ex quo ei hoc accidit:] Non ex ignorātia: sed
vt ex responsione patris appareret oībus diutur
nitas passiōis: ⁊ difficultas curatiōis: vt ex his
miraculū esset euidens. Et hoc est qꝺ sequitur.
* At ille ait. Ab infantia: et frequenter eum in
ignem ⁊ in aquā misit: vt eū perderet. Sed si q̄d
potes/ adiuua nos: misertus nostri.] Ex q̄ patꝫ
ꝙ pater erat dubius in fide dubitans de xp̄i po=
testate. * Jesus autē ait illi. Si potes credere/

oīa possibilia sunt credenti.] Fides.n.credētis
mere⁊ de congruo: vt ei de⁊ beneficiū per oipotē
C tiam dei. * Et cōtinuo exclamans pater pueri
cū lachꝛymis/aiebat. Credo dñe: adiuua incre
dulitatē meā.] Qui dixit credo: nō erat oino in
credulus: sed vocauit incredulitatē suā fidei sue
imperfectionē: quā petebat a xp̄o suppleri ⁊ per
fici. * Et cū vidisset Jesus concurrentē turbaz/
cōminatus est spūi immundo/ dicens illi. Sur
de ⁊ mute spūs.] Non foꝛmaliter/sed effectiue:
qꝛ in puero obsesso auditū impediebat ⁊ loq̄lā.
Sequi⁊. * Ego p̄cipio tibi/ exi ab eo: ⁊ amplius
ne introeas in eū. Et clamās ⁊ multū discerpēs
eū/exijt ab eo: ⁊ factus est sicut moꝛtuus: ita vt
multi dicerēt qꝛ moꝛtuus est.] Vt p hoc magis
declararet xp̄i virtus: qꝛ ad tactū xp̄i surrexit p=
D fecte curat⁹. Et ideo subdi⁊. * Jesus aūt tenēs
manū eius/eleuauit eū: ⁊ surrexit. Et cū introis
set in domū/ discipuli eius secreto interrogabāt
eū. Quare nos nō potuimus eijcere eū? Et dixit
illis. Hoc genus in nullo potest exire/ nisi in oꝛa
tione ⁊ ieiunio.] Demones eñ nō sunt equales
in virtute naturali: ⁊ ideo vn⁹ ab alio pōt diffici
lius expelli. Ad expulsionē aūt isti⁹ requirebat
in expellēte subiectio carnis ad spiritū: q̄ fit per
ieiuniū: ⁊ magna eleuatio spūs in deū: que fit p
oꝛationē. Talia aūt adhuc nō erant in aplīs: qꝛ
p tēpoꝛe illo nō cōpetebat eis ieiunare vt dictuz
est Mat.9.capi. (☞ Et Annota.1.quinte ptis.
sermonis Feric.6. Dñice.1.post oc. Pasche.fol.
227.col.2.) Nec erant adhuc in deū pfecte ele=
uati: qꝛ fuerunt rudes ⁊ imperfecti vsq₃ quo rece
perunt post passionē xp̄i pleniorē gratiā spūsscti.
Mat.17.dixit illis xp̄s/ q nō potuerāt illū eijce
re ppter incredulitatē suā. Que causa ibi expo
sita est: ⁊ hic infra. Et tenendū q vtraq₃ causa.s.
hec/que hic exprimi⁊: et illa/ q̄ in Mattheo po=
ni⁊: simul cōcurrerunt in discipulis: ppter quas
E illū demonē expellere nō potuerunt. * Et cum
venisset ad turbā.⁊c.] Idē Lyra sup Mat.cap.
17. Hic poni⁊ cuiusdā questiōis solutio. Et pri
mo poni⁊ questionis occasio: secundo eiusdem
questionis solutio. Circa primū considerandū/
q alij discipuli videntes q nō essent admissi ad
secreta xp̄i in transfiguratiōe/ sicut alij tres disci
puli: aliquod humanū passi incurrerunt quen=
dā motū turbationis ⁊ inuidie. Sicut clarius
videbi⁊ capi.sequenti. (☞ Et annota.1.quin
te ptis.ser. Michaelis archangeli. Tomo.2.in
cipien. * Accesserūt discipuli.] Et ideo ex hoc
factū est/ q in absentia xp̄i nō habuerunt tantā
virtutē demones expellendi: sicut ante. et ppter
hoc quendā demoniacū per lunationes afflictū
eis oblatum nō potuerunt curare. Alia aūt cau
sa fuit incredulitas patris: q perfecte non crede=

bat: sed xp̄s adueniens/ipsum solo verbo cura=
uit. et hoc est qd dici⁊. * Et cum venisset ad tur
bam.] Rediens de monte vbi fuerat transfigu=
ratus. * Accessit ad euz hō genibus prouolut⁹
ante eum/dicens. Dñe miserere filio meo: qꝛ lu
naticus est: ⁊ male patitur.] Duplici eñ de cau
sa demon aliqn̄ s̄m varietatem lune affligit ho
minem magis q̄₃ alio tēpoꝛe. Vna est/ vt p hoc
creatura dei.s.ipsa luna infametur. Alia causa
est: qꝛ propter mollicieȝ cerebꝛi in nouilunio/qn̄
abundant humida: sup que luna habet domi=
niū: cerebꝛū est aptius vt in ipso demon aliquid
operetur. Sequi⁊. * Nā sepe cadit in ignē: ⁊ cre
bꝛo in aquā.] Qꝛ diabolus volebat eum cōbu=
rere vel submergere/si deus permisisset. * Et ob
tuli eū discipulis tuis: ⁊ nō potuerūt curare eū.]
Cause huius iā dicte sunt. * Respōdens autē 5
Jesus ait. O generatio incredula ⁊ peruersa.]
Hoc dixit ⁊ ppter discipulos: ⁊ propter patrem
pueri rationib⁹ dictis. * Vsquequo patiar vos?]
Idest defect⁹ ⁊ malitias vestras. * Afferte huc
illum ad me. Et increpauit illū Jesus.] Scȝ de
monem affligentē puerum. * Et exijt ab eo de=
moniū.] Non audens resistere xp̄i precepto. *
Et curatus est puer ex illa hoꝛa.] Qꝛ ex tunc nō
afflixit eum demon. * Tunc accesserunt disci=
puli ad Jesum secreto.] Videntes discipuli/ q
non potuissent curare puerum: cū tñ alias pluri
es eiecissent demonia de coꝛpoꝛib⁹ obsessis. Jō
accesserunt ad Jesum secreto. Probabiliter eñ
timebant q ex culpa eoꝛum erat in parte: ⁊ ideo
nolebant de hoc Jesum publice interrogare: sed
magis in secreto. * Et dixerunt. Quare nos
non potuimus eijcere illum? Dicit illis Jesus.
Propter incredulitatē vestram.] Quia vnum
peccatum trahit ad aliud. Inde est q postq̄₃ in=
currerant motum turbationis ⁊ inuidie contra
alios apostolos: consequenter incurrerunt quen
dam toꝛpoꝛem in fide: ex quibus secutum est/ q
non potuerunt demoniacū curare. * Amen.] 6
Idest fidelit⁊. * Quippe dico vobis. Si habue
ritis fidem sicut granum sinapis] Qd est modi
cū in quantitate: sed maximū in virtute. * Di
cetis.] Idest dicere poteritis. * Mōti huic: trāsi
hinc: et transibit: ⁊ nihil impossibile erit vobis]
Licet apostoli non legantur montes transtulisse
ad litteram: legun⁊ tñ maioꝛa fecisse in virtute
fidei/ vt moꝛtuos suscitasse/ ⁊ cecos illuminasse:
⁊ consimilia: que nō possunt fieri nisi virtute su
pernaturali ⁊ diuina. Trāslatio aūt montis ad
aliū locum aliqn̄ fit virtute naturali: sicut in ter
remotu vehementi. Vel potest dici/ q mons hic
accipitur metaphoꝛice.i.diabolus: q̄ potest dici
mons ppter superbiā: qꝛ ipse est rex super omnes
filios superbie: vt dici⁊ Job.41.b. Et sic est sen=

suo. Si habuissetis fidem feruentem .s. charitatem. Potuissetis dixisse monti huic .i. diabolo. Transi hinc .i. de obsesso lunatico: ꝛ transiſſet: d corpore exeundo. Et sic in hoc ostendit causam quare non potuerunt eum eycere. Et hoc est qđ subditur. * Hoc autem genus nõ eijcitur nisi ꝑ orationem ꝛ ieiunium.] Oratio aũt: que est mẽtis eleuatio in deum: ꝛ ieiunium: per qđ refrenatur caro, sunt effect⁹ fidei formate per charitatẽ. Sciendum etiã, ꝙ sicut in diuersis rebus corporalibus administrandis, diuersi angeli a deo ꝑponuntur, ꝛ diuersoꝝ ordinũ: sic etiã in diuersis tentationibus diuersi demones habẽt specialem effectum: qꝛ aliqui potissime tentant de diuitijs congregandis. Aliqui de honoribus appetendis. Unde ꝛ aliqui dicunť spũs superbie. Aliq̃ spiritus luxurie. Iste autem demon habebat virtutẽ tentandi, potissime de vitio carnis: qđ vitiũ potissime refrenať ꝑ oratiõnẽ ꝛ ieiuniũ:
h Moral. ꝛ per ɔñs demõ de talibus tẽtãs ꝑ talia superať. * Dñe miserere filio meo: quia lunaticus est.] Moraliter. Idẽ etiam super Matth. capi. 17. Per quẽ instabilis designať. Sicut dr̃ Ecci. 27. b. Stultus vt luna mutať. Ideo sequiť. * Nã sepe cadit in ignem.] Scꝫ iracundie. Nã ira est accẽsio sanguis circa cor. * Et crebro in aquã] Scꝫ voluptatis ꝛ luxurie. Et de hoc dicit̃ infra. * Hoc autẽ genus non eijcitur nisi per orationem ꝛ ieiunium.] Per ieiuniũ enim curantur pestes corporis: ꝛ per orationem pestes mentis.
I * Magister attuli. ꝛc.] Idem Lyra etiã Mor. sup Marcũ. 9. capi. Per istum ab infantia vexatuꝫ a demone significať peccator ab infantia nutritus peruerse. Sicut refert beatus Grego. d puero quinquenni: quẽ cũ teneret pater in sinu suo, vidit demones in specie mauroꝝ veniẽtes ad rapiendũ ipsum: ꝛ tunc blasphemauit ꝛ statim expirauit. Et qm̃ in tali etate crescẽte, crescit malicia: subdiť. * Habentem spiritum mutũ] Qꝛ talis non audit correctionem ad bonuꝫ. * Qui vbicũq; apprehẽderit. ꝛc.] Qꝛ cedit cuilibet tentationi demonũ. * Et spumat.] Per gastrimargiam. * Et stridet dentibus.] Per iracundiã. * Et arescit.] Per ignauiã. Hunc discipuli curare nõ possunt: qꝛ contemnit monitiones hoim: sed solus deus aliqñ de gratia speciali curat eum. Ideo subdiť. * Ego tibi p̃cipio.] Non alius. * Exi ab eo. ꝛc.] Quod fit quando ex dei adiutorio nõ patitur recidiuũ. Ad qđ
K Glosa. designandũ, subditur. * Iesus aũt tenẽs. ꝛc.] * Uidit turbam magnã sup discipulos suos.] Glo. super eundem Marcũ ca. 9. Hiero. Nõ est requies sub sole: semꝑ occidit paruulos inuidia. Magnos percutiunt fulgura mõtes. Alij discẽtes cum fide: alij inuidentes cum fastu ad ecclesiam veniũt. * Et conq̃rentes cum illis.] Bed. Quid conquirerent euãgelista nõ dicit: sed põt intelligi de hoc questionẽ motã fuisse, quare discipuli demoniacum: q̃ in medio erat: nõ possent liberare. Hoc eñ ex sequentibus concipi potest. * Et interrogauit eos. ꝛc.] Beda. Nota ꝙ loca rebus cõgruunt. In monte orat: transformatur: discipulis arcana sue maiestatis aperit. In imo a turba excipiť: miseroꝝ fletu pulsať. Sursum discipulis mysteria regni reserat. Deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat. Sursum vocem patris his, qui audire poterant, pandit. Deorsum malos spũs expellit. Nunc ꝓ meritorum qualitate alijs ascẽdere: alijs nõ desistit descendere. * Et interrogauit. ꝛc.] Hiero. Scit et interrogat: vt confessio pariat salutẽ: ꝛ murmur cordis nr̃i sermonib⁹ soluať pri⁹: vt est. Dic iniq̃tates tuas prius, vt iustificeris. Esaie. 43. ſm Lxx. * Et dixi discipulis tuis. ꝛc.] Latent culpam obliquat in discipulos: cũ sepe curatio non
curantiuꝫ, sed curandoꝝ impediať vitio. * O L
generatio. ꝛc.] Non hoi irascitur, sed vitio. Nõ tedio affectus hoc dicit: sed vt medicus egro contra precepta agenti. Et arguit per vnum iudeos incredulitatis. * Statim spũs cõturbauit. ꝛc] Qꝛ dum post peccatũ ad dñm cõuerti volum⁹, magis a diabolo impugnamur: vt vel excutiat virtutem: vel vindicet suã expulsionem. * Ab infantia. ꝛc.] Hiero. Significat gentilem populum: cui a natiuitate increuit cultus idoloꝝ: vt stulte immolaret filios suos demonijs. Unde sequitur. * Et frequenter eũ in ignẽ ꝛ in aquam misit.] Alij eñ ignem: alij aquã venerebantur. * Adiuua incredulitatẽ. ꝛc.] Hiero. Credulitas nostra, vt rostrata lingua infirma est: nisi innixa adiutorio dei. Fides cum lachrymis optata vota capit: vt est. Fiat tibi ſm fidem tuam. Mat. 15. c. * Surde ꝛ mute spirit⁹.] Spiritui imputat qđ homini prestat, dũ ille audiret neq; loqueretur: quod peccator penitens audit ꝛ loquitur. * Exi ab eo: ꝛ ampli⁹ ne introeas. ꝛc.] Exiens ab hoie nunq̃ reuertiť: si cor suum serauerit clauis humilitatis: ꝛ ostiuꝫ obtinuerit bonomo munitatis. Unde ps. 70. a. Esto mihi in deum ꝓtectorem, ꝛ in locum munitũ: vt saluũ me facias. * Discerpens. ꝛc.] Hiero. Discerpit diabolus appropinquantes ad salutẽ: qđ est ei esca dilecta: q̃s in ventrẽ suũ trahere desiderat ꝑ terrores ꝛ damna: vt Iob. * Factus est sicut mortuus. ꝛc.] Isid. Raba. Sanatis enim dr̃ Col. 3. a. Mortui eñ estis: ꝛ vita vestra abscõdita est cuꝫ xp̃o Iesu in dño. Unde infirmitas xp̃ianoꝝ nõ
est mors: sed mortis silitudo. * Hoc gen⁹. ꝛc.] M
Hiero. Stultitia ad luxuriã carnis ꝑtinet, ꝛ ieiunio sanatur. Ira ꝛ ignauia oratiõe depellit̃.

Medicina cuiusq₃ vulneris adhibenda est ei. Non sanat oculū qđ calcaneum. Jeiunio passiones corporis: oratione sanant pestes mentis. ✳ Et cū venisset ad turbā.rc.] Glo. sup Mat. 17.ca. Loca rebus congruunt. In monte orat: trāsformat: arcana maiestatis aperit: inferi⁹ turba occurrit: miseros audit: infirmos cōfortat: docet: castigat. ✳ Qr lunatic⁹ est.] Hunc Marc⁹ 9.ca.c. surdū ⁊ mutū dicit: quē Matthe⁹ lunaticum. Nō q̄ luna demonibus seruiat: sed demō lune cursum obseruās corripit hoies/ vt p creaturā infamet creatorē. ¶ Typice. Lunatic⁹ est/ q̄ per horaꝝ momenta mutat in vitia: nec pstat in incepto: sed crescit ⁊ decrescit: ⁊ nunc in ignez libidinis vel ire fertur: nunc in aquas cupiditatis: que nō valent extinguere charitatem. ✳ Et obtuli.rc.] Latenter accusat discipulos/ cū sepe impossibilitas curādi nō ex vitio curantiū: sed coꝝ q̄ curandi sunt/ pueniat. ✳ Respōdens Jesus.rc.] Nō tedio superatus: q̄ mitis est/ in verba erūpit: sed sicut medic⁹ egroto ꝯtra sua precepta agenti. ✳ Et increpauit.] Qr iratus est nō hoi sed vitio. Et p vnū hoiem iudeos arguit infidelitatis. Unde addit. Afferte illū huc ad me. ✳ Et exijt ab eo demoniū] Marc⁹ dicit de isto: q̄r cum vidisset dominū: statim spūs conturbauit eum: ⁊ elisus in terra volutabat spumans: ⁊ dño iubente vt exeat: clamans ⁊ discerpēs exit. Qr sepe dū conuerti ad dñm post pctā volum⁹: magis a diabolo impugnamur: vt vel odiū virtutis incutiat: vel expulsionis sue vindicet iniuriam. Exiturus discerpit/ ⁊ furenti clamore intuētes terruit. Qr plerunq₃ dum de corde expellitur/ acriores tentatiōes excitat/ q̄̄ pri⁹ q̄si possidebat quiet⁹. ✳ Propter incredulitatem.rc.] Ecce q̄n non exaudimur: non est impossibilitas prestantis: sed culpa deprecantis. Nā ex opposito si fides vestra tā feruēs esset: que tribulata ma-
N gis: ⁊ magis calesceret. ✳ Sicut granū sinapis.rc.] Fidē perfectā grano sinapis cōparat: que sit in facie humilis: ⁊ in pectore feruens: vilis videntibus: ⁊ nullaꝝ virium apparens: sed pressurie trita: q̄d intus habet ostendit. ✳ Hoc aūt genus.rc.] Quō proteruitas diaboli superet ostēdit: vt grauiora queq₃ sciam⁹ ieiunijs ⁊ oratiōibus superanda: ⁊ irā dei in nos hoc remedio posse placari. ✳ Nisi per orationē.] Ista carnaliū voluptatū mutabilitas nō mutat vel vincit: nisi spūs oratiōe cōfirmet: ⁊ caro per ieiuniū maceret. ✳ Et ieiuniū.] Jeiuniū eīn generale est: nō modo ab escis: sed ab oibus carnalib⁹ illecebris ⁊ ab oibus vitijs abstinere. Sic ⁊ oratio general' nō solum verbis: sed etiā in oibus: q̄ in obsequiū dei ⁊ fidei deuotione gerimus. Unde dicitur. 1. Thes.5.d. Sine intermissiōe orate.

☞ Applica ad hec aliq̄ de annota.ser. Fidei incipi.fol'.59.sub the. ✳ Oia possibilia sunt credēti.] L.C vel ser. Pctōꝝ.fo.189. Uel ser. Dñice.3.q̄dragesi.fol'.117.sub th. ✳ Surde ⁊ mute.rc.] L.J.C vel ser. Orōnis.fol.180. Uel ser. Ferie.4. Cineꝝ.fol'.75. Et maxime annot. 1. q̄nte ptis.eiusdē ser.fol'.78.col'.4.sub the. ✳ Hoc genus nō eijcit nisi in oratiōe ⁊ ieiunio.] D.h.

Ferie.vj.quattuor tēporū.

mēsis Septemb.ser.anno. Ex quita pte Bblic.



Ogabat.rc.] Lyr. Hic describit cōfirmatio doctrine xp̄i facto inuisibili: vez p remissiōez pctōꝝ mulier peccatric. vbi primo describit loc⁹/ cū dr. ✳ Rogabat dñm Jesum q̄dam pharise⁹/ vt māducaret cum illo. Et ingressus domū pharisei discubuit.] Legitur aūt xp̄s māducasse cuz pctōrib⁹: vt eos ad pniaz puocaret: vt hr Mat.9. Itē cū amicis familiarib⁹/ vt eoꝝ deuotionē nutriret: vt dr Joh. 12. de Martha ⁊ Maria. Itē cū cognat paupib⁹: vt eoꝝ inopiā suppleret: vt hr Joh.2. de nuptijs: vbi deficiēte vino xp̄s aquā vertit in vinū. Itē cū phariseis supbiētib⁹: vt eoꝝ supbiā cōfutaret: put hic hr ⁊ videbit psequēdo. ✳ Et ecce mulier: q̄ erat ī ciuitate peccatrix.] De pctis suis plene ⁊ pfecte ꝯtrita. ✳ Ut cognouit/ q̄ Jes⁹ accubuisset in domo pharisei: attulit alabastrū vnguēti. et stās retro sec⁹ pedes ei⁹.] Qr p̄ vcciidia sui pcti nō audebat se āīponere. ✳ Lachrymis cepit rigare pedes ei⁹.] Ex q̄ patz magnitudo ꝯtritiōis: ex q̄ tm̄ fleuit/ q̄ poterāt lauari pedes viri⁹ hois nudis pedib⁹ incedētis. ✳ Et capillis capit sui tergebat.] q̄b⁹ ante ad cōpositionē vult⁹ sui fuerat abusa. ✳ Et osculabat pedes ei⁹.] Ut totū deo seruiret in pnia: q̄cq̄d ex se decū ꝯtēpserat in culpa: s̄m qđ dicit Grego. ✳ Et vnguēto vngebat.] Ad refrigeriū caloꝝ ⁊ mitigationē doloꝝ ex labore itineris. Cōsequent ponit pharisei idignatio: cū subdit. ✳ Uidēs aūt pharise⁹: q̄ vocauerat eū: ait intra se/ dicēs. Hic si esset ppheta.] Uer⁹ sciēs occulta. ✳ Sciret vtiq₃ q̄ ⁊ q̄lis est mulier: q̄ tāgit eū: q̄r peccatrix ē.] Et p ꝯñs nō pmitteret se tāgi ab ea. ✳ Et rñdēs Jes⁹] Ad ꝯfutationē illi⁹. Per h̄ eīn q̄ rñdit ad ei⁹ cogitationē: q̄ soli deo nota ē: oñdit se pl⁹ q̄̄ pphetā. Seq̄t. ✳ Dixit ad illū. Simō: habeo tibi aliq̄d dicere. At ille ait. Magr̄ dic. Duo debitores erāt cuidā feneratori: vnus debebat denarios q̄ngentos: ⁊ alius q̄nq̄ginta. Nō habētib⁹ illis vñ redderēt donauit vtrisq₃. quis ḡ eū pl⁹ diligit.] Parabola est vt ꝯuenīēti⁹ ꝯcludat ꝯ phariseū ꝯ sua rñsiōe. q̄ sbdit: cū dr. ✳ Rñdēs Simō dixit:

cessimo q̃ris: cui pl^9 donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti.] Q2 amor i humanis plerũq3 cau satur ex p̃cedentib^9 donis: 7 p p̃sis maior amor ex maiorib^9 donis. Cõsequenter cũ xp̃s redarguit ex triplici defectu pietatis: cum dr̃. * Et cõuersus ad mulierem, dixit Simoni. Uides hãc mulie rem? Intraui in domũ tuam: aquam pedibus meis non dedisti.] Qui tamen erant fessi et dolentes ex labore itineris 7 lutosi seu pulucrizati: eo q̃ sine calciamentis incedebat. Sequitur. * Hec aũt lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit.] Secũdo ex defectu charitatis: cũ dicitur. * Osculum mihi non dedisti.] Quod est amicitie signum. * Hec autez (ex quo intrauit) nõ cessauit osculari pedes meos] Tertio ex defectu hilaritatis seu leticie: q̃ nomine olei desi gnatur: vt dicitur p̃s.44. Propterea vnxit te deus deus tu^9 oleo leticie. 7c. Et hoc est qd̃ dicit * Oleo caput meum nõ vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos.] Tria autem dicta requirũtur in hospitalitate gratiosa. Et econtra laudat mulierem de triplici perfectione opposita: vt patet ex dictis in littera. Et ideo cõcludit. * Propter quod dico tibi. Remittũtur ei peccata multa: quoniã dilexit multum. Cui autẽ minus dimittitur: minus diligit.] Uidetur autez q̃ deberet dici contrariũ: quia primo predixerat donũ esse causam amoris: hic autem econtrario infert amorem esse causam doni. Dicẽdum ad hoc: q̃ primo in parabola loquebat modo humano: vbi amor ex dono causat: sed in applicatiõe parabole ad ꝓpositũ conuertit se ad loquẽdum de amore dei erga nos: qui nõ procedit ex bonis meritis nostris: sed magis causat bonum in nobis: 7 ideo conueniẽter concludit dicto modo. ¶ Uel alit̃ potest dici, q̃ in peccato sunt duo remittẽda .s. culpa et pena. Culpa autem ex dei liberalitate remittit: cum nullum bonum meritorium possit esse in nobis sine gratia: quam nõ habemus ante culpe remissionẽ: sed habita gratia: 7 culpa dimissa: adhuc remanet pena remittenda: ad cuius remissionẽ facit bonũ opus nostrum charitate informatũ: et de hac remissione loquitur dñs. Unde sequit. Cui autem minus dimittit: minus diligit. Remissio aũt culpe, aut nulla est: aut totalis simul: sed remissio pene fit per partes: et nõ tota simul, de cõmuni cursu: licet aliquãdo fiat tota simul, propter feruorẽ penitentis: et ex liberalitate dei: et hoc fuit in ꝓposito in hac muliere: ideo sequit. * Dixit aũt ad illam. Remittuntur tibi peccata.] Non solum quantũ ad culpã: sed etiã quantũ ad penã ex vehemẽti amore dei 7 horrore peccati preteriti. * Et ceperũt qui simul accũbebãt, dicere intra se. Quis est hic: qui etiam peccata dimittit?] Hoc dicebant: q2 videbãt tm̃ humanitatẽ exteri^9 apparentem: sed ignorabant deitatẽ interius latentem: q̃ potest peccata dimittere. Sequit. * Dixit aũt ad mulierẽ. Fides tua te saluã fecit. Uade in pace.] Quia ista fides fuit formata charitate: et ideo fecit habentẽ dignã vita eterna. De ista muliere peccatrice dubitabant aliqui doctores, vtrũ fuerit Maria soror Lazari, vel alia: de quo dictũ est quid sentiãt doctores Joh.11.cap. (☞ Et anno.1.A. quite par. ser. Feric.6. Dñice.4. q̃dragesi. fol.150.co.4.) Ibi.n. h̃ posui: q2 prius scripsi super Johãnem: q̃ super Lucam.

E Morali

* Rogabat. 7c.] Moraliter. Per mulierẽ peccatricem ad domini pedes accedentẽ: significat quelibet persona vere de peccatis penitens 7 cõtrita. Ad qd̃ requiritur q̃ sicut deum offendit ꝑ culpam: ita seruiat ei per penitentiã. Rom.6.d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditie et iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete nunc seruire iusticie in sanctificationẽ. Et sic fecit mulier ista. Unde dicit Greg. Hom. cl.25. Liquet fratres: q̃ illicitis actib^9 prius mulier intẽta: vnguentũ sibi pro odore sue carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat: hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat: sed hos iam per penitẽtiam conterens flebat. Capillos ad compositionẽ vultus exhibuerat: sed iam cum capillis maculas tergebat. Ore superba dixerat: sed pedes domini osculãs: hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta: tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutũ munera numerum criminum: vt totum seruiret deo in penitentia: quicquid ex se deum contempserat in culpa. * Uidens autem phariseus.] Per istũ:

F

qui Christum notauit de ignorantia: et mulierem de immunditia: significat hypocrita de sua falsa iusticia presumens: et alios contemnens. Quia sicut dicit Johãnes Chrysostomus. Uera iusticia compassionem habet: falsa vero indignationem. Propter quod iste phariseus arguitur de pietatis omissione in modicis respectiue: et mulier cõmendatur de maioribus valde: cuz dicitur. * Remittũtur tibi peccata. 7c.]

G Glosa.

* Rogabat. 7c.] Glosa. Sicut proposuerat verbis: ita factis etiam astruit iustificatam sapientiam ab omnib^9 filijs: quia etiam a Maria penitente post culpam. * Quidam de phariseis.

H

Mystice. Phariseus de falsa iusticia presumẽs: iudaicum populum signat: qui dominũ ad conuiuium inuitat: quia quem venientem non credidit: venturũ sperare non desijt. Sed adhuc cũ voto dicit p̃s.79.a. Excita potentiã tuam: 7 veni. Domus pharisei: lex et prophete: in quib^9 ille populus mansionem habere gloriabat. Quã

domū:in carne apparēs ingredit̃: q꞉ nō venit le
gē soluere:ʒ adiplere. Matth.5. Discūbit: q꞉ in
maiestate sua nō itellectꝰ:ꝑ foꝛmā serui visibil' ē
factꝰ. Cognoscit aūt gētilitas imūdis actibꝰ de
dita:ꝑ famam aplici sermonis: ꝙ misit deus fi=
lium suum factuʒ ex muliere:factū sub lege. Nō
vt phariseus: qui tm̄ litterā attendit/iustificet̃:
sed domus.i.nos:qui gratiā spiritus in lege seq̄
mur: qui nō vituperamꝰ/ ꝙ peccatores recipit:
sed laudamus ꝙ peccatores iustificat. ✳ In do
mo pharisei.] In cuiuscunqꝫ domo interioꝛe co
gnoueris sapientiā ⁊ iusticiam recumbentē: re=
curre ad pedes.i.ad extremaʒ sapientie partem:
inquire lachꝛymis cōfiteri peccata: expande ca
pillos.i.sterne ante eum cunctas coꝛpoꝛis tui di
gnitates:osculare.i.nihil nisi sapientiam loqua
ris. ✳ Attulit.] Quot habuit in se oblectamen
H ta:tot de se iuenit holocausta. ¶ Moꝛaliter. Af=
fert vnguentū:q꞉ bona opera agit: quibus eccle
siam odoꝛe bone opinionis respergit. Unde di=
citur.2.Coꝝ.2.d. Chꝛisti bonus odoꝛ sumꝰ deo
⁊c. ¶ Hierony. Alabastrum vnguēti.i. coꝛpꝰ cū
fide. Stans retro.i.post ascensionē dn̄i. Secꝰ pe
des.i.aplos. Lachꝛymis rigabat.i. charitate in
terna in deo. Capillis tergebat.i. superfluos ci=
bos et vestimenta dat. Osculat̃: cum omnibus
pacē habet. Debebat denarios quingentos:hec
sunt peccata gentium/ quinqꝫ sensibꝰ cōmissa.
Alius quinquaginta.i. pctā iudeoꝝ. ✳ Secus
pedes.] Contra pedes stat: qui in peccatis posi
tus/itineribus dn̄i renititur. Sed qui ad peni=
tentiam post peccata conuertitur:iam retro secꝰ
pedes stat:dum vestigia dn̄i:que impugnabat:
sequitur. Lachꝛimis pedes rigat: qui sanctoꝛuʒ
tribulationibus compatit̃: qui tristiciā illoꝛum
putat esse suam:qui vltimis membꝛis xp̄i incli
natur per affectū compassionis. Capillis(q̇ coꝛ
poꝛi supfluunt)pedes:quos rigauerat:tergit: q̇
de terrena substantia(que superfluit)sanctis:q̇=
bus ex charitate compatit̃:incipit misereri. Pe
des osculatur:qui studiose diligit illos: quibus
sua largitur:ne sit grauis tribuenti necessitas ꝓ
ximi. Unguento vngit:qui bene operādo bone
opinionis odoꝛe alios respergit: et ad bene ope=
randum exemplo suo inducit. ¶ Uel potest ꝑ pe
des/caro chꝛisti significari:quaʒ osculamur:dū
mysterium incarnationis eius diligimus. Un
gimus:dum ipsius humanitatis potentiā sacri
eloquij bona opinione pꝛedicamus. Sed phari
seus hoc vidēs/ inuidet: quia cū iudei gentiles
vidēt pꝛedicare deū:sua malitia tabescūt. Qui
bus dn̄s bona gentilitatis enumerat: vt cogno=
I scant in quibus malis ipsi iaceant. ✳ Cepit ri=
gare.⁊c.] Maria soroꝛ Lazari bis codeʒ functa
est officio. Semel in Galilea. Luce.7.f.cum pꝛi
mo accessit cum humilitate ⁊ lachꝛymis: vbi et
remissionem peccatoꝝ accepit. Secūdo in Be=
thania(Joh.12.d.)non iam peccatrix nomina
ta:sed casta:⁊ ideo deuota. Ibi pedes:hic caput
inunxit. ¶ Moꝛaliter. Sic quoqꝫ fidelis anima
pꝛius ad pedes dn̄i humiliata/a pctis absoluen
da incuruatur. Post crescētibꝰ meritis fragran
tia lete fidei:dn̄o quasi caput odoꝛe ꝓfundit aro
matum. Sic etiā vniuersalis ecclesia in pꝛesenti
xp̄i incarnatiōis(que peduʒ nomine signatur)
mysteria celebꝛando: deuota redemptoꝛi reddit
obsequia. In futuro etiam humanitatis eiꝰ glo
riam/⁊ diuinitatis eternitatem(quia caput xp̄i
est deus)simul intuendo: perpetuis confessionū
laudibus/q̄si pistica nardo gloꝛificabit. ¶ My
stice. Duo debitores/ duo populi sunt:qui deo
creatoꝛi debent nūmū.i.animā suam:regis ima
gine insignitā:⁊ ad seruādum sibi commissam.
Utriusqꝫ debitū populi per quinariū multipli=
catur:quia quinqꝫ sensus sunt:quibꝰ in hac vi=
ta vtimur:quibus imaginē cōditoꝛis: quā acce
pimus:extollere debemꝰ. Sed minus debet iu=
deus:cui decalogus legis per seruū datur. Plꝰ
debet xp̄ianus:cui per filium gratia vite cōmit=
titur. Ideo iudei per denariū: chꝛistiani per cen
tenarium numerū fenus accumulāt. Sed quia
neuter suis viribus:sed gratia dei per fidem sal=
uatur:recte dicit̃. Non habentibꝰ illis vnde red
derent/donauit vtrisqꝫ. Plus ergo diligit eccle=
sia gentium/q̄ʒ iudeus:quia ⁊ sic ꝭm pꝛesentem
statum maioꝛ ei gratia cōfertur: ⁊ ꝭm pꝛeteritū/
de maioꝛi feditate extrahit̃. Plus debet: q̇ plus
accepit. Nullus potest tantū diligere:quantum
ea:que in pluribus diligit. ✳ Is:cui plus.] Se
cundum hoies plus foꝛtasse offendit: qui plꝰ de
buerit:sed per misericoꝛdiā domini causa muta
tur: vt amplius diligat: qui amplius debuit:si
tamen gratiam consequat̃. ✳ Recte iudicasti.] K
Sua sententia pharisēꝰ conuincitur:quia sicut
phꝛeneticꝰ funem poꝛtat:ex quo ligetur. ✳ In=
traui in domū.] Intraui carne assumpta/in po
puluʒ iudeoꝝ. ✳ Aquam pedibꝰ meis.] Aqua
extra nos est:humoꝛ lachꝛymaꝝ intra nos. In
fidelis autem populus/nec exterioꝛa pꝛo domi
no incarnato tribuit. Conuersa gentilitas non
solum substantiā:sed et sanguinē pꝛo dn̄o fudit.
¶ Osculum/dilectionis est signū:⁊ infidelis po
pulus ex dilectione ei seruire noluit:cui tm̄ ex ti=
moꝛe seruiuit. Sed gentilitas vestigia osculari
non cessat:quia in eiꝰ amoꝛe continue suspirat.
✳ Oleo caput meum nō vnxisti.] Etsi populꝰ
ille in deū se credere:⁊ non in hominē fatebatur:
tamen ipsam potentiā diuinitatis: que per mi=
racula apparebat: digna laude pꝛedicare negle
xit. Sed gentilitas/ dum mysteriū incarnatio=

nis credit: summa laude/ etiã infima eius predicat. * Aquã pedibus.] Enumerãtur bona peccatricis: et mala falsi iusti. * Remittũtur ei peccata.] In domo pharisei.i.in custodia legis et prophete: non phariseus incredulus: sed peccatrix penitẽs glorificatur: quia ardor charitatis: in ea rubiginẽ delictorum combussit. * Et ceperũt qui simul. &c.] Sanata egra: de salute eius alij egrotant. * Fides tua te saluã fecit.] Fides salutem facit: quia qđ petijt: posse accipere nõ dubitauit: quia iam spem ab illo acceperat: a quo salutem querebat.

¶ In capitulo hoc vbi dicitur in postilla: videtur autem q̄ deberet dici contrariũ: quia primo dixerat donum esse causam amoris.

¶ Additio. Stant simul q̄ donũ sit causa amoris: et amor causa doni/ etiã loqndo de amicitia mõ humano. Qđ sic patet. Nam amicitia humana fm phm. 8. Ethicorum. triplex est. s. vtilis: delectabilis: et honesta. Sed pstat/ q̄ amor in amicitia vtili causat ex dono seu vtilitate ab amato habita seu expectata. In amicitia vero honesta causatur amor ex virtute amantis: que amatũ diligit: nõ propter donum: vel vtilitatẽ habitam: vel consequendam: sed propter virtutem ipsius amati: ex quo amore causat/ q̄ vult amato bonum: et bonum operat ei/ quantũ in se est: vt verus amicus: et sic in amicitia honesta amor ẽ causa doni. Unde nulla cõtrarietas in hac parabola: nec in eius applicatione sane intellectis reperitur: etiam loquendo vtrobiq; fm modum humanum. Nam primo in parabola xp̄s loquitur modo humano fm amicitiã vtilẽ: vbi amor ex dono causatur. Unde rectificat iudiciũ Simonis dicentis: q̄ is: cui plus donauit: plus diligit. Secundo vero in applicatione loquit: etiam modo humano fm amicitiã honestam: que procedit ex virtute seu meritis amãtis et amati: fm quam amans certificat de amicitia: quã amatus habet erga amantẽ (que quidẽ amicitia fm phm vbi supra: est virtus: vel nõ sine virtute) prouocatur ad amorẽ sui amati: et per consequens ad impendendum ei bona. Et de hac amicitia loquitur: cum dicit. Remittunt ei peccata. &c. Quod autem sequitur. Cui autẽ minus dimittitur: minus diligit: potest vno modo intelligi fm amicitiã vtilem: et sic correspondet principio huius altercationis: vbi dicebat: q̄ is: cui plus donauit: plus diligit. &c. Alio modo potest intelligi de amicitia honesta: de qua vltimo loquit: vt sit sensus. Causa aũt quare alicui minus dimittitur est: quia minus diligit: et sic est amor causa doni. Unde nulla contrarietas in hmõi repetitur: cum de diuersis amicitie speciebus loquatur: et vtrobiq; fm modum humanũ. Nõ est enim verisimile: q̄ Christus loqueret illi pharisco de amore diuino: qui pertinet ad predestinationẽ: vel de remissione culpe et pene: quorum scientia pertinet ad eos: qui iam perfecti sunt in fidei rudimentis. Iste enim phariseus adhuc erat infidelis: et satis ignarus: vt satis patet. Et notandum q̄ processus Christi circa informationem pharisei: de his amicitijs est cõnaturalis homini. Incipit enim ab imperfecto et magis noto: ad perfectum et minus notum. Amicitia enim vtilis est hominibus magis nota: et est imperfecta: tanq̄ deficiens a ratione vere amicitie: fm phm vbi supra. Unde istam amicitiã tantummodo rudis cognoscebat. Christus vero tradidit sibi noticiã pfectionis amicitie: scilicet honeste: que habet veram rationem amicitie fm philosophũ. Item notandum q̄ secundum vtramq; amicitiam Christus phariseum conuincit: ostendendo ei: q̄ illa mulier erat dignior ad recipienda beneficia Christi: q̄ ipse phariseus. Nam secundum primam scilicet amicitiã vtilem sibi ostendit/ q̄ plures vtilitates seu obsequia habuit ab illa muliere: q̄ a phariseo: et hoc cum dicit. Intraui in domum tuam. &c. Secũdum vero amicitiam honestam: similiter ostendit ei: q̄ erat dignior: et hoc cum dicit. Quia dilexit multum. In quibus bene consideratis: nos docet/ q̄ verus penitens debet habere exteriora opera pia et deuota: et interiora amore feruentia secundum doctores.

¶ Replica. In hoc septimo capitulo: vbi in parabola Christi innuitur: q̄ more humano loquẽdo amor oritur ex dono: cum dicitur. Quis plus diligit? Responsum est. Estimo: cui plus donauit. Et sequitur verbum Christi. Recte iudicasti. Postillator exponit hoc de humano amore: in quo amor oritur ex dono. Sed in applicatione parabole Christus conuertit stilum ad loquendum de amore dei erga nos. Qui nõ est ex meritis nostris: sed magis causat bonum in nobis: et est donatiuus. Ideo dicit. Remittũtur ei peccata multa: quoniam dilexit multum: vt sic amor non sit ex dono: sed donum ex amore. Sed Burgensis hic vult absoluere contrarietatem: que videtur in littera: per amorem vtilem et honestum vtrobiq; dicendo more humano. Secundum primam dictum rectificatur iudicium Simonis: vt ex vtili surgat amor. Iuxta secundum fit applicatio: quia dilectione ex meritis et virtute impendunt ei bona. Hec aũt applicatio Burgeñ. laborat in equiuocis: quia amor pcupiscẽtie: et amor amicitie: sunt equoce amor: quia diuersis rationibus. Non est autẽ verisimile

christum amorẽ equiuocasse. Nec est necessariũ amorem honestum esse causam doni: ꝓut Burgensis vult: quia stat illum amorem esse rectũ sine omni dono dato/vel sperato: alias esset amor mercenarius: per consequens nõ honestus. Uirtus enim diligitur ꝓpter se: per consequens virtuose sine respectu ad donũ. Quod autem Burgensis dicit nõ esse verisimile/ ꝙ xp̃s sit locutus pharisco de amore pertinente ante predestinationem ⁊ remissionẽ pene ⁊ culpe: hoc est cõtra beatum Augustinũ in sermõe de Maria Magdalena. sic exponentẽ hunc passum. Et contra beatum Bernardum super Cañ. ser. 22. ante medium. Et vide de hac materia sanctum Tho. 1. secunde. q. 26. arti. 4. Ratio autem Burgeñ. ad sic dicenduꝫ nõ valet: quia propter ruditatẽ vel infidelitatẽ pharisei/ xp̃s non voluit pretermittere ea: que fidelibus ad instructionẽ poterant valere. Sepe eñ dixit coram perfidis: que ipsi non intellexerunt: tñ ecclesie prodesse nõ cessat. Cui datum est nosse mysteriũ regni dei: ceteris auteꝫ in parabolis: vt videntes nõ videant: intelligentes non intelligant. Quãuis enim pharise⁹ modo nõ intellexit: immo impugnauit veritatẽ: dicendo intra se. Quis est hic: qui etiã peccata dimittit? nihilomin⁹ xp̃s dixit coram eo de remissione peccatoꝝ: quoad culpam: et quoad penaꝫ: quantum ad liberalitatẽ dei precedentẽ mulieris dilectionẽ: que in peccato existẽs diligere nõ poterat: ⁊ quoad penam debitã: propter mulieris primam dilectionẽ. Unde dixit. Remittunť ei peccata multa: quia dilexit multum.

A Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis ser. Marie Magdalene. Tom. 2. ¶ vl' ser. Pnie fol. 211. ¶ Et ser. Pctõꝝ. fo. 189. sub thē. * Ecce mulier.] vt. s̈. A. vel. * Quis est hic: q̇ pctã dimittit?] D. ¶ vel ser. Fidei. fo. 59. sub thē. * Fides tua. ⁊c] D. ¶ vel ser. Fcř. 4. Cineꝝ. fol. 75. sub thē. * Uidẽs aũt pharise⁹. ⁊c.] F. ¶ vel ser. Incarñ. fo. 2. ¶ vl ſ. Misericordie. fo. 171. ¶ vl' ser. Elemosyne. fol. 173. sub thē. * Et stãs retro sec⁹ pedes/lachrymis cepit rigare.] H. I. ¶ vel ser. Epiph̃. fo. 39. ſb thē. * Rogabat dñꝫ. ⁊c] G.

sabbati q̃ttuor tẽporũ. mẽsis Septẽbris ser. Anno. Ex quinta pte Biblie.

C I. Luc. 13. A

Dicebat. ⁊c.] Lyra. In hoc capitulo saluator inducit peccatores ad penitentiã. Et primo ponitur penitẽtie motiuum. Secundo penitendi modus: ibi. * Ibat dñs Jesus p ciuitates. ⁊c.] ☞ Quod inuenies anno, 1. A. quinte ptis. ser. Ferie. 6. Dominice. 13. post octa. co. xp̃i. fol. 292. col. 4. Prima in duas: q2 primo describit motiuum penitẽtie: cum dicitur. * Aderant autem quidam. ⁊c.] ☞ Qd inuenies annot. 4. q̃nte par. ser. Diuinorum officioꝝ. fol. 33. col. 3. et. 4.) Secundo ex hoc sequentẽ fructum ecclesie. (☞ Prout inuenies supra. an. 1. A. ⁊c. quinte partis. ser. Fer. 6. Dñice. 11. post octa. coꝛ. xp̃i. incip̃. * Simile est regnũ celoꝝ grano sinapis. ⁊c] fo. 288. col. 2. Prima in duas: quia circa motiuũ penitentie primo ponitur xp̃i instructio: ibi. Aderant. ⁊c. Secundo instructiõis confirmatio: ibi. Erat autem docens. Circa primum inducit xp̃s ad penitentiam. Primo per exẽpla: ibi. Aderant. ⁊c. (☞ Qd inuenies vbi. s̈.) Secũdo (in euangelio hodierno) per rationẽ sumptaꝫ ex parabola: vel ex similitudine arboris: que prescindiť: nisi faciat fructum. ex hoc concludens ꝙ similiter essent prescindẽdi peccatores de presenti vita: ⁊ puniendi: nisi facerent fructum penitentie et bonorum operum: et hoc est quod diciť. * Dicebat dñs Jesus turbis iudeoꝝ similitudinẽ hãc. Arborem fici.] Idest gentem iudaicã. * Habebat quidam.] Idest ipse deus: cuius perfectio ⁊ proprietas nõ potest a nobis exprimi aliquo determinato nomine: ſm quod dicitur sexta ꝓpositione de causis. Causa prima supior est omni narratione: ideo dicitur/ quidam: indeterminate. * Plantataꝫ in vinea sua.] Id est in Judea: q̄ speciali modo dicebatur hereditas dei. * Et venit querens fructum in illa: et nõ inuenit. Dixit autem ad cultorẽ vinee.] Idest ad angelum custodem ⁊ prepositũ illi genti: qui tunc erat Michael: vt habetur Daniel. 10. * Ecce anni tres sunt.] Idest tria tẽpora. s. tempus legis: tempus prophetarũ: et tempus predicationis xp̃i. In q̃bus deus quesiuit fructum bonorum operum a iudeis: ⁊ non inuenit: nisi in paucis valde: qui quasi nihil computanť respectu tante multitudinis: vt patet predicta tempora ꝯsideranti. Sequitur. * Ex quo venio querens fructũ in ficulnea hac: ⁊ non inuenio. Succide ergo illam: vt q̇d etiam terrã occupat?] In quo ostendiť ꝙ meruerãt occidi: ⁊ de terra illa eiici. Quod factũ est postea per Titum ⁊ Uespasianũ: qui multos de illis occiderunt: et alios captiuos de terra eiecerunt. Sequitur. * At ille respondens: dixit ei. Dñe dimitte illam ⁊ hoc anno.] Quia angeli pro illis: quos custodiunt: interpellant diuinaꝫ clementiã. vnde et destructio ciuitatis ⁊ populi dilatata est p quadraginta duos annos post passionem xp̃i. * Usqꝫ dum fodiã circa illã.] Inmittendo eis terrorẽ diuinoꝝ iudicioꝛum. * Et mittam stercora.] Ostendendo eis feditatem et abominationẽ peccatoꝝ suoꝝ: per que solet ho-

mines penitere de peccatis suis. * Et si quidem fecerit fructū.] Quia in illis quadraginta duobus annis dicte dilationis multi de iudeis penituerunt: et cōuersi ad fidem fructū bonoꝝ operum fecerunt: vt patet Actu. 2. et in pluribꝰ alijs locis. * Sin autem in futurū succides eam.] Quia impenitētes et in sua perfidia remanētes fuerunt occisi/ et captiuati per Titum et Vespasianū.
B Consequēter ponitur doctrine christi cōfirmatio per sequens miraculū: vbi notat̄ primo locus/ cum dicitur. * Erat autem docens in synagoga eorum.] Idest in loco cōmuni/ vbi cōueniebāt iudei. Et tempꝰ/ cum dicitur. * Sabbatis.] In quibus hoīes debebāt intendere diuino cultui/ et ad audiendū verbum dei. * Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis.] Idest infirmitatē a spiritu maligno inflictā vel causatā: quod patet ex hoc/ quod infra subdit̄. Hanc autē filiam Abrahe: quā alligauit sathanas scilicet vinculo infirmitatis. * Annis decē et octo.] Ex quo patet infirmitatꝭ diuturnitas. * Et erat inclinata: nec oīno poterat sursum respicere.] In q̄ apparet infirmitatis grauitas et deformitas. Et ista exprimūtur/ vt miraculum sequens maius et euidentius ostendat̄. Unde subdit̄. * Quam cum vidisset Jesus/ vocauit ad se/ et ait illi. Mulier/ dimissa es ab infirmitate tua: et iposuit illi manꝰ: et cōfestim erecta est: et glorificabat deum.] Licet enim per natu'am possent alique infirmitates curari: nō tñ ī istāti. * Respōdens autem archisynagogus.] Idest princeps synagoge: et dicit̄ ab archos: quod est princeps/ et synagoga. * Indignās: q̄r sabbato curasset Jesus: dicebat turbe. Sex dies sunt: in quibꝰ oportet operari. In his ergo venite et curamini: et non in die sabbati.] Hoc intelligitur de operibꝰ seruilibꝰ. Sed operatio miraculoꝝ: q̄ ordinatur ad gl'iam dei: et videntiū deuotionē excitandā/ poterat fieri in die sabbati: et cōuenientius illa die: quam in alijs: eo ꝙ illa dies erat ordinata cultui diuino et deuotioni populi: et hoc ostendit xp̄s exemplo sensibili: cum dicitur.
C * Respōdens autem dñs ad illum dixit. Hypocrite. Unusq̄sq; vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio: et ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahe: quam alligauit sathanas: ecce decē et octo annis: nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret: erubescebāt omnes aduersarij eius.] Cōfusi sua rationabili responsione: cui non poterāt cōtradicere. * Et om̄is populꝰ gaudebat in vniuersis: que gloriose fiebant ab eo.] Circa quod cōsiderādū ꝙ Christꝰ: cōfundebat aduersarios suos. Aliquādo exemplis: sicut hic. Aliquādo miraculis. Sicut Luce. 5. c. Ut autē sciatis q̄r filius hoīs habet potestatē dimittēdi peccata in terra: ait paralytico. Tibi dico. Surge. ꝛc. Aliquando scripturis: sicut Matth. 21. b. Nūq̄ legistis: quia ex ore infantiū et lactentiū perfecisti laudem? ꝛc. Aliquādo rationibus certis. Sicut Matth. 22. c. Cuiꝰ est imago hec et suꝑscriptio? ꝛc. Aliquādo testimonijs: vt Joh. 5. e. Uos misistis ad Johānem: et testimoniū perhibuit veritati. ꝛc.

* Arborem fici. ꝛc.] Moraliter per arborē fici significatur quelibet persona in ecclesia dei plantata: vt fructificet ibi. Per tres annos: in quibꝰ non facit fructū: significātur iuuentus: etas media: et senectus: propter quod meruit succidi per mortem de vita presenti. Per cultorē autem: angelus custos huius hoīs significatur: q̄ rogat vt adhuc vno anno .i. in senio viuere dimittatur: vt per eius diligentiā circa talem hoīem fructificet: aliter succidatur: et in ignē mittatur. D Moralr * Et ecce mulier. ꝛc.] Per quā significat̄ peccatrix ꝑsona: que longo tempore (diabolo procurāte) sic ad inordinatū amorē terrestriū fuit incuruata: ꝙ propter longam consuetudinē aspicere nō potest superna. Sed Jesus eam tangit in sabbato: quādo consilio predicatorꝭ vel cōfessoris salutem animarū desiderātis q̄escit a peccato: et sic erigit̄ sursum per celestiū appetitū. Archisynagogus autem indignans de tali curatione: malum curatum significat murmurantē de predicatore vel cōfessore. Propter quod merito arguit̄ de murmure tali: q̄r cura maior circa humanā naturā: q̄ circa animalia bruta debet haberi.

E Glosa. * Dicebat. ꝛc.] Glo. Similitudo infructuose arboris: cui isti similes nisi peniteāt: cito sunt perituri et eradicādi. Cū ergo ficulnea Luc. 21. f. generalit̄ omniū hic synagoge specialiter gestat typum. Sicut sterilis ficus folijs exuberās: spe fructus possessorem deserit: sic doctores synagoge operibus infecundis: iam in vmbra legis gloriantes: subiectis nullum operis boni exemplū ministrant. In ficu loco floris quidam fructus crescunt: qui alijs succrescentibꝰ decidunt: remanent tñ quidam de illis: qui clementiori aura syluestrem animum prioris succi exuentes: ceteris specie et maturitate preferuntur. Sic antiquus synagoge corruit populus: cuiꝰ loco de antique religionis pinguedine nouꝰ ecclesie emergit populus: remanserūt tñ ex populo Jsrael apostoli: qui ceteris p̄stiterunt. * Arborē fici. ꝛc.] In origine humani generis Adam et Eua cū peccassent de folijs ficulnee succinctoria sibi fecerunt. Gen̄. 3. b. Per folia ergo ficulnee intelligunt̄ peccata. Erant autem sub arbore fici tanq̄ sub vmbra mortis. De quibus dictum est Esa. 9. a. Qui sedebant sub vmbra mortis: lumē ortum est eis.

Sabbati quattuoꝛ tempoꝛū mensis septembris.

¶ Nā Adam et Eua a folijs fici se tegentes: pre=
sentiā domini vocātus declinabāt trāsgressiōis
conscij: significat ꝙ populus iudeoꝝ in aduētu
saluatoris: qui eos vocaturus venerat: exutum
se virtutibꝰ cognoscēs: probra ꝯsciētie formidās
a dño recessurus: erat confusus verboꝝ fluentiū
velut foliorum velaminibꝰ adopertus. * Que
rens fructum.] Uinea dñi sabbaoth: domus
Israel est: in qua domo synagoga condita est:
sicut ficus in vinea. Sed q̄ in vinea peccantē a
viatoribꝰ permisit diripi: hanc etiam ficum ius
sit excidi: in qua querit fructū: non quia deesse
nesciret: sed ostēdit in figura: qꝛ in synagoga iā
fructū habere deberet. Nec ante tēpus querit: q̄
per triennium venit. Qui per Moysen synagogā
instituit: ipse in carne apparēs: in synagoga cre
bris docet: fructum fidei querit: sed in phariseis
f non reperit. * Dixit autem ad cultorē.] Cultor
vinee: doctores sunt et apostoli: quoꝝ precibus
et monitis assidua plebi dei cura suggerit: qui=
bus dñs sepe de infructuosa gente iudeoꝝ con=
queritur: ꝙ per tres annos sue visitationis. i. in
legalibus edictis: propheticis cōtestationibus:
euangelij gratia: negligens extiterit. * Ecce an
ni tres.] Nullus in synagoga per tres annos
fructus esse potuit: quia neq; tempore circūci=
sionis purificari poterant: qui circūcisionē ani=
mi non q̄rebant. Nec per legem sanctificabant:
qui carnalia in lege tm̄ sequebant: neq; in gra=
tia iustificabant: qui de peccatis penitere nole=
bant. Cum ergo merito essent excidendi: quod
quidem factum est per romanos: iubetur illis:
qui in circumcisione laborabant: vt succisionis
cladem annūciando penitentiā suggerāt. Sed
apostoli intelligētes etiam aliquos d̄ populo iu
deorum sua vocatione posse saluari: orant vt dif
feratur vltio dominice crucis. * Ut quid etiā:
ꝛc.] Moraliter. Potest per terrā sterili ficu occu
patam iudaica plebs signari: que noxia prepo=
sitoꝝ vmbra premitur: ne lumē veritatis videat:
et exemplis eorum impeditur: ne sole dilectiōis
calescat. Unde Matth. 23. Ue vobis scribe et pha
risei: qui clauditis regnū celoꝝ ante hoies. Ter
ram occupat: qui locum: quem tenet bonis ope
ribus non exercet: qui exemplo prauitatis im=
pedimentū prestat ceteris. * Usq; dum fodiam.
ꝛc.] Donec radicem infructuose mentis humi=
liem: et presentiū pressurarū ⁊ eterne dānationis
incutiendo metū. Fossa qppe in imo est: et incre
patio: dum mentē sibi demōstrat: humiliat. No
uit cultor terram excolere: q̄ nouit vitia depre=
hendere. Intellexit duritiam et superbiam iude
orum causam esse sterilitatis. Pollicetur itaq;
dura corda apostolicis ligonibꝰ esse fodienda: ⁊
superbiētia ad humilitatē reuocāda. * Mittā
stercora. ꝛc.] Id est malorum: que fecit abomina=
tionem ad animum reducam: et compūctionis
gratiam cum fructibꝰ boni operis: quasi de pin
guedine stercoris exuscitem. Peccata enim car
nis stercora dicuntur: que immittunt ad radicē
arboris: qñ prauitatis conscientia tangitur co=
gitationis memoria: et dum inde penitet: quasi
per tactum stercoris redit ad fecunditatē operis. g
* Et si quidem.] Cum penitētie ordo erigeret:
vt apponeret: reseruabit: vel aliquid tale: nihil
tm̄ subiūgit: sed suspendit sententiā. Cum vero
adheret. * Sin autē.] Scilicet nō fecerit fructū:
continue iudiciū venture dānatiōis annexuit:
qꝛ prodiuiores ad negandū: quā ad credendū
videbat. * Erat autem docens. ꝛc.] Hanc simi
litudinē de ficulnea dicitur dñs docuisse in syna
goga: vt intimetur ad ipsam synagogam perti=
nuisse parabolam. Nā enim fructum querit in
ficulnea nec inuenit: significat ꝙ verbū cōmo=
dat synagoge: nec illa recipit: quam tm̄ non ex to
to extirpandā: sed reliquias per fidē saluandas
intelligens: mox ibidem primitiue ecclesie sa=
natio: sub specie incurue mulieris subsequitur.
Idem enim significat ficulnea reseruata q̄ mu
lier erecta. * Sabbatis. ꝛc.] Sabbatis docet: ⁊
curuā erigit: quia per verbum predicationis a
temporalibꝰ ad eterna erectos ad quietem resur h
rectionis perducit. * Ecce mulier. ꝛc.] Hec mu
lier nō nisi post decē et octo annos erigi potuit:
quia humana natura hanc corruptionē depo=
nere: et ad induendam incorruptionē eterne be
atitudinis erigi nō poterit: nisi prius impleuerit
legem: que in decem preceptis continetur: et gra
tiam: in qua xp̄i resurrectio facta est: ⁊ nostra ex
pectatur. * Annis decē et octo.] Senarius: in
quo mundi creatura perfecta est: operꝰ perfecti=
onem signat: qui per tres multiplicatos decem
et octo reddit: et signat eos: qui in tribus tempo
ribus dominice visitationis. s. ante legem, et sub
lege ⁊ sb̄ gratia: perfectionē operū habent. Hoc q̄
tempore iudea a sue mētis rectitudine curuata
fuit: que magis terrena: q̄ celestia nouerat ope=
ratur. * Uocauit ad se. ꝛc.] Quos predestina
uit: hos et vocauit: et quos vocauit: hos iustifi
cauit: quos autem iustificauit: illos et magnifi
cauit. Roma. 8. f. * Qꝛ sabbato curasset. ꝛc.]
Deus ab operibꝰ mūdi sabbato requieuit. Gen.
2. a. Unde et Moyses sabbato a seruili et noxia
actione feriandū precepit: prefigurans tempus
quo nostra secularia opera: nō vero religiosa. i.
laudandi deum cessabunt. In signum huius rei
etiam sabbato dñs curat. Hoc autem non intel=
ligēs archisynagogꝰ fallitur et fallit: quia lex in
sabbato non hominem curare: sed seruilia ope= i
ra facere. i. peccatis grauari prohibuit. * Hypo

crite.ꝛc.] Merito hypocritas idest simulatores vocat: qui cum magistri plebium videri appetant: sanationem hominis non reuerentur postponere cure pecoris. * Nõ soluit bouẽ.] Mystice. Bos: qui cognouit possessorem suum: et asinus: qui nouit presepe domini sui (Esa.1.a.) iudaicũ et gentilem populũ significant: qui vterqꝫ peccati vinculis absolutus; sitim estumqꝫ hui⁹ mundi per haustum dominici fontis deposuit. In his ergo duobus animalibus vocationem duorum populoꝝ: aduersantib⁹ iudeis prenũciat dñs. * Hanc autẽ filiaz.ꝛc.] Filia abrahe: qꝫ fidelis aia. Filia abrahe: ecclesia de vtroqꝫ populo ad fidem collecta: que tẽpore legis et dominice resurrectionis impleto: per septiformem gratiam spũssancti vincula longe captiuitatis erupit: et sic idem est bouem vel asinum presepio solutos ad potũ agi: quod est filiam abrahe a vinculo noxie inclinationis erigi. * Erubescebãt omnes.ꝛc] Qui de dictis saluatoris erubescunt: ficulnee sterili se similes ostendũt. Qui ergo gaudent de miraculis: pertinent ad filiam abrahe.i. ecclesiam: deum de sua erectione glorificantem. * Aduersarij.ꝛc.] Scribe et pharisei qui nec aperte veritati cõtradicere possunt: nec propter inuidiaz credere volunt. * Omnis populus gaudebat.ꝛc.] Simplices: humiles: verba veritatis et miracula amantes: et isti sunt figura gentium: que excecatis iudeis cõgregãde sunt ad fidem per humilitatẽ. Unde ꝛ saluator fidem eorum cõmendat sub cõparatione grani sinapis. ☞ Prout inuenies in p̃dicto Anno. Ferie.6. Dñice.11.

☞ Applica ad hec aliq̃ de Annot. sermonis. K
Peccatoꝝ incipiẽ. Fol.189. Uel. Funeꝝ. fol. Auctor.
305. vel. Penitẽtie. Fol.211. vel. Epiph. fol.39. Uel ser. Dñice.3. quadrage. Fol.117. sub the. * Arborem fici.ꝛc.] Uel. * Ecce mulier.ꝛc.] A.C.D.E.H. ¶ Uel sermo. Angeloꝝ. fol.76. sub the. * Dñe dimitte illam.ꝛc.] A. ¶ vel ser. Ferie.4. Cineꝝ fol.75. sub the. * Hypocrite.ꝛc.] C. ¶ vel sermonis. Gratiaꝝ actionum. fol. 179. sub themate. * Omnis populus gaudebat.ꝛc.] C.J.

Dñice.xviij. post oc. cor. xp̃i. Ser. an. Ex quita parte Bib.

A ccesserũt ad dñz Jesum pharisei: et interrogauit.] Lyra. Hic ostendit euãgelista qualiter pharisei impugnauerũt xp̃m in veritate vite in hoc: qꝫ proposuerũt sibi q̃stionem tentatiuam de primo mãdato legis. Circa qđ primo ponitur eorum interrogatio. secundo ponit̃ xp̃i responsio: ibi. Ait illi Jesus. Circa primũ dicit̃. * Pharisei aũt audiẽtes qꝫ silentiũ imposuisset saduceis.] Licet enim ipsi essent contrarij saduceis in opinione de aie immortalitate et de mortuoꝝ resurrectione: tñ cõueniebant cum eis in xp̃i persecutione: et ideo audientes qꝫ silentium imposuisset eis. * Conuenerũt in vnum.] Ad inuadendũ ipsum xp̃m alio modo: et ad ipsum venerunt in magna multitudine ad magis cuz terrendum: et hoc est quod dicitur (in euangelio hodierno) cum subditur. * Accesserunt ad dñz Jesuz pharisei. Et interrogauit eum vn⁹ ex eis legis doctor.] Ut si confusus esset: solus videret̃ confundi: si autem vinceret: omnes viderentur per eũ vicisse: ẽm quod dicit Chryſ. * Tẽtans eum.] Capere scilicet in sermone. Marc⁹ tñ videtur contrariũ dicere.12. capi. ☞ Prout inuenies.8. Annota.1.A. quinte partis. sermonis Ferie.4. Dñice.15. post octauas corporis xp̃i, Fo.297. col.4. Ubi dicit̃: qꝫ xp̃s dixit isti legis doctori querenti de primo mandato legis. Non lõge es a regno dei. Dicẽdum: qꝫ iste in principio venit mala intentione cuz alijs: sed postea audita Christi responsione vera / penituit et Christi responsionem approbauit: dicens. Magister in veritate benedixisti.ꝛc. Ut habetur Marc.12. et in predicto Annota. Simile autem habetur Joh.7. Ubi dicitur: qꝫ principes et pharisei miserunt ministros vt cõprehenderent Jesum: illi autem audientes xp̃i predicationẽ: penituerũt: et sic ad principes redierũt: et cum quererent ab eis q̃re nõ adduxissent eum: responderũt. Nũqꝫ locut⁹ est sic homo.ꝛc. Prout inuenies Annot. 1.C. quinte partis. sermonis Ferie.5. Dñice passionis fol.159. Colũna.3. Consequenter preponitur questio. * Magister quod est mandatuz magnum in lege?] Credebat enim: qꝫ statim responderet de mandato primo prime tabule. Nõ habebis deos alienos: ꝛ tunc habuisset argumẽtum cõtra eum de precepto charitatis: quod est maius; Sicut et charitas est maior virtus ipsa fide. Consequenter ponitur Christi respõsio: cũ B
subditur. * Ait illi Jesus. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. hoc est maximum et primum mandatum.] Hic tria sunt videnda de ipso precepto charitatis. Primum est qualiter sit intelli

gendum. Secundo qualiter sit primuz. Tertio
qualiter implendũ. ¶ Circa primum sciendũ/
ꝙ istud preceptum in quattuor locis traditur in
scriptura scilicet Deut.6.b. Ubi ponũt tria. Di
liges dominuz deum tuum: ex toto corde tuo: et
ex tota anima tua: et ex tota fortitudine tua. Et
hic Matthei.22. Ubi dimittit fortitudo: et du=
obus alijs additur: vnum: ꝙ deus diligatur ex
toto corde: et ex tota aĩa: et ex tota mẽte. Marci
autem.12. ponũtur ista tria: ⁊ additur quartũ.
scilicet. Ex tota virtute: quod est idem cum eo:
quod dicitur Deut.6. Et ex tota fortitudine: et
eodem modo Luce.10. habetur: nisi quod dici=
tur ibi. Ex omnibus viribus tuis. Quod idem
est cum eo: quod dicitur. Ex virtute: vel ex forti
tudine. Et sic patet ꝙ q̃ttuor ista sunt de ratiõe
istius precepti: scilicet diligere deum ex toto cor
de: ex tota mente: ex tota anima: et ex tota for=
titudine. Cuiꝰ ratio est: quia diligere est actus
volũtatis. Duplex est autem actus ipsius: vnꝰ
est elicitus: et alter imperatus. Actus autem eli
citus est: qui immediate egreditur ab ipsa volũ
tate: et iste actus tangitur: cum dicitur. Diliges
dominuz deum tuum ex toto corde. Idest ex to
ta volũtate: quia sicut ex corde oritur motus ad
alias partes corporis: ita volũtas mouet alias
potentias anime. Actus autem imperatus vo=
lũtatis: est actus alterius potentie mote ad suũ
actum per ipsam voluntatem. Per voluntatem
autem informataz charitate mouetur intellectꝰ
ad assentiendũ his/ que sunt fidei: et ad meditã
dum de deo dilecto: et iste actus significatur: cũ
subditur. In tota mente. Ibi enim accipit mẽs
pro ipso intellectu. Ulterius per voluntatẽ mo=
uetur appetitus sensitiuus: vt conformetur supe
riori parti: quia sicut sphera superior mouet in=
feriores suo motu: ita voluntas appetitum sen=
sitiuũ: vt habetur.2. de anima: et iste actus no=
tatur: cũ dicitur. Et in tota anima. Per animã
hic intelligitur pars sensitiua: secundum quod
scribitur Geñ.1.c. Factus est homo in animam
viuentem: idest vitam animalem et sensibilem
corpori dantem: vt dicit Glo. Ulterius per volũ
tatem mouẽtur potentie motiue et executiue ad
operandũ ex dilectione: et hoc notatur: cum sub
ditur. Ex tota fortitudine tua. Uel ex omnibus
viribus tuis: quod idem est. Patet ergo primũ.
¶ Circa secundum considerandum: ꝙ aliquid
dicitur primum dupliciter. Uno modo origine:
⁊ sic illa: que sunt imperfectiora: priora sunt in il
lis: que procedũt de potentia ad actum: vt dicit.
9. Metaph. Alio modo dicitur aliquid primuz
dignitate seu perfectione. Hoc ergo secundo mo
do primitatis mandatuz de dilectione dei dicit
primum: quia origine dilectio proximi prior est

secundum quod dicit beatus Ioh.1. canonica
capitulo.4.d. Qui nõ diligit fratrez suum quẽ
videt: deum quem non videt: quomodo potest
diligere? Et sic patet secundum. ¶ Circa tertiuz
considerandũ: ꝙ totum et perfectum idem sunt:
vt habetur.3. Phys. et ideo diligere deum ex to=
to corde: et ex tota anima. et sic de alijs: est dilige
re ex perfecto corde vel ex pfecta anima: et sic de
alijs. Perfectũ autem dicitur aliquid dupliciter.
Uno modo qñ nihil sibi deest de perfectione sibi
possibili. Alio mõ qñ nihil sibi deest de pfectione
sibi debita: vel competenti: sicut homo mediocris
stature dicitur perfecte quantitatis: licet non ha
beat quantitatẽ gigantis. Sic ergo accipiendo
perfectum primo modo: sic impletur preceptum
dilectiõis in patria: quia mens ibi fertur in deũ
totaliter et perfecte: quantum sibi possibile est: et
sine aliqua interruptione: ⁊ secundum hoc dicit
Aug. lib. De perfectione iusticie/ ꝙ mandatum
charitatis solum implebitur in patria. Ubi erit
charitas perfecta. Si autem accipiatur perfectũ
secundo modo: sic impletur in via: qñ nihil dili
gitur contra deum. Ista enim est perfectio: que
debet inesse ex debito necessitatis: et hoc sufficit
ad salutem. Diligere ergo deum ex toto corde:
hoc modo est sic diligere deuz/ ꝙ nihil diligatur
contra ipsum. Sequitur. * Secundum autem
simile est huic. Diliges proximuz tuum sicut te
ipsum.] Idest ad eandem beatitudinem: ad q̃
diligis te. * In his duobꝰ mandatis vniuersa
lex pendet et prophete.] Sicut enim in specula=
tiuis omnes conclusiones dependent ex hoc pri
cipio. de quolibet affirmatio vel negatio: sic in
operabilibꝰ omnia dependent ex dilectione dei
principaliter: et consequenter ex dilectione pro=
ximi. propter hoc omnia mandata legis et mo=
nitiones non sunt nisi quedã explicationes isto
rum duorum mandatorum: quia omnia ordi=
nantur ad dilectionẽ dei et proximi: vt patet in=
tuenti: et similiter doctrina prophetaruz ad hoc
ordinatur. Consequenter ostenditur phariseos
esse cõtradictores diuine veritatis errori contra=
rio adherendo. Ad cuius euidentiam conside=
randũ: ꝙ licet pharisei et legisperiti cognouerũt
in principio Iesum esse verum xpm: et per ꝯñs
deum et hominem: vt dixi super illud. Hic est he
res. Mat.21. ☞ Quod iuenies supra Anno.1.
F. qnte partis. sermonis Ferie.6. Dñice.2. qua
dragesime. Folio.112. Colũ.2. Quia tamẽ cõ=
ceperunt contra eum odium et rancorem: ideo
hec vera estimatio corrupta est in eis aliquo=
modo: et ideo inceperunt euz negare et persequi
tanq̃ blasphemũ: quia dicebat se esse filium dei:
et per consequens incipiebant corrumpere scri=
pturas et deprauare: que loquebãtur de eius di

D uinitate propter quod dicitur. * Congregatis autem phariseis: interrogauit eos Jesus dicẽs. Quid vobis videtur de xp̃o: cui⁹ filius est? Dicunt ei. Dauid.] Solum .s. diuinitatẽ negãdo. * Ait illis.] Arguendo .s. in cõtrariũ. * Quo modo ergo Dauid in spũ.] Idest spũsctõ inspiratus. * Uocat eum dominũ: dicẽs. Dixit dñs dño meo?] Quod enim ista scriptura intelligat de xp̃o: patz: qꝛ ipsi pharisei non negauerũt hoc: immo cõcesserunt. * Sede a dextris meis.] Sedere autẽ a dextris vno modo accipitur pro eq̃litate: ꝛ sic xp̃s secundum ꝙ de⁹: sedet ad dexterã. Alio modo est esse in potioꝛib⁹ bonis: et hoc modo conuenit xp̃o secundũ humanitatẽ: qꝛ vt sic in gloꝛia preest angelis. * Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuoꝛum?] Istud cõplebitur in iudicio: qñ omnia perfecte subijcient homini xp̃o. * Si ergo Dauid vocat eum dominuz/ quomodo filius eius est?] Q.d. cum secundum naturam humanam sit filius Dauid: et per cõsequens eo inferioꝛ/ opoꝛtet ponere in eo aliam naturã: per quam sit dñs eius: et eo supe rioꝛ. Hec autem est diuina: et sic in xp̃o due sunt nature: diuina et humana. * Et nemo poterat ei respondere verbum nec ausus fuit q̃sq̃ ex illa die eum amplius interrogare.] Quia non poterant scripturam negare. ¶ Considerandũ tñ/ ꝙ iudei moderni diuinitatez xp̃i negantes: dicũt predictam auctoꝛitatem dictam esse ad literam de Abꝛahã: et ꝙ Eliezer dispensatoꝛ dom⁹ Abrahe fecit hunc psalmũ agens deo gratias de victoria: quam habuit Abraham de quinq̃ regib⁹/ vt habet Geñ. 14. Post quã victoꝛiaz apparuit dñs Abꝛahe: dicens. Noli timere Abꝛahaz ego protectoꝛ tu⁹ sum: et merces tua magna nimis. Dicunt ergo/ ꝙ Eliezer loquit sic. Dixit dñs .i. de⁹ celi: qui est dñs omniũ. Domino meo. Abrahe. Sede a dextris meis .ꝛc. Quia confoꝛtauit eum (vt visum est) promittẽdo ei auxilium ꝛ premiuz. Sed ista expositio patet falsa. Primo per titulum p̃s/ vbi ponitur psalm⁹ Dauid: etiam in hebꝛeo: qđ nõ ponit i psalmis: factis ab alijs. Item per illud quod subditur in p̃s. eodem. Ex vtero ante luciferum genui te: quod non potest dici de Abꝛaham/ ꝙ sit genitus ex vtero dei vel substantia: et Ante luciferum .i. ante mundi creationem: sed solum potest verificari de filio dei: ꝛ iterum in fine p̃s. dicitur. Tu es sacerdos in eternum .ꝛc. quod non potest verificari de Abꝛahã: qui non fuit sacerdos: et dato ꝙ fuisset: tñ sacerdotium eius non potuisset fuisse in eternum: sed solum xp̃i sacerdotium est eternum.

E * Magister qđ est mandatũ magnũ? ꝛc.] Moralit. Chꝛys. Phariseus iste de magno mãdato interrogat: qui minimũ nõ obseruat. Et isti sũt similes multi studẽtes: q̃ querũt alta et subtilia: cum tñ adhuc ignoꝛẽt cõmunem doctrinã: et prima rudimẽta: volentes volare anteq̃ alas habeant: ꝛ sic in vanũ laboꝛãt. * In his .ꝛc.] Quia tota sacra scriptura ad dilectionẽ dei et proximi oꝛdinat. * Quid videt? ꝛc.] Christ⁹ grece: dicitur vnct⁹ latine: quod cõpetit epis et regibus: propter qđ debẽt imitari Dauid tanq̃ boni filij in mãsuetudine et iusticia ipsi⁹. Dicitur eniz de ipso .2. Reg. 23. a. Ipse est enim quasi tenerrim⁹ ligni vermicul⁹: qui licet sit mollissim⁹: tñ perforat lignũ durꝫ. Sic reges et epi debẽt esse molles et suaues erga bonos: ꝛ efficaciter punire rebelles obstinatos. F

G * Pharisei autẽ audiẽtes ꝙ silentiũ .ꝛc.] Glo. Nota venena inuidie superari posse: sed difficile conq̃escere. * Cõuenerũt .ꝛc.] Ut multitudine vincerent: que nõ poterant ratione. In tentãdo cõueniũt: qui in doctrina cõtrarij sunt. Jam cõfutati erant in ostensione denarij: iam viderant etiã saduceos obmutescere: sed tñ maliuolẽtia et liuoꝛ nutrit impudẽtiã. Sequit in euãgelio hodierno. * Tentãs eum.] Marc⁹ ait capi. 12. ꝙ ei sapiẽter respõdẽti dñs dixerit. Nõ lõge es a regno dei. Potuit enim fieri/ vt qui tentãs venit/ respõso dominico cõuersus sit. Uel tẽtatio: non est mala quasi volẽtis decipere: sed cauta volẽtis ampli⁹ experiri ignotũ. * Diliges dñm deum tuũ.] Fictã cõsciẽtiã interrogãtis dñs primo responso percutit. Deus tuus vn⁹ est. Non assumes nomẽ dei tui in vanũ. Obserua diẽ sabbati Exo. 20. a. Hec tria ad dilectionẽ dei pertinent. Cuius cogites vnitatẽ: veritatẽ: volũtatẽ. * Ex toto cordc.] Integritas fidei exprimit. In tota anima: perfecta obediẽtia exigit. In tota mẽte/ perseuerãtia ostẽditur. * In his duob⁹.] Nam ideo due tabule legis date sunt: in quib⁹ erãt decem precepta legis: que sunt decachoꝛdũ psalterium. Tria in vna: que sunt ad deũ. Septẽ in altera: que sunt ad proximũ. In prima primũ est Ego suz dñs de⁹ tuus: q̃ eduxi te de terra egypti Exo. 20. a. Nõ habebis deos alienos. Deu. 5. a. qꝛ xp̃s cũ patre et filio et spũsctõ vn⁹ est de⁹. Secundũ Nõ assumes nomẽ dei tui i vanũ. Exo. 20. a. Idest nomẽ xp̃i nõ debet i vanũ accipi: vt putem⁹ eũ factũ: per quẽ omĩa facta sunt. Quia vero vn⁹ de⁹ est pater ꝛ fili⁹ ꝛ spũssanct⁹. In spũ sctõ .i. in dono dei req̃es nobis ꝑmittit. Unde tertiũ sequit. Memẽto vt diẽ sabbati sctifices. in eo no facies omẽ op⁹. Exo. 20. b. In altera tabula Honoꝛa patrẽ ꝛ matrẽ: et Nõ occides: nõ mechaberis: nõ furaberis: nõ falsuz testimoniũ dices: nõ cõcupisces vxoꝛẽ ꝓximi tui: nõ cõcupisces rem ꝓximi tui Exo. 20. * De xp̃o.] Siue venit/ siue venturũ creditis: quẽ purꝫ hoĩem asse- H

ritis. * Dixit. Istud dicere: est equalez sibi filiũ
generare. * Dño.] Non fm ꝙ de eo nat⁹: sed ꝙ
de patre semper fuit. * Quomodo.] Repugnã
tia sunt hec secundũ vestrũ intellectũ. * Et ne=
mo poterat] Nota venena inuidie superari pos
se: sed difficile conquiescere.

J Auctoꝛ. ☞ Applicatiões ad primã partẽ inuenies. s̃. in predicto Anno.1. quite partis. ser. Dñice.13. post oct. coꝛ. xp̃i. Fol.291. col.1. ¶ Applica etiã ad secundã partẽ hui⁹ euãgelij Aliq̃ de Anno. ser. Trinitatis fol.257. Uel ser. Incarñ. Fol.2. sub the. * Dixit dñs dño meo. ꝛc.] h. ¶ vel ser. Prelatoꝝ fol.90, sub the. * Quid vobis videt̃ de xp̃o. ꝛc.] E.

ferie.iiij.dñice.xviij.post oc.

Coꝛpoꝛis xp̃i ser. Annot. ex quita parte Biblie.

¶ I. Mat.13. Dixit.d.i.d.s. parabolã hãc. Simile est regnuz celoꝝ hoi: qui seminauit bonũ semen. ꝛc.] Usq̃. * In hoꝛreum meum.] ☞ Quere supra Anno.1. per totum quite partis ser. Dominice.5. Post octauas Epiph. Folio.66. Colũna.1. ꝛc.

ferie.vj.Dñice.xviij.post oc.

Coꝛpoꝛis xp̃i ser. Anno. Ex quita parte Biblie.

¶ I. Mat.21. A Cum intrasset dñs Jesus in tẽpluz. ꝛc.] Lyra. Postq̃ sacerdotes impugnauerũt xp̃i famam et gloriã. Cum supra dicebat. * Uidẽtes autẽ principes sacerdotuz. ꝛc.] Prout inuenies Anno.1. D. quinte partis. ser. Ferie.3. Dñice.1. quadrage. Fol.98. Colũna.4. Et etiam. s̃. Anno.1. C. quite partj. ser. Ferie.6. Dñice.3. post oct. coꝛ. xp̃i. fol.270. col.1. Consequẽter in euãgelio hodierno impugnant eius doctrinã. Et diuidit̃ in duas ptes: qꝛ primo ponit̃ eoꝝ impugnatio. Secũdo ponitur ipsius xp̃i cauta euasio: ibi. Respondens Jesus dixit. Dicit ergo. * Cuz intrasset dñs Jesus in templũ.] Idest in atriũ tẽpli: vbi conueniebant hoies ad oꝛandũ: ꝛ verbũ dei audiendũ. * Accesserũt ad eum docentẽ: principes sacerdotuz et senioꝛes populi.] Ex quo patet: ꝙ nõ venerũt ex ignorãtia/ sed ex malitia. * Dicentes. In qua potestate hec facis?] Aliqui exponũt hoc de miraculis a xp̃o factis: quasi diceret: tu nõ facis virtute diuina: sed arte magica. Uñ Matth.12. dicebant. * In Beelzebub principe demonioꝛuz eijcit demones. ꝛc.] ☞ Prout supra iuenies

Anno.1. B. C. quite par. ser. Dñice.3. q̃drage.
fo.121. col.1. Sed hoc nõ videt̃ verũ: qꝛ illa die
nõ legit̃ aliquod miraculũ fecisse i tẽplo: ideo in
telligit̃ meli⁹ de actu docẽdi: quẽ exercebat actu
aliter: et hoc signat̃: cum dicit̃. Accesserũt ad eũ.
ꝛc. Et ideo fecerũt illi duplicẽ questionẽ ad tentã
dum eum: et capiendũ. Prima fuit. In qua po
testate hec facis? i. doces populũ: q̃a auctoritatẽ
docendi in templo habebant sacerdotes: et legis
doctoꝛes ad hoc assignati a p̃ricipib⁹ sacerdotũ:
et non alij. xp̃s autem neutrã auctoritatẽ habe=
bat. Secũda questio est. * Et q̃s tibi dedit hãc
potestatẽ?] Scilicet docẽdi. Quia potestatẽ do=
cendi nõ habebat a sacerdotib⁹: nec ab impera=
toꝛe: cui erãt subiecti: et sic a nullo videbat̃ habe
re: sed magis sibi vsurpare. Cõsequẽter ponitur
xp̃i cauta euasio: quia quasi retũdẽs clauũ cla=
uo: proposuit eis aliã questionez: per quã coacti B
sunt recedere absq̃ xp̃i responsione: et hoc est qd
dr. * Respõdens autẽ Jesus dixit eis. Interro
gabo vos et ego vnũ sermonẽ: quẽ si dixeritis mi
hi: et ego dicã vobis in q̃ potestate hec facio. Ba
ptism⁹ Johãnis vñ erat: e celo] Idest ex diuina
oꝛdinatione. * An ex hominib⁹?] Idest ex hu
mana fictione. * At illi cogitabãt inter se.] Ui
am. s. respõdẽdi: sed nõ habebãt. Et erãt. * Di=
cẽtes. Si dixerim⁹ e celo.] Idest ex diuina oꝛdi=
natione. * Dicet nobis. Quare ergo nõ credi=
distis illi?] Quia nõ receperant baptismũ Jo=
hãnis: sed magis spreuerãt. Similiter ꝛ testimo
niũ Johñis de xp̃o: qd ipsi audierãt per nũcios
ad Johãnẽ missos: vt habet̃ Joh.1. a ☞ Qd
inuenies Anno.1. A. quite partj. ser. Dñice.4.
Aduent⁹ incipieñ. Miserũt iudei. ꝛc.] Fol.17.
Col.1.) * Si autẽ dixerim⁹ ex hoib⁹.] Hoc est
ex humana fictiõe. * Timem⁹ turbã.] Scilicz
ne lapidet nos/ tanq̃ blasphemos. Cuius ratio
subdit̃. * Oẽs enim habebãt.] Idest reputa
bant. * Johãnẽ sicut prophetã.] Sãctũ scilicet
et veꝝ: et per cõsequẽs verba ei⁹ ꝛ facta ex inspi=
rõne diuina. * Et respõdẽtes Jesu dixerũt. Ne
scim⁹.] Ex sui eni taciturnitate cõpulsi sũt a sua
petitiõe cessare: sequitur. * Ait illis et ipse. Nec
ego dico vobis: in qua potestate hec facio.] Si
querit̃ hic quare non respõdit eis manifeste: qꝛ
statim poterat dicere/ ꝙ ipse nõ haberet auctori=
tatẽ docẽdi a sacerdotib⁹ vel a cesare: habebat
tñ immediate a deo patre/ qd erat mai⁹. Sicut ꝛ
multi ꝓphete legunt̃ immediate missi ad docẽ=
dum populũ: ꝛ nõ ex auctoritate regũ vel sacer=
dotum. Dicẽdum: ꝙ licet posset predicto modo
respõdere: noluit tamen duplici de causa. Pri=
mo: qꝛ predixerat Matth.7. Nolite sanctuz da
re canibus: nec margaritas ponere ante poꝛcos
Illi autẽ erãt in malicia obstinati: ꝛ ideo nõ erãt

digni/vt eis veritas manifestaret. Scdo qr xp̄s voluit ostendere facto/ q̄ licet vti cautelis cōtra cautelas maloꝝ insidiantium bonis. Hoc modo Paulus posuit dissensionem inter phariscos ⁊ saduceos volentes eū occidere: vt habet Actu. 23. Et appellauit ad Cesarē: ne traderetur iudeis in hierlm. Actu. 25. Et. 1. Reg. 21.

C ✱ Et imutauit dauid os suū. ⁊c.] Lyra. Mor. Per h̄ aūt q̄ Dauid se simulauit insanū corā rege Achis/ vt euaderet mortis periculū: dedit exemplū vtēdi cautelis cōtra maliciā peruersoꝝ. vnde dicit Cato poeta. Stulticiam simulare loco/ prudentia summa est.

D Moral. ✱ Baptismus Johānis. ⁊c.] Moral'. Per hoc ostēdit xp̄s: q̄ malignātibus/ quales erāt isti: nō sunt dei secreta reuelāda: sicut xp̄s dixerat Mathei. 7. Nolite sanctū dare canib⁹. Sed coꝝ malitia prudenter est declināda.

✱ Interrogabo vos. ⁊c.] Glo. Poterat apte cōfutare eos: sed ideo interrogat: vt suo vel silentio vel sententia damnent: ⁊ in q̄ potestate hoc facit cognoscant per se: s̄m illud p̄s. 57. Deus conteret dentes coꝝ in ore ipsoꝝ. — E Glosa.

✱ Nec ego dico vobis.] Duabus de causis occultat veritas. Uel qr non sunt capaces auditores. vnde Joh. 16. c. Habeo multa vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Uel qr sunt cōtemptores. vn̄ Mat. 7. a. Nolite sanctū dare canibus.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis ser. Dn̄ice. 3. Quadragesime: incipien̄. fol'. 117. — F Auctor.

¶ vel ser. Prelatoruz. fol'. 90. sub themate. ✱ In qua potestate hec facis?] A. D. G. ¶ vel sermo. Johānis baptiste. Tomo. 2. sub the. ✱ Oēs habebāt Johānem. ⁊c.] B. ¶ vel ser. Incarnationis. fol'. 2. Uel ser. Fidei. fol'. 59. sub th. ✱ Quare nō credidistis? ⁊c.] B.

Dn̄ice. xix. post. oc. coꝛ. xp̄i. sermo. an. Ex quita p̄te Bib.

A Tex. Mat. 9. Ascendēs Jesus in nauiculā transfretauit: ⁊c.] Lyra. In hoc capitu. declaratur virtus xp̄i legislatoris. Et diuidit in tres partes: qr primo ponit ad hoc miraculi p̄petratio. Secundo credentiuz vocatio/ ibi. ✱ Cum transiret Jesus. ⁊c.] ☞ Prout inuenies annota. 1. A. quinte part[i]. ser. Matthei apli. Tomo. 2.) Et tertio coꝝ confirmatio: ibi. ✱ Loquente dn̄o Jesu ad turbas. ⁊c.] Prout inuenies infra annota. 1. A. quinte par. ser. Dn̄ice. 24 post oc. coꝛ. xp̄i.) Prima i duas: qr primo in operatione miraculi ad declarationem sue deitatis fides credentium approbat. Et scdo infidelitas negantiū exprobatur: ibi. Et ecce q̄dam de scribis. Circa primū euāgelista notat locū vbi factū est hoc miraculum: dicens. ✱ Ascendēs Jesus in nauiculā transfretauit.] Ut. s. per nauigium de terra gerasenoꝝ rediret in galileā: vnde illuc iuerat. ✱ Et venit i ciuitatē suā.] Scz Capharnaum: qr ibi factū est hoc miraculū: vt Marc⁹ dicit expresse. 2. capi. Dicit aūt Capharnaū ciuitas dn̄i: non qr ibi fuerit natus/ vel cōceptus: sed qr erat ciuitas principalis Galilee: p̄pter qd̄ Centurio ibi manebat ad custodiā totius terre. Nazareth aūt vbi xp̄s fuit nutritus ⁊ cōceptus: erat quoddā oppidū vel vic⁹ respectu illi⁹: et id̄ dicitur ciuitas ipsi⁹ xp̄i: sicut Parisius dicitur ciuitas alicuius nati in aliq̄ oppido iuxta Parisios. Uel s̄m alios dicitur ciuitas dn̄i: qr in principio sue predicatiōis multa miracula ibi fecit.

B ✱ Et ecce offerebant ei paralyticū iacentē in lecto.] Mod⁹ autem offerendi hic tacet: sed exprimit Mar. 2. et Luce. 5. ☞ Prout inuenies an. 1. B. quinte par. ser. Ferie. 6. post Pentecoſ. fol'. 255. col'. 2.) Qr non potentes intrare ad xp̄i presentiā p̄pter turbā circūstantē: de tecto dom⁹ submiserunt eū in lecto ante Jesum: et hoc fuit magnū signū fidei ipsoꝝ. p̄pter qd̄ sequit. ✱ Uidēs aūt Jesus fidem illoꝝ.] s. paralytici ⁊ offerentiū. Qd̄ patz ex hoc/ qd̄ sequit. ✱ Dixit paralytico. Cōfide fili/ remittunt tibi pctā tua.] Licet eīn sanitas corporalis vl' aliq̄d h̄mōi detur alicui p̄pter alienā fidem: remissio tn̄ pctōꝝ non dat alicui sine propria fide: ideo non vident bene dicere: q̄ dicūt/ q̄ li/ illoꝝ/ refert tm̄ ad offerentes: ita q̄ p̄pter fidē offerentiū tm̄ sit sanat⁹. Dixit aūt Jesus. Remittūtur tibi pctā. Ad modū boni medici: q̄ primo remouet causam morbi: ⁊ tunc postea intēdit curationi. Infirmitas aūt hec fuerat inflicta paralytico p̄pter pctm̄: et ideo xp̄s prio remouet causam/ dicēs. Remittunt. ⁊c. Et ex h̄ insinuat cū a paralysi curandū: sicut stati patuit p̄ effectū. Ad maiorē p̄dictoꝝ intelligentiā sciendū/ q̄ infirmitas corporalis infligitur alicui a deo multis de causis. Uno modo p̄pter pcti punitionē: sed nō p̄pter purgationē. Et talis infirmitas ē quoddā preambulū pene gehēne: et sic inflicta est Herodi Actu. 12. vbi dicit/ q̄ percussit eū angelus domini/ eo q̄ nō dedisset honorem deo: ⁊ consumptus a vermibus expirauit. Eodem modo fuit de Pharaone: q̄ per flagella indurat⁹ est. Scdo

m odo infligit̃ ad pcti cōmissi purgationē: sicut
Nabuchodonosor amentia septē annoꝝ: vt ha=
betur Dañ.4. Et similit̃ Marie magdalene ve
xatio demonū. Tertio mō non ꝑpter pctm̃ com
missum: sed ad gloriā dei manifestandā. Sicut
de ceco nato dr̃ Johā.9.c. Nec hic peccauit: nec
parentes eius.s. vt cecus nasceret̃: sed vt manife
stent̃ opera dei in illo. Quarto ꝑpter humilia=
tionem alicuiꝰ: ne in superbiā eleuet̃. Sic̃ Pau
lus apl's dicit de seipso.2.Coꝝ.12.b. Ne magni
tudo reuelationū extollat me: datus est mihi sti
mulus carnis mee: angelus sathane: q̃ me cola
phizet. Quinto infligit̃ ꝑpter alicuiꝰ ꝓbationē
ꝛ patiētie declarationē: sic̃ ptꝫ de Job.2.ca. Vñ
versus. Job probat: inclinat Paulū: sese mani=
festat in ceco: purgat Mariā: punit Herodē. Et
patet snia ex dictis. Cōsequent̃ ponit̃ reprehēsio
negantiū xpi diuinitatē. Et primo ponit̃ coꝝ ne
gatio/ cum dr̃. * Et ecce q̃dā de scribis.] Idest
C legisperitis. * Dixerunt intra se.] Scꝫ cogitan
do: qꝛ verbū intrinsecuꝫ est cōceptus mentis. *
Hic blasphemat.] Blasphemare est creature at
tribuere illud: qđ est propriū dei. Dimittere aūt
pctm̃: soli deo cōuenit. Per hoc ergo/ ꝙ xpo blas
phemiā imponebāt: i hoc ꝙ pctā dimittebat: ptꝫ
qꝛ negabāt ipsum esse deū: dicentes eū esse purū
hoiem. Sed xp̃s cōsequent̃ eos cōuenient̃ redar
guit: ostendēs se esse deū dupliciter. Primo qꝛ re
spōdit coꝝ cogitatiōibꝰ: quas cognoscere ꝑ certi
tudinē soli deo ꝓprium est: ꝑpter qđ dicit. * Et
cū vidisset Jesus cogitatiōes coꝝ/ dixit. Vt q̃d
cogitatis mala in cordibꝰ vestris?] Imponēdo
scꝫ falso mihi blasphemiā. Scđo hoc idem osten
dit sanādo paralyticū ꝑ imperium: tanq̃ ꝓpria
virtute: qđ est eiusdem potestatis sicut ꝛ pctā di=
mittere. Licet.n. paralysis virtute nature aliqñ
possit curari: nō tñ subito: nec ita perfecte/ vt sta=
tim hō possit lectū: in quo iacet portare: sicut dr̃
hic. ꝑpter qđ seq̃t. * Quid est faciliꝰ dicere: di=
mittuntur tibi pctā tua: an dicere: surge ꝛ ambu
la?] Q.d. equalis potestatis est vtrūq;. Ex q̊ cō
cludit virtutē sue diuinitatis ꝑfectā/ dicens. *
Vt aūt sciatis: qm̃ filius hois habet potestatem
dimittendi pctā in terra.] Vt deꝰ: non vt hō pu
rus. * Tūc ait paralytico. Surge: tolle lectum
tuū: ꝛ vade in domū tuā. Et surrexit: ꝛ abijt i do
mū suā.] Sicut em̃ per litterā habentē sigillum
declaratur volūtas ipsius scribentis: sic ꝑ signū:
qđ est virtutis diuine manifestatiuū/ ostenditur
veritas diuine virtutis. Alij aūt sancti: q̃ fecerūt
miracula/ faciebant hec implorādo diuinā vir=
tutem: nō imperādo. Et si aliqñ in talibus impe
rabāt: hoc nō erat in virtute ꝓpria: sed exprimē=
do virtutē xpi/ tanq̃ ministri/ nō domini. sic ali
qñ imperabāt demonibus/ vt recederent ab ob=
sessis corporibus in noīe xpi: ꝛ auctoritate eius.
Consequēter ponit̃ huius miraculi effectus: qꝛ.
* Videntes hoc turbe/ timuerunt.] Impone=
re sibi blasphemiā. * Et glorificauerunt deū.]
Idest ipsum Xp̃m: qui est virtus dei patris. *
Qui dedit potestatem talem hominibus.] Ad
eorum salutem.
* Et ecce offerebant.ꝛc.] Moralr̃. Per paraly D Moral.
sin: que priuat vsum membroꝝ corporalium: si
gnificatur pctm̃ mortale: qđ priuat actum meri
torium. Existens em̃ in pctō mortali priuat̃ gres
su meritorie affectionis: ꝛ tactu operatiōis: ꝛ gu
stu suauitatis celestis: ꝛ visu diuine contempla
tionis: ꝛ auditu diuini sermonis: ꝛ odoratu di=
uine cōsolationis. Et cum superuenit consuetu
do: tūc iacet in lecto. Hūc aūt offerunt xpo oran
tes deuote pro ipso: ꝛ ipse offert̃: qñ ipsis in oran
do conformatur. Xp̃s autem fideꝫ illoꝝ aspicit:
cum preces eoꝝ exaudit. Et paralyticus curat̃/
qñ pctm̃ a deo sibi dimittit̃. Et donat̃ sibi grã: ꝑ
quam ad actus meritorios restituit̃: ꝛ inde de=
us glorificatur.
* In ciuitatem suā.ꝛc] Glo. Ne putes hāc esse E Glo.
Nazareth: qꝛ Marcus dicit hoc esse factū in Ca
pharnaum. Sed cum Nazareth sit in Galilea:
in quocūq; oppido Galilee sit: dicit̃ esse i sua ci
uitate. Sicut regnum in tot ciuitatibꝰ cōstitutū
dicit̃ romana ciuitas: ita galilea dr̃ ciuitas xpi:
in qua est Capharnaū quasi metropolis. * Of
ferebant.] Doctores sunt. qui subleuāt ꝛ offerūt
xpo: monendo ꝛ intercedendo. * Fidem illoꝝ]
Quantū valet apud deum fides propria: apud
quem sic valuit aliena: vt intus ꝛ extra sanaret
hominē. * Confide fili.ꝛc.] Lucas.5.ca. dicit/
homo.q. qui peccasti. Ego deꝰ: qui dimitto. Et
vtrūq; dixit Jesus: qđ vterq; euangelista testat̃.
Humilis dñs filiū vocat: quem sacerdotes dedi
gnarent̃ tāgere. Vel modo dimissis pctis suis fi
lius. Priꝰ sanat̃ aīa/ nec gracias agit: q̃ plus de
siderauit curaꝫ corporis. Ecce modus curatio=
nis. Prius dimittit pctā tollens causam morbi:
post curat corpꝰ. * Quid est faciliꝰ?ꝛc.] Nota
infirmitates aliqñ ꝯtingere ꝑpter pctā: ꝛ iō priꝰ
dimittunt̃: vt salus restituat̃. Quinq; modis in=
firmitates ꝯtingūt. Vel vt iustis merita ꝑ patiē
tiā augeant̃: vt Job. Vel ad custodiā virtutuꝫ:
ne supbia tētet: vt Paulo. Vel ad corrigēda pec
cata: sic̃ Marie lepra: ꝛ huic paralytico. Vel ad
gloriaꝫ dei: vt de ceco nato: ꝛ de Lazaro. Vel ad
initiū pene: vt Herodi: q̃tenꝰ hic videat̃ q̃d i in=
ferno sequat̃. vñ Hiere.17.c. Duplici cōtritione
cōtereret eos dñs. * Quid ē faciliꝰ.ꝛc.] Bed. Sꝫ
qm̃ hoc spūale non creditis: ꝓbet̃ signo visibili:
qđ nō minoris cōstat esse potentie: vt in filio ho=
minis latentē cognoscatis potētiā maiestatis: q̃

potest dimittere peccata/ vt deus. * Tūc ait paralytico. ꝛc.] Ecce per remissionē pene: dimissionem culpe intellige. * Surge.] Surgere ē animam a carnalibus desiderijs abstrahere. Lectū tollere/ est carnem a terrenis desiderijs ad voluntatem spiritus attollere. Domū ire/ est ad paradisuz redire: vel ad internā sui custodiā: ne iterꝝ peccet. * Tolle.] Ut qd̄ fuit testimonium infirmitatis: sit probatio sanitatis. * Et surrexit.] Magna virtus/ vbi sine mora imperium salus comitatur. Unde merito q̄ aderant relictis blasphemijs stupentes: ad laudem cōuertuntur tante maiestatis. * Dimittūtur tibi peccata tua.] Glo. Marci. 2. Ostendit propter peccata fuisse morbo percussum: et iō non posse sanari: nisi prius his dimissis: sicut paralytico ad piscinaz. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi contingat. Joh. 5. c. ¶ Beda. Quinqꝫ d̄ causis afficiūtur hoīes molestijs carnis. Aut ꝓpter merita augēda: vt Job ⁊ martyres. Aut ꝓpter humilitatē conseruandam: vt Paulus ab angelo sathane. 1. Cor. 12. b. Aut ob peccata intelligenda ⁊ corrigenda: vt Maria soror Moysi. Nu. 12. c. Et hic paralyticus: qui non nisi dimissis peccatis/ potuit curari. Aut ad gloriam dei: sicut cecus: de quo Johā. 9. a. Nec hic peccauit: nec parentes eius. ꝛc. Et Lazarus (Joh. 11. b.) cuius infirmitas nō fuit ad mortez: sed ꝓ gloria dei. Aut ad initiū eterne damnatiōis: vt Herodes. ☞ De hac materia: hoc est quomodo demerent̄ hoīēs in pctā labi: quere an. 15. D. in fine. q̄nte ptis. ser. Marie gn̄alis. fol. 75. col. 2.

B Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis ser. Fidei. incipien̄. fol. 59. sub themate. * Uidens aūt fidem illoꝝ. ꝛc.] vt. s̄. B. ¶ vel sermo. Pctōꝝ. fol. 189. Uel ser. Penitentie. fol. 211. sub themate. * Remittuntur tibi pctā tua.] B. D. F. ¶ vel ser. Gratiaꝝ actionum. fol. 179. sub th. * Glorificauerunt deum. ꝛc] C. ¶ vel ser. Orationis. fol. 180. Et ser. Diuinoꝝ officioꝝ. fol. 27. sub the. * Ecce offerebāt ei. ꝛc.] B. D.

Ferie. iiij. dn̄ice. xix. post oct. corporis Christi. ser. anno. Ex q̄nta pte Biblie.

Ca. Mat. 13. A

Accesserūt ad dn̄m Jesuz. ꝛc.] Lyra. In hoc capi. ponit̄ decursus ecclesie a ꝑdicatiōe xp̄i vsqꝫ ad finē mundi in septem parabolis. ꝛc. ☞ Prout inuenies supra annot. 1. per totum. quinte ptis. ser. Ferie. 6. Dn̄ice. 11. post oc. cor. xp̄i. incipien̄. * Dixit. d. J. d. s. Simile ē regnū celoꝝ grano. ꝛc.] fo. 288. col. 2.) Consequent̄ (in euāgelio hodierno) ponitur interp̄tatio parabole de zizania in medio tritici seminata. Et notat euāgelista locū vbi facta est interp̄tatio ista: dicens. * Tunc dimissis turbis venit in domū.] Uñ ex hoc etiā ptz/ q̄ alias B parabolas eis ibidē exposuit: licet nō fiat hic mētio de aliaꝝ expositiōe parabolaꝝ. vñ dr̄ Marci 4. Seorsum aūt discipulis disserebat oīa. Inter p̄tata aūt est parabola ꝑdicta a xp̄o: sicut superi⁹ exposita est. Et ptz hic in lr̄a: (exceptis q̄busdā: que infra exponent̄) cū dr̄. * Et accesserunt ad eum discipuli ei⁹: dicētes. Edissere nobis parabolā zizanioꝝ agri. Qui respondēs ait. Qui seminat bonū semen: est filius hoīs. Ager autez est mund⁹. Bonū vero semen: hi sunt filij regni. Zizania aūt: filij sunt neq̄. Inimicus aūt: q̄ seminauit ea: est diabol⁹. Messis xō consumatio seculi est. Messores aūt: angeli sunt. Sicut ḡ colligunt̄ zizania ⁊ igni cōburūtur: sic erit in cōsumatiōe scl'i. Mittet fili⁹ hoīs angelos suos.] i. xp̄s: qui iudicabit mundū in forma humana: in qua iudicat⁹ est corā Pilato: sed tunc apparebit in forma gloriosa. * Et colligent de regno eius oīa scandala.] i. hereticos: q̄ generāt scandala in ecclesia. * Et eos: q̄ faciunt iniquitatē: C et mittent eos in caminū ignis.] Q2 nō solū dānabunt̄ heretici: sed etiā fidez tenentes: hn̄tes tn̄ opera mala. * Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū.] In hoc signat̄ duplex pena inferni: vna ex parte mentis. s. tristitia vehemens: que signat̄ ꝑ fletum: ⁊ alia ex pte corporis: que signatur per stridorē dentiū. * Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eoꝝ.] Per dotē. s. claritatis redundantis ex gloria aīe ad corp⁹. * Qui hʒ aures audiēdi/ audiat.] ☞ Exponat̄ sicut. s̄. expositum est in eodē capit̄. Et an. 1. H. quinte ꝑ. ser. Dn̄ice Sexagesime. fol. 70. col. 2.

☞ Applica ad hec aliq̄ de annota. ser. Dn̄ice D Auctor. 1. et. 3. q̄dragesi. incipien̄. fol. 83. et. 117. sub the. * Inimic⁹: q̄ seminauit. ꝛc.] B. ¶ vel ser. Angeloꝝ. fol. 76. sub the. * Messores sunt angeli. ꝛc.] B. ¶ vel Judicij finalis. fol. 236. sub the. * Sic erit in ꝯsumatione seculi.] B. ¶ vel ser. Funeꝝ. fol. 305. Et ser. Pctōꝝ. fol. 189. sub the. * * Colligent de regno ei⁹. ꝛc.] C. s. in mortis hora. ¶ vel ser. Dn̄ice. 4. q̄dragesi. fo. 135. scʒ de auditione verbi dei. sub the. * Qui habet aures audiendi/ audiat.] C.

Ferie. vj. dn̄ice. xix. post octauas cor. xp̄i. ser. annota. Ex quinta pte Biblie.

Interrogatus dn̄s Jesus. ꝛc.] vsqꝫ. * Ecce predixi vobis oīa.] ☞ Quere. s̄. Ca. Mar. 3. annota. 1. ꝑ totū. quinte par. ser. Ferie. 6. Dn̄ice Sexagesime. fol. 72. col. 4.

C1. Mat.22. A



Loquebatur dñs Jesus principibus sacerdotuz et phariseis ī parabolis/dicēs. Simile.] Lyra. Hic saluator ostendit iudeos iuste reprobatos tanq̄ cōtradictores diuine veritatis: cui contradixerunt tripliciter. Primo ipsam refutando. Secūdo ipsam impugnādo/ibi. * Abeuntes pharisei.&c.] ☞ Prout inuenies infra anno.1.A.quinte ptis.ser. Dñice.23.post oc.cor.xpi. Tertio contrariū errorem amplexando:ibi. * Congregatis aūt phariseis.&c.] Prout inuenies supra annota.1.D. qnte partis.ser.Dñice.18.post oc.cor.xpi.fol.309.col.1. Primum ostēdit hic per parabolā inuitatorū ad nuptias et nolentiū venire. Et ideo ipsis reprobatis: alij sunt vocati. et primo describitur reprobatio digna. Secūdo gentium vocatio benigna. Circa primum dicit sic. * Simile factū est regnū celorum.] Idest status ecclesie militātis. * Homini regi: q̄ fecit nuptias filio suo.] Nuptie iste nō possunt intelligi beatitudo eterna in ecclesia triumphante: qr infra dicit q̄ serui vocauerūt ad nuptias bonos et malos: et implete sunt nuptie. Dicit etiam consequenter ibidē/q̄ inuētus est ibi hō non habens vestem nuptialē: et propter hoc eiectus in tenebras exteriores. Ad beatitudinē vero celestem non admittentur boni cū malis: sed solū boni. Nullus etiam ibi receptus eijcietur: et ideo per istas nuptias intelligit verbi incarnatio. Tunc enim deus pater fecit nuptias filio/qñ naturā humanam copulauit nature diuine in suo supposito: que quidē nuptie celebrate sunt ī vtero virginali: de quo xps exijt tanq̄

B sponsus procedens de thalamo suo. * Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias.] Isti inuitati sunt iudei: qbus data est lex: in qua facta est pmissio de incarnatione xpi: vt ptz Gen. penulti.b. Non auferet sceptrum de Juda.&c. et Deutero.18.c. Prophetā suscitabo eis d medio fratruz suorum.&c. Serui aūt qui missi sunt ad vocandum inuitatos istos: fuerant pphete: q̄ clarius denunciauerūt ea de xpo: que obscurius erāt posita in lege. Hortabant eñ populū iudaicum expectare xpi aduentū: et tendere in ipsum per fidem et bona opera. * Et nolebant venire.] Qr nolebant verbis pphetarum obedire: vt patet ex decursu libri Regū et Paral'. * Iteruz misit alios seruos.] Isti serui secundo missi fuerūt illi: qui de propinquo denunciauerunt aduentū xpi: vt Johānes baptista et discipuli xpi missi ab eo in omnem ciuitatē et locum: quo ipse erat venturus: vt habet Luce.10.g. Sequit. * Dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandiū meum paraui.] Videlicet sacramenta ecclesie: et doctrinā: qbus reficitur anima: et potissime sacramēto eucharistie: in quo datur nobis caro xpi in cibuz: et sanguis eius in potū. * Tauri mei et altilia occisa sunt: et oia parata: venite ad nuptias.] Tauri sunt pcepta moralia. altilia: consilia supaddita. * Illi autē neglexerunt.] C Qr iudei pdicationez xpi et aplorum contempserunt: qr pauci cōparatiue de iudeis crediderunt. Causa autē huius fuit cupiditas rerū tēporalium. Propter hoc.n. sacerdotes cōspirauerunt in mortē xpi: ne perderēt ciuitatem et templū: in quo quidē templo habuerebant pecuniā populi sub obtentu cultus diuini. Et hoc est qd subdit. * Et abierunt: alius in villaz suā: alius vero ad negociationē suā.] Per laborem vinee intelligit ois occupatio corporalis circa terrena: impediēs diuina. Per negociationem vero/occupatio mētalis circa talia. * Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumelijs affectos occiderunt.] Qr Johānes baptista ab eis est incarceratus et occisus. Similiter Jacobus frater Johānis: et Stephanus: et alij discipuli xpi: et similiter pphete multi in test. ve. D * Rex autē cum audisset: iratus est.] Qr a deo merito p talibus sunt puniti. * Et missis exercitibus suis.] Scz exercitu romanorum sub pricipibus Tyto et Vespasiano: q̄ ex diuina ordinatione venerunt contra hierlm q̄dragesimo scdo anno post xpi passionē. * Perdidit homicidas illos] Qr in vltionez sanguinis xpi et suorum discipulorum ab exercitu romanorum sunt trucidati et captiuati de iudeis vsq3 ad decies centū milia: vt dicit Josephus in libro de iudaico bello. * Et ciuitatē illorum succendit.] Qr tunc hierlm succensa est et templum in ea. E Consequent describit vocatio gentium benigna: qr iudeis repellentibus fidem xpi ab aplis predicatā: apli de mādato dñi transierunt ad predicandū gentibus p totum mundū: et ipsi deuote susceperunt fidem xpi ad pdicationem aplorum. Et hoc est qd dicit Actuū.13.g. vbi Paulus loquēs iudeis induratis: dixit sic. F Vobis oportebat primum loqui verbuz dei: sed qm repellitis illud: et indignos vos iudicatis eterne vite: ecce cōuertimur ad gentes: sic eñ pcepit nobis deus: et hoc est qd dr. * Tūc ait seruis suis.] Idest aplis suis et alijs discipulis per diuinā reuelationem. * Nuptie qdem parate sunt.] Id est mysteria xpi impleta sunt. * Sed q̄ inuitati erant.] Scz iudei vt visum est. * Non fuerunt digni.] Propter suā incredulitatez. * Ite ergo ad exitus viarum] Idest ad dispersionem gentiū. * Et quoscūq3 inueneritis vocate ad nuptias.] Qr nullus volens fidem catholicā recipere: repellendus est. * Et egressi serui eius in vias cō-

gregauerunt oēs: quos inuenerunt bonos ⁊ malos.] Qꝛ in ecclesia militāte admixti sunt boni cum malis. * Et implete sunt nuptie discumbētium.] Qꝛ fides catholica diffusa est per orbem
F vniuersum. * Intrauit aūt rex: vt videret discūbentes.] Discernēdo .s. merita ⁊ demerita credētium. Intrat aūt dupliciter. Generaliter intrabit in futuro iudicio: specialiter in morte cuiusli bet hoīs. * Et vidit ibi hominē nō vestitum veste nuptiali] Ista vestis nuptialis: est charitas: que diuidit inter filios regni ⁊ perditiōis: vt dicit Aug. Dicit̃ autem vestis nuptialis f̃m Grego. Qꝛ ea indutus xp̄s ad nuptias venit: qm̄ ex charitate incarnari voluit. Sequit̃. * Et ait illi. Amice quō huc intrasti nō habens vestem nuptialē?] Vocat̃ autem amicus pctōꝛ ꝓpter naturā: que ad imaginem dei facta est: et propter fidem informem: q̄ dei donum est: licet non sufficiat ad salutem. * At ille obmutuit.] Qꝛ nullus potest respondere deo: sed ꝓpria arguente conscientia cōuincitur ⁊ mutus efficit̃. * Tunc dixit rex ministris.] Idest angelis executoribus diuine iusticie. * Ligatis manib⁹ ⁊ pedibus eius] Qꝛ post mortem non potest pctōꝛ bonū operari: nec ad salutē reuerti. * Mittite euz in tenebras exteriores.] Tenebre eīm interiores sunt tenebre mentales: quas solū habent modo pctōꝛes. Tenebre vero exteriores sunt tenebre corporales: q̄s cum predictis habebūt post mortem: qm̄ in infernum detrudent̃ per diuinā sententiā. * Ibi erit fletus ⁊ stridoꝛ dentiū.] ☞ Hoc .s. expositū est Mat. 13. Et inuenies annota. 1. H. quinte p. fer. vnius virginis. Tomo. 2. Sequit̃. * Multi aūt sunt vocati.] Scz ad fidem catholicā. * Pauci vero electi] Scz ad gloriā: qꝛ pauci sunt scz comparatiue respectu illoꝝ: qui sunt vocati ad fidem.

G Moral.
¶ Interli. Neqȝ scietur determinatus locus. * Ecce enim regnum dei intra vos est.] Regnum dei seipsum dicit: intra seipsos positum et in cordibus eorum/ qui crediderunt regnantem. Consequenter ponitur discipulorum informatio de aduentu xpi ad iudicium: vt propter immensitatem persecutionum non credant cito xpm venturum ad iudicium: nec propter pacem credant de longe venturum: sed semper sint parati ad eū expectandum. vnde subditur. * Et ait ad discipulos suos. Venient dies/ quādo desideretis videre vnū diem filij hominis.] Idest diem extremi iudicij: qui erit vnus et a iustis desiderandus: quia tunc a malis presentis vite liberabuntur: et ad requiem glorie transferentur: sm quod dicitur Luce.21.c. ☞ Et supra annota.1.A. quinte partis. sermo. Dominice.2. Aduentus. fol.5. col.1. His autem fieri incipientibus/ respicite et leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Quod exponens Grego. dicit. Leuate capita vestra .i. exhilarate corda. * Et non videbitis.] Nisi post multas tribulatiōes. * Et dicent vobis. Ecce hic: ecce illic.] Quia ante aduentum xpi ad iudicium surgent multi pseudoprophete et multi pseudochristi. * Nolite ire. Neqȝ sectemini.] Assentiendo tali doctrine. * Nam sicut fulgur coruscans de sub celo/ in ea: que sub celo sunt/ fulget.] Q.d. aduentus xpi ad iudiciū non erit ambiguus: quando erit de facto: sed erit ita clarus et manifestus/ qȝ nullus poterit dubitare. Ideo subditur. * Ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illū multa pati et reprobari a generatiōe hac.] In primo enim aduentu venit in humilitate: et paucis cognitus: et a multis despectus et reprobatus. Sed in secundo aduentu veniet manifestus et gloriosus in potestate orbem iudicaturus. Sed quia tempus illius aduentus est incertū: vt predictū est: ideo inducit ad hoc duplex exēplum. Primum est de tēpore diluuij (vt habetur Geñ.7.) quod notatur/ cum dicitur. * Et sicut factum est in diebus Noe: ita erit in diebus filij hominis. Edebant et bibebant: vxores ducebāt: et dabantur ad nuptias: vsqȝ in diem: qua intrauit Noe in arcam: et venit diluuium: et perdidit oēs.] Quia homines illius temporis erāt in securitate: nihil timentes quousqȝ diluuium submersit oēs subito: excepto Noe/ et his: qui cum eo erant in arca. Secundum exemplum est de tempore subuersiōis Sodomorum: vt habetur Geñ.19. quod notatur/ cum dicitur. * Similiter sicut factum est in diebus Loth. Edebāt et bibebant/ emebant et vendebant: plantabant et edificabant. Qua die autem exijt Loth a Sodomis: pluit ignem: et sulphur de celo: et omnes perdidit.] Quia erant in securitate vsqȝ ad illā horam: qua dominus per ignem et sulphur destruxit terram illam. * Secundū hec erit: qua die filius hominis reuelabitur.] Idest homines erūt in securitate nihil timētes de futuro iudicio vsqȝ ad illud tempus: quo christus in humanitate gloriosa: tamen manifeste videbitur veniēs ad iudicium. * In illa die/ qui fuerit in tecto: et vasa eius in domo: ne descendat tollere illa: et qui in agro similiter non redeat retro.] Idest tunc non vacabit alicui intendere negocijs temporalibus: quia oportebit subito cum cōspectibus iudicis comparere. * Memores estote vxoris Loth.] Que nec habuit spacium respiciendi retro: sed statim conuersa fuit in statuam salis: vt habetur Geñ.19.f. Sic nec tunc homines habebunt spacium respiciendi retro .i. spacium intendendi alicui negocio: sed oportebit eos statim comparere conspectibus iudicis. * Quicūqȝ quesierit animam suam saluam facere.] Idest timore mortis deficiet a fide in tribulatione antichristi: que precedet iudicium. * Perdet illam.] Per eternam damnationem. * Et quicūqȝ perdiderit illam.] Preeligēs mori qȝ cadere a charitate fidei. * Viuificabit eam.] Merendo vitam eternam. * Dico vobis. In illa nocte erūt duo in lecto vno. vnus assumetur: et alter relinquetur. Due erunt molentes in vnum: vna assumetur: et altera relinquetur. Duo in agro. vnus assumetur: et alter relinquetur.] Hoc expositum est Matthei.24. ☞ Et supra annotamento 2.C. quinte partis. sermonis Ferie.4. Dñice.2. Aduentus. Fol.6.col.3. Sequitur. * Respondētes dicunt illi. Vbi domine?] Idest quo assumentur? * Qui dixit illis. Vbicūqȝ fuerit corpus.] Idest Christus: qui iudicabit in forma humana gloriosa. * Illuc congregabūtur et aquile.] Idest sancti occurrentes xpo venienti ad iudicium. secundū quod dicitur prima Thes.4.d. Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera.

* Non veniet regnum dei. etc.] Moralr. Dei regnum/ gratia (que est arra glorie) potest dici. Ipsa vero non venit cum obseruatione: quia nescit homo vtrū amore vel odio dignus sit. Eccle. 9.a. Ideo subditur. * Ecce enim regnū dei intra vos est.] Quia donum gratie est in mente. * Diem filij. etc.] Idest gloriam eius: que vna dies dicitur: eo qȝ per noctem non interrumpitur. * Et non videbitis.] Tunc ad libitum vestrum: sed tamen postea videbitis secundum libitum meum. * Et dicent vobis.] Idest successoribus vestris antichristi tēpore futuris. * Ni

sicut fulgur.⁊c.] Id est aduentus christi ad iudi
cium erit ita patens: ꝙ nullus habebit dubiuꝫ.
Potest etiam hoc exponi de aduētu xp̄i in mor
te hominis: qui frequenter ita repentinus est: si=
cut ictus fulguris. ✳ Et sicut factum est in die=
bus Noe.] In quibus non timebant homines
diluuium: nec in diebus Loth incendium: sic
frequenter venit mors/ quādo nullum timetur
periculum. ✳ In illa die.⁊c.] Id est tēpore mor
tis non cogitet aliquis de aliqua re saluāda: ni
si de anima sua. ✳ In illa nocte.] Scilicet mor
tis. ✳ Erunt duo in lecto vno.⁊c.] In qualibet
enim associatione frequenter contingit/ ꝙ vnꝰ
moritur: ⁊ alter viuit. ✳ Vbicūqꝫ fuerit corpꝰ.
⁊c.] Id est licet omnes moriantur: tamen soli iu
sti xp̄o aggregantur.

F Glosa. ✳ Interrogatus.⁊c.] Glo. Ideo interrogauit:
quia (sicut Lucas.19.cap̄.b.aperuit) existima=
bant/ ꝙ veniente domino Hierosolymam/ con=
festim regnū eiꝰ manifestaret. Ita vt ⁊ ipsi apo=
stoli hac opinione ducti: post resurrectionem eiꝰ
interrogarent eum. Actu.1.a. Domine si in tem
pore hoc restitues regnum israel? Et Luc̄.24.c.
Cleophas. Nos autem sperabamus/ ꝙ ip̄e esset
redempturus israel. ✳ Cum obseruatiōe.] Qr
quando veniet: neqꝫ ab angelis: neqꝫ ab homi=
nibus potest obseruari: sicut dominice incarna=
tionis tempus: ⁊ prophetarum vaticinijs prefi=
xum: et angelorum est preconijs manifestatum:
adeo vt conceptus est: natus: baptizatus: predi=
cans: moriens: resurgens: ad celos ascēdens: co
mutātibꝰ indesinenter vel angeloꝝ vel hoim vel
certe miraculoꝝ sit declaratus indicijs. ✳ Ecce
enim regnum dei.] Nō poterit obseruari: quia
regnum meum non est corporale: vt putatis: sed
spirituale: quod fide iam incepit. Vel sic potest
accipi responsio domini. Regnum dei intra vos
est: qui quandoqꝫ venturus iudex omniū nunc
etiam regnat in cordibus fideliū. Sed cum here
tici turbant ecclesiam prauis dogmatibus/ desi
derant fideles: vt dominus vna die ad terras re=
diens (si fieri posset) veritatem fidei intimaret.
Sed non videbunt: quia quod semel euangeli=
co fulgore est exhibitum: non est opus corpora=
li visione domini firmari. ✳ Venient dies.⁊c.]
Noluit dicere quando veniret: sed venturum di
xit: vt incuteret omnibus terrorem imminentis
iudicij: nec securitatem afferret dilationis: et ne
videretur contristare apostolos: si eis aliquid de
negaret. Secundum Marcum.13.capit. dicit.
De die autē ⁊ hora nemo scit: neqꝫ angeli: neqꝫ
filius: nisi pater. ✳ Desideretis.⁊c.] Post meā
ascensionem: quando vos in hoc exilio mundi
ingemiscentes desiderabitis me videre in gloria
mea: que voluntas laudanda: non tamē in hoc
mundo implenda. ✳ Vnum diem.⁊c.] Bene
vnum diem: quia in illa gloria: de qua Prophe
ta ait p̄s.83.c. Melior est dies vna in atrijs tuis
super milia. Nulla est tenebrarum interruptio:
nulla saltem memoria miserie vel doloris. Huiꝰ
diei presentiam/ bonum est desiderare: non ta=
mē magnitudie desiderij nobis fingere somnia:
quasi instet dies domini: quod ab aliquibus fa
ciendū predicit. ✳ Et dicēt vobis. Ecce hic.⁊c.]
Fuere quidam qui computantes curricula eta
tum consumationis seculi/ certum annum: diē
⁊ horam se dicerent inuenisse. ¶ Multi heretici
fuerunt ⁊ futuri sunt: qui se christos assererent:
quorum primus Simon magus. vltimus An G
tichristus. ✳ Nam sicut fulgur.⁊c.] Nolite il=
lis credere: quia secundus aduentus repentinꝰ
erit: et ita manifestus/ ꝙ nullus poterit ignorare
de sub celo: qr discrimē iudicij sub celo: hoc est: i
aeris medio gerēt. Vnde.1.Thef.4.d. Rapie=
mur cum illis in nubibꝰ obuiam Christo in ae
ra. ✳ Primum autem oportet.⁊c.] Loquens
de gloria aduentus: inserit etiam de passione: vt
cum morientem viderent: quem regnaturū au=
dierant: dolorem passionis/ spe promisse clarita
tis mitigarent. ✳ Et sicut factum est.⁊c.] Subi
tum aduentus sui diem/ pluribus astruit exem
plis: et quem fulguri (cito omnia transuolanti)
comparauerat: diebꝰ Noe Gen̄.7.b. vel Loth.
Gen̄.19.c. equiparat: quando repentinus mor=
talibus superuenit interitus. ✳ Edebant ⁊ bibe
bant.⁊c.] Non connubia vel alimenta damnā=
tur: cum in his successionis: in illis nature posi=
ta sint subsidia: sed immoderatꝰ licitorum vsus
arguitur. Quia enim his se totos dando/ dei iu
dicia contemnebant: igne vel aqua perierunt.
✳ Vsqꝫ in diem.⁊c.] Allegorice. Noe arcā edi
ficat/ cum dominus fideles in ecclesia cōgregat:
quam ⁊ consumatam ingreditur: cum hanc in
die iudicij presentia sua illustrat. Sed dum ar=
ca edificatur: iniqui luxuriantur. et dum intra=
tur: eterna damnatione plectuntur. ✳ Simili= H
ter sicut in diebus Loth.] Pretermisso maximo
sodomitarum scelere: sola ea commemorat: que
vel leuia vel nulla esse putarentur. vt intelligas
quali pena feriātur illicita: si licita et ea sine qui
bus vita non ducitur: immoderatius acta: igne
⁊ sulphure puniuntur. ✳ Loth.] Allego. Loth
qui interpretatur declinans: est populus electo=
rum: qui dum in Sodomis.i. inter reprobos (ve
rum: aduena) moratur: quantum valet/ scelera eorū
declinat. Exeunte Loth: Sodoma perijt: quia
in consumatione seculi exibunt angeli: ⁊ sepa=
rabunt malos de medio iustorum: et mittēt eos

in caminū ignis. Mat.13.g. * Fili⁹ hois.] qui
interim apparens omnia videt: tūc apparēs oīa
iudicabit: qñ cunctos iudiciorum suorum obli
tos huic seculo consperexerit mancipatos: vt meri
to debeant cum ipso: quem inhabitant: orbe de=
I lem. * In illa die.ec.] Hucusq; de hoc/ꝙ regnū
idest christus: non cum obseruatione: sed inspe=
ratus adueniat: nunc a qualibus ipse aduent⁹
expectari debeat. In tecto est: qui carnalia exce
dēs velut in aura libera spiritualiter viuit. Va
sa eius in domo/ sunt concupiscentie carnales.
quas prius amauerat: sed superna petēs in mū
do reliquerat: quas imminente iudicio necesse
est ne repetat. * Et qui i agro.] Quod dixerat
Eum qui in agro est retro non debere redire: ne
de his tantum dictum videretur: qui aperte de
agro redituri sunt: idest dominum palam nega
turi: ostendit multos: qui cuz faciem in anterio
ra videnř tenere: animo tamen retro respiciunt.
* Memores estote vxoris Loth.] Uxor Loth
significat illos: qui in tribulatione retro respici=
unt: & se a spe diuine promissionis auertunt. Et
ideo statua salis facta est. Geñ.19.f. quia admo
nendo homines: ne similia faciant: corda eoꝝ
condit: ne sint fatui. * Quicūq;.ec.] Qui vi=
tam carnalem (negando Christum) in mundo
saluare voluerit: in futuro perdet eam. Uel qui
eternam salutem anime querit: non dubitet ea
K dare ad mortem huius temporis. * In illa no
cte.] Idest in illa tam tenebrosa tribulatione: vt
i errorē inducātur: si fieri potest/ etiā electi. Duo
in lecto. Illi.s. qui ocium eligunt: neq; seculari
bus: neq; ecclesiasticis negocijs occupati. Un⁹:
idest qui propter deum cōtinentie studens: que
dei sunt cogitat: assumetur obuiam Christo in
aera.1. Thessalonicēñ.4.d. * Alter relinque=
tur.] Qui vel humana laude: vel qualibet cor
ruptione statum vite: qua imbutus est: deserit.
De quo Hieremias Threnorū.1.c. Uiderunt
eam hostes: & deriserunt sabbata eius. * Due

erunt molentes.ec.] Due differentie sequentiū
orbem rerum mobilium: que femineo genere de
signantur: quia maiorum consilio reguntur: vt
femine a viris: que tamen in vnum molunt: in=
quantum de suis negocijs ecclesie vsibus deser=
uiunt: sed quidam tantū propter eterna: qui ha
bent tanq; nō habētes. Quidam propter tem=
poralia: qui in incerto diuitiarū sperant. (.1.ad
Timo.6.d.) * Qui dixit illis.] Duo queren=
tibus vnuz respōdet: sanctos.s. secū assumēdos:
aliud subijciendo innuit: malos.s. a se repulsos
cū diabolo dānādos. * Ubicūq; fuerit corpus.
ec.] Ubicunq; fuerit dominus corporaliter: il=
lo congregabūtur electi: qui eius passionem hu
militer imitando: tanquam de carne eius satu
rantur: quorum per resurrectionem renouabi=
tur: vt aquile iuuētus. ☞ Quere de hac ma
teria Marci.13. Uel annotamēto.1. quinte par
tis. sermonis Ferie.6. Dominice Sexagesime.
incipieñ. * Interrogatus Jesus.ec.] Fol.72.
Col.4. Et annota.1.et.2. quite p. ser. Ferie.4.
Dominice.2. Aduentus. Folio.5. columna.3.
et folio.6.col.2.ec.

☞ Applica ad hec aliqua de annotamentis L
sermonis Judicij finalis. incipieñ. fol.236. sub Auctor.
themate. * Sicut fulgur coruscans de celo: ita
erit filius hominis in die illa.] B.vel. * In il
la nocte vnus assumetur: & alter relinquetur.]
¶ vel sermonis Funerum. fol.305. sub themate.
* In illa die.ec.] E. ¶ Uel sermonis Antichri
sti. fol.224. sub themate. * Uenient dies quā
do dicent vobis: ecce hic ecce illic.] F. ¶ Uel ser
monis Religiosorum. fol.136. sub themate. *
Memores estote vxoris Loth.] J. ¶ Uel ser=
monis Peccatorum. folio.189. sub themate. *
Similiter sicut in diebus.ec.] H. ¶ Uel sermo
nis Marie generalis. fol.72. sub thema. * Re
gnum dei.ec.] E.

Deo gloria.

Explicit primus Tomus diuini Apiarij.

¶ Registrum hui⁹
primi Tomi.

A B C D E F G H J K L M N O P Q R S T U X Y Z AA BB CC
DD EE FF GG HH JJ KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT UU
XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH. Oēs sunt terni.



☞ Ego Arnaldus Guillelm⁹ Brocari⁹ typice artis magister: hoc op⁹: qḋ sacre scripture Apiariũ inscribitur: imprimendũ curaui. suadente reuerẽdissimo in x̄po Jesu patre ac illustrissimo dño. Do. Joãne Fonseca Burgẽsi episcopo: eodẽq́ʒ archiepiscopo Rosano. ⁊c. atq́ʒ ꝓ sua in me autoritate maxima iperante: vt vel suo periculo tantũ opus tãq́ʒ multiplex ⁊ variũ ex officina mea potissimũ in lucẽ ꝓdiret: illa existimatione ductus opinor: vt hmõi codicũ lectione suã institueret ornaretq́ʒ ecclesiã: atq́ʒ diuini cult⁹ ministri haberẽt vnde cotidie fierẽt doctiores. Quare vos o iucũdissimi lectores hortor ⁊ moneo: vt pro illi⁹ incolumitate atq́ʒ honorũ accessione deũ immortalẽ omnibus votis precemini. Valete lectores optimi.

Correctorium primi tomi.

☞ Uix fieri potuit iocundissime lector in huius operis impressione / quin aliqua ex tot rerum copia errata oculos in corrigendo fugerent. qui cum humani sint / facile labuntur. Quare faciundum fuit / vt qui lectorem offendere possent errores pretermissi: toto opere iterum reuoluto in fine cuiusque tomi sub correctorio breui apponerentur. et vt facilius inueniri possent: folium / columnã / et lineam: in quibus singuli pretermissi sunt / posuimus. vt in hoc et ceteris correctorijs videre poteris.

¶ Fol.9.col.4.in margine vbi dicitur. Math.12. ponatur. Mat.11. Folio.12.col.3.linea.14 vbi dicitur. Unita / ponatur / vnica. Folio.25.col.2.linea penultima vbi legit / generatio non esset: legatur / generatio esset. Ibidem col.4.linea.34.&c. vbi dicitur / solũmo ponebat do / legat solũmodo ponebat. Folio.26.col.3.linea.47.vbi dicitur / hoc est verus / dicatur / hic est verus. Folio.27.col.4.linea.13.&c. vbi dicitur occasionem / ponatur occisionem. Folio.28.colũ.1.linea.22.&c. vbi dicitur / saerdos / legat sacerdos. Folio.30.co.4.linea.31.vbi dicitur otra / ponat contra. Folio.31.co.4.linea.22.vbi dicit Cathe.sancti Petri / ponat Uigilie apostolorum Petri et Pauli. Folio.31.col.4.linea.35.vbi dicit / viditillũ: addat / discipulũ. Ibidẽ linea.40.&c vbi dicit / lactantiã discipulũ / deleat discipulũ. Folio.33.col.1.linea vltima vbi dicit / fo.185.ponat.fo.285. Ibidẽ co.4.linea.16.vbi dicitur / Anno.1.ponat Anno.3. Fo.42.co.1.linea.11. vbi dicit Ramathi / legatur Ramathaim. Folio.48.col.3.linea.43.vbi dicit / apostolorum Petri et Pauli dicat / Cathedre sancti Petri. Ibid linea.41.vbi dicit / Anno.1.H.ponat.anno.1.K. Fol.49.col.2.Anno.32.in margine vbi dicit / Marci.21.ponat Mat.21. Ibid linea.32. vbi dicit.Anno.1.E.dicatur.C. Fol.49.col.3.linea.37.vbi dicitur / anno.3.A. ponat.H.J. Folio.51.co.4.linea.20.vbi dicit / fol.135.ponatur.136. Folio.55.co.1.linea.2.vbi dicit.18.ponatur.1.S. Ibidem in margine vbi dicit / Job.2.ponat Joh.2. Folio.57.co.2.linea.45.vbi dicit indigentiã / ponat / indulgentiã. Fol.60.col.1.post lineã.19.ponat talis titulus. Ferie.6. eiusdẽ off.cc. Itẽ in margine vbi est / Anno.2.ponat Anno.1. Ibidem.col.3.in margine vbi dicit Matthei.29.ponat.mat.8. Ibid co.4.linea.4.vbi dr vtilitas / ponat: vilitas. Fol.64.co 2.linea.28.vbi dicit / dimicare: ponat dijudicare. Folio.65.co.1.linea.36.vbi dicit / se dñm ponat se ipsũ dominũ. Folio.76.co.2.linea.20.vbi dicitur / Anno.15.ponat.an.10. Fol.87.col.1.linea.21.vbi dr.280.ponat.180. Fol.96.col.3.in margine vbi dr.1.cor.12.ponat.2.cor.12. Folio.97.co.4.linea.20.vbi dicit / pauims: ponat pauim⁹. Fol.102.co.1.linea.1.vbi dicit correctionem / legat creationẽ. Fol.117.co.4.linea.30.vbi dicit / vidit: ponat audiuit. Fol.118.col.4.linea vltima vbi dicit inuitãs / ponat imutãs Fol.120.co.1.linea.52.vbi dicit Anno.4.ponat.5. Fol.121.col.3.linea.36.vbi dicit Min⁹ ponat Minus. Folio.122.colũ.2.linea.38.vbi dicit / dño: ponat dominio. Ibidẽ co.3.linea.49.vbi dicit stare / ponat dare. Fol.123.colũ.3.linea.37.vbi dicit / predicaturis / ponat pdicaturis credituris. Fo.126.co.4.linea.30.vbi dicit septuaginta / ponat septuaginta senes. Fo.139.co.3.linea.43.vbi dicit capit / ponatur nõ capit. Fol.140.co.2.linea.20.vbi dicitur / sestuat / ponat sequat. Fol.156.co.3.linea.14.&c.vbi dicitur sensu / ponat signo. Fo.158.co.3.linea antepenultima vbi dicit rõespdit / ponatur respõdit. Fol.162.col.2.linea.4.vbi dicit fuisse / ponat nõ fuisse. Fol.164.col.1.linea.10.&c.vbi dicit / tẽdebat: ponatur intendebat. Fol.180.co.2.linea prima vbi dicit ip⁹si: ponat ipsius. Fol.191.col.3.linea.10.vbi dicit: spũmsctm: ponat spũm. Fol.192.co.4.linea.13.vbi dicit intrat: addatur / Et dicetis patrifamilias dom⁹. Ibidẽ linea.18.et.19.deleatur: et dicetis patrifamilias dom⁹ Fol.211.co.1.linea antepenultima vbi dr: conui: ijs: ponat conuitijs. Fol.214.co.1.linea.16. vbi dicit col.2.ponat col.1. Fol.235.co.3.linea.34.vbi dicit prima: ponat pia. Fol.239.col.1.linea.39.vbi dicitur.38.A.ponat.17.B.et linea sequenti vbi dr Prelatorum.fol.104.ponat Passionis.fo.43.col.4. Fol.263.col.2.linea antepenultia: vbi dicit Anno.2.ponat anno.1. Fol.264.col.1.linea.51.vbi dicit: de se: deponat. Folio.277.co.4.linea.2.vbi dicit: Decenpoli: ponatur Decapoli. Fol.286.col.3.linea.14.vbi dicitur exitu ponatur exercitu. Folio.313.co.1.linea.22.vbi dicitur rationabiliter: ponatur: irrationabiliter. Folio.318.columna.3.linea.1. vbi dicitur: voluit.ponatur volunt.



Urbe Toletana veneratur virginal e edem
Concionem signat picta figura tibi.
Dicitur suggesto clamans [illegible]
Henricus populum qui sacra verba monet.
Hic series veneranda patrum dicentis ab ore
Percipit et qui sunt inter utrumque chorum.

Tabula festoꝝ: que in hoc secundo Tomo continẽtur.

Tabula festoꝝ que in hoc secundo Tomo continetur.

Augusti festa.

Septembris festa.

Octobris festa.

Nouembris festa.

Decembris Festa.

¶Henricus Hamuscus sancte theologie magister/ac diuini Apiarij autor humanissimis lectoribus huius secundi Tomi seriem adeuntibus Salutem in domino Jesu.

☞ Quoniam ex assiduis immensisque laboribus: quos in hoc opere copilãdo passi sumus: que sit difficultas opificij eius: que profunditas: que denique vtilitas intelligenti rectũ ordinem nouimus: operepreciũ facturi videmur si breui admonitione hac huius secundi Tomi illustrabimus initium. id quod precedẽti Tomo fecimus: sequẽtique facturi sumus: vt his preuisis: adeuntibus facilis ingressus/ pergẽtibus iter manifestius/ et ad finem properantibus felicior sit exitus. Bimembris hic aut potius bipertitus est Tomus secundus Apiarij. primũ vtique locum sanctorum totius anni peribodus per mẽses singulos occupat. Secũdum vero locũ/ quod cõmune sanctorum solet nuncupari. Sanctorum vero: qui per anni circulum digesti sunt: festa triplicia ponũtur. Sunt enim aliqua quibus ex omnibus Biblie partibus annotamenta sermonum posuimus. Sunt et alia quibus solũmodo euangelicã expositionẽ adaptauimus: adiectis tamen ad calcem applicationibus nostris ac solitis remissionibus: que ad alios tractatus nõ renuentem lectorẽ ducent: quibus intellectis breui temporis spacio innumera annotamẽta ad propositum vtilia colligi poterunt. Sunt et alia festorum genera que solis remissionibus ad predictum cõmune sanctorum mittunt lectorem: vbi adscripta sunt ex euangelicis lectionibus quam plurima ad hos festos dies conducẽtia. At fortasse hoc loco mihi aliquis occurret dubitans: vel potius in me verba iactans quod cuiusque sancti vitam aut felicem exitum nõ inseruerim. Ego vero (vt pluries in hoc opere testatus sum) id mihi semper persuasum obseruaui: vt huic operi nihil quod a sacra scriptura (que Biblia dici solet) in textu vel in ordinarijs expositionibus eiusdẽ nõ complecteretur vllo modo intersererem: vt operis titulus (quod Apiarium sacre scripture diximus) verus esset/ nihil alieni continens. Uolenti igitur sanctorum certamina et felices exitus inuenire hagiographa. i. sanctorũ historie vel volumina querenda sunt: quibus inuentis euangelica et canonica diuini Apiarij doctrina quadrabit. Illud etiam dissimulandum non est/ quod cum singule dioceses et ecclesie varia sanctorum celebrent solennia: quorum multi nominibus proprijs hic nõ exprimuntur: vt illis etiam seruiat nostri Apiarij secũdus Tomus: eorum sanctorum gradus aut status est inspiciẽdus: nã vel martyres vel confessores vel virgines &c. fuere: quorum omniũ graduum Cõmune sanctorum tractat materiã aliaque huius operis plurima annotamẽta: que facillime poterunt omnibus et singulis applicari. Hec sunt que hic preponenda dignũ duximus: tu vero candide lector hoc (vt cetera) benigno animi tui moderamine legito feliciter.

Diuini apiarij secundus Tomus: que est secunda pars

principalis: eiusdem operis: vbi iuxta morem sancte ecclesie Toletane (cui correspondebunt alie ecclesie) totius sacre scripture Annotamenta ad singulorum sanctorum festos dies: qui per anni circulum recoluntur: pertinentia: cum euangelicis expositionibus multiplicibus ponuntur: cum communi etiam tractatu sanctorum Apostolorum/ Euangelistarum/ Martyrum/ Confessorum et Virginum. etc. insuper addito: ad quem aliqua festa remittuntur. Editum compactumque opus nunc primum per sapientissimum virum Henricum Hamuscu sancte theologie magistrum ac diuinorum sermonum oratorem marinum: qui vltra doctorum copiosissima expositiones singulis fere annotamentis apposuit applicationes conducentissimas cum remissionibus ad alios huius operis tractatus: auspicatissime incipitur.

Januarij festorum ser. an.

Circumcisionis domini ser.

Annot. ☞ Inuenies. fol. 34. etc. primi Tomi.

Epiphanie sermo. Annot.

☞ Inuenies fol. 39. etc. primi Tomi.

Juliani et basilise martyrum.

sermo. anno. Ex quinta parte Biblie.

C. Luce. 11 Cum audieritis prelia. etc.] Quere an. 8. quinte partis. sermo. Plurimorum martyrum infra in communi sanctorum fol. 18. colu. 2.

Pauli primi Eremite.

sermo. anno. Ex quinta parte Biblie.

C. Luce. 11 Nemo accendit lucernam. etc.] ☞ Quere an. 5. quinte par. ser. Unius confessoris pontificis infra in communi sanctorum fol. 21. co. 2.

Hilarij epi et confessoris.

sermo. anno. Ex quinta parte Biblie.

C. Mat. 5. Uos estis sal terre. etc.] ☞ Quere an. 1. quinte parts. serm. Unius doctoris infra in communi sanctorum. fol. 22. col. 1.

Felicis impicis martyris.

sermo. anno. Ex quinta parte Biblie.

C. Mat. 16 Si quis vult post me venire. etc.] ☞ Quere annot. 3. quinte partis. sermon. Unius martyris infra in communi sanctorum fol. 8. col. 2.

Mauri abbatis.

sermo. anno. Ex quinta parte Biblie.

C. Mat. 24. Uigilate ergo. etc.] ☞ Quere annot. 1. quinte partis. sermonis. Unius confessoris laici infra in communi sanctorum fol. 25. colu. 1.

Marcelli pape et martyris.

sermo. anno. Ex quinta parte Biblie.

C. Mat. Homo quidam peregre. etc.] ☞ Quere an. 1 quinte par. ser. Unius confessoris pontificis infra in communi sanctorum fol. 19. co. 1.

Ex prima parte Biblie.

Antonij abbatis.

sermo. anno. Ex secunda parte Biblie.

Ex ante Syrie. etc.] ☞ Quere an. 11. secunde par. ser. Pugne fol. 168. col. 3. C. 1. 4 re. 6.

Ex quinta parte Biblie.

Nemo accendit lucernam. etc.] ☞ Quere an. 5. quinte par. ser. Unius confessoris pontificis infra in communi sanctorum fol. 21. col. 2. C. 1. Luce. 11

Prisce virginis.

sermo. anno. Ex quinta parte Biblie.

Simile est regnum celorum decem virginibus. C. 1. ☞ Quere an. 1. quinte par. ser. Plurimarum virginum infra in communi sanctorum. fol. 26. co. 3. Mat. 25.

Fabiani et Sebastiani martyrum.

ser. an. Ex quinta parte Biblie.

Descendens dominus Jesus de monte. etc.] ☞ C. 1. Quere an. 4. quinte par. ser. Plurimorum Luce. 6. martyrum infra in communi sanctorum. fo. 15. co. 2. Et an. 13. quarte par. ser. Pugne. fo. 171. co. 3. tertij tomi.

Agnetis virginis.

sermo. anno. Ex prima parte Biblie.

Sublata est mulier in domum C. 1. Pharaonis. etc.] Ly. Ut fieret Gen. 12. vxor regis/ vt patet in littera. ¶ Glo. Rab. Excusatur Sarai/ que in domum pharaonis transfertur inuita/ non solum in hoc/ quod non inquinatur corpus/ nec anima/ nisi mentis consensu: sed etiam in hoc/ quod conueniente et permittente viro suo/ factum est. ¶ Augustinus. Apud pharaonem tam diu potuit esse intacta: quia in Hester legitur/ quod puelle non statim ad reges introducebantur/ sed vno anno custodiebantur: et sex mensibus oleo

myrtino vngebantur: et alijs sex mensibus in diuersis odoramētis erāt. Potuit ergo per has inducias temporis intacta manere: et interim bene vsi sunt Abraham egyptij: donec Pharao a deo flagellatus et cognoscēs q̄ esset vxor ei⁹: redderet in tactam. * Flagellauit autem dominus Pharaonē. Plagis maximis et domū eius.] Lyra. Quia Abraham fecerat fideliter quantum poterat ſm viam humanam: et residuum scilicet castitatem vxoris cōmiserat diuine protectioni/ ideo dominus: qui est protector omnium sperantium in se: castitatem vxoris sibi cōmissam cōseruauit: flagellando Pharaonē plagis maximis. Que autem sint ille plage nō est expressum in textu: sed hebrei dicunt/ q̄ fuit fluxus seminis: ita q̄ concubitus esset grauis vel impossibilis Pharaoni et seruis ei⁹. Expositores nostri dicunt: q̄ fuit cōclusio vulue vxorum Pharaonis et seruorum eius: ita q̄ parere non possent. * Propter Sarai vxorem Abraham.] In hebreo habetur. Propter verbū Sarai. Dicunt enim hebrei/ q̄ Sarai habebat angelū custodē corporis sui: sicut de beata Agnete legitur: et quando Sara dicebat angelo: vt percuteret Pharaonē plaga fluxus seminis ita/ q̄ concubitus esset grauis vel impossibilis (vt hebrei dicunt) tunc percutiebat: et sic cognoscere eā nō poterat. ☞ Reliqua quere ibi et applica ad hāc virginē: et etiā applica aliqua de anno. sermonis angelorū incipieñ. fol. 76. scilicet de angelorum custodia.

Ex quinta parte Biblie.

Cr. Mat. 13 Simile est regnum celorum thesauro. ⁊c.] ☞ Quere an. 1. quīte par. ser. Unius virginis. fol. 25. col. 3. in cōi sanctorū.

Fructuosi augurij et Eulogij martyr. ser. an. Ex quīta parte Biblie.

Cr Luc. 21. Cum audieritis prelia. ⁊c.] ☞ Quere annotamento. 8. quinte partis. sermonis Plurimorum martyrum infra in communi sanctorum. folio. 18. colūna. 2.

Uincentij martyris.

sermo. anno. Ex q̄nta parte Biblie.

Cr. Joh. 12. Amen amen dico vobis nisi granum frumenti cadens. ⁊c.] ☞ Quere Annotamento. 1. G. H. quinte partis. sermoñ. Ferie. 2. Dominice Ramorum. folio. 181. Colūna. 3. primi Tomi.

Illefōsi archiepī Toletañ.

sermo. anno. Ex q̄nta parte Biblie.

Cr. Mat. 5. Uos estis sal terre. ⁊c.] ☞ Quere annota. 1. quinte partis. sermonis. Unius doctoris infra in Communi sanctorum. folio. 22. Columna. 1.

Sancte Marie pacis.

sermo. anno. Ex q̄nta parte Biblie.

Cr. Luc. 11. Loquēte Jesu ad turbas. ⁊c.] ☞ Quere Annota. 1. E. ⁊c. quinte partis. sermonis. Dominice. 3. quadragesime. folio. 121. Colūna. 3. Applica ad hec etiam aliqua de annotamētis sermo. Pacis. fol. 177. et aliorū anno. sermo. virginis generaliū. Item anno. 15. secūde partis sermonis. Diuinorum officio. fol. 31. col. 4. quia eodem modo (sicut Alexander) vexabat iratus rex Hispanie cōtra Toletum. ⁊c vt patet in historia hodierna.

Pauli apostoli cōuersiōis

sermo. anno. Ex q̄nta parte Biblie.

Cr. Mat. 19 Dixit Simon Petrus ad. d. i. Ecce nos reliquimus omnia. ⁊c.] ☞ Quere an. 1. quinte partis sermonis vnius abbatis infra in cōi sanctorū. fol. 24. colum. 1. Applica etiam ad hec aliqua de anno. sermonis. Natalis eiusdem Pauli apostoli infra in hoc To. fo. 26. ⁊c.

Polycarpi epī et martyris.

sermo. anno. Ex q̄nta parte Biblie.

Cr. Joh. 12. Amen amen dico vobis nisi granum frumenti cadens. ⁊c.] ☞ Quere annotamento. 1. G. H. quinte partis. sermoñ. Ferie. 2. Dominice Ramorum. Folio. 181. Colūna. 3. primi Tomi.

Johānis chrisostomi epī et confessoris. serm. an. Ex quīta parte Biblie.

Cr. Mat. 5 Uos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? ⁊c.] ☞ Quere Annotamento. 1. quinte partis. sermonis. Unius doctoris infra in Communi sanctorum. folio. 22. Columna. 1.

Februarij festa.

Brigide virginis.

ser. an. Ex quinta parte Biblie.

Cr. Mat. 13 Simile est regnum celorum thesauro. ⁊c.] ☞ Quere anno. 1. quinte partis sermo. Uni⁹ virginis infra in cōi sanctorū. fol. 25. co. 3.

Ignacij martyris sermōis

annotamēta. Ex quinta parte Biblie.

Nihil opertum est quod non reueletur et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris. etc.] Quere annotamento 1. quinte partis sermonis Unius martyris. infra in cōmuni sanctorum. fol. 6. columna. 3.

Purificationis virginis.

sermo. anno. Ex prima parte Biblie.



Ositur congregata. etc. Separate apud vos primitias domino.] Glo. Origenes. Alia littera. Sumite a vobisipsis redemptionem domino. Moraliter. Omnis qui cōcepit corde offerret initia domino. Non vult Moyses/ vt aliquid offeras dño: quod extra te est. A vobisipsis (inquit) sumite: et initia offerte domino: prout vnusquisque corde conceperit aurum et argentum. etc. Spiritualis lex aurum requirit ad tabernaculum: et alias materias: quas intra nos habemus: et de nobis proferre possumus. Dicit enim scriptura. Romanorum. 10. b. Quia prope est verbū in ore tuo/ et in corde tuo. Quia si confessus fueris dominum Jesum: et credideris in corde tuo/ quod dominus illum suscitauit a mortuis/ saluus eris. Si ergo credideris in corde tuo: cor tuum et sensus tuus aurum optimum est. Obtulisti ergo aurum ad tabernaculum: fidem cordis tui. Si confessus fueris sermonē confessionis/ argentum. Hec intra te sunt: hec etiam (si nudus sis) habere potes. Sed et quod addit. Unusquisque sicut concepit corde/ huc respicit. Non enim poteris aliquid de sensu tuo offerre deo/ vel de verbo: nisi prius que scripta sunt: corde conceperis: nisi intentus fueris et diligēter audieris: non potest aurum tuum probatum esse: neque argentum. Requiritur enim vt probatum sit. Unde Psalmo vndecimo. b. Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatū probatum terre: purgatum septuplum. Si ergo que scripta sunt: corde conceperis: erit aurum tuum: id est sensus/ probatum: et argentum tuum idest sermo tuus/ probatum. Origenes. Nostis qui diuinis mysterijs interesse consueuistis: quomodo cum suscepistis corpus domini: cum cautela et veneratione seruastis: ne ex coparum quid decidat. Si enim decidat: reos vos creditis: et recte creditis. Quomodo putatis minoris esse piaculi verbum dei neglexisse/ quam corpus? Initia ergo iubentur offerre. idest primitias. Qui offert quod primum est/ necessario habet ipse quod reliquum est. vide quantum oportet hunc abundare auro vel argēto: et reliquis omnibus: que iubentur: vt et domino offeramus: et nobis supersint. Primo enim sensus meus debet intelligere deum: et ipsi offerre primitias intellectus sui: vt reliqua consequenter agnoscat: hoc et sermo faciat. Hec omnia que in nobis sunt/ faciāt. * Omnis voluntarius et prōpti animi offerat eas domino: aurum et argentum.] Origeñ. Alia littera. Unusquisque vestrum (inquit) sicut corde cōcepit/ offerat initia domino. Quero que sunt initia auri vel primitie argenti? Quomodo autem de bysso cocco et purpura videntur conseruari primitie: aut quomodo (sicut corde conceperit quisque) offerri? Sunt qui cōcipiunt corde que lecta sunt. Sunt qui omnino nō concipiunt intenti operibus seculi: aut supputatiōibus lucri. Mulieres tantum garriunt: fabulis perstrepūt: nec sinunt esse silentium: de infantibus suis/ aut de lana/ aut de necessarijs cogitant. discunt circuire domos: non solum verbose: sed curiose loquentes: que non oportet. Quomodo ergo concipiunt? Non concipit corde nisi qui vacat corde: mente liber et totus intentus: aliter non potest deo offerre. Justum est autem vt in templo domini inueniat quisque habere portionem suam. Non enim latet dominum quisque quid offerat. Quam gloriosum est tibi: si dicatur in templo domini/ aurum istud quo arca testamenti tegitur/ illius est? Argentum quo bases et columne sunt/ illius est. Es/ de quo anuli et labrum et quedam columnarum facte sunt. Uel lapides humeralis et logij; vel purpura: qua ornatur pontifex: et coccus: illius est? Et cetera queque per singula. quam indecorum: quam miserum: si dominus visitans tabernaculum nihil muneris tui inueniat: nihil a te oblatum cognoscat? Sic indeuotus sic infidelis vixisti: vt nihil memorie tue in templo domini posueris. Sicut enim princeps huius mundi venit ad vnumquemque que rens si inueniat quicquam de actibus suis in nobis: et si inuenerit nos vendicat sibi. Ita si veniens dominus inueniat aliquid tuum in tabernaculo suo: ibi te defendit et suum dicit. * Es/ hyacinthum purpuram: coccumque bis tinctum: et byssum: pilosque caprarum: et pelles arietum rubricatas. etc.] Origenes. Es. Pro fortitudine poni videtur. puto etiam pro voce accipi posse. Aliud est enim sermo: aliud vox. Sermo enim dicitur loquela ratione subnixa. Uox vero est/ si latine: si grece dicatur: si eleuatius: si pressius.

B

Unde. 1. Coꝛ. 13. a. Factus sum velut es sonãs:
aut cymbalum tinniens. Loqui ergo linguis et
interpꝛetari ex alia in aliam linguam/ eris ob=
latio est: necesse est enim habere omnia taber=
naculum domini: ⁊ nihil deesse in domo dei.
Est igitur eris oblatio/ vox que alterius sensum
in alteram linguã vertat. Sermo xo est: qui sen
sum pꝛopꝛiũ pꝛofert. Omnia ergo offerãtur deo:
sensus/ sermo/ ⁊ vox. * Hyacinthũ/ purpurã.]
C Origeñ. Uideam⁹ cetera. Hyacinthum purpu
ram coccum duplicatum: ⁊ byssuȝ retoꝛtam: hec
quattuoꝛ elementoꝛũ: ex quibus mũdus cõstat/
⁊ coꝛpus humanũ/ tenent figurã. i. aeris/ ignis/
aque: ⁊ terre. Hyacinth⁹ ad aereȝ refertur: quod
indicat ipse coloꝛ. Et coccus ad ignem. Pur=
pura ad aquam: quia de aquis accipit succuȝ.
Byssus ad terram: de qua oꝛitur. Habemus er
go ⁊ nos omnia in nobis: quia ex his dño iu=
bemur pꝛimitias offerre. Ideo dicit. Sumite ex
D vobisipsis: ⁊ offeretis pꝛimitias dño. * Coccũ=
q; bis tinctum.] Origeñ. ☞ Quere annota.
112. pꝛime partis ser. Pꝛelatoꝝ, fol. 99. col. 1. Se
quitur multo post. Origeñ. Post hec viri acce=
perunt a mulieribus suis omnes: quib⁹ visum
est sensu: ⁊ attulerunt gẽmas ⁊ inaures ⁊ anu=
los et discriminalia ⁊ dextralia. Hec quoq; illi
offerũt dona deo: qui intellectũ coꝛde concipiũt:
qui mentem debitam ⁊ intentã habent ad verbũ
dei. Et offerunt viri a mulieribus suis inaures ⁊
gẽmas ⁊ dextralia. Mulier caro accipitur. Uir
rationalis sensus. Bone sunt iste mulieres: que
obediunt viris. Bona est caro/ que iam spiritui
nõ repugnat: sed obtemperat ⁊ consentit. Ideo si
duobus vel tribus in vobis conuenerit: ex qua=
cunq; re petieritis/ fiet vobis (dicit dñs). Offerũt
ergo inaures a mulieribus suis/ cũ dño offertur
auditus. ⁊ dextralia opera. s. dextra opera bona:
que per carnẽ geruntur. Hec offert dño rationa=
lis sensus. Et discriminalia: qui bene scit discer=
nere quid agendũ sit/ quid vitanduȝ/ quid deo
placeat/ quid ve displiceat/ quid iustuȝ sit/ quid
iniustum. Hec sunt discriminalia: que deo offe=
runt: q2 sunt mulieres sapientes: ⁊ fecerunt que=
cunq; necessaria fuerant ad indumenta pontifi
cis. Ille vero mulieres: que inaures suas obtule
runt/ vt fieret vitul⁹: insipientes erant: que a ve=
ritate auditũ auerterent: ad fabulas auteȝ ⁊ im
pietatem peruerterent: ⁊ ideo obtulerũt inaures
suas/ vt fieret caput vituli. Sed ⁊ in iudicum li=
bꝛo (Iudic. 8. f.) idolũ inuenimus ex mulieꝝ in
aurib⁹ factũ. Iste ǵ beate mulieres/ beata caro/
que dño offert inaures suas dextralia ⁊ anulos
⁊ omnia opera manuũ suarum: que in manda=
tis dñi agit: ⁊ apud quẽ inuenta sunt ligna im=
putribilia: obtulit domino. Si quis diligit chꝛi
stum/ in incoꝛruptioneȝ lignũ imputribile offert
deo. Beatus ergo apud quẽ inuenitur sensus in
coꝛruptus: vel coꝛpus incoꝛruptum: ⁊ hoc offert
deo. Unde ⁊ bene dixit: apud quem inuẽta sunt
ligna imputribilia. non enim apud omnes inue
niunt. De auro non dixit/ neq; de argẽto: apud
quem inuentum est. Potest enim apud omnes
inueniri sẽsus et sermo. Sed nec de quattuoꝛ co
loꝛibus. Omniũ est ex quattuoꝛ elementis secũ=
dum coꝛpus constare. Ligna autem incoꝛrupti
bilia: id est incoꝛruptionis ⁊ virginitatis gratia
apud raros inueniri potest. vnde Matthei. 19.
b. Non omnes capiunt verbum istud: sed qui= E
bus datum est. * Pilosq; capꝛarum.] Origeñ.
Pili capꝛarum offeruntur. Hoc genus pecudis
pꝛo peccato in lege iubetur offerri. Pili vero spe
cies emoꝛtua exanguis ⁊ exanimis. Hanc qui
offert/ ostendit in se iam moꝛtuũ sensum pecca=
ti: nec in membꝛis vltra viuere ⁊ regnare pecca=
tum. * Et pelles arietum. ⁊c.] Origeñ. Pelles
quoq; offeruntur arietum: quas ante nos qui=
dam pꝛo furoꝛe posuerunt: ⁊ quia pellis moꝛtui
animalis indiciũ est: ostendit in se furoꝛem moꝛ
tuũ: qui domino offert pelles arietum. * Quic
quid ad cultum. ⁊c.] Grego. ☞ Quere in=
fra annotamento. 12. pꝛime partis sermo. Om=
nium sanctoꝝ. fol. 56. co. 4. * Pꝛincipes xo ob
tulerunt.] Origenes. Moꝛaliter. Potest in se=
ipso quisq; tabernaculum constituere. Si enim
(vt ante nos quidam dixerũt) tabernaculũ hoc
totius mundi tenet figuram: ⁊ singuli imagines
mundi habere possunt: cur non etiam taberna=
culi? Debet ergo quisq; sibi aptare colũnas vir=
tutum: columnas argenteas idest patientiam
rationabilem. Uidetur enim esse patientia: que
rationalis non est. Qui enim nõ sentit iniuriã:
et ideo non reddit: patiens videtur: sed non est
rationalis. Ista patientia habet columnas: sed
non argenteas. Quod vero pꝛopter verbum dei
foꝛtiter patitur: columnis argenteis decoꝛatur.
Potest in se atria distendere: coꝛ suum dilatãdo.
Unde dilatamini et vos. Potest se seris munire
dilectionis. scilicet vnanimitate astringere. Su
per bases potest argenteas stare: cum super stabi
litatem verbi dei verbi ꝓphetici ⁊ apostolici col
locatur. Potest habere in columna deauratum
caput idest fidem Chꝛisti. Omnis enim viri ca=
put Chꝛistus est. 1. Coꝛ. 11. a. Decem vero atria
potest in se distendere: cum non in vno tantum
verbo legis dilatatur: neq; duobus aut tribus:
sed in toto decalogo legis spiritualis intelligen=
tie dilatare amplitudinem potest: aut cum fru=
ctum spiritussancti/ gaudiũ: pacẽ: patientiã: et

benignitatē/bonitatem/modestiā/fidem/conti nētiā/adiecta charitate: que omnibus maior est/
F protulerit. ¶ Origeñ. Moraliter. Habeat in se defixū altare: in quo orationū hostias/⁊ mīe vi ctimas offerat: in quo cōtinētie cultro superbiā/ quasi taurū immolet: iracundiā/ quasi arietem iugulet: luxuriā ⁊ omnē libidinē/ tanq̄ hircos ⁊ hedos litet. Sciat tamē ex his sacerdos separare brachiū dextrū. i. opera bona/ opa dextra/ ne si nistrum quid reseruetur: ⁊ pectusculū integrum correctum: ⁊ mentē deuotā/ ⁊ deo sacratā: ⁊ maxillas ad verbū dei loquendū: sciat sibi in sanctis candelabrum luminis esse locandū: ⁊ sint ei lucerne semper ardētes/ ⁊ lumbi succincti: vt sit tā q̄ seruus: qui expectat dn̄m suum redire a/ nuptijs. De his lucernis dicit. Mat. 6. e. Lucerna corporis tui est oculus tuus. ¶ Origeñ. Mora. Cādelabrū quoq3 in austro collocet: vt ad aquilonem respiciat: accenso cū lumine. i. vigilanti corde debet semper ad aquilonē respicere/ a quo accenduntur mala vniuerse terre. Vigilans ergo ⁊ solicitus ⁊ ardens intueatur semper contra astutias diaboli: et vnde sit vētura tentatio. Vñ irruat hostis: vnde latēter obrepat: qui tanq̄ leo rugiens circuit querēs quē deuoret. ¶ Moralr. Habeat in penetralibus pector altare incēsi/ vt dicat. Christi bonus odor sumus deo. 2. Cor. 2. d.
G ☞ Reliqua quere ibi fere per totū capitulū.
* Igitur congregata omni turba. ⁊c.] Lyra. Moraliter. Hic agitur de oblationibus populi pro cōstructione tabernaculi et aliorum pertinētium ad ipsum. de qua subditur. * Omnis voluntarius ⁊ prompti animi offerat eas. ⁊c.] Non enim placent dño sacrificia coacta. Propter hoc dicitur. Omnis voluntarius. ⁊c. Per ea: q̄ fuerunt oblata ad constructionē tabernaculi corporaliter/ intelliguntur ea: que faciunt ad edificationem ecclie spiritualiter. Per aurū enim intelligitur fulgor sapientie: quā offerunt doctores. Per argentū vero puritas conscientie: quā offerunt innocentes. Per es sonoritas eloquentie: quā offerunt predicatores. Per hyacinthū: qui coloris est celestis/ intelligit meditatio celestiū/ quam offerūt cōtemplatiui. Per purpuram/ recordatio dominice passionis/ quā offerūt Christo capiti cōpassiui. Per coccum bis tinctum gemine charitatis incendiū/ quod offerunt charitatiui. Per byssum honestas cōuersationis/ quā offerunt honestate decorati. Per pilos caprarū: ex quibus fiūt cilicia/ asperitas penitentie/ quā offerunt propriā carnē macerantes. Per pelles arietum rubricatas/ desiderium martyrij/ quod obtulerunt martyres. Per pelles hyacinthinas: que sunt coloris celestis/ vita confessorum: quā offerunt ipsos imitantes. Per ligna sethim: que sunt imputribilia/ firmitas in bono: quam offerunt perseuerantes. Per oleum/ pietatis suauitas: quā offerunt misericordes. Per lapides onichynos exempla edificatiua: que offerunt homines bona exempla prebentes. Per gemmas generaliter sumptas intelligūtur quecunq3 bona in fide vel moribus ecclesie edificatiua.

Homo: qui obtulerit. ⁊c.] Glosa. Origeñ. Allego. ☞ Quere anno. 18. prime par ¶ C. 2. Leui. 1.
tis sermo. Passionis. fo. 37. co. 3. Sequitur multo post. * Si autē de auibus. ⁊c.] ☞ Quere annota. 6. prime partis sermo. Ferie quarte Cinerum. fol. 75. col. 3. Sequit paulopost. ¶ Lyra Circa hoc caplm queritur quare fiebat deo sacrificium de tribus speciebus animaliū tantum: scilicet bouis/ ouis/ ⁊ capre: ⁊ de duabus speciebus auium: scз turturis ⁊ columbe. Item quare non fiebat de piscibus sicut de alijs viuentibus. Ad solutionem autem istorum ⁊ consimilium considerandum/ q sacrificia veteris legis fuerunt instituta ad tria. Scilicet ad reuocandum iudeos ab idolatria: ⁊ ad inducendum eos ad colendū deum: ⁊ ad figurandū Christi verum sacrificiū: et ex hac triplici ratione conueniens fuit sacrificium fieri de tribus speciebus animalium predictis: propter primā: quia idolatre egyptij: inter quos iudei fuerant cōuersati: predicta animalia colebant/ vt deos. Agnum vel arietem: quia talis forma quantum ad aliquid ipsius Iouis fingebatur. vnde ⁊ cū capite arietino pingebatur. Bouem: qui api: quod maximū numen apud egyptios reputabatur: in specie tauri apparebat. Hircum: qui demon aliquando apparebat eis in specie hirci: ⁊ ideo nefas reputabant dicta animalia immolare: propter qd̓ Moyses dicit Exo. 8. g. Si mactauerimus ea: que colunt egyptij coram eis: lapidibus nos obruent: et ideo per oppositum dominus precepit ista animalia sibi immolari. Similiter propter secundam rationem. Tunc enim homo debite deum colit: quādo bona: que habet/ ab eo se habere recognoscit: et de eis oblationem ei facit: secūdum illud/ quod dicit Dauid. 1. Paralipo. 29. Tua sunt omnia: et que de manu tua accepimus/ dedimus tibi. Et ideo conuenienter ordinauit dominus sibi sacrificium fieri de illis animalibus: que cōmunius veniunt in esum hominis: que sunt tres species predicte. Cetera autem animalia vel sunt syluestria: quibus homines cōmuniter non vtuntur: vel si sunt domestica: sunt immunda: vt porcus et similia: que non debent deo offerri. Similiter propter tertiam rationem: quia bos significat Christi fortitudinem: ouis eius innocentiā: capra vel hircus similitudinem carnis peccati. De turturibus vero ⁊ pullis columbe fiebat sa-

crificium. Tum quia sunt in magna abundā=
tia in terra promissionis ꝛ cadunt frequenter in
esum hois: sunt etiā mundi nutrimenti. Cetere
vero aues vel sunt magis syluestres: vel si sunt
domestice vescuntur immūdo nutrimēto: vt gal
line ꝛ anates ꝛ cōsimiles. Itē quia turtur signifi
cabat xp̄i castitatē/ columba: que felle caret/ ei⁹
dulcedinem seu mititatē. De passeribus vero fie
bat oblatio tm̄ in emūdatione leprosi. De pisci=
bus autē non fiebat sacrificiū: quia nō habitant
inter homines: sed latent in aquis. Itē quia ex=
tracti de aqua cito moriuntur: et ideo nō possent
viui deferri ad templū: oblatio autē nō fiebat de
mortuis. Item q2 aliqui idolatre vtebantur pi=
scibus in suis sacrificijs.

C3 Leui. 12 Locutusq́ȝ est dn̄s ad Moysen dicēs. Loq̄=
re filijs Israel ꝛ dices ad eos.] Lyra. In h
A capl'o agit̄ p̄mo de puerpere pollutione. secundo
de ei⁹ purificatiōe. Circa primū dicit̄ sic. * Mu
lier si suscepto semine pepererit masculū.] Ex h
patet ꝙ beata v̄go: q̄ cōcepit ꝛ peperit sine virili
semine exēpta fuit ab ista lege. * Immūda erit
septē diebus.] De qua habetur Leui. 15. ca. Ibi
eñ sic iudicatur immūda/ ꝙ nō pōt cōmunicare
cuȝ aliquo in lecto aut cibo: ꝛ quicq̄d tangit im
mundū efficit̄: ꝛ eodē modo dicit̄ hic de septē die
B bus primis post partū. * Et die octauo circūci=
detur infantul⁹.] Sm̄ p̄ceptū: qd̄ habet̄ Gen̄. 17.
ca. * Ipsa vero triginta trib⁹ dieb⁹ manebit in
sanguine purificationis sue.] Idest in sanguine
aliquātulū purificato: nō tm̄ perfecte: ꝛ ideo i illis
triginta tribus diebus poterat cōicare cū alijs in
cibo/ nō tm̄ in lecto: nec illud quod tangebat fie=
bat propter hoc immundū. * Omne sanctū nō
tāget.] Id est nō comedet de sanctificatis. * Nec
ingredietur in sanctuariū.] Idest atriū/ in quo
erat sanctuariū. * Donec impleātur dies puri=
ficatiōis eius.] Idest quadraginta primi: vide=
licet septem maioris immunditie: ꝛ triginta tres
minoris. * Si autē feminā pepererit/ immun
da erit duabus hebdomadib⁹.] Idest duplo tē=
pore q̄ȝ pro masculo: q2 in conceptu femine est
minor caliditas: ꝛ ideo tardius digerit materiā:
et sic materia immūda tardius purificat̄. * Iu
xta ritū fluxus menstrui: ꝛ sexaginta sex diebus
manebit in sanguine purificationis sue.] Expo
natur vt dictū est de masculo: hoc excepto ꝙ tem
pus duplicatur. Cōsequenter agitur de secundo
.s. de puerpere purificatione: q̄ quidē purificatio
fiebat per oblationē: ꝛ ideo primo determinatur
oblatio diuitū/ cū dicitur. * Cūq́ȝ expleti fuerit
dies purgationis eius/ pro filio siue pro filia: de=
feret agnum anniculū in holocaustuȝ.] Quod
totum incendebatur ad honorem diuinū. * Et
pullum columbe siue turturem pro peccato ad

ostiuȝ tabernaculi testimonij: ꝛ tradet sacerdoti:
qui offeret illa coram domino: et rogabit pro ea
sacerdos: et sic mundabitur a profluuio sangui=
nis sui.] Idest a culpa: que nō cōtrahitur in par
tu: sed in cōceptu: in quo de cōmuni cursu est ali
qua libido inordinata. licet eniȝ actus matrimo
nialis possit exerceri sine peccato: frequenter ta=
men contingit ibi inordinatio. Aliqui autem di
cunt ꝙ offerebatur pro culpa originali cōtracta
in puero. quia licet per circūcisioneȝ esset remissa
in masculo: ꝛ in femina per aliud remediuȝ sibi
cōueniens: tamē mater in die purificationis offe
rebat pro remissione peccati preteriti: sed hoc di=
ctum nō consonat textui: quia dicitur hic. Ora=
bit pro ea: ꝛ sic mundabitur a profluuio sangui
nis sui. Ex q̄ patȝ ꝙ loquitur de mūdatione mu
lieris/ nō fetus. * Ista est lex parientis masculū
aut feminā.] Consequenter determinatur obla=
tio pauperum/ cū dicitur. * Qd̄ si nō inuenerit
manus eius/ nec potuerit offerre agnum: sumet
duos turtures: vel duos pullos columbaꝝ: vnū
in holocaustum ꝛ alterum pro peccato. Orabit
q̄ȝ pro ea sacerdos: ꝛ sic mundabitur.] Iste eniȝ
aues abundāt in terra promissionis: ꝛ sunt mū=
di nutrimenti: ꝛ ideo de his fiebat oblatio pau=
perum: quia de facili poterant haberi: ꝛ erāt con
uenientes oblationi in sacrificio dei. * Locut⁹.
ꝛc.] Moraliter. ☞ Quere anno. 72. prime
partis sermo. Religiosoꝝ. folio. 143. colūna. 2.
¶ Additio p̄ma. In hoc quod dicitur. Mulier
si suscepto semine pepererit/ nō solū intelligitur
excepisse illam: que non suscepto semine peperit:
sed etiaȝ intelligitur asseruisse ꝙ aliqua mulier
absq́ȝ susceptione seminis erat paritura. Aliter
enim conditio superaddita: scȝ cum dicitur. Si
suscepto semine pepererit: esset omnino superflua.
Unde infra cum in hoc capitulo de partu femi
ne agitur: nō ponitur talis additio: sed simplici=
ter dicit̄. Si autem feminā pepererit: quia nul=
la mulier feminam peperit nisi suscepto semine.
ꝛc. ☞ Reliqua quere ibi. * Locutus est dn̄s D
ꝛc. Mulier. ꝛc.] Glosa. Isidorus. ☞ Quere
annotamen. 4. prime partis sermonis. Finalis
iudicij. folio. 236. colū. 1. Sequitur immediate.
* Immunda erit. ꝛc.] Quia scȝ sator immun
dus vt heres Ade: qui per transgressionē immū=
dus/ ꝛ ita vxori mixtus. Postq̄ȝ eniȝ exijt de pa=
radiso: cognouit vxorem suam/ ꝛ ita propagat
humanū genus. * Septē diebus. ꝛc.] Qr Adā
(de semine cuius suscipit immūditiā) polluit vi
tam nostrā septem dierum numero reuoluendā.
Polluit aūt vitā/ inducēs maledictionē ꝛ mise=
riā/ auferēs btitudinē. Un̄ Gen̄. 3. c. Maledicta
terra i opere tuo. Un̄ legislator addidit scd̄m die
sepationis mēstrue. Lxx. scd̄m diē separatiōis et

purgationis menstrue. Symmach⁹. ẜm diē sepationis afflictionis. Aquila. Sepationis miserie Theodotiō. Separationis doloris ei⁹. Miseria aūt ꝛ afflictio ꝛ dolor esse cepit/ qñ Adā sepatus
tatem. magna ⁊ celestia operādo: et tunc spirit⁹ eius.i.spūale charisma exultabit/ et non mortificabitur. ✱ Quia respexit.⁊c.] Augus. O vera humilitas: que deū hominib⁹ peperit: vitam mortalibus edidit: celos innouauit: mundum purificauit: paradisum aperuit: et hoīm aīas liberauit. Facta est Marie humilitas/scala celestis: per quā deus descendit ad terras. ✱ Qr fecit mihi magna.⁊c.] Chrys. Dicit autē: qui potens est: vt si quis diffidat in cōceptionis negocio: dum virgo manens concepit: retorqueat miraculū ad potentiā operantis. ✱ Et misericordia eius.⁊c.] Beda. A spūalib⁹ se donis ad generalia cōuertēs: totius humani generis statum describit: dicens. Et misericordia eius a ꝓgenie in progenies timētibus eum. Q.d. nō mihi soli fecit magna: sed in omni gente: que timet deum acceptus est illi. ✱ Fecit potentiā in brachio suo.] Origenes. Timentib⁹ autē se fecit potentiā in brachio suo: qr licet infirm⁹ ad deū accesseris: si timueris eum: promissam virtutē consequeris. ✱ Deposuit potentes.⁊c.] Cyrillus. Magna sapiebant demones: gentilium sapientes: pharisei ⁊ scribe iudeoꝝ: hos tamē deposuit: exaltās humiliantes se sub potenti manu eius: dans illis virtutē calcandi super serpētes ⁊ scorpiones oēmq3 potestatē inimici. ✱ Esuriētes impleuit bonis.] Glo. Qui eterna toto studio quasi esurientes desiderant/ saturabuntur: cum xp̄s apparuerit in gloria: sed qui terrenis gaudēt/ in fine totius beatitudinis inanes dimittentur. ✱ Suscepit Israel puerum suum.] Beda. Puerū suū obedientē scilicet et humilē: nam qui cōtēnit humiliari/ nō poterit saluari. ✱ Sicut locutus est.⁊c.] Beda. Semini eius dicit non tam carne progenitis: q̄ fidei eius vestigia secutis: quibus aduētus saluatoris in secula est promissus. ✱ Mansit aūt Maria.⁊c.] Moraliter autē Maria dici potest: quelibet ꝑsona sibi deuota: sicut ⁊ diligens deum deus dicitur fm Augu. dicit enim sic. Si terrā diligis: terra es. si aurum diligis: aurum es. ⁊ si diligis deum: deus es. s. per charitatis vnionē. Hec igitur Maria exurgēs ascēdit in montana. Exurgit/ accidie teporem excutiēdo. Ascendit in mōtana/ diuina meditādo. In ciuitatem Iudee/ confessionem diuine laudis exercendo. Intrat domum Zacharie/ ecclesiam deuote frequentando. Et salutat Elisabeth.i. Mariā ad quā habet specialem deuotionem. Elisabeth em interpretatur dei absconsio: et hoc cōpetit Marie: in qua deus nouem mensibus fuit abscondit⁹. Esa.45.c. Vere tu es deus absconditus saluator israel. Et ab Elisabeth.i. Maria resalutat: qr sui memor nequaq3 immemor existit. Et manet cum tali persona sibi deuota trib⁹ mensib⁹: idest tribus tēporibus. s. iuuentute: senectute: et medio tempore. ☞ Reliqua quere in predicto an. fo. quo supra.

Concepit Elisabeth vxor eius: ⁊ occultabat se mensibus quinq3/ dicens. Qr sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meū inter hoīes.] Lyra. Duplici de causa Elisabeth occultabat se. Una: qr licet de concepta prole gauderet: tamē verecundabatur aliquantulū: eo q̄ iā transierat temp⁹ vacandi amplexibus causa prolis generande. Sicut Sara dixit Gen.18.b. Postq̄ cōsenui/ ⁊ dn̄s meus vetulus est: voluptati operam dabo? Q.d. nō decet. Alia causa est: qr magis voluit certificari de euentu rei: antequam propalaret. ☞ Reliqua immediate sequentia quere an.1. quinte partis. ser. Ferie.4. quattuor tēporū. Dn̄ice.3. Aduentus. ꝑ totū. fo.12.co.1. C3 Luce.1.

Processi ⁊ martiniani martyrum. Ex quinta parte Biblie.

Cum audieritis prelia.⁊c.] ☞ Quere an.8. quinte partis. ser. plurimoꝝ martyrum. in cōi sanctoꝝ. fo.18.co.2. C1. Lu.21.

Translatiōis scti Martini

Ex quinta parte Biblie.

Homo quidā peregre.⁊c.] ☞ Quere an.1. quinte partis. ser. vnius confessoris pontificis. in cōi sctōꝝ. fo.19.co.1. Et an.1. quinte partis. ser. reuelationis Michaelis. s. de vera humilitate: ⁊c. que exaltat. ⁊c. fo.19.co.1. C1. Mat.25.

Octa. aplōꝝ Petri ⁊ Pauli. Ser. an. Ex quinta parte Biblie.

Iussit dn̄s Jesus discipulos suos ascēdere.⁊c.] ☞ Quere an.1. per totū. quinte partis. sermo. octauarū apostolorum. in cōi sanctoꝝ. fol.5.co.1. C1. Mat.12.

Septem fratrum martyrū

Ex quinta parte Biblie.

Loquēte Jesu ad turbas: ecce mater.⁊c.] vsq3. ✱ Soror ⁊ mater est.] Quere an.1. D. quinte ptis. ser. Ferie.4. dn̄ice.1. quadragesime. fol.100.co.1. Et de his martyribus an.2. tertie partis. sermo. Pugne. fol.170.co.3. C1. Luce.11

Translatiōis Bn̄dicti abbatis. Sermonis an. Ex quinta parte Biblie.

C1. Luce. 11 Nemo accendit lucernã.&c.] ☞ Quere an.5.quinte partis.sermonis vnius cõfessoris põtificis: in cõi sctõꝝ.fo.21.co.2.Et annotatã.1.quinte partis. sermo. Michaelis.s.de vera humilitate. &c. fol.19.co.1.

Margarite virginis.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Mat.13. Simile est regnum celorum thesauro.&c.] ☞ Quere annota.1.quinte partis. sermonis vnius virginis. infra in cõmuni sanctorum.folio.25.co.3.

Triumphi sancte Crucis.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Lu.21. Attendite a fermẽto.&c.] ☞ Quere annota.7.quinte ptis.ser. plurimoꝝ martyrum.infra in cõi sctõꝝ.fol.17.co.3.

Juste et Rufine virginum.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Mat.13. Simile est regnum celoꝝ decez.&c.] ☞ Quere an.1.quinte ptis.ser. plurimaruz virginũ.in cõi sctõꝝ.fol.26.co.3.

Marine virginis.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Mat.13. Simile est regnum celorum thesauro.&c.] ☞ Quere annota.1.quinte partis.sermonis vnius virginis. infra in cõmuni sanctorum.folio.25.co.3.

Praxedis virginis.

Ex quinta pte.

C1. Mat.13. Simile est regnum celoꝝ thes.&c.] ☞ Quere an.1.quinte ptis.ser.vni⁹ virgis. in cõi sctõꝝ.fol.25.co.3.

Victoris & sociorum eius.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Lu.21. Cum audieritis prelia.&c.] ☞ Quere an.8.quinte par.ser. plurimoꝝ martyrũ. in cõi sctõꝝ.folio.18.col.2.

Marie magdalene.

Ser.an.Ex prima parte Biblie.

C1. Deu.21. Si captiuos duxeris.&c.] Lyra. Moralit. ☞ Quere an.41.et.57.prime partis. ser. Peccatorum.fo.194.co.2.et fol.195.co.2.

Ex secunda parte Biblie.

C1. 4.Re.7 Quattuor viri leprosi erãt in-
xta introituz porte.&c.] Glo.
Raba. Leprosi sunt qui vari
is vitijs dediti: vel erroribus
impliciti feditatez ex interna
peste educentes ostendunt in
cute. Hos dñs sepe conuertẽs
ad fidem: & mundans a vitijs vere salutis nun
cios efficit. vnde Mattheus ex publicano apo-
stolus. Apparuit quoq3 post resurrectionẽ pri-
mo Marie magdalene: de qua eiecerat septem
demonia (vt dicit Mar.16.b.) Illa vadens nũ
ciauit his: qui cum eo fuerant lugentibus.
☞ Reliq̃ quere ibi: et applica ad Magdale
nã. Quere sm alium sensum annota.47.secũ
de partis.ser. Prelatoꝝ.fol.105.co.1.

Ex tertia parte Biblie.

C1. ps.115 Sicut torrens in austro. &c.] Augu. Glo. ☞ Quere an.17.tertie partis.ser. Penitẽtie.fol.220.col.3.

C2. Job.5 Non audierunt.&c.] Glo. &c. ☞ Quere an.17.tertie ptis.ser. Oim sanctorum. infra in hoc tomo.fo.63.co.3

C3. ps.100 Superbo oculo.&c.] Glo. Augusti. ☞ Quere an.56. tertie ptis.ser. Generalis. fol.283.col.3. Et applica: q2 cor humile Magdalene habuit suas epulas: ex quibus christus pastus est. &c.

C4 puer.31 Mulierem fortem. &c] ☞ Quere ibi per totum capi. quia littera huius capi. cãtatur in ep'la hodierne festiuitatis: ego aũt breuitatis causa nolui eã inserere.

Ex quarta parte Biblie.

C1. Thre.3. Diuisiones aquarũ.&c.] Glo. ☞ Quere annota.10.quarte partis. ser. Penitentie.fo.222.co.2.

Ex quinta parte biblie.

C1. Mar.16 Apparuit primo Marie magdalene.&c.] Glo. ☞ Quere annotatã.1.A.quinte partis.sermonis Ferie.4. Dñice.3.post octauas Pasche.fol.232.co.2.

C2. Luce.7 Rogabat dñm Jesum quidaz phariseus. &c.] ☞ Quere annota.1. quinte partis.sermonis Ferie.6.quattuor tempoꝝ. mẽsis Septẽbris.fol.304.co.4.

C3. Luce.8 Maria que vocat Magdalene.] Glo. Lũ Maria iter faceret cuz dño: & ei ministrare cõmemoratur: celebri eã vocabulo Magdalenã vocat. Ubi eandem peccatricẽ describit: reuerenter eam generali nomine mulierem dicit:

ne nomen tante fame/quod hodie veneramur: prisci erroris nota fuscaret. Maria: amarũ ma re: propter insituz penitẽtie rugitũ: quo ipsa/vel nos singula mala deflemus. Magdalene. i. tur rensis: a Magdalo. i. turri. de qua dicit ps. 60. a. Tu es spes mea turris fortitudinis a facie ini mici. ☞ Reliqua quere ibi: et in Lyra.

C.4. Luce.10 Et respondens/dixit illi dñs. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere an. 1. fere per totũ: maxime lra. E. F. quinte partis. sermonis Assumptiõis virginis. fol. 41. co. 1.

C.5. Luce.15 Omnia mea tua sunt.] Lyra. ☞ Quere an. 1. fere p totũ: et maxime lra. E. quinte partis. sermonis Sabbati dominice. 2. quadragesime. folio. 115. col. 4. primi Tomi.

B *Erant autem appropinquantes. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere Annota. 1. A. quinte ptis. sermo. Dñice. 3. post octa. corpo. xpi. fol. 267. col. 3. ꝛc. Et applica ad Magdalenã.

C.6. Joh.12. Ante sex dies pasche. ꝛc.] ☞ Quere an nota. 1. A. ꝛc. quinte ptis. ser. Ferie. 2. Do minice Ramoꝝ. fol. 180. co. 1.

Apollinaris epi et marty.

Ex quinta parte Biblie.

C.1. Mat.16 Si quis vult venire. ꝛc.] ☞ Quere an nota. 3. quinte ptis. ser. vnius martyris. infra in cõi sctõꝝ. fol. 8. col. 2.

Christine virginis.

Ex quinta parte Biblie.

C.1. Mat.13. Simile est regnum celorum thesauro. ꝛc.] ☞ Quere annota. 1. quinte partis. ser monis vnius virginis. infra in cõmuni sancto rum. folio. 25. co. 3.

Vigilie Jacobi apostoli.

Ser. anno. Ex quinta parte Biblie.

C.1. Joh.15. Hoc est preceptũ meum. ꝛc.] ☞ Quere an. 2. quinte partis. sermonis vigiliaꝝ apostoloꝝ. in cõi sctõꝝ. fol. 2. co. 4.

Diei Jacobi apostoli.

Ex tertia parte Biblie

C.1. Eccl.13. Inter medium. ꝛc. De fructu. ꝛc.] Glo. ☞ Quere an. 26. A. B. tertie par. ser. Prelatoꝝ. fo. 113. col. 3.

C.2. Rom.13. Hora est iam nos de somno surgere.] Glo. Augu. Si surgis antequã lux surgat. Lux est xps: post quẽ surgendũ est: nõ ante: vilet fa cit qui se ei preponit: volens hic esse altus/vbi il le humilis fuit: vt et filij Zebedei. Sed resurre ctio. i. exaltatio sequit sessionẽ. i. humiliationẽ: vt lux nostra xps post mortem surrexit altus. ☞ Reliq̃ quere in q̃nquagena Augustini.

Ex quinta parte Biblie.

C.1. mat.10. Jacob⁹ Zebedei.] Lyra. Scʒ fili⁹. Et iste dicit Jacob⁹ ma ior respectu alterius Jacobi/ triplici ratione. Scʒ ratione vocationis: qꝛ prior vocatus a xpo. Secundo ratione fami liaritatis: qꝛ xps ipsum ad se creta sua admittebat. vt patet in transfiguratio ne. Mat. 17. Et in suscitatione puelle. Marci. 5. Tertio ratione passionis: qꝛ prim⁹ inter apo stolos est ad dei gloriam translatus per marty rium: vt habetur Actu. 12. ☞ Quere de hoc an. 1. A. ꝛc. quinte ptis. ser. Sabbati. Dñice. 1. quadragesime. fo. 104. co. 1. ꝛc. Et an. 2. A. ꝛc. quinte p. ser. Aploꝝ. fol. 84. co. 3. tertij tomi.

C.2. Mat.20. Accessit ad Jesum. ꝛc.] vsq; *Paratũ est a prẽ meo.] ☞ Quere an. 1. D. ꝛc. quin te p. ser. Ferie. 4. Dñice. 2. q̃drag. fo. 109. co. 2.

Ex sexta parte Biblie.

C.1. 1.coꝛ.15 Visus est Jacobo. ꝛc.] Lyra. Dicũt aliq̃. q̃ ista apparitio fuit in die re surrectiõis. Vouerat enĩ Jacobus se non comesturũ panẽ donec vide ret xpm resurrexisse. Alij dicunt/q̃ Jacob⁹ post apparitiões alias habuit specialeʒ apparitionẽ: ppter specialẽ deuotionem et simi litudinem ad xpm.

C.2. Actu.12 Misit Herodes rex. ꝛc.] ☞ Quere an. 1. sexte. p. sermo. apostoloꝝ Petri et Pauli. Folio. 30. Col. 2.

Christophori et Cucufati

martyrũ. Ex quinta parte Biblie.

C.1. Luce.21. Cum audieritis prelia. ꝛc.] ☞ Quere an. 8. quinte partis. ser. plurimoꝝ marty rum. in cõi sanctoꝝ. fo. 18. co. 2.

Anne matris Marie.

Ser. an. Ex prima parte Biblie.

C.1. Nu.16. Operuit nubes. ꝛc.] Glo. Orige. ꝛc. ☞ Quere an. 45. pme p. ser. Ge neral. fo. 252. co. 3. Et applica ad tri bulationẽ Anne: et opprobriũ sterili tatis suc. ꝛc. sub the. In tribulatio ne mea inuocaui dñʒ. ꝛc. ps. 17. vl. Tribulatio nẽ et dolorẽ inueni: et nomẽ dñi inuocaui. ps. 114.

Ex quarta parte Biblie.

Ex quarta parte Biblie.

C1. Dani.3. Et ambulabāt in medio flāme. ꝛc.] Lyra. Hic ponit liberatio puerorū: vbi tria notant: que solent accidere in tribulatione iustoꝝ. s. cōmendatio superne equitatis: condescensio diuine bonitatis ꝛ collaudatio diuine maiestatis. ☞ de quib⁹ vide tu ibi diffuse: et applica ad tribulationē Anne ob suā sterilitatē. ꝛc. prout in ei⁹ historia. C Brito in expositiōe. 2. plogi Hiero. super Jonā ppe finem dicit: ꝙ Sephorim fuit oppidū vn̄ fuit oriūda Anna mater btē virginis.

Ex quinta parte biblie.

C1. mat. 13. Simile est regnum celoꝝ thes. ꝛc.] ☞ Quere an. 1. quinte ptis. ser. vni⁹ virgis. in cōi sctōꝝ. fol. 25. co. 3.

C2. Lu. 2. Et erat Anna. ꝛc.] ☞ Quere anno. 1. B. ꝛc. quinte ptis. ser. Dn̄ice infra oc. Natalis dn̄i. folio. 37. co. 3. ꝛc. Et applica: ꝙ Anna mater virginis supgressa est alias sui noīs.

Ex sexta parte Biblie.

C1. 1. coꝛ. 7. De quibus. ꝛc.] Glo. ☞ Quere an. 2. sexte partis. ser. Dn̄ice. 1. post oc. Epiphanie. fol. 56. co. 4.

C2. Gala. 1. Iacobum fratrem. ꝛc.] Glo. ☞ Quere an. 1. sexte ptis. ser. aploꝝ Philippi ꝛ Jacobi. fo. 18. co. 3. Et an. 4. sexte partis. ser. Marie generalis. folio. 76. col. 1.

Pantaleonis martyris.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Mat. 16 Si quis vult. ꝛc.] ☞ Quere an. 3. quinte partis. ser. vnius martyris. in cōi sctōꝝ fo. 8. co. 2. Et in annotamentis ser. Martyrū: per applicationē. fol. 89. co. 1. tertij tomi.

Nazarij et Celsi martyrū.

Ex quinta parte Biblie.

C1 Luce. 21. Cum audieritis prelia. ꝛc.] ☞ Quere an. 8. quinte par. ser. plurimoꝝ martyrū. in cōi sctōꝝ. folio. 18. col. 2.

Marthe hospite xp̄i.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Luce. 10 Intrauit Jesus. ꝛc.] ☞ Quere an. 1. quinte p. ser. Assumptiōis Ṽginis. fo. 40.

Felicis simplicis ꝛ beatricis martyꝝ.

Ex quinta pte biblie.

C1. Luc. 21. Cum audieritis prelia. ꝛc.] ☞ Quere an. 8. quinte partis. ser. plurimoꝝ martyrum. in cōi sanctoꝝ. fo. 18. co. 2.

Abdon et Sennē marty.

C1. Lu. 21. * Cum audierit⁊ prelia. ꝛc.] ☞ Quere. ꝛc.

Germani episcopi.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Lu. 12. Sint lumbi vestri. ꝛc.] ☞ Quere an. 6. quinte ptis. ser. vni⁹ confessoris pōtificis. in cōi sctōꝝ. fol. 21. co. 4.

Augusti festa.

Vincule Petri apostoli.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Mat. 14 Iussit dn̄s Jesus discipulos suos ascēdere. ꝛc.] ☞ Quere an. 1. per totuz. quinte partis. sermo. octauaruz apostolorum. in cōi sanctoꝝ. fo. 5. co. 1. Et de hoc an. 16. prime p. ser. Gn̄alis. fo. 249. co. 3. Et vide aliqua de alijs festis Petri apostoli.

Felicis martyris.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Mat. 16 * Si quis vult. ꝛc.] ☞ Quere. ꝛc. vt supra.

Stephani pape ꝛ martyris

Ex quinta pte.

C1. Mat. 25 Homo quidā peregre. ꝛc.] ☞ Quere an. 1. quinte partis. ser. vnius confessoris pontificis. in cōi sctōꝝ. fo. 19. col. 1.

Inuētiōis scti stephani.

☞ Quere anno. 1. quinte partis. ser. natalis eiusdem. fol. 27. co. 4. primi tomi.

Petri episcopi Exomen̄.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Luc. 12 Sint lumbi vestri. ꝛc.] ☞ Quere anno sta. 6. quinte partis. ser. vnius cōfessoris. pontificis. in cōi sctōꝝ. fol. 21. co. 4.

Marie niuium.

Ex quinta parte Biblie.

C1. Luc. 11 Loquente Jesu. ꝛc.] ☞ Quere Anno tamē. 1. E. quinte partis ser. Dn̄ice. tertie quadragesime. Folio. 121. col. 3. primi Tomi. Et applica ad hec aliqua de annotamentis ser. Marie Gn̄alis: incipien̄. fo. 72.

Dominici ordi. pdicatoꝝ.

Ex quinta parte Biblie.

Ca. Mat. 5. Vos estis sal terre. ꝛc.] ☞ Quere an. 1. quinte partis. ser. vnius doctoris. in cōi sanctoꝝ. fol. 22. col. 1.

Transfiguratiōis dñi.

Ca. Exo. 34. Sermonis an. Ex prima parte Biblie.

Videns aūt Aaron ꝛ filij Israel cornutā Moysi faciez. ꝛc.] Glo. Orige. ☞ Quere an nota. 92. prime partis. ser. Generalis. fol. 256. co. 3. Sequit immediate.) ¶ Orige. Illud quoqꝫ intuere/ ꝙ in lege vultus Moysi glorificatur: licet velamine contegatur. Manꝰ intra sinū missa leprosa facta est. In quo mihi videt forma totiꝰ legꝭ plenissime designari. In vultu. n. sermo legis: in manu opa significant. qꝛ ergo ex opibꝰ legis ꝛ nullus erat iustificandus: nec aliquē ad perfectū poterat ducere lex. Manus leprosa fit: ꝛ in sinū recōdit: tanqꝫ nihil pfecti operꝭ habitura. Facies ḡ glorificat: sed velamē tegit: qꝛ sermo eius habet sciētie gloriā: sed occultā. Vñ ps. 50. b. Incerta ꝛ occulta sapiētie tue manifestasti mihi. Facies ḡ Moysi habet gloriā: manus ꝯtumeliā. Deniqꝫ soluere iubet calciamētū suū: sic nulla gloria erat in pedibꝰ eius: licꝫ hoc fieret nō sine mysterio. Nouissima enim pars hominis pedes sunt. Ostendebatur ergo/ ꝙ nouissimis tēporibus solueret calciamentū suū Moyses: vt aliꝰ acciperet spōsam/ ꝛ illa vocaretur domus discalciati/ vsqꝫ in presens. Nihil ḡ in lege gloriosuꝫ habet Moyses nisi solam faciem. In euangelio autem totꝰ glorificatur. Unde Matth. 17. a. Apparuerūt Moyses et Helias in gloria loquentes cum Iesu. Hic non dicitur quia vultus eius glorificatus est: sed quia totꝰ apparuit in gloria loquēs cum Iesu: vbi completur quod ei promissuꝫ est in mōte Sina. Exodi. 33. d. Posteriora mea videbis. Vidit enim que in posterioribus dicbꝰ facta sunt/ et gauisus est: quia non solum vultu glorificatus de mōte descendit: sed totus glorificatus ascendit ex monte: et cum (de quo dixerat. Deute. 18. c. Prophetam suscitabit vobis deus vester ex fratribꝰ vestris sicut me. ꝛc.) Nūc adesse cernebat et fidem facere sermonibꝰ suis. Et ne cunctaretur in aliquo: audit patreꝫ dicentem. Matthei. 3. c. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui/ ipsum audite. Moyses dixit. Illum audietis. Pater dixit. Ipsum audite: presentē ostēdit. Gaudet etiam Moyses/ qꝛ ꝛ ipse nunc quodāmodo velamen deponit conuersus ad dñm/ cum euidenter que predixit implentur. Vel cum tempus aduenit/ vt per spiritū/ que obtexerat reuelentur. Sed videamus quid dicat Apls. 2. Coꝝ. 3. d. Dñs autem spiritus est: vbi aūt spiritꝰ dñi/ ibi libertas. Puto ꝙ verbum dei pro eo ꝙ auditoribus interest: nūc via: nūc veritas: nūc vita: nunc resurrectio nominat: nūc etiā caro: nūc vero spiritꝰ. Quāuis eīn vere ex virgine substātiam carnis acceperit: in qua crucem pertulit: resurrectionē initiauit: dicit tñ Apostolꝰ. 2. Coꝝ. 5. c. Et si cognouimꝰ xp̄m sm carnem: sed nunc iā nō nouimus. Qꝛ ergo nūc sermo eius ad subtiliorē intelligentiā prouocat: ꝛ vult nos nihil carnale in lege sentire: dicit: vt qui vult auferre velamē/ cōuertatur ad dñm: non quasi ad carnem: sed q̄si ad spiritū: vt de carnalibus ad spiritualia veniat/ ꝛ de seruitute ad libertatem. Vbi enim spiritus dñi/ ibi libertas. Alibi autem dicit. Nihil iudicaui me scire inter vos nisi Jesum xp̄m: et hunc crucifixum. 1. Coꝝ. 2. Istis nō dicebat: qꝛ dominus spiritus est ꝛ dei sapientia: qꝛ non poterant agnoscere xp̄m: sm hoc ꝙ sapiētia est: sed sm hoc ꝙ crucifixus est. Illi autem quibus dicebat. Sapientiā loquimur inter perfectos/ nō huius seculi: sed dei sapientiā in mysterio abscōditam: non indigebāt verbo dei/ sm hoc ꝙ verbum caro factum est: sed sm hoc ꝙ sapientia in mysterio abscondita est. His ergo/ qui ad spūalem intelligentiā prouocant dicit. 2. Coꝝ. 3. d. Dñs autem spūs est: vbi aūt spūs domini/ ibi libertas: qꝛ. s. conuersi ad dñm de seruitute seculi liberati/ libertatē sciētie requiramus.

Ex quinta pte biblie.

Assumpsit Jesus. ꝛc.] ☞ Quere an. 1. per totū quinte ptis. ser. Sabbati dñice. 1. quadragesime. fo. 104. co. 1. Et de hac materia qre an. 1. d. p̄ncepar. ser. Pugne. fol. 165. Columna. 4. Ca. Mat. 17

Et post dies sex assumpsit Jesus Petrū et Jacobū ꝛ Johānē: ꝛ ducit illos in montē excelsum seorsum solos.] Ly. Hic ponit incitatio ad martyriū facto. Illud d. n. qd̄ maxime excitat ad tolerātiā martyrij/ est magnitudo p̄mij: q̄ magis mouet visa q̄ꝫ audita: idō xp̄s ondit tribꝰ principalibꝰ suis discipulis gloriā resurrectiōis in trāsfiguratiōe: in q̄ ondit se eis i claritate glorie. Et p̄mo describit ista ostēsio. Scdo ex h̄ mouet questio/ ibi. Et interrogabāt eū. ꝛc. Sētētia istaꝝ partiū ptꝫ ex dictis Mat. 17. ☞ prout inuenies an. 1. p totū. quite p. ser. Sabb. dñice. 1. q̄dragesi. incip. fo. 104. Et an. 1. p totū. quite p. ser. Ferie. 4. dñice. 1. Aduētꝰ. fo. 2.) Exceptis q̄ sequunt. * Et trāsfiguratꝰ ē. ꝛc.] Nō est intelligēdū: ꝙ figura corpoꝝ xp̄i fuerit mutata: sꝫ qꝛ si Ca. Mar. 9. A

gura est in extremitatib⁹ corpoꝝ: ⁊ similit̃ clari
tas glorie: quã tūc in corpore suo habuit/ est in
extremitate corporis: ⁊ ideo vocat̃ transfigura=
tio: ⁊ per talē modū loquendi dicit Apl's Phil'.
3.d. Saluatorē expectamus dn̄m nostrū Jesū
xp̄m: qui reformabit corpus humilitat᷑ nostre
configuratū corpori claritatis sue. ✳ Et venit
vox. ⁊c.] Sicut in baptismo xp̄i auditū est testi
moniū patris de filio eius naturali: sic ⁊ in trāſ=
figuratione. Cui⁹ ratio est: q2 hoies fiūt filij dei
adoptiui per assimilationē ad filiationem natu
ralē ipsius xp̄i: que quidē assimilatio fit dupli
ter. Uno modo in presenti per gratiā. Alio mo=
do in futuro: ⁊ perfectius per gloriā. ſm illud. 1.
Johā. 3. a. Nunc filij dei sumus/ ⁊ nondū appa
ruit quid erimus. Scimus/ qm̄ cū apparuerit
similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est.
In baptismo vero xp̄i data est aquis virtus re=
generandi per gratiā. In transfiguratione vero
ostēsa est claritas glorie in corpore xp̄i. Et q2 in
istis duobus assimilant̃ hoies filio dei natura=
li: ideo cōueniens fuit: vt in baptismo xp̄i ⁊ ei⁹
transfiguratione audiret̃ testimoniū patris de
eius naturali filiatione.

B Moralr ✳ Et post dies sex. ⁊c.] Lyra. Mora. Sex dieb⁹
factus est mūdus. Gen. 1. Propter qđ per sex di
es figurari potest tot⁹ mundi decursus (quo cō=
pleto) xp̄s suos vere discipulos. i. electos ducet i
montē excelsum. i. in celū empyreū gloriosos in
anima ⁊ corpore/ videntes eius gloriā singula
rē. ✳ Et apparuit illis Helias cū Moyse. ⁊c.]
Idest legē ⁊ ꝓphetas cū euangelio cōcordātes.
Qđ aūt Petrus dixit/ faciamus hic tria taber
nacula: nesciuit quid diceret. Nā omnium erit
vna gloria: sicut vnus denari⁹ diurnus: licet in
illa sint diuersi gradus.

C Glosa. ✳ Et post dies sex. ⁊c.] Glo. Hiero. Post cōmi
nationē crucis: resurrectiōis gloria ostendit̃. vñ
sequitur. ✳ Post dies sex assumpsit Jesus Pe
trum ⁊ Jacobū ⁊ Johānem.] Ut nō timerēt op
probria crucis: q̄ oculis suis viderant gloriā fu
ture resurrectiōis. ✳ In montē excelsū.] Bed.
In montē vt oraret. ſm Lucā capi. 9. d. In mō
tem oraturus/ ⁊ sic transfigurandus ascēdit: do
cens eos/ qui fructum resurrectiōis expectant:
qui regem in decore suo videre desiderant: men
tem in excelsis habere: ⁊ cōtinuis precibus incū
bere. Tres solūmodo discipulos secū ducit. Ul'
q2 multi vocati/ pauci vero electi. Uel q2 qui fi
dem sancte trinitatis incorrupta mēte seruaue=
rit: tūc eterna eius visione merebunt̃ letari. ✳
Transfiguratus.] Beda. Nō verā substantiā
carnis amisit: sed gloriā future sue vel nr̄e resur
rectiōis ondit. Talis post iudiciū cūctis appa=
rebit elect᷑. In iudicio in forma serui ⁊ bonis et
malis: vt impij quem spreuere: quē iudei nega
uere: milites quē crucifixere: Pilat⁹ Herodesq̄
quē iudicauere/ nequeant iudicē agnoscere. ✳
Uestimenta ei⁹. ⁊c.] Uestimēta dn̄i sancti. vñ
Gal'. 3. d. Qui in xp̄o baptizati est᷑/ xp̄m indui
stis. Hec in mundo dn̄o manente videbant̃ de=
specta: sed ipso montem petente/ nouo cādore re
fulgent. Q2 nunc q̄dem filij sum⁹ dei: sed nōdū
apparuit/ qđ erimus. Cum ergo apparuerit/ si
miles ei erimus: q2 videbimus eum sicuti est. 1.
Johā. 3. a. vnde subdit̃. Qualia fullo. ⁊c. ✳ Et
apparuit illis. ⁊c.] Moyses sanctus mortuus.
Deut̃. 34. b. Helias viuus in celū raptus: vt dr̄
4. Regū. 2. b. Uisi in maiestate cū dn̄o (vt Lu.
dicit ca. 9.) futurā in illo omniū sanctoꝝ gloriā
significāt: qui tēpore iudicij vel viui in carne re
perient̃ vel mortui. ✳ Helias cū Moyse.] Bed.
Legislator ⁊ eximius ꝓphetaꝝ apparēt: loquū
tur cū dn̄o in carne viuēte/ ostendētes ip̄m esse:
quē lex ⁊ ꝓphete ꝓmiserunt/ nō in infimis: sed
in monte cū illo: q2 qui terrena deside ia mente
transeunt: solui maiestatē scripture sancte: q̄ in
dn̄o impleta est/ ꝯspiciunt. ✳ Rabbi. bonū est
nos hic esse.] Quāuis stupefactus: insitum tñ
affectū sibi indicat: oblitus sanctis regnū ꝓmit
ti: nō in terris/ sed in celis: ⁊ se ⁊ coapl'os morta
li carne indutos immortalis vite statum subire
non posse: ⁊ domū manufactā necessariā nō ce.
Legi quoq̄ ⁊ prophetis ⁊ euangelio tria taber
nacula facere cupit: cū nō possint separari: vnū
habentia tabernaculum. i. ecclesiam dei. ✳ Bo
num est nos hic esse.] Multo ergo melius cho=
ris sctōrum interesse: deitatis perfrui visione: si
sic delectat humanitas xp̄i trāsfigurata: ⁊ duo=
rum societas ad punctū ostensa. ✳ Nubes ob=
umbrās.] Unde q2 quesiuit materiale taberna
culum: nubis accepit vmbraculū: vt discat in re
surrectione non tegmine domoꝝ: sed sp̄ūssancti
sanctos esse ꝓtegēdos. ✳ Hic est fili⁹ me⁹. ⁊c.]
Q. hic vere est ille: quē Moyses iste vobis pro=
misit. Huic auscultate: ⁊ oēs auscultare iubete.
Nota q̄ sicut in baptismo/ sic in mōte mysteriū
trinitatis declarat̃: q2 gloriam eius: quā in ba=
ptismo credentes confitemur: in resurrectiōe vi=
dentes collaudabim⁹. Hic spiritus in nube lu=
cida: illic in columba: q2 quam percipit fidem:
quisquis simplici corde seruat: tunc luce aperte
visionis/ quā crediderat cōtemplabitur: ipsaq̄
illustrabitur gratia: ⁊ in perpetuū protegetur.
✳ Et statim circūspicientes/ neminem ampli⁹
viderunt nisi Jesum tm̄ secum.] Beda. Cum
fieret vox sup filium hominis: inuentus est ipse
solus. Q2 cum manifestauerit seipsum electis/
erit deus omnia in oibus: immo ipse cum suis
vnus per oia xp̄s. i. caput cū corpore splēdebit.

vnde Johã.3.b. Nemo ascendit in celũ nisi qui descẽdit de celo/filius hois qui est in celo. * Et precepit illis.⁊c.] Non vult gloriã regni futuri ⁊ triumphi/quã in mõte ostẽderat publice ꝑdicari:ne ⁊ incredibile esset ꝓ magnitudie: ⁊ post tantã gloriã apud rudes animos:sequens crux scandalum faceret. ☞ Reliq̃ quere ibi:maxime in Additiõe ⁊ Replica.

Cᵹ. Luce 9. Dico autẽ vobis.⁊c.] Lyra. ☞ Quere
A an.4.quinte partis.ser.Martyrũ.fo.89. col.4.tertij tomi. Sequitur postea. * Et facta est dũ oraret/spẽs vultus eius altera.] Ly. Nõ est intelligendũ ꝙ quãtitas vel figura faciei xpi fuerit mutata:sed a gloria anime tunc redũdauit in corpus ipsius claritas:que est proprietas ipsius corporis gloriosi.

B Moralit. * Factũ est aũt post hec verba.⁊c.] Moralit. Per Petrũ in fide feruentissimũ/significatur fidei feruor. Per Jacobũ inter apostolos primo martyrizatũ/constantie vigor. Et per Johãnẽ virginem/munditie decor. Ista tria cõscendere faciunt cum xpo montem contemplationis/et ibi videre speciẽ future beatitudinis: et Moysẽ ⁊ Heliã cũ Jesu loquentes.i.concordiã legis et ꝑphetarꝫ cum euangelio:et audire verbũ illud mentis auditu. Hic est filius meus dilectus.⁊c. et dicere per experientiã dulcedinis diuine. Bonum est nos hic esse.⁊c.

C Glo. * Post dies octo.⁊c.] Glo. Alij:qui sex dies tantum numerãt:post sex etates seculi sanctis a labore quiescendũ signãt. Lucas:qui ⁊ primum: quo ꝓmittit: ⁊ vltimũ: quo ꝓmissio impletur/ connumerat:octaua innuit resurgendũ. Nã sicut xps post sextã sabbati:qua crucẽ ascendit: ⁊ post septimã sabbati:qua in sepulchro quieuit: octaua die resurrexit: Sic nos post sex seculi etates:quibus ꝓ dño patimur ⁊ laboram⁹: ⁊ post septimã quietis animarꝫ:que interim in alia vita geritur/octaua etate resurgemus. * Assumpsit Petrũ.⁊c.] Tres tm̃ ducit. Qꝛ multi vocati:pauci electi. Mat.20.b. Et qui fidem trinitatis inuiolatã seruãt: eterna merent̃ visione letari. Scit meritorꝫ cognitor perfectiores fuisse ceteris tres apostolos. Signant illos:qui habẽt fidem/spem/charitatẽ. Vel per Petrũ prepositi/ siue coniugati.per Jacobũ penitẽtes:vel actuales.per Johannẽ virgines:vel theorici. * Ascẽdit in montem.] In montem oratur⁹ ascendit: vt innuat/qꝛ qui resurrectionẽ expectant: mentem in excelsis eleuare: ⁊ continuis precibus debent insistere. Pro possibilitate cuiusqꝫ minuit̃ verbum:aut crescit: ⁊ nisi altioris prudentie cacumen ascẽdas:nõ tibi apparet sapiẽtia:nõ apparet mysteriorꝫ cognitio:non apparet quanta sit gloria: quãta sit spes in dei ꝟbo: sed apparet sermo natus ex virgine:litterarꝫ opertus inuolutionib⁹. Sed ascende/crede natũ de virgine: natũ de spiritu:triumphãteꝫ in cruce: mortuos suscitantẽ: iã perfecta est verbi facies altera. * D
Et facta est species vultus altera.] Trãsfiguratus:non substãtiã vere carnis amisit:sed gloriã vel sue vel nostre resurrectiõis ostẽdit: qui qualis tũc aplis:talis post iudiciũ cunctis apparebit electis. Nam in ipo iudicio ⁊ bonis ⁊ malis in forma serui apparebit: vt videant/in quẽ pupugerũt. * Et vestimẽta eius.⁊c.] Vestes dñi: sancti sunt:qui xpm induerunt: que vestis dño in terris cõsistente/despicabilis/ ⁊ aliorum similis visa est:sed dño montem ascendẽte fulget: qꝛ nondum apparuit quid erimus:sed tandẽ similes ei erimus:qñ videbimus eum sicuti est. Vl' vestimẽta verbi sermones sunt scripturarꝫ: ⁊ q̃dam indumenta diuini intellectus: qꝛ sicut illis apostolis in altera specie apparuit: ipse ⁊ vestis eius refulsit:ita ⁊ oculis mentis tue iã diuinarum sensus albescit lectionũ. * Ecce duo viri.⁊c.] Notandũ est:nõ corpora vl' animas Helie vl' Moysi apparuisse:sed ex aliqua subiecta creatura illa corpora formata fuisse. Potest etiam credi angelico ministerio illud factum esse/ vt angeli eorꝫ personas assumerent. Mortu⁹ et viuus apparent:vt significent xpm moriturũ ⁊ post victurũ: ⁊ vt viuam⁹ xpo: ⁊ moriamur mũdo. Etiã aplis dat signũ de celo/ vt fides eorꝫ augeatur:sed scribis tentãtibus dare noluit/ vt indurarentur. * Erant autẽ Moyses.⁊c.] Per E
Moysen infernales: per Heliã celestes: per apostolos terrestres ad iudiciũ venturi significant̃. * Dicebant excessum.⁊c.] Moyses.i.legislator: ⁊ Helias ꝑphetarꝫ eximius/apparent cum verbo: vt ostendãt ipsum esse: qui locutus est in lege ⁊ ꝑphetis: ⁊ quem lex ⁊ ꝑphete ꝓmiserũt: qui non in infimis:sed in monte visi sunt:quia soli mẽte excelsi maiestatem scripture:que in domino impleta est/ perspiciũt. * Dicebant excessum eius:quem completurus erat in Hierlm.] qꝛ lex ⁊ prophete quoscũqꝫ in cacumine fidei inueniunt dispensationis sue mysterium docent. Per Moysen mortuum significant̃ sancti: qui ab initio mundi vsqꝫ ad diem iudicij defuncti/ in ipso iudicio sunt resuscitandi. Per Heliã viuenteꝫ:qui viui inuenient̃: qui in maiestate videntur:qꝛ cum xpo regnabunt gloriosi:qui excessum eius dicunt:quia tunc sancti misericordiam domini laudabunt: qui pro salute eoruꝫ dignatus est mori. Tres testes habem⁹ de terra: tres de celo: Moysen ⁊ Heliam ⁊ ipsum patreꝫ. Septimus in medio eorũ est dei filius:cum soleat sufficere testimonium trium: ⁊ hic est testimonium plurimorũ. * Grauati erãt somno.] F

Somno grauantur: qꝛ splendore incomprehensibilis deitatis premitur sensus humani corporis. Uel somno grauantur: vt resurrectiõis gloriam post corporis quietem viderēt: ꝛ sancti converius maiestatē dn̄i videbunt: quo carnis sue: in qua mortem vicerant: immortalitate gaudebunt. Tunc Moysen ꝛ Heliam speculabunt in gloria: qꝛ melius intelligēt quomodo vnū iota aut vnus apex nō preteribit a lege: ꝛ quomodo dominus legē ꝛ prophetas non soluerit: sed adimpleuerit. * Bonum est. ꝛc.] Qui ad mōtana conscenderat: non vult ad terrena descendere: sed semp in sublimi perseuerare: ꝛ est Petrus in persona ingredientium regnuȝ dei. * Bonū est nos hic esse.] Bonū est in regno dei esse: quasi nos soli hac luce fruemur/ non iudei iniudi.
G * Tria tabernacula.] Idest verba/ cogitationes/ opera. * Unum Moysi.] Quō noscunt/ quos ante non viderunt? Per maiestatem supcos veniētem/ sicut in futura resurrectiōe vnusquisqꝫ alterum cognoscet/ ꝛ desiderata in altero alter per charitatē intelliget. * Nesciens quid diceret.] Et si Petrus ex infirmitate humana nescit quid dicat: insiti tñ dat ardoris indiciuȝ: dum eos/ quos videre delectabat: etiā officio sistere querit. Errabat: qꝛ in terra ꝛ ī hac mortali carne/ sibi ꝛ coapl'is suis dari cupiebat regnuȝ: quod in celis ꝛ carne mortali spoliatis est promissum. Sic errat: qꝛ tria tabernacula legi ꝛ ꝓphetis ꝛ euangelio facere desiderat: cū hec abinuicem nō discrepent: non tria/ sed vnum habentia tabernaculū. i. ecclesiam dei. * Facta est nubes. ꝛc.] Et si Petrꝰ ex infirmitate ignorat: placet tñ obsequij deuotio. vnde ꝛ nubes obūbrat: diuini spiritus est ista obumbratio/ q̄ non caligat affectibus hoīm: sed reuelat occulta: cuius profectus ostenditur audita voce dicentis. Hic est filius meus. ❡ Qꝛ materiale quesiuit tabernaculū: nubis accepit obumbraculuȝ: vt discat in resurrectione non tegmine domoꝝ: sed spiritussancti gloria sanctos esse ꝓtegēdos. * Et timuerunt.] Timēt: qꝛ humana fragilitas conspectum maioris glorie ferre nō sustinet: ꝛ quāto quis ampliora quesierit: tanto magis ad inferiora collabitur: si mensuram suam ignorauerit.
H * Facta est vox. ꝛc.] Uox patris Petrum (sublato terrore) docet veritateȝ. Et nota q̄ sicut dn̄o baptizato: sic ꝛ transfigurato mysteriū trinitatis declaratur: quia gloriam/ quā in baptismate confitemur: in resurrectione videbimus. Spiritus in columba: hic in nube lucida: quia qui nunc simplici corde fidem seruat: tūc aperta luce visionis cōtemplabitur quod credidit. Ipsaqꝫ qua illustrabitur gratia ꝓteget. * Inuentus est Jesus solus.] Nō Helias: nō Moyses: sed quem solum videtis/ huic figendum est tabernaculū in corde. Recedūt ergo illi: vbi dominus cepit designari: ne ad seruos vox patris missa puteť. ❡ Typice. Ablata nube: ꝛ euanescētibus Moyse ꝛ Helia solus cernitur: qꝛ legis et ꝓphetarum vmbra discedente: verum lumē coruscante euangelij gratia reperitur. ❡ Tres in principio videntur: vnus in fine: qꝛ in fide perfecta vnū sunt. Omnes eñi in corpore xp̄i vnū sumus. Rom. 12. b. Uel fortasse: qꝛ lex ꝛ prophete ex verbo. que aūt ex verbo ceperunt/ in verbo definunt. Finis eñi legis est xp̄s ad iusticiā omni credenti. * Et ipsi tacuerunt.] Dn̄o iubente tacent/ donec filius hoīs a mortuis resurgat: ne incredibile sit ꝓ rei magnitudine: ꝛ post tantā gloriam apud rudes sequēs crux scandalū faciat. ☞ Reliqua quere ibi.

Ex sexta pte biblie.

SEd speculatores facti illiꝰ magnitudinis ꝛc.] Glo. Transfiguratio dn̄i ꝛ claritas eius: signū erat resurrectionis sue ꝛ nostre. Per Heliā: qui cum eo apparuit: intelligitur resurrectio eorum: q̄ fuerūt ante legē. Per Moysen/ eorum: qui sub lege. Per Petrum ꝛ Jacobum ꝛ Johannem/ eorum: qui sub gratia. Uel per Moysen mortuum/ mortuorum: per viuos/ viuorum. Cl. 2. Pe.

Justi ꝛ Pastoris martyꝝ.

Ex quinta parte Biblie.

CUm audieritis prelia. ꝛc.] ☞ Quere an. 8. quinte ptis. ser. Plurimoꝝ martyꝝ in cōmuni sctōꝝ. fol. 18. co. 2. Cl. Lu. 21.

Ciriaci Largi Smaragdi martyrum.

Ex quinta parte Biblie.

CUm audieritis prelia. ꝛc.] ☞ Quere an. 8. quinte partis. ser. plurimoꝝ martyrum. in cōi sanctoꝝ. fo. 18. co. 2. Cl. Luce. 21.

Uigilie Laurentij.

Ex quinta parte Biblie.

SI quis vult. ꝛc.] ☞ Quere an. 3. quinte partis. ser. vnius martyris. in cōi sctōꝝ. fo. 8. co. 2. Et an. 3. quarte ptis ser. Martyrum: per applicationē. fol. 89. co. 4. tertij tomi. Cl. Mat. 16.

Diei sancti Laurentij.

Ex quinta parte Biblie.

NIsi granum. ꝛc.] ☞ Quere an. 4. quinte partis. ser. vnius martyris. in cōi sctōꝝ. Folio. 9. columna. 2. Cl. Johā. 12.

Sermonis Annota. Ex tertia pte Bib.

Tyburtij martyris.

Ex quinta parte Biblie.

Ca. ...ps. 5. HEc mando. rc.] Quere Annotam. 1. quinte part. sermo. Apostolorum. infra in comuni sanctorum. folio. 3. co. 3.

Clare virginis.

Ex quinta parte Biblie.

Ca. mat. 13. SImile est regnum celorum thesauro.] Quere annota. 1. quinte part. ser. Unius vgi. infra in comuni sctorum fol. 25. col. 3.

Hypoliti et sociorum eius.

Ca. Joha. 2. * Nisi granum.] vt supra. fol. 9. co. 2.

Vigilie assumptionis Ma.

Ex quinta parte Biblie.

Ca. Luc. 11. LOquente Jesu. rc.] Quere Annotame. 1. E. quinte partis ser. Dnice. tertie quadragesi. folio. 121. co. 3. primi Tomi.

Assumptionis Marie. ser.

Annota. Ex prima parte Biblie.

Ca. Nu. 17. ET locutus est dominus. rc.] Lyra. Allegorice. Quere Annota. 7. pme partis ser. Marie generalis. fol. 72. col. 2. et applica quod fructuz nobis profert quotidie postquam hodierna die assumpta est in celum. rc. et per oia Annota. huius sermo. Generalis Marie. Quere etiam ad hoc festum.

Ca. Nu. 27. ACcesserunt aut filie Salphaat. rc.] Lyra. Moraliter. Quere Annota. 26. vel 28. pme partis. sermo. Omnium sanctorum. infra in hoc Tomo.

Ex secunda parte Biblie.

Ca. 3. Re. 8. A TUnc congregati sunt omnes maiores: vt deferrent arcã. rc.] Lyra. Moralr. Hic agitur de deportatione arce testamenti ad locuz sibi paratum in templo intra sanctum sanctorum: per quod significatur celum empyreum: qui est locus beatorum/ sicut dictum fuit. Exo. 25. Dictum autem fuit ibidem/ quod per arcaz figurata fuit beata virgo Maria; ppter quod per hanc arce deportationem figurata fuit huius virginis assumptio. Per maiores natu/ duces et principes: qui congregati fuerunt ad Salomonem in arce deportationem: signantur angeli de diuersis ordinibus cum Christo venientes ad beate virginis venerationem in eius assumptione. Hiero. in sermone. Legimus quod sepe ad exequias et funera quorumlibet sanctorum angelos aduenisse et exequijs eorum obsequia prestitisse: necnon et eoruz animas ad celum cum hymnis et canticis detulisse. sequitur. Et quanto magis credendum est hodierna die militiam angelorum cu suis agminibus obuiam aduenisse genitrici dei: eamque ingenti lumine circufulsisse. et vsque ad thronu olim ante mundi constitutionem sibi paratu cu laudibus et canticis perduxisse. Sequitur ibidem. Nec immerito creditur/ quod ipse saluator omniuz per se totus festiuus occurrit; eamque secu in throno collocauit. Et multo post. * Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrez. rc.] B Per quod significatur/ quod beate virginis assumptio debet esse valde celebris omni populo christiano. Unde dicitur in quadam antiphona: Ascendit Christus super celos/ et preparauit sue castissime matri immortalitatis locum. Et hec est illa preclara festiuitas omnium sanctorum festiuitatibus incomparabilis: in qua gloriosa et felix mirantibus celestis curie ordinibus ad ethereum peruenit thalamum: quo pia sui memoru immemor nequaquam existit.

IGitur cuncti pariter et tubis et voce et cymbalis et organis et diuersis generibus musicoru concinetibus. rc.] Lyra. Moraliter. Per istam deportatione arce ad locum sancti sanctorum figurata fuit assumptio beate vginis Marie ad celum empyreu: et ideo per istas melodias vocum et diuersi generis musicorum significata fuit angelorum et electorum exultatio: que quidem exultatio ppter sui magnitudine exprimi no potest vno genere melodie: imo nec omnibus generibus: que sunt vl esse possunt in humanis. Grego. in moral. Balbutiendo (prout possumus) excelsa dei resonamus. Ca. 2. 2. Par. 5.

DIe autem tertia.] Lyra. Moraliter. Beata enim vgo signatur per Hester in assumptione sua: que fuit ornata tertia die dotibus gloriosis. * Et stetit in atrio domus regie.] Na stetit per potentia in celestibus eminentijs. * Cuque vidisset Hester reginam stante: placuit oculis eius.] Virgo beata nanque celesti regi placuit propter plenam corporis et anime gloriam. * Et extendit contra eam virgam auream.] Idest contulit charitatis diffusione. Reliqua quere ibi. Ca. 3 Hester. 5

Ex tertia parte biblie.

Cl.
Ps.23. A
Domini est terra.
⁊c.] Lyra. Psalm⁹ iste littera
liter exponitur de miraculosa
introductione arce testamenti
intra templũ per Salomonez
constructum: quod preuidens Dauid in spũ fe
cit hunc Psalmum. Allegorice vero arca testa-
menti dicitur beata virgo. Propter quod psal-
mus iste sic exponi potest de ꝟginis hui⁹ assum
ptione. In quo primo ponitur xp̄i principatus/
cum dicitur. * Domini est terra. ⁊c.] Secundo
ascendendi ad celestia modus: cum dicitur. *
Quis ascendet in montem dñi? ⁊c.] Tertio vir
ginis ascẽsus ad celestia. Et quoniã in ipsa fue-
runt excellenter que ad hunc ascẽsum suũ dispo
B nunt: ideo de eo dicitur. * Attollite portas prin
cipes vestras.] Id est potestates angelice ad re-
ceptionem huius virginis vos preparate. * Et
eleuamini porte eternales.] Per eleuationẽ por
tarum intelligitur metaphorice virginis intran
tis magnitudo meritoꝝ. * Et introibit rex glo
rie.] Obsequium prestans matri sue. Hiero.
in sermone de assumptione. Nec immerito cre-
ditur ꝙ saluator omniũ per se totus festiuus oc-
currit: eamq̃ secum in throno glorie collocauit.
* Quis est iste rex glorie?] Uerbum est angelo
rum de tanta assumptione admirantiũ. Unde
in persona ipsorum dicitur Cant. 8. a. Que est
ista que ascendit de deserto: delitijs affluens: in-
nixa super dilectum suũ? Et respendetur. * Do
minus fortis ⁊ potẽs. ⁊c.] Ideo potens est hono
rare matrem suam: pro voluntate sua: ⁊ eam ele
uare super omnes ordines angeloꝝ. ☞ Reli
qua quere Anno. 1. tertie partis ser. Ascensionis
domini. fo. 259. col. 1. Et Annota. 1. tertie partis
sermo. Dñice Ramorum. fo. 163. colũ. 3.

Ex quarta parte Biblie.

Cl.
Esai. 16.
Gens iusta ingredietur.] Lyra. Pro
qua dabitur diuina sententia. Ue-
nite benedicti. ⁊c. Loquendo de in-
gressu electorum generaliter in cor
pore ⁊ anima: tamen a tempore pas
sionis Christi aperta fuit ianua ⁊ ingressi sunt
electi defuncti quantũ ad animas: ⁊ aliqui etiã
quantũ ad corpora. ⁊c. ☞ Quere Annot. 3.
quarte partis sermo. Marie generalis. fol. 75.
colũ. 3. tertij Tomi.

Ex quinta parte Biblie.

Cl.
Luce. 10
A Intrauit Jesus in quoddã castellum. ⁊c.]
Lyra. Hic ponitur excusatio Marie erga
sororem suaz: vbi premittitur locus/ cũ dicitur.
* Intrauit Jesus in quoddã castellum.] Scz
Bethaniam. * Et mulier quedam noie Mar-
tha excepit illũ in domum suã.] Ad illam enim
domum Christus frequenter diuertebat ⁊ secu-
re. Tum propter deuotionem ibi habitantium.
Tum quia plura beneficia eis contulerat: quia
ipsam Martham a profluuio sanguinis sana-
uerat ꝑm Ambro. ⁊ Mariam a septem demonĩ
bus liberauerat. * Et huic erat soror noie Ma-
ria. Que etiam sedens secus pedes domini au-
diebat verbum illius.] Intẽta operibus vite cõ
templatiue. * Martha autem satagebat circa
frequens ministeriũ.] Occupata in operibus vi
te actiue. * Que stetit.] Ex fessa labore mini-
sterij discurrendo per domũ/ vt Christus ⁊ eius
discipuli essent conuenienter recepti ⁊ refecti. *
Et ait. Domine non est tibi cure/ ꝙ soror mea re
liquit me solam ministrare? Dic ergo illi: vt me
adiuuet.] Conquerens de ociositate sororis sue B
et de Christi negligentia hoc permittẽtis. * Et
respõdens dixit illi dominus.] Excusando Ma
riam. Inuenitur autem Maria accusata tripli
citer. s. a Pharisco de presumptione seu temeri
tate/ eo ꝙ Christum tetigit recumbentem: vt ha
betur Lu. 7. Item a Juda de prodigalitate co/
ꝙ preciosnm vnguentũ effudit ⁊ pedes Jesu vn
xit. vt habetur Johã. 12. Tertio a sorore de ocio
sitate: vt hic habetur: et vbiq̃ Maria tacuit: et
Christus eam excusauit: ostẽdens pharisco ꝙ fa
ctum Marie non erat presumptionis/ sed deuo
tionis. Item ostendens Jude ⁊ alijs discipulis:
ꝙ illa effusio vnguenti non erat prodigalitatis:
sed pietatis. Item/ quia ostendit sorori ꝙ sessio
Marie non erat ociosa sed melioribus actibus
applicata. ideo sequitur. * Martha martha so
licita es/ ⁊ turbaris erga plurima.] Quia opera
actiue vite solicitudinem ⁊ distractionem mẽtis
inducunt ⁊ frequenter perturbationẽ ingerunt.
* Porro vnũ est necessariũ.] Idest ipse deus: q
vnus est ⁊ pre omnibus querendus. vel vnũ. i.
vnitas mentis ad deum: ⁊ istud respicit vitaz cõ
templatiuaz: per quã mens adheret deo: qui est
simpliciter vnus: ꝑm ꝙ dicit Apostolus. 1. Cor.
6. d. Qui adheret deo/ vnus est spirit⁹: sicut ecõ
uerso. per vitam actiuam intendendo creaturis: C
que multe sunt/ anima diuidit. * Maria opti
mam partez elegit.] Q. d. nõ tu malam: sed illa
meliorem. Distinguitur enim duplex actio a do
ctoribus. Una que consistit in exercitio virtutũ
moraliũ: ⁊ ista disponit ad contemplationẽ: ꝑm
quod dicit beatus Grego. 6. moral. Qui contẽ-
plationis arcem tenere desiderant: necesse est vt
prius in campo actionis se probẽt. Cuius ratio
est: quia ꝑm Philo. 7. phys. Sedendo ⁊ quie-

ſcendo fit anima prudens. ſedatis eĩn paſſioni=
bus ⁊ tumultibus paſſionum per exercitiũ vir=
tutum moraliũ diſponit᷑ anima: vt libere poſſit
eleuari in contẽplationẽ veritatis. Ex quo patz
ꝙ talis actus ordinatur ad cõtemplationẽ ſicut
ad finem. Finis autem melior eſt his: que ſunt
ad finem: ⁊ ideo de tali actione concedunt om=
nes: ꝙ contẽplatio eſt melior. Alia aũt eſt actio:
que ſequitur cõtemplationẽ procedens ex pleni=
tudine cõtemplationis: ſicut eſt docere ⁊ in regi
mine animarũ laborare ⁊ huiuſmodi. De tali
actione dicunt aliqui/ ꝙ eſt melior ipſa contem
platione. ⁊ de iſta actione nõ loquitur hic Chri=
ſtus: vt patet intuenti. Alij vero dicunt/ ꝙ etiam
iſta actione contemplatio melior eſt: quia illud
quod ſimpliciter preeligitur videtur eſſe melius
abſolute: q̃ꝫ illud qd̕ preeligitur tãtũ in caſu: ſi=
cut philoſophari melius eſt ſimpliciter q̃ꝫ ditari:
licet ditari ſit magis eligibile i caſu magne pau
pertatis. Contemplatio autẽ eſt per ſe eligenda:
cura autem ⁊ regimen animarum: ad quod ſpe
ctat populũ docere: ⁊ dirigere in ſalutem: eſt eli=
genda: vl̕ potius ſuſcipienda in caſu neceſſitatꝭ
fraterne. vñ dic̃ Aug. li. 19. de ciui. dei. Ociũ ſan
ctum querit charitas: negocium iuſtuz ſuſcipit
neceſſitas charitatis: quã ſarcinam ſi nullus im
ponit intuende veritati vacandũ eſt: ſi autez im
ponitur: ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſ
ſitatem. * Que non auferetur ab ea.] Opera
enim vite actiue non habent locum niſi in p̄ſen=
ti vita: ⁊ ideo adueniente futura auferentur: ſed
contemplatio prime veritatis nõ tollitur: niſi q̃ꝫ=
tum ad illud: quod eſt imperfectionis: quia vi=
demus nunc per ſpeculum in enigmate: tũc au=
D tem facie ad faciem: ſm ꝙ habetur. 1. Cor. 13. d.
Doctor * Intrauit Jeſus in quod. ⁊c.] Mora. Per qd̕
et etiam per domum: in qua receptus fuit Chri
ſtus: ſignificatur eccleſia: de qua dicitur Canti.
6. d. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Et
illud Johã. 2. c. Nolite facere domũ patris mei
domum negociationis. Jn hac autẽ domo ſunt
tres ſtatus ſcꝫ actiuorũ: qui ſtatus ſignificatur
per Martham. de qua dicitur. * Martha au=
tem. ⁊c] Et contemplatiuorũ: qui per Mariam:
de qua dicitur. * Que etiã ſedens ſecus pedes
dñi. ⁊c.] Et tertius ſtatus eſt militũ ad vtrorũ=
E q̃ꝫ defenſionẽ: ⁊ ſignificatur per Lazarũ militez.
Gloſa * Factum eſt dũ irent ⁊ ipſe intrauit in quod=
dam caſtelluz. ⁊c.] Glo. Habito ſermone de dile
ctione dei ⁊ proximi: ſuperponitur exemplũ vtri
uſq̃ꝫ dilectionis/ nõ tam in ſolo verbo: q̃ꝫ in ope
ris exhibitione. Per iſtas eniz duas ſorores due
ſignificantur vite ſpũales: per marthã operibus
actuoſa deuotio: qua ꝓximo in charitate ſocia=
mur. Per Mariam religioſa mentis intentio in

dei verbo: qua in dei amore ſuſpiramus. Acti=
ua panem vel corporalez eſurienti: vel doctrine
ignoranti tribuit: errantem corrigit: ſuperbũ ad
humilitatem reuocat: que ſingulis expediãt diſ
penſat: contemplatiua charitatẽ dei ⁊ ꝓximi re
tinet: ſed ab exteriori actione quieſcit: ſoli condi
toris deſiderio inheret: ⁊ calcatis omnibꝰ curis
ad videndũ faciem creatoris inardeſcit. et deſi=
derat miſceri ſupernis ciuibus: de eterna in con
ſpectu dñi incorruptione gaudentibus. * Jn
domum ſuaz. ⁊c.] Jntrante Jeſu in domũ: vita
iniqua/ ⁊ ſi aliquando fuerat: aufugit: remanẽt
due vite innocẽtes: laborioſa ⁊ ocioſa: inter eas
melius eſt ipſe fons vite. * Sedẽs ſecus.] Quã
to humilius ſedet/ tãto amplius capit. aqua cõ
fluit ad conuallem de tumoribus collis. Maria
ſedet: quia contemplatiua pacatis vitiorum tu
multibus: optata iam in xp̄o mentis quiete frui
tur. Martha ſtat: qꝛ actiua laborioſa deſudat
in certamine. * Martha autem.] Jntenta erat
maria quomodo paſceretur a dño: intenta erat
martha/ quomodo paſceret dominum. Hec cõ
uiuium parat dño: in cõuiuio domini illa iam
iocundatur. * Domine nõ eſt tibi cure.] Ex il=
lorum perſona loquitur: qui adhuc diuine con
templationis ignari: ſolũ quod didicere frater=
ne dilectionis opus/ deo placitũ dicunt: ideoq̃ꝫ
cunctos qui xp̄o deuoti eſſe velint: huic manci=
pãdos autumant. * Et reſpõdẽs.] Maria nõ
F reſpondet: ſed cauſam ſuã tanq̃ꝫ ocioſa cõmittit
iudici. Si enim pararet reſpondendi ſermonem
remitteret audiendi intentionem. * Martha
martha.] Repetitio indicium eſt dilectionis: vl̕
forte monende intentionis: vt audiret attentiꝰ.
* Porro vnum eſt ⁊c] Proponitur vnum mul
tis: nõ enim a multis vnuz: ſed multa ab vno: ⁊
tamen multa ſunt neceſſaria tẽdentibꝰ ad vnũ.
* Maria optimam partẽ elegit.] Nõ reprehen G
ditur pars marthe: quia ⁊ ipſa bona: ſed lauda
tur pars marie: que quare ſit optima ſubinfert᷑:
* Que nõ aufereẗ ab ea] Contemplatiua hic
incipit: ⁊ in celeſti patria perficietur: quia amo=
ris ignis: qui hic ardere inchoat: cũ ipſum: quẽ
amat/ viderit: in amore amplius igneſcet: non
ergo auferetur contemplatiua: que ſubtracta lu
ce preſentis ſeculi perficitur. Actiua cum corpo=
re deficit: quia in eterna patria panem nõ porri=
git eſurienti: quia nemo eſuriet: nec cetera pieta
tis opera aget/ quia non erunt neceſſaria. cum
preſenti ergo ſeculo aufertur actiua. Merito igi
tur contemplationi omnia iuſtificationum me=
rita/ immenſa virtutum ſtudia poſtponuntur.
* Que non auferetur ab ea.] Ex oppoſito in=
tellige/ ꝙ a martha auferetur pars quam elegit:
quia tranſit labor multitudinis: remanet chari

tas vnitatis.

h Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de Anno.ser. Religiosoꝝ.incipien.fo.136.sub the.* Unum est necessarium.] B. ¶ Uel ser. Ecclesie.folio.64.sub the.* Intrauit Jesus in quoddā castellū.] D. ¶ Uel Marie generalis.fo.72.ꝛ aliorum festorum virginis. ¶ Uel Magdalene.fol.36.col.3. ¶ Uel ser. Fer.2.dñice Ramo.fo.180.pmi Tomi.sub the.* Maria optimā partē.ꝛc.] C.G.

Agapiti marty. Ex quinta parte Biblie.

Cr. Mat.16 Si quis vult post me.ꝛc.] ☞ Quere anno.3.qnte ptis ser. Uni9 mar.fo.8.co.2.

Bernardi abba. Ex quinta parte Biblie.

Cr. mat.5. Uos estis sal.ꝛc.] ☞ Quere An.1.qnte partis ser. Unius docto. infra in cōmuni sanctorum.fo.22.co.1.

Ludouici confesso. Ex quita parte Biblie.

Cr. Luce.12. Sint lumbi.ꝛc.] ☞ Quere An.6.qnte partis ser.vnius confessoris.fo.21.co.4.

Bartholomei apostoli.

Ex quinta parte Biblie.

Cr. Luce.22 Facta est contentio.ꝛc.] ☞ Quere Annota.6.quinte partis sermo. Unius martyris.infra in cōmuni sanctorum.fo.10.co.1.

Genesij martyris. Ex quinta parte Biblie.

Cr. Luc.14 Si quis venit ad me.ꝛc.] ☞ Quere annota.5.quinte partis sermo. Unius martyris infra in cōmuni sanctorum.fo.9.co.2.

Ludouici Regis Francie.

ser. Anno. Ex secunda parte Biblie.

Cr. 4.reg.22 ꝛ.23. Octo annorum erat Josias cū regnare cepisset.ꝛc.] Lyra. Moraliter. Iste qui sancte vixit/ꝛ valde iuuenis regnare cepit: bti Ludouici regis Francie videtur typum tenuisse: qui sanctissime vixit: et coronam regni Francie valde iuuenis suscepit.* Fecit quod placitum erat coram domino.] Idest viuendo sancte ꝛ regnando iuste.* Et ambulauit per omnes vias Dauid patris sui.] Idest Christi: cui9 figura fuit Dauid. Beatus enim Ludouicus/vt Christum per viam paupertatis castitatis et obedientie sequi posset: religionem ingredi voluit: et fecisset si domina regina coniunx sua consentire voluisset: vt scribitur in legenda ipsius. Ipse enim attēdens Christi verbum Matthei.16.d. Si quis vult post me venire/abneget semetipsum: et tollat crucem suam/ et sequatur me. Bis crucem accepit: et bis transfretauit et in terra sancta vitam finiuit.* Anno autem octauodecimo regis Josie.ꝛc.] Tunc enim incepit intēdere reparatione templi: et beatus Ludouicus multas ecclesias ruinosas fecit reparari: ꝛ alias plures de nouo construi: ꝛ multa loca religiosa tam virorum/ꝙ mulieꝝ ad augmentationem diuini cultus fecit edificari: multas etiam domus dei ad sublenationem pauperum: qui sunt membra Christi: construi: et eas bonis temporalibus dotauit: et in his ꝛ consimilibus tot ꝛ tanta fecit: ꝙ si homines tacerent: lapides clamare deberent.* Librum dedit mihi Helchias sacerdos. Quem cū legisset Saphan.ꝛc.] In libro illo erant scripte maledictiones inducēde a domino super legis transgressores: et ad cuius auditum territus fuit Josias attendens peccata regum precedentium ꝛ etiam subditorum: propter quod super hoc quesiuit consilium bonorū. Et similiter sanctus Ludouicus rex audiēs sermones de suorum subditorum transgressionib9 et etiam de suis: licet minime essent: valde dolebat: ꝛ a viris bonis et prudentibus querebat cōsilium emendationis: et per se et per alios executioni diligenter dabat. Et sequitur capi°.23.* Congregati sunt ad eum omnes senes.ꝛc.] Scilꝫ ad ordinandum de correctione malorum ad mitigationem ire diuine. Similiter sanctus Ludouicus rediens de vltra mare: congregauit prelatos ꝛ principes ꝛ reliquos sapientes sui regni ad ordinandum salubria statuta pro bono regni sui ad honorem dei.* Et precepit rex Helchie pontifici.ꝛc.] Sequitur.* Ut proijcerent de templo domini omnia vasa: que facta fuerāt Baal.ꝛc.] Et similiter beatus Ludouicus blasphemias: que fiunt in iuramētis: per totum regnum suum precepit euitari: ꝛ transgressores huius precepti debito modo puniri. alias etiam de ordinationes: que in regis absentia solent in regno pullulare: studuit prout potuit extirpare.* Reuersusꝙ est Hierusalem et precepit omni populo dicens. facite phase.ꝛc.] Per hoc autem figuratum fuit quod beatus Ludouicus in suo reditu in Franciam fecit: que cōueniēter dicitꝰ Hierusalem: idest pacifica: quia terra Francie inter alias terras longo tempore per dei gratiā fuit magis pacifica et quieta. In hac autem Hierusalem beatus Ludouicus ordinauit facere phase: quia tunc temporis multas construi fecit ecclesias ad celebrandum eucharistie sacramentū: qđ est verū phase Christianoꝝ. Et ca.24.* In diebus illis ascendit Pharao.ꝛc.] Con-

trã quem iniit Josias: ꝛ ibidem mortuus: et per seruos suos ad sepulchra regum in Hierusalem reportatus. Per regem Egypti significatur Soldanus Babylonie. que est in egypto: cõtra ipm autem accepit secundo sanctus Ludouicus crucem: ꝛ in illo passagio fuit defunctus: ꝛ inde per homines suos in francia ad regũ sepulchra deportatus.

Ex quinta parte Biblie.

Ca. Mat. 14. Vigilate ergo. ꝛc.] ☞ Quere annota. 1. quinte partis sermonis Unius confessoris laui. infra in cõmuni sanctoꝝ. fo. 25. co. 1.

Augustini episcopi.

Ex secũda parte Biblie.

Ca. 3 Reg. 5 Recipe igitur. ꝛc.] Glo. ☞ Quere annota. 34. secunde partis ser. Prelatorum. fo. 104. Colũ. 2. tertij Tomi.

Ex quinta parte biblie.

Ca. Mat. 5 Uos estis sal. ꝛc.] ☞ Quere Annot. 1. quinte partis. ser. Unius doctoris. infra in cõmuni sanctoꝝ. folio. 22. co. 1. Et Annota. 50. sexte partis serm. Prelatorum. folio. 135. columna quarta.

Decollationis Johannis

Baptiste Sermonis Annotamenta. Ex quinta parte Biblie.

Ca. Mar. 6. A Misit Herodes. ꝛc.] Lyra. In hoc capitulo describit opinio Herodis de Jesu. ꝛ diuiditur in duas partes. scꝫ principalē ꝛ incidentalē. secunda, ibi. misit Herodes. Circa primũ sciēdum ꝙ apostolis predicantibꝰ aduentum Christi: ꝛ eius miracula: quia nõ solum erant pdicãtes: sed etiam facientes miracula in nomine eius. Herodes audiuit famã de Jesu ꝛ credidit (licet falso) ꝙ ipse esset Johãnes baptista: quē ipse decollauerat: ꝛ ꝙ a mortuis surrexisset. Ex quo patet ꝙ iste Herodes non fuit de secta Saduceorum: qui negabant resurrectionem: sed de secta phariseorum: qui eã confitebãtur. vt habet Actuũ. 23. ꝛ hoc est quod dicitur. *Et audiuit rex Herodes: manifestuꝫ enim factum est nomen eius, ꝛ dicebat: quia Johãnes baptista resurrexit a mortuis. et propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant ꝙ Helias est: alij vero dicebant, quia propheta est: ꝙsi vnus ex prophetis. Quo audito Herodes ait. Quem ego decollaui Johãnem, hic a mortuis resurrexit.] Consequenter (in euangelio hodierno) ponitur pars incidentalis. Intētio enim pn̄cipalis euangeliste erat describere gesta christi: et quia propter opinionem Herodis de Christo fecerat mentionem de decollatione Johãnis baptiste: ideo incidentaliter hic describit modũ dicte decollationis. Et primo describit eius incarcератio. secundo incarcerati decollatio: ibi. Herodias autē. tertio decollati tumulatio, ibi. Quo audito discipuli eiꝰ venerunt. ꝛc. Sententia istarum trium partium patet ex dictis Matth. 14. ☞ Et ponet infra in hoc anno.) Lyra super Mat. 14. Circa primum aduertendũ ꝙ incarcerationis ꝛ mortis Johãnis causa fuit ista: quia Herodias. que fuit filia Aristoboli ꝛ soror Herodis Agrippe ꝛ neptis huius Herodis ꝛ Philippi fratris sui: sm quod dicit Josephus ꝛ magister in historijs: fuit coniuncta matrimonialiter Philippo fratri Herodis: quia hoc erat licitum sm legem. Ipsam aũt adamauit Herodes amore illicito: ꝛ ideo eam abstulit fraudulenter fratri suo: de voluntate tamen ipsius Herodiadis. et hoc erat ei illicitũ, vt viuente eius fratre haberet eius vxorem. Johannes autē vir sanctus ꝛ iustus de hoc arguebat Herodeꝫ: propter quod ab eodem captus est ꝛ incarceratus: et hoc est quod dicitur. * Misit Herodes ac tenuit Johãnem, et vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Johannes Herodi. Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui.] Circa partem secundam dicitur. * Herodias autem insidiabatur illi: ꝛ volebat eum occidere, nec poterat.] Idem Lyra super Marcum. Ipsa eñ timebat ne Herodes ad predicationeꝫ Johãnis de peccato suo peniteret: ꝛ eam marito suo redderet: ꝛ ideo querebat mortem Johannis. * Herodes autē metuebat Johannē, sciens eum virum iustum et sanctum ꝛ custodiebat euꝫ: ꝛ audito eo multa faciebat.] Solo eñ metu tenebatur ab interfectione Johannis: quia propter sanctitateꝫ eius que erat nota toti populo, timebat si Johannem interficeret: ne totus populus insurgeret cõtra euꝫ: vt plenius patet Matth. 14. * Et libenter eum audiebat.] Totum istud erat simulatorium: vt ex tali auditu Johannis et obtemperatione dictis eius in aliquibus retineret populuꝫ a rebellione contra ipsum: ꝛ similiter quod postea iurauit dare puelle saltãti quicquid peteret, fuit malitiose factũ: vt ratione iuramenti ꝛ multitudine magnorum cum eo comedentiũ: haberet occasionem decapitandi Johannē: absqꝫ rebellione populi: qui habuit eum excusatuꝫ: saltem in parte propter ista: ꝛ hanc sententiaꝫ tenet Beda super locum istum. Et hoc est quod dicit. * Et

cū dies opportunus accidisset: herodes natalis sue cenam fecit principibus ⁊ tribunis ⁊ primis Galilee.] Idem Lyra super Mat.14. Or ista erat consuetudo apud antiquos/ q̄ principes solennizabant diem sue natiuitatis: et diem etiam natalis imperij sui: in quo scʒ coronabātur. In illo ergo festo. * Cūq̄ introisset filia ipsius herodiadis: ⁊ saltasset.] Idest tripudiasset: ⁊ hoc fuit ex dispositione matris et ipsius herodis. sequitur. * Et placuisset herodi: simulq̄ recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod vis: et dabo tibi. Et iurauit illi: quia q̄cquid petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cum exisset/ dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit. Caput Johannis Baptiste/ Cūq̄ introisset statim cum festinatione ad regem/ petiuit dicēs. Volo vt protinus des mihi in disco caput Johannis baptiste. Et contristatus est rex.] Dicit Beda q̄ licet tristaretur in facie: letabatur tamē in corde. Hoc tamen fuit s̄m apparentiam: ad reprimendum populi seditionem: quod patet primo: quia voluit eum primo occidere: sed retardatus fuit tantū ex populi timore. Secundo q̄ si vellet eum viuere: nō interfecisset eum propter iuramentum: quia in promissione facta in generali etiam cū iuramento nō intelligitur aliquod illicitū sub obligatione cadere: cuiusmodi erat interfectio Johannis. Tertio: quia nō est verisimile: q̄ propter saltationem vnius puelle promisisset sub iuramento etiam medietatē regni sui dare. ⁊ ideo credendum est q̄ totum fuit fictitiū/ vt haberet occasionem apparentē interficiendi Johannē. ita enim ardebat libidine in herodiadem/ q̄ voluit fingere tantā maliciam. Sequit̄. * Propter iusiurandū ⁊ propter simul recumbentes noluit eam contristari: sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco: ⁊ decollauit eum in carcere. Et attulit caput ei⁹ in disco/ et dedit illud puelle: ⁊ puella dedit matri sue.] Primo enim allatum est in presentia herodis. Postea in Hierusalem: ⁊ post in Aquitaniam/ apud eugolistiū. nūc autem dicitur esse Ambianis. Consequenter ponitur tertia pars/ cū dicit̄. * Quo audito discipuli eius: venerunt ⁊ tulerunt corpus eius.] Scilicet de carcere. * Et posuerunt illud in monumento.] Scʒ in Sebaste ciuitate: que antiquitus Samaria dicebatur.

C Moraliter * In illo tēpore audiuit herodes tetrarcha famā Jesu ⁊ ait pueris suis. Hic est Johannes baptista ipse surrexit a mortuis. ꝛc.] Lyra. Mora. super mattheū caplo. 14. Omnes credentes resurrectionem mortuorū dixerunt eos fore maioris virtutis post resurrectionē q̄ ante. per quod moraliter significatur: q̄ resurgētes de morte culpe maiora virtutū opera debent facere/ q̄ ante: vt sic ostendant se deo gratos de sua resurrectiōe. * Dicebat eni illi Johānes. Nō licet. ꝛc.] Nō omittens dicere veritatem propter potestatē herodis: nec propter insidiationem herodiadis. Et in hoc dedit exemplum predicatoribus euangelij: vt propter talia non omittant constantiam veritatem predicandi. * Die aūt natalis. ꝛc.] Per hoc q̄ in conuiuio Johannes precipit decollari ad saltatricis petitionem: et sue matris adultere monitionem: ostenditur q̄ multa mala fiunt propter crapulam: ⁊ mulierū maliciā. Ecclesiastici. 19. a. Vinū ⁊ mulieres apostatare faciunt etiam sapientes. * Et contristatus est rex ꝛc.] Idem super Marcū. 6. capitulo. Beda. Dissimulator mentis sue tristiciam prefert in facie: cum leticiā haberet in mente: scelusq̄ excusat iuramento: vt sub occasione pietatis magis impius fieret: ⁊ ideo per ipsum signātur illi: qui sub religiositatis machinantur opus facere malignantis. Per herodiadē vero signatur luxuria. Per saltatricem dissolutio libidinosa. Per quas Johānis .i. hominis gratiosi: frequenter procuratur mors spiritualis: ⁊ aliquādo corpalis. D Glosa * Philippi fratris sui. ꝛc.] Glosa. Beda. Vetus historia narrat Philippū maioris herodis fuisse filium: ⁊ fratrē herodis: sub quo passus est dn̄s: ⁊ duxisse herodiadē filiā Arethe: et postea Aretha ortis simultatibus filiam suā tulisse. et herodi inimico Philippi in dolorem ipsius nuptijs copulasse. Egisippus vel Josephus tamen longe aliter. * Nō licet tibi habere. ꝛc.] Qui venerat in spiritu ⁊ virtute Helie: herodem arguit et herodiadē. Sicut Helias Achab et Jezabel malens apud regē periclitari/ q̄ immemor esse precepti dei. 3. Reg. 18. c. ⁊ 21. f. Soli herodes ⁊ Pharao leguntur natalis sui diem celebrasse: et vterq̄ solēnitatem sanguine fedasse. Sed herodes tanto nequius quanto sanctū ⁊ veritatis doctorem ⁊ regis celestis preconē occidit: ⁊ pro voto saltatricis caput occisi ante conuiuas inferre non puduit. Pharao peccantem eunuchum occidit. Gen̄. 40. d. Vtriusq̄ tamē exēplo melius est: et vtili⁹ nobis diem mortis semper cōmemorando timere: quā diem natiuitatis luxuriando celebrare. Homo em̄ ad laborem nascitur. Job. 5. b. et sancti per mortem transeunt ad requiem. E * Et iurauit. ꝛc.] Nō excusatur a periurio per iuramentū. Ideo em̄ forte iurauit: vt occasionē inueniret occidendi. Et si illa patris aut matris interitum postulasset: nō vtiq̄ concessisset herodes. * Et contristatus. ꝛc.] Cōsueto more scripture cōtristatus: nō re: sed multorū opinione. Sicut ⁊ ipse Joseph ab ipsa quoq̄ Maria dicit pater Jesu: sic contristatus herodes: quia hoc discūbentes putabāt. Dissimulator mentis sue

tristiciā preferebat in facie: leticiā celabat in mente. Scelus iuramēto excusabat: vt sub occasione pietatis impius fieret. * Caput eius in disco] Hierony. Beda. Herodes caput legis/ quod est xp̄s: a corpore absciditur/ pprio .i. a iudaico populo: & datur puelle de gentibus .i. romane ecclesie: & puella dat matri sue adultere .i. synagoge infine credituro. Corp⁹ Johānis sepelitur: caput in disco locatur: littera humo tegitur: spūs in altari honorat᷑ ac sumitur. ¶ Beda Johānes capite minoratur .i. fama illius: qua xp̄s a populo credebatur minorari ostēditur. Christus in cruce exaltatur: q̄ qui propheta tm̄ credebatur: de⁹ et dn̄s prophetarū est cognitus. Vn̄ Johānis .3. b. Illū oportet crescere: me aūt minui. Johānes autem/ quem oportebat minui/ cum dies decrescere incipiunt/ natus est. Christus autem/ qui est lux mundi cum incipiunt crescere dies. * Et tulerunt corpus. &c.] Josephus narrat Johānē vinctū in castellum macherōta adductū: ibiq; trūcatū. Ecclesiastica narrat historia i Sebaste vrbe palestine: que dicta est quondā Samaria: Tēpore vero Juliani paganos inuidētes xp̄ianis: qui sepulchrū eius sollicitudine frequentabāt: monumentū inuasisse & ossa eius per cāpos dispersisse: & rursus collecta igni cremasse: ac denuo p agros sparsisse. affuisse tm̄ ibi de hierosolymis monachos: qui immixti paganis ossa legētibus maximā eorum partem cōgregauerūt: et ad Philippū hierosolimā detulerūt: et ille misit ea Athanasio Alexandrie vrbis episcopo: et ibi postea seruata Theophil⁹ (iubente Theodosio) omnibus gentiū fanis destructis: expurgato a sordibus templo serapis/ ossa eadem ibi posuit: et basilicā in honore sancti Johānis cōsecrauit.

F ☞ Applica ad hec aliq̄ de Anno. ser. Alteri⁹ festi Johānis baptiste. fo. 21. co. 3. Maxime an. 10. quīte par. eiusdē sermo. fo. 26. sub the. * Libenter eum audiebat.] A. ¶ vel sermo. Peccatorū. fol. 189. sub the. * Precepit afferri caput eius. &c.] B. ¶ vel Anno. 1. sexte partis. sermo. Peccatorū. fol. 208. Col. 2. tertij Tomi sub the. * Contristat⁹ est rex propter iusiurandū.] B. ¶ vel ser. Prelatorū. fol. 90. sub the. * Non licet tibi. &c.] C. ¶ vel sermo. Epiph. fol. 39. sub the. * Dedit caput eius in disco.] C. ¶ Vel sermo. Martyrū. folio. 89. Vel pugne. fol. 165. sub the. * Decollauit eum. &c.] B.

Felicis et adaucti martyrū.

Ex quinta parte Biblie:

Ex. Mat. 10. Nihil enim est opertum. &c.] ☞ Quere Anno. 1. quinte partis. sermonis. Unius martyrū infra in cōmuni sanctorū. fol. 6. Col. 3.

Egidij abbatis.

Ex quinta parte Biblie.

Dixit Simō Petr⁹ ad. d. J. Ecce nos. &c] ☞ Quere an. 1. quinte ptis. sermonis Unius abbatis in cōi sctōrum. fo. 24. co. 1. Ex. Mat. 19

Uincentij Leti martyrum.

Ex quinta parte Biblie.

Cum audieritis prelia. &c.] ☞ Quere an. 8. quinte par. ser. plurimorū martyrū. in cōi sctōrū. folio. 18. col. 2. Ex. Luce. 21.

Antonini martyris.

Ex quinta parte Biblie.

Si quis vult venire. &c.] ☞ Quere annota. 3. quinte ptis. ser. vnius martyris. infra in cōi sctōrū. fol. 8. col. 2. Ex. Mat. 16

Obdulie virginis.

Ex quinta parte Biblie.

Simile est regnum celorum thesauro. &c.] ☞ Quere annota. 1. quinte partis. sermonis vnius virginis. infra in cōmuni sanctorum. folio. 25. co. 3. Ex. Mat. 13.

Uigilie natiuitatis virgis

Ex quinta parte Biblie.

Loquente Jesu. &c.] ☞ Quere Annotamē. 1. E. quinte partis ser. Dñice. tertie quadragesime. Folio. 121. col. 3. primi Tomi. Ex. Luce. 11

Diei natiuitatis virginis.

Sermonis annot. Ex prima parte biblie.

Hee sunt mansiōes. &c.] Lyra. Mora. Per hoc aūt/ q popu lus israel exiens de egypto venit ad terram pmissionis per quadragitaduas mansiōes/ intelligūtur mystice quadragintadue generationes: p q̄s dei populus ab Abrahā patre fidei nostre venit ad xp̄m: pront dr̄ Mat. 1. c. Ab abrahā vsq; ad Dauid generatiōes quattuordecim. Et a Dauid vsq; ad transmigratione babylonis generationes. 14. Et a trāsmigratione babylonis vsq; ad xp̄m generatiōes. 14. Que simul iuncte sūt quadragintadue. Christus autē est hereditas nobis pmissa in veteri ac nouo testamento. Ex. Nu. 33.

☞ Quere fm aliū sensum an. 4. prime ptis ser. Ferie. 4. Cinerū. fol. 75. co. 3. Et an. 103. A. prime par. ser. Gn̄alis. fol. 257. co. 4. &c.

¶2. Gen.4. SEptuplū vltio.ꝛc.] Glo. Alchui. Allego.
☞ Quere an.1.et.2.prime ptis.sermo
nis Incarnatiōis.fo.2.co.1.

¶3. Deu.23. AMmonites ꝛ Moabites etiam post deci
mā generationē nō intrabunt ecclesiā dñi
ineternū.] Glo. Augu. Alia editio. Nō intra=
bit Ammonites ꝛ moabites ecclesiā dñi vsq ad
decimā generationē/ non intrabit ecclesiā dñi: ꝛ
vsq ineternū. Quō ergo Ruth Moabitis in=
trauit? Forte mystice ꝓphetauit intraturam ꝙ
ait: vsq ad decimā generationē. Cōputant̄ em̄
ab Abrahā qñ fuit Loth: qui genuit moabitas
ꝛ ammonitas: ꝛ inueniunt̄ ab Abrahā genera
tiones decē vsq ad Salmon: qui genuit Booz
maritū Ruth. Sunt enī iste. ab Abrahā Isaac
ꝛ Jacob. iudas. phares. esrom. aram. amina=
dab. naason. salmon: qui genuit booz: cui ruth
in ecclesia dñi peperit filios. Sed cur additū est
vsq ineternum. an q2 post nulla aīa de ammo=
nitis ꝛ moabitis intrauit in illā ecclesiā hebreo
rum? an potius ita dictū est: et vsq ad decimaz
generationē: vt semper intelligi voluerit per de=
nariū vniuersitatē: ꝛ exposuerit/ dicens. et vsq
ineternū? Sed si ita est/ Ruth contra meritum
admissa videt̄. An ammonitas ꝓhibuit ꝛ non
ammonitidas. i. viros admitti/ non feminas?
Maxime q2 cū euertissent israelite illam gentē:
omnes viros occidere iussi sunt: feminas autez
non nisi eas: que nouerāt virū: qm̄ ipse in forni
cationē subduxerant populum. Virgines vero
dimiserunt: non eis imputātes culpā: qua euer
ti illa gens meruit: quā etiā hic cōmemorauit:
quasi quereret̄. Cur moabitas ꝛ āmonitas ad=
mitti noluerit? subiungit: eo ꝙ nō obuiauerint
vobis cū panib9 ꝛ aqua in via: cum exiretis de
egypto/ ꝛ cōduxerunt aduersum te Balaā filiū
Beor de Mesopotamia: vt malediceret te. Has
culpas nec tūc qñ gens illa depugnata est: femi
nis imputauerunt: quas cōseruare maluerūt.
Hereticos semp ab ecclesia esse pellendos signifi
cat: quasi hereticū hoīem post vnā ꝛ alterā corre
ctionē deuita. ad Titū.3.c. ☞ Quere de hac
materia an.4. secunde ptis. ser. Incarn̄. fol.4.
col.2. ¶ Causa Ruth in euāgelio cōmemorate
hec interposita sunt. ne mireris.

Ex secunda parte Biblie.

¶1. Ruth.4. HE sunt gn̄ationes.ꝛc.] Glo. ☞ Quere
an.4. scd̄e ptis. ser. Incarn̄. fo.4. co.2. Et
etiā de hac materia supra an. ꝓximo.

Ex tertia parte Biblie.

¶1. ps.66 TErra dedit fructū.ꝛc.] Glo. ☞ Quere
an.2. tertie p. f. Marie gn̄al. fo.74. co.1.

Ex quarta parte Biblie.

¶1. Esaie EMitte agnū dñe dominatorē terre] Glo.
☞ Quere an.10. quarte p. ser. Gn̄al.
Fol.290. col.2. Sequit̄. * De petra deserti ad
montē filie Sion.] Ruth. s. q2 iuxta pceptū dei
Moabite vsq ad decimā generationē nō ingre
diuntur ecclesiā dei. Ruth moabitis Booz nu
psit: ex quo obeth genuit: ex quo Jesse pat̄ Da=
uid: de cuius semine virgo Maria ꝓcessit: que
concepit ꝛ peperit xp̄m. Sicut em̄ xp̄s ꝑ vtroq
populo venit: sic de vtroq nasci voluit. ☞
Quere de hac materia supra an.3. prime part.
huius ser. columna ꝓxima pcedēti. Et an.1. se
cunde ptis. et an.1. tertie ptis. hui9 ser. eadē col.

Ex quinta parte Biblie.



¶1. Math. 1 LIber generatiōis.] Lyra. Hic
euangelista ostēdit veritatem
humane nature in xp̄o/ eius
genealogiam describendo. Et
primo premittit quendā ꝓlo=
gum seu prefationez. Secūdo
ponit eiusdem genealogie de
scriptionez: ibi. Abrahā.ꝛc. In prima ergo pte
intitulat librum suū a xp̄i generatione: dicens.
* Liber generatiōis.] Q2 scripsit hebraice. mo
dus autez hebreoꝝ est denoiare libros ab eo: de
q̄ tractat̄ in principio. Sicut dr̄ liber Gen̄. q2 in
principio tractat̄ de creatione mūdi. Similiter
Mat. qui incipit euangeliuz a genealogia xp̄i:
ideo ab ipso denominat seu intitulat ipm̄. Ra=
tio aūt quare incipit a genealogia xp̄i hec fuit:
q2 iudei negabāt Jesum nazarenum esse veruz
xp̄m: ꝛ descendisse a dauid: q2 galileus erat: fm̄
quod dr̄ Johā.7. Nunqd a galilea venit xp̄s?
Q. d. non. ideo subdit̄. Nonne scriptura dicit.
Q2 ex semine dauid: ꝛ de bethleem castello: vbi
erat dauid/ venit xp̄s? Q. d. sic. Et ideo ex hoc
volebant false concludere/ ꝙ non esset vere xp̄s:
nec ex semine dauid. Hunc ergo errorem volēs
Matthe9 excludere in principio euangelij sui
ostēdit ipm̄ a dauid descēdentē ꝑ ipsi9 genealo=
giā: ostendit etiā eū in bethleem natum: vt pz
in principio sequētis capi. Cum natus esset Je
sus in bethleem iude. Licet fuerit in galilea con
ceptus ꝛ nutritus. in describendo autem genea
logiam ponit duos patres tanq radices: vide=
licet Dauid ꝛ Abrahaz: quia ad istos est facta
specialiter repromissio de xp̄o. Item q2 Dauid
fuit principalis inter reges: Abraham inter pa
triarchas. Christus autē debebat descendere ex
patriarchis ꝛ regibus. Preponit̄ autem dauid
ipsi Abraham: licet sit posterior secundū tēpus.

Sermonis annotamenta. Ex quinta parte Bib.

Propter eminentiam regie dignitatis. Et iterꝫ vt cōuenientius generationis ordo texatur: q2 sic a radice vltimo nominata inchoaṫ. Dicit ergo: Liber generatiōis. supplendū est. Hic est liber fꝫ modū hebreoꝝ: vbi cōmuniṫ fit talis suppletio: vt patet Esa. 1. a. Uisio Esaie filij amos: subintelligitur, hec est: ꝛ eodem modo in pluribꝰ alijs locis. * Generatiōis.] Scilicet tēporalis: q2 generationē xp̄i eternam describit Johānes in principio euangelij sui. * Jesu xp̄i.] Jesus nomen est persone: xp̄s nomen nature. Significat enim duplicem naturā in vno supposito: scilicet diuinam ꝛ humanā. * Filij Dauid filij Abrahā.]
B Hoc est intelligēdū fm naturā humanā tm̄. Unde dicit Apostolus Ad Ro. 1. a. Qui factꝰ est ei ex semine Dauid, fm carnē. Consequenter incipit narrare xp̄i genealogiā. Et diuidiṫ in tres ptes, fm tres quaterdenas: quas ponit in ista genealogia. Prima incipit ab Abrahā: ꝛ terminaṫ in Dauid inclusiue. Secūda a Dauid exclusiue: ꝛ terminatur in Jechoniā filiū Josie inclusiue. Et tertia incipit a Jechonia filio p̄dicti Jechonie inclusiue: ꝛ terminatur in xp̄m inclusiue. Secunda pars incipit, ibi. Dauid aūt. Tertia: ibi. Et post trāsmigrationē Babylōis. In prima ergo procedit sic. * Abrahā genuit Jsaac.] Non facit mentionē de hismaele: qui fuit filius Abrahā: q2 per ipsum nō descendit xp̄s: sed per Jsaac erat promissus eius aduentus: fm qd̄ scribitur. Geñ. 21. a. in Jsaac vocabiṫ tibi semē. Et eadeꝫ ratione nō fit mentio de Esau: cū subdiṫ. * Jsaac aūt genuit Jacob.] Quia anteq̄ꝫ essent nati: Jacob fuit a deo dilectus: vt per ipsum descenderet xp̄s: vt habetur Malach. 1. a. Jacob dilexi: Esau aūt odio habui. Cōsiderādū igitur ꝙ hic describitur genealogia xp̄i descendēdo: q2 Matheus voluit ostendere assumptionē infirmitatis nostre a deo: vt dicit Aug. de Cōcordia euāgelistarum. Ecōtrario aūt Lucas describit eā ascendendo: quia volebat ostēdere reductionē humane nature in deum. Et ideo incipit genealogiaꝫ xp̄i post baptismū: q2 post baptismū reducimur in deuꝫ. Sequitur. * Jacob aūt genuit Judā: et fratres eius.] Licet aūt xp̄s de iuda descenderit: tm̄ fratres eius cum eo noiānṫ: q2 fuerunt patres populi israelitici: et ab eis duodecim tribus israel nominānṫ. Sequitur. * Judas aūtē genuit Phares ꝛ Zaram de Thamar.] Hieronimus autēꝫ reddens rationē quare ista Thamar exprimitur: sic dicit. Notādū in genealogia saluatoris nullā sanctarum mulierum assumi: sed eas tm̄: quas scriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat: de peccatricibꝰ nascens omniū peccata deleret. Unde ꝛ in consequētibꝰ Raab meretrix et Ruth moabitis ponitur, et Bethsabee vxor vrie. Hec Hiero. Sed istud nō videtur p̄babiliter dictum: q2 ipse ibidem dicit: ꝙ propter hoc reges tres de genealogia xp̄i tollūtur scilicet Ochozias: Joas: Amasias: quia Joraꝫ miscuerat se filie impijssime Jezabelis: ideo filij eius vsq3 ad quartā generationē de genealogia xp̄i tolluntur: ergo non est probabile: ꝙ propter peccatum in xp̄i genealogia nomina mulierum exprimuntur. Jtem ꝙ dicit: vbi nullā sanctam mulierēꝫ positam in genealogia xp̄i: patet falsuꝫ de Maria matre xp̄i: que sanctissima est, et fuit. Jtem quod dicit Raab et Ruth ibi expssas propter peccatū: non videtur verum: immo propter virtutis actū. De Raab eñ scribitur, ꝙ propter virtutem suscepit exploratores israel: et eos saluauit: vt patet Josue. 2. propter quod ponitur in catalago illorum: qui ex fide fecerunt notabileꝫ actum: vt habetur ad Heb. 11. Quod autē dicitur meretrix, non obstāt: quia hoc erat tantum ipsius cognomen: et ideo non oportuit: ꝙ esset talis secundum rem: sicut aliquando econtrario aliquis pauper rusticus cognominatur nomine regis: vt Petrus rex vel huiusmodi. Hebrei etiāꝫ dicunt hospitatricē, vbi nos habemꝰ, meretricē: vt dixi plenius Josue. 2. capi. Similiter qd̄ dicitur de Ruth moabitide, ꝙ eam scriptura reprehendit, non videtur verū: immo magis eam cōmendat. Tum q2 socrui sue fideliter adheserat. Tum q2 eiecta gentilitate fideꝫ vnius dei suscepit. Ut habetur Ruth. 1. capi. Tum q2 in viduitate caste vixit: vt dicit Ruth. 3. ex verbis Booꝫ ad ipsam. Benedicta es filia a domino ꝛ priorem misericordiaꝫ posteriorē superasti: q2 nō es secuta iuuenes, pauperes, seu diuites. Tum q2 fuit optime fame. Unde ibidem subditur. Scit omnis populus: qui habitat inter vrbis mee portas: mulierem te esse virtutis. Salua igitur beati Hiero. et meliori sententia: videtur ꝙ melius potest dici ꝙ mulieres iste hic sunt expsse: quia fuerunt viris suis: ex quibus cōceperūt: accidentaliter coniuncte. Jste autem: que fuerunt prime et principales: siue bone siue male, non exprimuntur. Sed sufficit expressio viri: q2 vir et vxor pro vna persona computantur. Quod autem predicte mulieres fuerunt accidentaliter coniūcte, patet ex textu biblie: quod omitto causa prolixitatis vitande, nec debet aliquis moueri si ego recedo in hoc a dictis Hieronymi: q2 dicta sanctorum non sunt tante auctoritatis quin liceat sentire contrarium in his: que non sunt p sacram scripturam determinata. Unde dicit. Augustinus in epistola ad Uincentium de scripturis sanctorū in doctorum. Hoc genus scripturarū a canonicis scripturis distinguendum est: non enim ex eis sic testimonia proferūtur: vt cō

trariuз sentire nō liceat: sequit. * Phares aūt genuit Esrō. Esrō aūt genuit Aram. Aram aūt genuit Aminadab. Aminadab aūt genuit Naason] Iste Phares cū Juda patre suo et Jacob auo suo descēdit in egyptū / ꝛ ibi genuit Esrom. Esrō Arā: ꝛ Arā Aminadab: ꝛ Aminadab Naason. Iste aūt Naason cū patre suo exijt de egypto: et ideo fuit pīceps in tribu Juda in deserto post patrē suum. ꝙ enim iste Aminadab fuit pnceps tribus Jude in exitu de Egypto: vt habet Cañ.6.d. vbi dicit Aia mea cōturbauit me propter quadrigas Aminadab. Ad cui⁹ euidētiaз cōsiderandū ꝙ liber cāticoꝝ ꝑm doctores hebreos est de deo ꝛ ecclia Israel educta p ipsuз de egypto. In exitu autē Israel de egypto dñs siccauit viā p mediū marꝭ rubri: ꝛ aque ex vtraqꝫ parte erāt alte ad modū muri. Sicut habet Exo.14. et ideo filij Israel timebāt intrare. Iste Aminadab princeps tribus iude cū tribu sua prim⁹ intrauit post Moysen. Et ex hoc trib⁹ iuda dignitatē regni meruit. Et iō dicit. Aia mea turbauit me.ꝛc. qꝛ filij israel vidētes Aminadab ꝑcedēteз cū currib⁹ suis admirati sunt ꝑpter eius audaciā: ꝛ secuti sunt eū. igitur post ipm Aminadab fili⁹ eius Naason fuit princeps trib⁹ iude in de-

L serto: vt dicit Nu.1.ca. * Naason auteз genuit Salmō. Salmō auteз genuit Booз de Raab.] Hic est vnū dubiū quō ista Raab / q̄ erat de genere chananeoꝝ: fuit cōiūcta ipsi Salmō in matrimoniū: qꝛ erat ꝓhibitū filijs israel ne vllo modo ꝯtraherēt cū Chananeis matrimonia: vt habetur Deut.7. Dicendū ad hoc ꝙ istud fuit preceptū eis: ne p Chananeas a cultu veri dei auerterētur: et ad idola cōuerterētur: vt ibidē habet: et iō qnādo aliqua persona inueniebat fidelis: et ex fide veri dei aliqd magnū egisse: sicut fecit ista Raab / vt predictū est: tūc dispēsabat vt posset cōiūgi in matrimoniū cū filijs israel: ꝛ ꝑpter hoc ista Raab coniuncta est principi nobilioris tribus .s. iude: qꝛ pro filijs israel fecerat magnuз actū virtutis in exploratoꝝ saluatiōe. * Booз autē genuit Obeth ex Ruth.] Eodē modo ista Ruth coniuncta est Booз: qui erat nobilior de ciuitate Bethleē: licet enim esset prohibitū in lege ꝙ nō acciperēt in matrimoniū mulieres moabitidas: propter qđ Esdras fecit illas eijci cum filijs suis a filijs Israel: vt habetur .1. Esđ.10.ca. Ruth tñ moabitis ꝑpter actū virtutis ex dispēsatione cōiuncta est ipsi Booз: qꝛ pro fide vnius dei suscipienda / reliquit terrā suam: et venit in iudeā cum socru sua. Sed oritur dubium quomodo iste Booз genuit Obeth ex Ruth: quia a principio ducatus Josue: quādo scilicet Salmon accepit Raab: ꝛ inde genuit Booз vsqꝫ ad tēpus in quo cepit Heli iudicare populū: i quo

tēpore ista Ruth venit cum Noemi in iudeaз: fluxerunt .325. anni ꝛ plus / vt potest patere computanti tēpora iudicū intermedioꝝ. Et ideo dicendū ꝙ tres fuerunt Booз sibi succedētes: au⁹: filius ꝛ nepos. Primus genitus est a Salmō de ipsa Raab: et terti⁹ genuit Obeth ex Ruth. Et qꝛ euāgelista volebat vsqꝫ ad Dauid vnā quaterdenā tantū ponere: ideo istos tres similiter nominatos: ꝛ sibi inuicē immediate succedētes voluit vno nomine cōprehēdere. * Obeth autem genuit Jesse.] Iste aūt alio nomine vocatus est Isai: vt habetur .1. Reg. Sed nomen Jesse hic ponitur: qꝛ de ipso hic agitur: prout xp̄s descēdit ab eo. Ut scriptū erat Esa.11.d. Egredietur virga de radice Jesse: ꝛ flos de radice eius ascēdet. Et ideo ex noie Jesse hic posito: ostendit ista ꝓphetia cōpleta fuisse. * Jesse autem genuit Dauid regē.] Iste aūt nominat solus rex: licet ante eum et post fuerunt plures alij reges: qꝛ iste fuit primus electus in regē ꝑm beneplacitū diuinū: D

et ꝑpter excellentiā sanctitatꝭ sue. * Dauid aūt rex genuit Salomonē ex ea: q̄ fuit Urie.] Tacet nomē Bethsabee: ꝛ exprimit vir ei⁹: q̄ fuit iustus ꝛ bonus: vt pз.2. Reg.11. ꝛ vt ostēdatur ꝙ Bethsabee: de q̄ fit aliqualr mētio accidētalr cōiūcta est ipsi Dauid .s. p mortē vrie. * Salomō aūt genuit Roboā. Roboā autē genuit Abiam: Abia aūt genuit asa. Asa autē genuit iosaphat. iosaphat aūt genuit iorā.] Sub isto Roboā diuisum est regnuз iudeoꝝ i duo regna. vt patet .3. Reg.12. qꝛ decem tribus recesserunt ab eo: et adheserunt Jeroboā: et tunc dictū est regnū israel. Due autem tribus que remanserunt ipsi roboā: dicte sunt regnum Juda. * Joram autem genuit Oziā. Ozias autē genuit ioathā. ioathaз autem genuit Achaz. Achaз autem genuit Ezechiam.] Dicitur Joram autem genuit Oziā. Sicut patet .4. Reg. Hic omittuntur tres reges sibi succedētes: quia ioram genuit Ochoziam. Ochozias autem genuit Joas. Joas autem genuit Amasiam: Amasias autem genuit Oziā. Ratio autem huius est secundum Hiero. quia Joram accepit vxorem filiam impijssime Jezabelis: ideo filij eius vsqꝫ ad quartam generationem de genealogia domini excluduntur: ꝛ maxime quia euangelista volebat vnam quaterdenam tm̄ ponere ratione iam predicta: ideo oportebat tres reges excludere: ꝛ isti tres ratione predicta conuenienti⁹ alijs remouentur. Sequit.

E * Ezechias aūt genuit manassē.] Iste Ezechias nō habebat heredē: quādo dictū ē ei p Esaiā ꝓphetam. Esa.38.a. Dispone domui tue: quia morieris tu ꝛ non viues: et tunc fleuit non timore mortis: sed propter defectum seminis: timens ne Christus de eo non nasceretur: et ideo ipso

orante cū lachrymis additi sunt vite ipsius anni quindecim: ⁊ tūc genuit Manassen: q̄ quidem Manasses licet primo fuerit pessimꝰ: qꝛ de eo scriptū est. 4. Regū. 21. c. ꝙ ipse impleuit Hierusalē sanguie ꝓphetaꝝ vsqꝫ ad os: inter quos Esaiā auūculū suū secari fecit: ꝓpt̄ qȯ in captiuitatē ductꝰ est: tñ finaliter penituit: ⁊ ad regnū suū reductus fuit: vt habet̄. 2. paral'. 33. ca. Sequitur. * Manasses aūt genuit Amon. Amō aūt genuit Josiā.] Josias iste fuit optimus: q̄ in iuuētute sua cepit querere dñm: ⁊ destruxit tēpla idoloꝝ per totū regnū suū. * Josias aūt genuit Jechoniā ⁊ fratres eius in trāsmigratiōe Babylonis.] Nō qꝛ adhuc esset transmigratio qñ geniti sunt: sed qꝛ imminebat. Nominant̄ autē fratres Jechonie cū eo: qꝛ similes ei fuerūt in captiuatione. Joachaz aūt q̄ primꝰ regnauit post Josiam: captiuatus est ꝑ regē Egypti: vt habetur. 4. Regū. 24. Rex aūt egypti constituit regē loco ipsius fratrē eiꝰ Eliachim: mutato noīe ipsius: ⁊ vocauit eū Joachim vel Jechoniā: et iste est qui dr̄ hic genitus a Josia: quē captiuauit rex Babylonis: ducēs secū in Babylonē: sed in itinere remisit eū sub iuramēto / ꝙ ei fideliter seruiret: sed iste Joachim quarto anno volēs rebellare: ab exercitu regis Babylonis: captꝰ est ⁊ occisus: ⁊ cadauer eius extra Hierl'm ꝓiectum. Sicut fuerat per Hieremiā p̄dictū. Hiere. 22. c. Sepultura asini sepeliet̄. Et regnauit Joachin filius eiꝰ ꝓ eo: q̄ similit̄ dictꝰ est Jechonias. Sꝫ alit̄ scribit̄ q̄ꝫ primꝰ: qꝛ pater eiꝰ Joachim ꝑ ch. ⁊ m. aliꝰ aūt ꝑ. ch. ⁊ n. Et iste regnauit tribꝰ mēsibus: ⁊ postea subductꝰ est in Babylonē captiuus cū matre ⁊ nobilibꝰ de terra Juda: ⁊ constitutus est Sedechias auunculꝰ eius filiꝰ Josie: rex in Hierl'm a rege Babylonis. et vndecio anno regni eius: qꝛ rebellauerat / captus est a rege Babylonis: ⁊ excecatus est in Babylonē ligatꝰ ductꝰ: ⁊ Hierl'm destructa ⁊ tēplū combustū. vt habet̄. 4. Regū. 25. Et sic p꞊z ꝙ fratres Jechonie filij Josie fuerūt captiuati sicut ⁊ ipse: ꝓpter
f qȯ noīantur cū ipso. * Et post trāsmigrationē babylonis Jechonias genuit Salathiel.] Iste Jechonias / a q̊ incipit tertia q̄terdena: nō fuit Jechonias filius Josie: sed nepos eius ꝑ. n. scriptus: vt dictū est. Aliter nō essent quattuordeci in ista quaterdena vltima. * Salathiel autē genuit Zorobabel.] Et iste Zorobabel est ille: sub q̊ trāsmigratio redijt de captiuitate: vt habetur. 1. Esd. 2. * Zorobabel aūt genuit Abiud. Abiud aūt genuit Eliachim. Eliachim aūt genuit Azor. Azor aūt genuit Sadoch. Sadoch aūt genuit Achim. Achim autē genuit Eliud. Eliud aūt genuit Eleazar. Eleazar aūt genuit Mathā.] Cōtrariū videt̄. 1. pal'. 3. vbi dicit̄ / ꝙ Zorobabel genuit Mosollam Ananiā ⁊ Solomit. Est dicendū ꝙ aliqs istoꝝ fuit binominis: ⁊ sic dictꝰ est Abiud: qꝛ plures binomines in sacra scriptura inueniunt̄. Ab isto Abiud vsqꝫ ad Joseph nulla historia in Biblia reperit̄: sꝫ apud iudeos fuer̄t aliq̄ studiosi: q̄ genealogias a Dauid descendentes diligētissime scripserūt: ꝓpter xp̄m / quē expectabāt a Dauid descendere: ⁊ ibi Matth. potuit residuū huiꝰ genealogie videre. Vel si dicat̄ ꝙ Herodes illas scripturas cōbussit / ne linea regia ab alijs distingueret̄: vt dicūt aliq̄. Tūc dicendū ꝙ Mat. habuit ꝑ reuelationē / qȯ nō habuit ꝑ scripturā: qꝛ apl'i ⁊ euangeliste nō fuerunt minus illuminati / imo magis q̄ꝫ antiq̄ ꝓphete. Sequit̄. * Mathan aūt genuit
Jacob.] Contrariū dr̄ Lu. 3. vbi dr̄: ꝙ Mathat genuit Heli: ⁊ Heli genuit Joseph. Dicendū ꝙ Mathat ⁊ Mathā descenderunt a Dauid: sed Mathat ꝑ Nathā: q̄ fuit filius Dauid adoptiuus: Mathā aūt ꝑ Salomonē: ⁊ isti duo Mathan ⁊ Mathat habuerunt vnā vxorē successiue: q̄ dicta est Hesta: ⁊ Hesta a Mathā cōcepit Jacob: ⁊ a Mathat Heli: ita ꝙ Heli ⁊ Jacob fuerūt fratres vterini: sꝫ de duobꝰ fratribꝰ a Dauid diuersimode descendentibꝰ. Heli aūt accepta vxore mortuꝰ est sine semine: ⁊ iō Jacob frater eius accepit vxorē fratris sui / vt ei suscitaret semen: ⁊ genuit Joseph: ita ꝙ Joseph fuit filiꝰ naturalis ipsiꝰ Jacob: ⁊ sic accepit eū hic Matheꝰ. Fuit aūt filiꝰ Heli legalis. et sic accepit eū in genealogia Lu. (☞ q̄re ibi figurā) Nō aūt q̄re Mat. describit genealogiā xp̄i per Salomonē filiū eius naturalē hec est: qꝛ describit assumptionē nostre humanitatis a deo. Lucas aūt ꝑ Nathan filiū adoptiuum: qꝛ describit reductionē nostrā in deū: q̄ fit ꝑ grām adoptiōis. * Jacob aūt genuit Joseph virū Marie: d: q̄ natꝰ ē Jesus: q̄ vocat̄ xp̄s:] Cū Joseph nō fuerit pater Jesu: nō videt̄ sufficient̄ esse ꝓbatū ꝑ istā genealogiā sic descriptā: ꝙ Jesus filiꝰ Marie fuerit de stirpe Dauid. Dicēdū: ꝙ imo: qꝛ Joseph ⁊ Maria fuer̄t de eadē tribu: qꝛ mulier nō poterat nubere cū viro alteriꝰ tribꝰ: qñ ad ipsam ꝑtinebat hereditas paterna: vt p꞊z Nu. 36. c. d̄ filiabꝰ Salphaat. Beata aūt virgo Maria fuit vnica Joachim patri suo: ⁊ iō ex lege cogebat̄ viro sue tribꝰ nubere: ꝓpter hoc etiā iuit cū Joseph in bethleem ciuitatē Dauid: vt ꝓfiteret̄ cū eo: vt habet̄ Luce. 2. Modū aūt ꝑ quē fuerūt de eadē tribu Damasce. scribit dicēs: ꝙ Melchi habuit fratrē noīe Pāthera: q̄ genuit Barpanthera: ⁊ hic genuit Joachi: q̄ genuit beatā Mariā: ⁊ sic Maria descēdit a Dauid ꝑ Nathā. ſm Dam. li. 4.
* Liber gñatiōis. ⁊c.] ☞ Sequit̄ imediate post euāgeliū hodiernū. * Oēs itaqꝫ gñatiōes

ab Abraham vſq ad Dauid generatiões quat
tuordecim. ꝛc.] Moraliter. Chriſti genealogia
deſcribit hic per tres quaterdenas generationū.
quarū alique fuerunt ante legem datã Moyſi.
Et alique tempore legis date. Et vltima ſcilicet
generatio xpi tēpore gratie: quod incepit ab ei⁹
conceptione. Et per hoc ſignatur ꝙ aliqui tēpo=
ribus iſtis tribus ſaluati ſunt per fidem xpi. Vñ
dicit ſaluator Joh. 8. g. Abraham pater veſter
exultauit / vt videret diem meum: vidit ⁊ gaui=
ſus eſt. Item in quaterdena ſunt duo numeri:
ſcilicet denarius ⁊ quaternarius. Per denariū
vero ſignatur impletio decalogi. Per quaterna
rium impletio euangelij quadruplicit̃ deſcripti.
Per ternarium vero ſancte trinitatis myſteriū.
Per iſtos igitur numeros in genealogia contē
tos myſtice ſignatur ꝙ per obſeruationē decalo
gi in fide trinitatis xp̃s qui ſol eſt iuſticie ꝑ ſpū=
alem illuminationē oritur in nobis. 2. Petri. 1.
d. habemus firmiorē ꝓpheticum ſermonem cui
benefacitis attendentes quaſi lucerne lucenti in
caliginoſo loco donec dies illuſceſcat: ⁊ Lucifer
oriatur in cordibus veſtris. Itē tres quaterdene
faciūt quadragita duas generatiões: per quas
peruenim⁹ ad xp̃m: qui promiſſus eſt nobis in
premiū: ſicut filij Iſrael per quadraginta duas
manſiones venerunt ad terram ſibi promiſſam.

I * Liber generatiõis. ꝛc.] Gloſa. Hiero. Hebrei
Gloſa voluminibus ſuis a principijs nomē imponūt:
vt liber geneſis ex ſuo principio nominatur: vbi
dicitur. Liber generationis Ade: et he ſunt gene
rationes celi ⁊ terre. Qui liber principiū eſt vete
ris teſtamenti: ſm quod in principio noui dicit̃.
Liber generationis Jeſu xpi: quãuis in hoc ſit
parua pars libri: ſed ſic nouū teſtamentū conſo
nat veteri. Et ſicut vetus carnali proponit̃ Iſra
elitã ita nouū ſpūali: ⁊ vtriuſq vnus ⁊ idē auctor
oſtenditur. Plenior ſenſus eſſet. Hic eſt liber ge
neratiõis: ſed hic mos eſt in multis: maxime in
ꝓphetijs: vt viſio Eſaie: ſubaudis hec ē. Hiero.
Rab. In principio ſatis declarat ſe agere de hu=
manitate xpi: cū incipiat a carnali generatiõe.
Hiero. Generatiõis ſingulariter dicit: quãuis
multi per ordinem replicentur: q2 vnius tm̃ xpi
generatio queritur: propter quam cetere hic in=
ducuntur. Non diuinã proponit narrare gene
rationē: quod impoſſibile eſt. Vt Eſa. ait. 53. ca.
Generationē eius quis enarrabit? Sed huma=
nã: quãuis et hec ex magna parte ſit inenarrabi
lis. Sed illa tota inenarrabilis eſt: q2 ⁊ ſi dicit̃ fi
lius a patre genitus: tñ qualiter / nec apoſtolus
nec propheta nouit / nec angelus. * Jeſu xpi.]
Ideſt ſaluatoris nõ perditoris: quod fuit Adã.
Xp̃s ipſe eſt qui ⁊ Meſſias. Ideo hoc noīe retū=
ditur iudeoꝝ infidelitas: qui Meſſiam .i. regē

ſuum nondū veniſſe ariolantur. Hunc vero eſſe
xp̃m cõſequenter ſic probat euangeliſta: quã hic
eſt qui de patriarcharū ⁊ regum ſtirpe ꝓgenit⁹:
de virgine mirabiliter eſt editus: ſicut eiſdē fue=
rat ante promiſſus. Jeſu xpi: vt per regiam ⁊ ſa=
cerdotalē perſonã natura dei ⁊ hois mõſtraret̃.
Olim Jeſus rector typice: nunc eſſentialiter: ſm
ꝙ deus potens ſaluare. Chriſt⁹ nomē officij eſt:
non nature: q2 vnctus eſt in ſacerdotē ad inter=
pellandū pro nobis: qui bene in terram ꝓmiſſi=
onis inducit. * Jeſu xpi filij Dauid filij Abra
ham.] Ordo prepoſterus ne premiſſo Abrahã
generationis cõtextio interrūperetur. Horū duo
rum ſpecialiter dicitur filius: q2 vnus prim⁹ int
patriarchas: alter inter reges / ad quos facta eſt
de xp̃o promiſſio: vt iudeis xp̃m ex lege venturū K
aperiret: in quo viderēt vaticinia impleri. * Fi
lij Dauid. Filij Abrahã.] Hos duos de oībus
elegit: quorum filius dicitur xp̃s: vt iudeis qui
bus ſcribit / ſcientibus ex lege xp̃m venturū: ap=
pareret hic eſſe / qui diu erat ꝓmiſſus: in quo vi
derentur impleri oia vaticinia. His enim ſolis i
veteri teſtamento legitur facta promiſſio. Abra
he. Geñ. 22. d. In ſemine tuo benedicētur oīes
gentes. Cui conſonat Dauid. p̃s. 71. d. Benedi
centur in ipſo oēs tribus terre. Vñ Zacharias:
hoc eſt: ſubaudis. Juſiurandum qđ iurauit ad
Abraham patrē noſtrū daturū ſe nobis. Luc. 1.
Dauid autē p̃s. 131. b. et. p̃s. 88. a. Jurauit dñs
Dauid veritatē ⁊ non fruſtrabitur eã: de fructu
ꝛc. Itē ſemel iurauit in ſancto meo. i. xp̃o ſemē
eius in eternū manebit: et thronus eius ſicut ſol
in cõſpectu meo. ꝛc. Que nullatenus de Salo=
mone accipi pñt: ſed de xp̃o ex Dauid orto. Itē
1. paral. 17. b. in li. vboꝝ dieꝝ. Cū dormieris cū
patribus tuis / dabo ſemē tuū poſt te: quod nul
latenus de Salomone dicitur: qui viuo patre ce
pit regnare. Sed de xp̃o. Vñ Hiere. 63. a. Suſci
tabo Dauid germē iuſtum / et regnabit rex ⁊ ſa
piēs erit. Abrahã ⁊ Dauid ſunt due columne
verſantes in lege: q̃ſi i veſtibulo ante oſtiū qđ eſt
xp̃s: quas ambit ſunicul⁹ duodeci cubitoꝝ. i. fi=
des apoſtoloꝝ. Amplectit̃ hos i genealogia pa=
tres: de quoꝝ medio oſtiū xp̃s aperit̃ credētib⁹. L
* Abrahã aūt genuit Iſaac: Iſaac aūt genuit
Jacob.] Ab eo cõgrue fit generationis exordiū:
cui ꝓmiſſus eſt ꝓmū: in q̃ eſt benedictio oium.
Matth. generationē incipit ab exordio ꝓmiſſi=
onis: ⁊ etiã vſq in finē libri hec agit̃: vt q̃ ex hac
gñatione nat⁹ eſt: de⁹ ⁊ hõ intelligat̃. Ab ini=
tio ab eo: cui ꝓmū facta eſt ꝓmiſſio fidei incipit:
vt in h̃ patre diſcãt (cui ꝓmū facta eſt ꝓmiſſio) q̃
⁊ quales eſſe debeãt: q̃ volūt in ei⁹ ſemine bene=
dici. Matthe⁹ generationē deſcēdēdo incipit vſ
cõputat: q2 humanitatē xpi oſtēdit: ꝑ quã deus

ad hoīes descēdit. Lucas ascēdēdo referens formā sacramēti aperit. A baptismo enim incipiēs vsq3 ad deū ascēdit: ostēdēs baptizatos ascēdere ad eū/ vt sint filij dei. * Genuit.] Matth. ponit genuit: q̄ nature tm̄ filios numerat. Lucas. q̄ fuit: q̄ aliq̄s ſm legē/ vl p adoptionē filios interponit. Matthe⁹ ponit genuit: et nō generauit: forsitā vt ille cognosceret̄ in fine ostēsus: de quo dicit̄. Ego hodie genui te. * Judam ⁊ fratres.] Ideo solus Judas nominatim exprimitur: vt eum cognosceres: qui ex eius stirpe fuerat promissus. Fratres Jude memorat/ pretermissis fratribus Isaac et Jacob: quia illi a populo dei quasi alieni sunt repulsi: hi velut heredes in libro vite scripti ⁊ quasi patriarche duodecim: in quib⁹ ⁊ numerus apostolorū signatur. sed nominatim nō exprimuntur/ ne vltra numerum sacramenti generatio extendatur. In semine predictorum patrum xp̄s intrauit in Egyptum: quod presagiēs inimicus populum premebat: ⁊ nō feminas sed mares interimebat/ vt eum extingueret. De Juda xp̄s/ quem oīes gentes susceperunt: quo veniente iam Herodes alienigena principabatur. * Judas autem. ⁊c.] Judas genuit Phares ⁊ Zaram anteq̄ intraret in egyptum. Gen̄. 38. in quam ambo postea cum patre transierunt. Zara cum de vtero premisit manum: obstetrix coccino ligauit dicēs. hic prior egredietur: illo manum retrahēte alter exiuit. Cui obstetrix. Quare propter te diuisa est maceria? Unde ⁊ Phares id est diuisio dictus est: significās illū: qui segregauit oues ab hedis: et statuet oues quidem a dextris: hedos autem a sinistris. Matth. 25. ca. * Phares autem genuit esron.] In egypto genuit phares esrō: ⁊ esron Aram: et aram Aminadab: ⁊ Aminadab Naason: ⁊ tunc Moyses eduxit eos de egypto. Naason fuit dux sub moyse in tribu Juda per desertū: in quo genuit. Salmon. Iste Salmon fuit pñceps in tribu Juda; qui cum Josue in terraz promissionis intrauit. Iste Salmō in terra promissionis genuit Booz de Raab. ¶ Christus est phares. idest diuisio: q2 separabit oues ab hedis. ipse est Esron. i. sagitta vl' atrium: quia penetrat corda auditorum. Habet etiam latitudinem charitatis: qua ⁊ inimicos diligit. * Aram autem genuit.] Aram xp̄s electus vel excelsus interpretat̄. Electus de quo Osee. 11. a. Ecce puer meus quez elegi. ⁊ ps̄. 112. Excelsus super omnes gētes dominus. Ipse est Aminadab. i. voluntarius qui dicit. ps̄. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. Idem est Naason. i. augurium: qui nouit preterita/ presentia/ ⁊ futura. Vel Naason serpentinus: quia Christus morte serpentis omnes cauit insidias. * Salmō autem genuit booz.] Christus est salmon. i. sensibilis: quia omnia sentit. ipse accipit Raab. i. ecclesiam de gentibus. Raab fames vel beatitudo vl' impetus: quia ecclesia gentium esurit ⁊ sitit iusticiam: ⁊ dilatata per orbem terrarū impetu doctrine/ philosophos ⁊ reges cōuertit. Raab ostēdit coccinuz in fenestra: idest in ore/ per confessionem Christi passionez declarat. Raab meretrix: que nuncios Josue suscepit: quā Salmon princeps tribus Jude sibi copulauit: significat ecclesiā de gētibus: que principi ex Juda. i. xp̄o copulatur: ⁊ sola cum suis saluatur: dum Hiericho. i. presens seculū septē muris vitiorum vallatū: septem dierum tēpore tubis predicationum circūuallatur: donec in nouissima tuba omnes muri corruāt ⁊ nouissima mors destruatur. * Booz autem genuit. ⁊c.] Booz xp̄s. de quo dicit̄ Esa. 40. c. Dominus in fortitudine veniet. Booz de raab. Nota nullam de sanctis feminis in genealogia Christi assumi: sed quas scriptura reprehendit. Debuit enim de peccatoribus nasci: qui pro peccatoribus venerat: vt discerent sui/ peccata patrum sibi non obesse. Unde agnus in pascha immolandus iussus est assumi ex capris ⁊ ouibus: idest ex iustis ⁊ peccatoribus generandus. ¶ Historice. Elimelech fuit de tribu Booz: et vxor eius Noemi: qui cum vxore sua iuit ad Moabitas: vbi filij sui duxerūt vxores: sed mortuo patre ⁊ filijs sine semine: Ruth cū Noemi socru sua venit in Judeam ⁊ genuit ex ea Booz Obeth. * Ex ruth.] Moabitide. vt ostēdat impletuz vaticiniū. Esa. 16. ca. a. Emitte agnū domine dominatorem terre. Per hāc semen Abrahe ad xp̄m deducitur: ecclesia de gētibus p ruth significata: priusq̄ ad Booz. i. ad Christum veniret/ ex patre diabolo erat. ¶ Mystice Ruth significat ecclesiā: que est de moab: idest de gentibus: que ex patre diabolo: ⁊ petra deserti propter idolatriam: de qua deus suscitauit filios Abrahe. oblita prioris gentis venit ad Booz: qui fortis dicitur. i. ad Christum: qui suscitat semen fratris sui: idest Moysi: qui obijt sine liberis: q2 neminem ad perfectū duxit lex. Heb. 7. c. Ruth videns vel festinans: q2 ecclesia puro corde deuz videt: que festinat ad brauium superne visionis: ⁊ diffinit perseuerare in fide ⁊ dilectione dei. * Jesse.] Pater Dauid sepius nominatur Isai: sed binominus fuit. Hic autem ideo dicitur Jesse/ vt scires eum venisse: de quo Esa. 11. a. Egredietur virga de radice Jesse. ⁊c. Hic est flos quem odorat Isaac dicens. Gen̄. 27. d. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. quia spiritus eum abundātissime repleuit. * Regem.] Nō q2 solus in hac genealogia rex: sed quia primus rex de Juda et regum principium: propter quem ⁊ ceteri in solio regni seruantur: et per istum ordo generatio N

nis decurrit ad Christum: qui habet regnū Da
O uid. * David autē rex. rc.] Histo. 2. Reg. 11. a
David in solario sedens: vidit Bethsabee se la=
uantē: placuit ei / et vocauit: iacuitqz cum ea: q̄
grauida reuocauit Uriā de expeditiōe: vt sic in
traret in domum: et sic partus ascriberetur ei: q̄
nolens intrare / iacuit in vestibulo: dicens / q̄
dum arca esset in tabernaculis: nō intraret in do
mum suam. 2. Reg. 11. a. Acceptis igitur litteris
mortis sue ad expeditionem reuersus est: et sicut
David preceperat occisus est a Joab. David in
solario xp̄s est: qui in sole posuit tabernaculum
suum. Bethsabee: puteus satietatis septimus. s.
lex per cuius cognitionem sp̄ualis gratia mon=
stratur. Urias iudaicus populus: qui per legē
de luce dei gloriatur: sed huic Christus legē ab=
stulit / quā de se loqui docuit. Ille vero dū man=
data legis implere nititur: quasi epistolas fert /
vnde dānetur. Urias etiam iudaicus populus:
qui noluit intrare in domum. i. in spiritualem le
gis intellectū: dicens / q̄ arca domini. i. ecclesia
est in tabernaculis. i. in figuris. Ideo nō intra=
uit in domum. i. nō accepit alium intellectum: sz
accepit litteras sue mortis. i. intellectum littera=
lem / qui ducit eū ad mortē. ¶ Mystice. David
idest Christus: qui Goliaz. i. diabolū superauit.
ipse est manu fortis vl' visu desiderabilis. De eo
dem dicitur Psal. 23. b. Dominus fortis et potēs
rc. et iterū ps. 44. a. Speciosus forma pre filijs
hominum. Bethsabee puteus satietatis. i. abun=
dātia gratie spiritualis: que munere septiformi
est puteus satietatis / in quo est fons aque salien
tis in vitam eternam. Johā. 4. Tres predicte si=
ne pudore nominis ponuntur: quia nō solū cul
pari: sed etiam laudari meruerunt. Justus autē
nomine dignus est. sed in hac quia loquēdo ne=
quit: saltem silentio nominis / quod turpe est / te
git. Nomē viri quasi iusti ponitur: vt in hoc im
manitas sceleris verecundius memoretur: dum
eius causa est occisus. Uxor tamē propter sacra
mētum ecclesie dicitur: que occiso diabolo in cō=
iugiū veri regis asciscitur. * Urie.] Urias lux
mea. dei. s. id est diabolus / qui dixit. Esaie. 14. c
Similis ero altissimo: cui ecclesiam cōiugatam
Christus de solario paterne maiestatis adama
uit: et pulchram factā sibi matrimonio copula=
uit. Urias qui est figura diaboli: lux mea deus
Gitur congregata. ⁊c.] Glo. Lyra. Moraliter. ☞ Quere annotamento.1. per totum. prime partis. sermonis Purificationis virginis. Folio.4. Colū.1. Sequitur immediate. ¶ Origenes. Si quis digne intelligat exitum Hebreorum de egypto/⁊ transitum maris rubri: ⁊ omnem viam: que agit per desertum: et singulas mansiones castrorum: vt etiam legem dei suscipiat scriptam non atramento/sed spiritu dei viui: et in his intelligat augmenta virtutum: et singula in se impleat: potest ad intelligentiam tabernaculi peruenire. De quo dicit Apostolus Hebreorū.9.a. Tabernaculum factum est primum: in quo erat candelabrum: et propositio panum: quod dicitur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculuꝫ: quod sancta sanctorum: habens aureum thuribulum: ⁊ arcam testamēti: ⁊ intra eam duas tabulas ⁊ manna: ⁊ virgā Aaron: que fronduerat. Sed quod addit: de quibus non est modo dicendum per singula. Quidam ad illud tempus referunt: quo hebreis scribebat. Alijs videtur ꝙ pro magnitudine mysteriorum omne tēpus presentis vite ad hoc neget esse idoneum. Sed more suo aperit pauca de multis/vt clausum negligentibus sit. Inueniatur autē querētibus/et aperiatur pulsantibus. Unde rursum dicit. Non enim in manu facta sancta ingressus est Jesus exemplaria verorū: sed in ipsum celuꝫ vt appareat nunc vultui dei per velamen. i. carnem suam. Quod ergo velamen interioris tabernaculi carnem xp̄i interpretatus est: sancta autem ipsa celum vel celos: Christum vero pōtificem: quem dicit introisse semel in sancta eterna redemptiōe inuenta. Ex his paucis si quis intelligere nouit sensum Pauli: magnū nobis

Cri. Exod. B

intelligētie pelag⁹ patefecit. David quoqꝫ ait. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsqꝫ ad domuꝫ dei. Et ps.14.a. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula ꝛ operatur iusticiam.ꝛc. Non est istud tabernaculū qd̄ propheta desiderat ex pellib⁹ ꝛ cornnis ꝛ operimētis cilicij ceterisqꝫ hīi vs⁹ materijs. Quomodo autēꝫ verum est ꝙ non habitet in hoc tabernaculo / nisi innocens manibus et mūdo corde? cum in materiali tabernaculo sepe habitauerūt sacerdotes pessimi: pestilentie filij: ꝛ arca testamenti ab allophylis capta sit et detenta. Oportet ergo innocentē manib⁹ et mūdo corde esse habitatorem tabernaculi: quod si fit deus / et non homo. Dn̄s quoqꝫ non vnum tabernaculū sed plura: nec temporalia / sed eterna memorat: dicens. Luc.16.b. Ut cum defeceritis: recipiāt vos in eterna tabernacula. Et apl's. 2.Cor.5.a. Tabernaculum vestrum: quod de celo est superindui cupientes. Sequere ergo relicta terra propheticuꝫ et apostolicum sensum: et (quod magis est) Christi verbum: vt tota mēte ascendas in celum: ibiqꝫ eterni habitaculi vel tabernaculi magnificentiam queras: cuius figura per Moysen adumbraẜ in terris. Cui dn̄s Heb.8.b. Uide (inquit) omnia facito secunduꝫ figuram: que tibi in monte ostensa est. Jubetur ergo vniuersus populus quisqꝫ pro viribus conferens facere tabernaculum: vt omnes quoddā modo vnum sint tabernaculum. collatio vero non fit necessitate: sed sponte: facies (inquit) sanctificationē: et inde videbor vobis. vult ergo deus vt faciamus ei sanctificationem: promittit enim: quia si fecerimus ei sanctificationem / videbitur nobis. Unde Apostol⁹ heb.12.d. Pacem sequimini et sanctificationem: sine qua nemo videbit deum. Qui autem sanctificat⁹ corpore et spiritu / per cordis et corporis puritatem videbit deum. Faciamus ergo sanctificationeꝫ domino: et omnes vnam: et singuli vnam. Omnes enim faciamus vnam idest ecclesiam: que sancta non habens maculā aut rugam: sed columnas scilicet habeat doctores ꝛ ministros suos. De quibus dicitur Gal'.2.b. Petrus ꝛ Jacobus et Johannes: qui videbantur columne esse: dextras mihi dederunt: et Barnabe societatis. Jn tabernaculo columne seris interiectis iūguntur. Jn ecclesijs doctores datis sibi dextris sociantur. Sed columne iste inargentate sunt ꝛ bases earum. Bine autem bases columnis singulis deputātur. Una: que caput dicitur et supponitur: alia: que vere basis dicitur: et columne pro fundamēto subijcitur. Jnargentate sunt columne / que verbum dei predicant / et accipiunt per spiritum sanctum. Unde ps.11.b. Eloquia domini: eloquia casta: argentum igne examinatum. Hi autem predicatores bases habent ꝓphetas. Super fundamentum enim apostolorum et prophetarum ecclesiā collocant: quoruꝫ testimonijs vtentes fidem Christi confirmant. Caput vero columnarum est de quo dicit Apostolus.1.Cor.11.a. Caput viri Christus. Per tentoria: que ansulis insita: et circulis suspensa atqꝫ innexa funibus ad modum cortinarum 28.cubitis in longum: et in latum quattuor cubitis distenduntur: habetur plebs credentium / qui heret et pendet in funibus fidei. Funis eniꝫ triplex nō rumpitur: que est fides trinitatis: ex qua pendet et sustinetur ecclesia.20. autem et. 8.cubitis in longum distenditur et quattuor in latum atrij vnius mensura: in quo lex inserta quattuor euāgelijs signatur. Septenarius eniꝫ legē significat: qui cum quattuor sociatur: quater septem viginti et octo fiunt. Decem sunt hec atria: vt integrum perfectionis numerum teneant: et legis decaloguꝫ significent. Jā vero hyacinthi et byssi et purpure species: multa et diuersa opera explicant. Jnde tentoria. Jnde velum exterius et interi⁹. Jnde tota sacerdotalis et pōtificalis vestis auro et gemmis cōfecta: per que species virtutum possumus intelligere: quibus ornatur ecclesia. Fides auro comparatur: sermo predicationis argento: es patientie: lignis imputribilibus scientia: que per lignum venit: vel incorruptio castitatis: que nō veterascit: bysso virginitas: cocco confessionis gloria: purpure castitatis fulgor: hyacintho spes regni celorꝫ. Que vero sint vel qualia sacerdotum indumēta propheta pronunciat / dicens ps.131.b. Sacerdotes tui induantur iusticiam.ꝛc. Et Apostolus Colos.3.b. Induite vos viscera misericordie. Et nobiliora designat indumēta. Induite vos dominum Jesum Christum: ꝛ carnis curam ne feceritis. Romanorꝫ.13.d. ¶ Gregori⁹. Jn constructione tabernaculi vt columne argētee interius stent: paxilli erei fieri per circuituꝫ exterius iussi sunt: in quibus religatum tabernaculū teneretur. De quibus scriptum est Exodi.38.c. Facies paxillos tabernaculi / et atrij cū funiculis suis: patres veteris testamenti: qui ab incarnatione Christi per interualla temporꝫ lōgius constiterunt / foris esse visi sunt. A sanguine vero Abel passio cepit ecclesie: et vna est ecclesia electorum precedentium et sequentiuꝫ. Sed quia discipulis diciẜ Luce.10.d. Multi reges et prophete voluerunt videre / que vos videtis: et non viderunt: antiquis patribus quasi foris stetisse: est redemptoris presentiam corporaliter nō vidisse. Exterius igitur sed non diuisi ab Nota.

ecclesia fuerunt: quia mente ⁊ opere p̄dicatiōis
ecclīe celsitudinē tenuerunt: quaz nos nō presto
lando sed habēdo cōspicimus. Sicut nos enim
in preterita passione: ita illi per fidem in eadem
venturi saluati sunt. Illi ergo foris / non extra
mysteriū: sed extra tēpus. Unde in constructi=
one tabernaculi: vt columne argentee interius
starent: paxilli erei exteri⁹ per circuitū fixi sunt:
in qb⁹ relegatū teneret tabernaculū: ⁊ ī paxillis
funes ligati sūt: vt fixū maneret tabernaculū qr
vt apl'i in luce sermonis sui solidi starēt: et totū
tabernaculū. i. ecclesia fidei ītegritate cōsisteret /
tanq̄ paxilli patres veteris testamēti ⁊ pphete
exterius fixi sunt: vt verboꝝ suorum funib⁹ mē
tibus nostris fidem allegarent: ⁊ hoc dei taber=
naculum inconcussum maneret. Ante tempus
ergo huius ecclesie fuerunt: sed tñ ligant eos q̄
in ipsa sunt: quia dum celestia mysteria ventu
ra predicūt: postq̄ ostensa sunt / credibilia omi=
bus fecerunt. Ut ergo intus columne immobi=
les stent: foras paxilli funes continent: quia vt
sancti apostoli perfecte mysteriū vite crederent /
illoruz predicatio obtinuit: qui hoc priusq̄ fie=
ret ⁊ vidērē et predicare potuerunt. Columne
argentee / paxilli erei facti sunt: quia quod apo
stoli clare predicant: hoc prophete sub mystico
intellectu obscure locuti sunt. Recte ergo per es
signati sunt: quia clari in predicatione non fue
runt. Apostoli vero: quia in mysterio redēpto=
ris lucem predicationis habuerunt / argenteis
columnis expressi sunt. Et notandum ꝙ argen
tum sonat ⁊ lucet: es vero sonat ⁊ nō lucet: quia
predicatores noui testamēti aperte locuti sunt:
que etiam monstrare potuerunt. Predicatores
vero veteris testamenti: quia per allegoriarum
vmbras de celesti mysterio obscura dixerūt / q̄si
sine luce sonituz dederunt. ¶ Origen. ⁊c. ☞
Quere Annota. quo supra littera. C. sequitur.
* Quicquid ad cultum. ⁊c.] Glosa. Grego.
In ornamento tabernaculi viri cum mulierib⁹
dona offerunt: quia in explendo cultum sancte
ecclesie ⁊ fortium facta sublimia / et infirmoruz
opera extrema numerantur. Quid autem per
armillas / que lacertos astringunt: nisi preposi=
torū valide laborantium opera demonstrātur?
Per inaures: subditorum obedientia exprimi=
tur: per anulos / signaculum secretorum. Ple=
runq̄ enim magistri signant / quod ab audito=
ribus non posse capi cōsiderant. Per dextralia /
prime operationis ornamenta. Per vas aureū
in donaria dñi separatuz: diuinitatis intelligē=
tia / que tm̄ ab inferiorum amore disiungitur:
quantū ad sola eterna amāda subleuatur. Per
hyacintum spes celestium. Per purpuram cru
or ⁊ tollerantia passionum: amore perpetui re=
gni exhibita. Quid per bis tinctuz coccum nisi
charitas: que pro perfectione bis tingitur: quia
dei et proximi dilectione decoratur? Quid per
byssuz / nisi immaculata carnis incorruptio? qd
per pilos caprarum / ex quibus cilicioꝝ asperi=
tas texitur: nisi dura penitentiuz afflictio signa
tur? Dum igitur alij per armillas et anulos for
te magisteriū exercent per inaures ⁊ dextralia:
alij deuotam obedientiam rectamq̄ operatio=
nem exhibent: alij per separatum vas aureum
preclaram subtilioremq̄ intelligentiam tenēt:
Alij per hyacintum purpuram et coccum audi
ta celestia sperare ⁊ credere non desinunt / etiam
que adhuc subtiliori intellectu minime cogno
scunt. Alij per byssum incorruptionē carnis of=
ferunt. Alij per caprarum pilos deplorant aspe
re / quod libenter cōmiserunt: quasi ex vno fig=
mento opificis coadunata donariorum myste=
ria: in tabernaculo domini idest ecclesia (prout
ipse dederit) proferūtur. * Principes vero. ⁊c.]
☞ Quere in p̄dicto Annota. q̄ supra lr̄a. E.

Numerabis quoq̄ tibi septem hebdoma= ¶ 13. Leui. 25
das annoruz.] Lyra. Hic agitur de quin
quagesimo anno / qui erat annus requietionis
generalis: per quem figurata fuit requies pa=
trie celestis: propter quod annus ille dicebatur
iubileus: ad significandum continuam celesti
um iubilationem p̄s. 84. a. Beati qui habitāt
in domo tua domine / in secula seculorum lau=
dabūt te. Item in anno iubilei singuli redibāt
ad possessiones suas: in signum ꝙ in patria cele
sti singuli electi accedunt ad mansiones sibi de
bitas secunduz gradus variorum meritorum:
ppter qd dicit saluator. Johā. 14. a. In domo
patris mei mansiones multe sunt: si quo minus
dixissem vobis: vado parare vobis locum.

Prefatio in libruz numeri.] Liber iste. ⁊c. ¶ 14. Prefatio in librum Nu.
☞ Quere anno. 105. prime partis. ser
monis. Generalis. folio. 258. Colūna. 4. tertij
Tomi.) Sequit̄ immediate. Liber numeri qr
in eo numerantur israelite. Tum inde. Tuz qr
mansiones a Ramesse vsq̄ ad Jordanē. Sed
quia in figura omnia contingebant illis / et lex
erat vmbra futurorum: ita legenda est historia:
vt non amittat̄ allegoria. Numerati sunt isra=
elite soli: nō proselyti et alienigene: qui erant in
ter illos: non tñ omnes: qr nec pueri nec femine:
sed tm̄ viri: qui apti bello erant. Etenim alieni
a deo gentiliuz spurcitia: vel credulitate iudai
ca / vel etiaz xp̄iani puerilē leuitatē: vel mollicie
femineam habentes / inter filios dei non nume=
rātur. Non sunt numerati in egypto: sed postq̄
transierunt mare Rubrū / post columnā ignis /
in mansione iuxta Sina: qr manentes in tene=
bris pctōruz nō sunt dei: sed mūdati baptismo:

et armati manus impositione. Mansiones merito quadraginta due cōputantur a prima: que fuit in Ramesse vsq ad Jordanē: vt per hoc signetur nos per tot gradus virtutuȝ ascendere in celū: quot generationibus Christus ab Abrahā descendit ad Mariam. Intentio Moysi in hoc opere est christianum populum ⁊ eius profectū: et ascensum a terra in celuȝ: per Israel ⁊ per quadraginta duas mãsiones designare. Per Israel eñ Christi populus: per progressus mansionuȝ profectus virtutū significatur. Ordo libri talis est. primo duces populi ⁊ populū circa tabernaculū numeratos per quadruȝ collocat. Leuitas a numero exceptos ad ministerium tabernaculi destinat: deinde tabernaculum dedicatur/ ⁊ modus oblationū/ ⁊ catalogus mansionum computaꝫ. Deinde prophetia Balaā a rege Balach ad maledicendū populum dei inducitur. In fine sex ciuitates ordinantur: tres vltra/ tres citra Jordanem: ad quas confugeret: qui nolens sanguinem proximi effunderet. Leuite inter tabernaculum ⁊ ceteros filios Israel excubantes: diuisi per Amramitas ab oriente: p Caathitas ab austro: et Gersonitas ab occidēte: meraritas ab aquilone/ significāt p̄latos ecclesie: qui sunt medij inter ministros tabernaculi: quibus in temporalibus prouident: et inter laicos: quibus in spiritualibus presunt. Amramite. i. Moyses et Aaron: ⁊ horum filij inspiciunt ⁊ inuoluunt tabernaculi secretiora: et introducētes Caathitas dant eis proprijs humeris portāda inuoluta: vt videntes nō moriantur. Nō sunt enim propalāda ecclesie mysteria nisi summatibus viris: idest Moysi ⁊ Aaron: quia infirmi inde scandalizātur. Unde ⁊ liber euāgelij presbytero ⁊ diacono portatur apertus: alijs vero clausus. Gersonite autē et Merarite: qui sunt digniores Caathitis: nō proprijs humeris: sed bobus ⁊ plaustris sua portāt onera. Quia (vt dicit Luc. 9. c.) qui vult venire post me: me sequatur. q. per mortem. Et quantomagis quis vult: tāto maior persecutio. ☞ Que immediate sequuntur quere anno. 118. prime partis. ser. Prelatorum. fo. 100. co. 1. tertij Tomi. Et anno. 13. prime partis ser. Ecclesie. fo. 66. col. 2. tertij Tomi. Et de hac materia q̄re etiam annota. 11. prime par. ser. Pugne. folio 167. co. 2. tertij Tomi. Et infra anno. 21. huius partis. ⁊ sermonis. littera. C. fol. 59. co. 1.

¶15. Nu.1. Omnium virorum fortium ex Israel. ⁊c.] Glosa. Origeñ. Allego. lxx. Omnis: qui procedit in virtute israel. ⁊c. Qui ergo procedit in virtute: numeratur/ et in virtute tantū israel. est enim virtus animi: quā grecoruȝ philosophi docent: que nō pro deo/ sed pro gloria exercetur humana. Et est Assyriorum virtus/ vel Chaldeorum in astrologie studijs: sed non Israelitica/ nec ad eum pertinēs. Sola vero apud deū virtus israelitica numeratur: que a deo docetur: per scripturas diuinas discitur: per fidem euāgelicā ⁊ apostolicam traditur. ☞ Applica tu ad sanctorū omniū spem in visione diuina.

Metabuntur autem castra filij Israel: vnusquisq per turmas et cuneos atq exercitū suū.] Glo. Origeñ. Allego. Unusquisq sm signa incedat in castris. hoc p̄cepit Moyses: imo deus per Moysen. Potest autem fieri vt emulatione bonorum operuȝ ab inferioribus signis ad meliora ⁊ magnificētiora perueniamus. Si enim in promptu habuerimus studium meliorum et posteriora obliuiscentes ad anteriora extēdamur/ in resurrectione mortuorum (vbi sicut stella differt a stella: cuiusq merita refulgebunt) ab inferioribus ad meliora signa ⁊ fulgentiora trāsferemur ⁊ splendentioribus stellis equabimur. Et etiam in tantum potest in hac vita humana natura proficere: vt in resurrectione mortuorum nō solum stellarū sed etiam solis splēdori valeat equari: quia fulgebunt iusti sicut sol in regno dei. Mat. 13. f. Hic ergo est q supponit: sm signa sua per domos familiaruȝ suarum. Quod dicit per domos familiarum: in greco idem est sermo: quem ponit ibi Apostolus: ex quibus omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur. Quas ergo paternitates Paulus: familias dicit latinus interp̄s. Iste sunt ergo paternitates vel familie: q̄s Paulus iam ostendit in celis: Moyses sub figuris legalibus describit in terris: sm quas incedere nos monet: vt possimus paternitatibus celestibus sociari. sunt eñ familie ⁊ paternitates in celo: ex q̄bus forte est illa: quā Paulus ecclesiam primitiuorum ascriptam in celis nominat. Cui sociabimur: si omnia sm ordinem gerimus: si nihil inquietum: nihil inordinatum/ nihil inhonestuȝ inueniatur in nobis. ¶16. Nu.1.

Leuabitur autē tabernaculū. ⁊c.] Glo. ⁊c. ¶17.
☞ Quere annota. 6. prime par. ser. Ecclesie. fo. 65. col. 2. ⁊ 3. Et sm sensum moralē Annota. 74. prime par. ser. Religiosorum. fo. 143. co. 3. ⁊ 4. Et anno. 109. prime partis ser. Generaꝉ. fo. 259. per totū. tertij Tomi. Nu. 2.

Numera filios Leui per domos patruȝ suorum ⁊ familias. ⁊c.] Glo. Origeñ. Recenseamus attentius quomodo distribuuntur duodecim tribus per turmas ternas in quattuor partes: et per singulas celi plagas certa statione consistūt/ et inueniemus Judam ab oriente cū Isachar: ⁊ Zabulon. Ruben ad occidentem/ cum Simeone ⁊ Gad. In meridie Ephraim/ cū Beniamin ⁊ Manasse. In aquilone vero Dan/ cum Neptalim ⁊ Aser. Quibus quasi per quattuor cardi= ¶18. Nu. 3.

nes terre in circuitu locatis in medio coꝝ (vt deo proximi) circa tabernaculũ dei constituuntur leuite. In castris quidem Juda/que sunt ab oriẽte Moyses ⁊ Aaron. In castris võ Ruben: Gerson. In castris võ Bẽiamin Caath. Ubi Dan castra constituit: Locatus est Merari. Et ita in medio filioꝝ israel ex omni parte per circuitum quasi inserti ceteris ⁊ innixi videntur esse filij leui. Obliuiscere ergo paulisper terrena: et supra ipsum celum gressu mentis incede. Ibi require tabernaculũ dei: vbi precursor ꝓ nobis introiuit Jesus ⁊ assistit nunc vultui dei interpellans pro nobis. Ibi require quaternos ordines ⁊ statiões castroꝝ. Ibi israelitica agmina ⁊ excubias cerne sanctorum. Ibi primitiuoꝝ sacramẽta rimare. Sed ego nõ audeo illuc solus ascẽdere: precedat Paulus cum mihi viaꝫ ostendat. Ipse vero apostoloꝝ maximus sciens multas esse nõ solum in terris: sed etiaꝫ in celis ecclesias (ex qbus septem quasdã Johannes enumerat) volẽs ostẽdere quandã preterea ecclesiã primitiuorum: dicit ad Heb. 12. e. Non enim accessistis ad ardentem ⁊ tractabilem ignẽ: sed accessistis ad monteꝫ Sion: ⁊ ciuitatem dei viuentis Hierusalem celestem ⁊ multitudinẽ angelorum laudantiũ ⁊ ecclesiam primitiuoꝝ ascriptam in celis. Moyses ergo per quattuor castra populũ dei diuisuꝫ scribit in terris. Apostolus quattuor ordines sanctoꝝ in celis: ad quoꝝ singulos vnũquẽq nostrum dicit accedere. Nõ enim oẽs ad omnes accedunt: sed alij ad montẽ Sion: ⁊ Paulo meliores ad ciuitatem dei viuẽtis Hierusalem celestẽ. His ergo eminentiores accedũt ad multitudinẽ angelorum laudantiũ. Qui autẽ supra omnes istos sunt: accedunt ad ecclesiam primitiuoꝝ. Prepara ergo te ⁊ enitere quantũ vales: si forte actibus/vita/moribus/fide ⁊ institutis proficias vbi possis accedere ad ecclesiam primitiuoꝝ. Si paulo inferior es: accede ad multitudinẽ ãgelorum laudantium: vel ad ciuitatẽ dei viuentis celestem Hierusalẽ: vel saltẽ ad montẽ Sion: vt in monte salueris. Tantũ est: ne in terra resideas/ne in vallibus maneas: ne in demersis ⁊ humilibus perseueres. Ita assumunt primogeniti Leui: qui ministrant deo: et altari eius ⁊ tabernaculo excubijs perpetuis diuina ministeria celebrant. ☞ Quere ſm sensum moralem Annota. iterũ. 74. prime partis ser. Religiosorum. fo. 143. col. 4. ⁊ fo. 144. Col. 1. ⁊ 2.

¶19. Nu. 4. TAbernaculũ federis. ⁊c.] Glosa. Origeñ. ☞ Quere annot. 4. prime par. sermo. Angelorum. fo. 76. col. 3.

¶20. Nu. 28. DIxit quoq dñs ad Moysen. ⁊c.] Glosa. Origeñ. In diebus festis meis. Habet deus dies festos suos. Est enim ei magna festiuitas salus humana. puto ꝙ per singulos fideles: per singulos: qui conuertuntur ad deum ⁊ in fide ꝓficiunt: festiuitas oritur dño. Letificat eũ impudicus: si fit castus: ⁊ iniustus/cũ iusticiã colit. Agit festũ xp̃s: qui pro salute nostra sanguinem fudit cum videt prodesse: ꝙ se humiliauit: factus obediens vsq ad mortem. Agit festa spiritus sanctus cum in his: qui conuertuntur/videt sibi templa parari. Letantur angeli: ad quorum festiuitateꝫ accedunt cõuersi. Gaudium enĩ est in celo super vno peccatore penitentiam agente. Deo ⁊ angelis eius occasionem leticie damus: cũ super terrã ambulantes conuersationeꝫ in celis habemus. Uereor ne econtrario mala conuersatio nostra nõ solum terris: sed ⁊ celo lamentationes inducat/⁊ fortassis ipsi deo. Ut quid eniꝫ dicit Geñ. 6. b. Penitet me quia feci hominẽ super terram? Et Christus videns ciuitatẽ: fleuit super eam dicens. Hierusalem hierusalẽ que occidis prophetas ⁊ lapidas eos. ⁊c. Luce. 13. g. Et ego hodie si prophete nõ audiã verba/⁊ monita eius spernã: lapido prophetam. ⁊ quantuꝫ in me est: occido. cuius tanq̃ mortui verba nõ audio. Illa quoq lamentantis dei vox est Michee. 7. a. Heu me: quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe: ⁊ sicut racemos in vindemia. ⁊c. Hierusalem vero quia peccauit grande peccatum: perierunt omnes festiuitates eius. Threñ. 1. c. Occiderũt Christũ in loco sancto ⁊ in die festiuitatis: ideo dicit ad eos. Neomenias vestras ⁊ sabbata vr̃a ⁊ dies festos odiuit anima mea. Esaie. 1. d. Ubi de muneribus mandat: vbi adhuc nulla sunt peccata: dies festos meos dicit. * Hec sũt sacrificia.]. Queramus ergo diligenter quis sit ordo festiuitatũ: vt ex ipsis ordinibus et sacrificiorum ritu colligamus: qualiter vnusquisq ex factis suis festiuitatem deo parare possit. Prima ergo est festiuitas dei: que dicit̃ indesinẽs. Scd̃a sacrificij sabbati. Tertia neomenie dies. Quarta dici pasche solennitas. Quinta azymorum. Sexta nouorum. Septima Pẽtecost. ☞ De quibus festiuitatibus vide diffuse per totã Glo. ca. 28. Et applica has festiuitates ad beatitudines euangelij dici huius. ¶ Uel ad ordines sanctoꝝ: quorum hodie solẽnia celebramus. ¶ Uide etiã totã glosam. cap. sequentis. s. Nu. 29. Et de secunda festiuitate quere hic anno 51. prime par. ser. Generalis. fo. 253. co. 1. tertij Tomi.

LOcutus est dominus. ⁊c.] Lyra. Moralr. ¶21. Nu. 34. A
In hoc capitulo describuntur termini terre promissionis secundũ quattuor partes orbis: que sunt. Oriẽs/Occidẽs/Aquilo/Meridies. Per terrã vero promissionis significatur terra viuentium siue vita beata: que nõ est proprie loquendo celũ empyreum. Naꝫ omnes angeli ſm

doctores catholicos fuerunt ibi creati: nō tamen tunc fuerunt beati: quia sic nulli cecidissent. qđ est falsum: igitur terra viuentium, quod idez est quod vita beata dupliciter accipitur. Uno modo obiectiue: ⁊ sic ipse deus est vita beata: nec habet terminos: sed est infinita. Baruch. 3. c. O isrl' q̄ magna est domus dei ⁊ ingēs locus possessionis eius: magnus ⁊ non habet consumationez: excelsus ⁊ immensus. Alio modo accipitur subiectiue prout est formaliter in ipso beato: ⁊ sic est terminata vita beata. huius termini sic possunt assignari. s. ab oriente claritas diuine visionis: sicut ab oriente nobis prouenit ortus lucis. A meridie vero suauitas fruitionis: proueniens ex feruore dilectionis: sicut a meridie prouenit feruor caloris: ab occidēte firmitas tētationis: certi enī sunt omnes beati, q̄ nullo modo cadēt a sua beatitudine. Ab aquilone vero, a quo est omne malum. Hiere. 1. c. Iocūditas exultationis: qm̄ videndo penas dānatorū: quas euaserunt, ex hoc
B habent materiam exultationis. * Hec sunt nomina virorum. ⁊c.] Per nouem principes terrā diuidentes promissionis possunt cōuenienter intelligi nouez ordines angeloꝝ: nā per eorum ministerium electi perducuntur ad terrā viuentiū: nam s̄m varios gradus beatitudinis possessuri: quos saluator mansiones. Iohā. 14. appellat. Hebre. 1. dicitur de angelis. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministeriū missi propter eos: qui capiunt hereditatem salutis
C * Locutus est domin⁹. ⁊c.] Glo. Orige. ☞ Quere anno. 11. prime partꝭ sermo. Pugne. fol. 167 co. 2. sequitur immediate. ¶ Tropolo. Ratio quoq̄ tribuū, distinctio ordinū, societas familiarum, ordinatio castrorum, ingētia prodit sacramenta. Certa expectatio est nobis resurrectionis mortuorū, cuz hi qui viuunt: qui relicti sunt: nō preuenient in aduentu xp̄i eos: qui dormierunt. 1. Thessa. 4. d. Sed cū illis rapientur in nubib⁹ obuiam xp̄o in aere: siue omnes in aere (sicut Paulus dicit) permāsuri: siue etiam aliqui ad paradisum aut ad alia quelibet (ex multis mansionibus que apud patrē sunt) loca trāsferendi. Diuersitas autem translationis ⁊ gloria s̄m merita cuiq̄ prestabitur. Et erit vnusq̄sq̄ in ordine suo. Unusquisq̄ ḡ in resurrectione: aut in tribu Ruben ascribet: q: in morib⁹: vel in actib⁹: vel in vita: ipsi Rubē aliquid simile ⁊ cōsanguineū habuit. Ali⁹ in tribu Symeon: forsitan pro obedientia. Alius in tribu Leui: qui. s. bene prefuit sacerdotio: vel bene ministrans gradum sibi bonuz acquisiuit. alius in tribu Iuda qui regio spiritu populū suum: sensus. s. mentis et cogitationes cordis bene rexit. Singulis quoq̄ tribubus sociabitur: qui eis aliquid cognatū vel in actibus vel in moribus habuit. Illud etiā quod socia connectione tribuū castroꝝ positio, et metationis ordo describitur: pertinet a aliquē statuz in resurrectione mortuorū. ⁊c. ☞ Que immediate sequuntur quere annota. 6. prime partis ser. Sanctissime trinitatꝭ. fo. 257. col. 2. p̄mi Tomi. Et vide epistolam hodierne festiuitatis. In qua agitur de his tribub⁹. ☞ Quere etiā hic an. primo ⁊. 17. ⁊. 18. hui⁹ par. ⁊ ser. fo. 58.

DEcernite que vrbes esse debeant in presidio fugitiuorum: qui nolentes sanguinem fuderint. ⁊c.] Lyra. Moraliter. Ad hoc autem fuerunt sex vrbes assignate: tres vltra Iordanem: ⁊ tres citra. Iordanis autem interp̄tatur riuus iudicij: propter quod per ipsuz significat̄ rigor examinis extremi. Sicut igitur tres sunt ciuitates idest tres ciuium vnitates. Nā ciuitas est ciuiuz vnitas: in quibus vniūtur fideles ante iudiciū: qui sunt ciues sanctorum ⁊ domestici dei. Eph. 2. a. Has autem ciuitates vel ciuiū vnitates ponit Apostolus Eph. 4. a. Unus dn̄s, vna fides vnum baptisma. Similiter post iudicium tres ciuitates vel ciuium vnitates: in quibus oēs electi in anima et corpore constituti vnientur: dici possunt tres persone in trinitate personaꝝ: et vnitate essentie. Nā quelibet personarum est vna p̄sonaliter: ⁊ tres persone sunt vn⁹ deus essentialr̄. Possent etiā dici tres iste ciuitates dei Uisio clara, fruitio perfecta, ⁊ tentio firma. Ante tñ iudiciuz aie sanctoꝝ diuinā essentiam ⁊ tres p̄sonas vidēt ⁊ ea fruūtur ⁊ in ipsa firmiter stabiliunt̄. ¶22. Nu. 35.

COnstituit terminos populoꝝ. ⁊c.] Glosa. Greg. ⁊c. ☞ Quere ibi. ⁊ hic diffuse annota. 7. prime partꝭ. ser. Angeloꝝ. fo. 76. co. 4. ¶23. Deu. 32.

CReauit deus cete grandia.] Lyra. Dicūt Hebrei quod istud genus pisciuz est incredibilis magnitudinis: propter quod si eoꝝ multiplicata fuissent indiuidua: destructum fuisset seculum: quia mare nō esset nauigabile: nec alij pisces possent stare in mari. ideo postq̄ de⁹ creauerat hanc speciez in sexu masculino ⁊ femineo: occidit femellam: ne multiplicarent̄ indiuidua: et reseruat eam iustis ad comedendū in futuro seculo. Ex quo patet iudeos cecidisse in errorem Saracenorum: qui beatitudinē future vite ponunt in delectationibus corporalibus ciboruz ⁊ venereoꝝ: quod nō solum apud catholicos absurdum reputatur: sed etiā apud gentiles philosophos: qui beatitudinē hominis ponūt in operibus intellectiue partis: asserentes vitam voluptuosam esse vitam pecudū: vt patet p̄io Ethi. Propter qđ beatitudo ibi nō est ponenda: cum felicitas nullo modo pertineat ad bruta animalia: sed solum ad intellectualē ⁊ rationalem creaturam. propter quod catholici bene ponunt bea ¶24. Gen. 1.

titudinem in visione ⁊ fruitione ipsius dei: et ab
hac beatitudine anime post resurrectionē fiet re
dundantia ad corpus: per quā fiet gloriosum ꝑ
dotes corporis: inter quas ponitur impassibili=
tas: ⁊ per consequens erit resurrectio ad vitā im
mortalē: operibus nutritiue ⁊ generatiue nō in=
digentem. Ad hoc sunt auctoritates clarissime
no. testa. Sed quia nō recipiuntur a iudeis: ad
hoc potest adduci auctoritas prophete Dauid
dicentis. Ps̃. 18. d. Satiabor cū apparuerit glo
ria tua: quia ex beatitudine anime fiet talis re=
dundantia ad corpus: ꝙ satiabitur omnis ho=
minis appetitus. Ad hoc etiam facit exemplum
Moysi: qui existens in monte cū dn̄o. 40. dieb⁹
et. 40. noctibus nō comedit neq̃ bibit: consortio
et colloquio dn̄i satiatus: et multo minus in sta
tu future beatitudinis/ vsus ciboꝝ est ponēdus.
☞ Applica tu ad malos xp̄ianos/ gulosos/ ⁊
voluptuosos. ⁊c. et ps̃. 103. ✳ Draco iste quē for
masti. ⁊c.] ☞ Quere annot. 24. L. D. ꝓme
partis sermo. Passionis xp̄i. fo. 48. col. 4.

¶25. Leui. 20 Terram fluentem lacte ⁊ melle.] Glo. Deli
tijs beatitudinis/ quibus nihil suauius/
nihil dulcius: et sine omni labore erūt/ sicut lac
et mel: que sine nostro labore preparantur.

¶26. Nu. 27. Accesserunt autē filie salphaat: filij epher:
filij galaad: filij machir. ⁊c.] Lyra. Mora.
Per hoc autem/ ꝙ istis mulieribus ex determia
tione dn̄i data fuit hereditas inter viros generis
sui: significatum fuit/ ꝙ in adeptione hereditatꝭ
eterne nullā facit differentiam diuersitas sexuū
vel statuū: sed tantū meritorū. Gala. 3. d. Qui=
cunq̃ in Christo baptizati estis: xp̄m induistis:
in quo nō est iudeus neq̃ grecus: nō seruus ne=
q̃ liber: nō masculus neq̃ femina: omnes enim
vos vnum estis in xp̄o Jesu. Si autem vos vnū
estis in Christo Jesu: ergo semen Abrahe estis/
secundū promissionem heredes. Unde ⁊ beata
virgo Maria nō solum super omnes viros/ sed
etiam super omnes angelos in celis creditur ex=
altata. ☞ Quere de hac materia infra An. 1.
secūde partis huius sermo. fol. 60. col. 1. Sequit
paulopost. ✳ Homo cum mortuus fuerit. ⁊c.]
Glo. Origen. Supponitur lex de successione/ vt
primo filius: filia secundo loco succedat: tertio fra
ter: quarto patris frater: quintus gradus certū
aliquem nō designat. Sed quicūq̃ propinquior
ex omni familia fuerit/ succedat. In his integer
et perfectus est historie sensus: vt nihil requirere
videatur. Sed qui in spiritualibus legibus est
eruditus/ potest intelligere diuersos successorum
gradus. ⁊ quomodo primus sit consequende he
reditatis gradus/ doctrine ⁊ scientie merito: qui
est masculus filius. Secundus/ operum prero=
gatiua: que est filia. Tertius cōpassionis ⁊ imi=
tationis: vnde ⁊ frater nominatur. Sunt enim
nōnulli: qui sponte ⁊ ꝓprio intellectu nihil agūt
sed positi inter fratres ex imitatione ea videntur
agere que illi agunt: qui proprio intellectu mo=
uentur. Datur etiam istis terti⁹ hereditatis gra
dus/ quasi fratribus. Quartus quē fratrem pa
tris nominat/ potest intelligi ordo hominū: qui
audita a patribus conantur implere: nō tam ꝓ
prijs sensibus moti/ nec presenti doctrina excita=
ti/ q̃ veterum traditione: boni vero aliquid ge=
runt. Ultimus vero scribitur gradus: qui quoli
bet pacto his proximus fuerit: quasi diceret: siue
occasiōe/ siue veritate doctrine quis aliquid bo
ni fecerit: nō perdet mercedem suam.

Ex hyacintho ⁊ purpura. ⁊c.] Glo. Beda. ¶27. Exo.
☞ Quere an. 2. prime partꝭ. ser. Ferie.
4. dn̄ice. 4. quadragesime. folio. 146. col. 1. Et
applica colores predictos ad sanctos/ quorum
hodie solennia celebramus. Et quere fere de hac
materia Anno. 3. prime par. isti⁹ ser. fo. 54. co. 3.

Accesserunt ergo filie Salphaat. ⁊c. vsq̃ ✳ ¶28. Nu. 27
Date nobis. ⁊c.] Glosa. Origen. Hec ꝯm
historiam palā est omnib⁹ quid vigoris habeāt:
qui sciunt leges istas non solum apud filios isrl
custodiri: sed apud omnes homines: qui tamen
legibus viuunt. Unde apparet ꝙ libertas filiaꝝ
Salphaat nō solum eis hereditatē contulit: sed
perpetua viuendi iura seculo dedit. Uides quā
ta sit historie etiā vtilitas: quis potest leges istas
dissoluere: quibus vniuersus vtitur mundus?
Nos autē queramus quomodo spiritaliter edi
ficemur. Fieri eñ potest/ vt nec filie mihi sint ꝯm
carnē: neq̃ iuris hereditas. Erit ergo alicui ocio
sa lex: q̃ diuina voce sancita ē. Requiram⁹ ꝗ apō
spūalē legē: q̃ sint iste quinq̃ filie. Quaꝝ etiam
si pater mortuus fuerit pro aliquo peccato: ipse
tamen hereditatem iussu dei accipiunt. Uirtu=
tes eñ: ⁊ sensus mentis filij sunt: filie vero opera
corporis ministerio impleta. Quinq̃ enim sunt
corporis sensus: quibus omne opus in corpore
expletur. Iste ergo quinq̃ filie. i. operum perfe=
ctio: ⁊ si patre orbate remaneant: nō abijciuntur
ab hereditate: sed nō excludūtur a regno: sed in
medio populi dei hereditatem accipiunt. Sal=
phaat autē interpretatur vmbra in ore eius: hec
est intellectus operum pater. Sunt multi fratres
in quibus intellectus altior ⁊ profundior null⁹.
Sed est in eis sensus emortuus. Ui. 1. Reg. 25.
f. Et emortuū est cor eius in ip̄o. Hic igitur si ad
intelligentiā spiritualem nihil sapit: sed est emor
tuus: tamen si genuerit filias. i. opera mandato
rum dei: hereditatem certe cū plebe dei consequē
tur. Non poterit quidē numerari inter eos: q̃ꝝ
ipse dn̄s portio est. Matthei. 20. b. Multi enim
vocati: pauci vero electi. Ostēditur autem ipso

nomine quare filios nō potuit generare. Interpretatur eīm vmbra in ore eius. Qui vmbraz legis in ore habet: τ nō ipsam imaginē reruz, nihil spirituale: nihil profundi intellectus sentire potest: sola vmbra legis in ore eius est: sensus viuos et spirituales generare non pōt: sed opera τ act⁹: que sunt simpliciora vite mysteria. Et ideo ostendit in his clementiā dñi q innocentiores etiam si sensu deficiant: et bona opera habeant, nō excludant ab hereditate sctōꝝ. Recte ḡ locute sunt filie Salphaad. ☞ Quere de hoc. s̄. An..26. huius par. τ ser. fo. 59. co. 3. Et infra an. sequēti.

Ex secunda parte Biblie.

Dedit q̄ filiabus Salphaad iuxta imperium domini possessionem in medio fratrū patris earum.] Lyra. Moral'. Per possessionē in terra promissionis significatur adeptio beatitudinis in terra viuentium. Per Josue vero figuratus fuit Christus. Per hoc ergo q Josue filiabus Salphaat: qui mortu⁹ fuit in peccato suo (vt habetur Nu. 27.) dedit possessionem in terra promissionis, significatur, q pueri malorum parentum nō priuanť hereditate celesti propter malitiam ipsoꝝ: nisi fuerint imitatores scelerum paternorum: licet aliqñ priuentur hereditate terrena ḃm iudiciuz humanum. Item per hoc q hereditas filiabus fuit data: significatur q in adeptione beatitudinis differentia, nō facit distinctio sexuum: sed meritorum. Colo. 3. b. Expoliātes vos veterem hoīem cum actibus suis: τ induentes nouū: qui renouatus est in agnitionē dei ḃm imaginē: qui creauit eum: vbi non est masculus τ femina. ☞ Quere de hac materia supra annota. 26. τ. 28. prime partis huius ser. fol. 59. col. 3. τ. 4.

Substiterūt enim ducenti qui lassi transire nō poterant torrentem besoꝛ.] Glosa. Ducenti lassi viri: qui cum sarcinis sunt relicti: significant infirmos ecclesie: qui cū spiritualibus viris currere nequeunt in via. Sed quia fidez habent τ opus bonum seruant: a Christo premiuz beatitudinis cū perfectis percipiunt.

Trabes. τc.] Bed. Domus que tabulata portant, p̄dicatores significant: q̄ dū sublimez τ honorabilē in ecclesia dei tenent locum infirmiores p̄dicatioē sua ab infimoꝝ appetitu sustollunt: τ ad celestia desideranda τ speranda suspendunt: τ intercedendo vt persistant adiuuāt. Legimus autem in Paral'. q trabes templi sicut cetera ei⁹ interiora: auro vestite fuerunt. Quia factum est: vt ille trabium partes: que intus sunt in templo, aureis essent laminis tecte: que foris parebant nō deaurate, sed cedri speciem formāq̄ ostenderent: in qua tamen imposita sibi tabulata gestabant. Quod ergo extrinsecus cinnebat: vitam sanctorū: qui nobis innotescit, designat. Quod vero intus deauratū fulgebat: claritatem, qua in celesti patria in aspectu creatoris sui gaudent. Claritas trabiū aurea illis tantū: qui templū intrauerāt patebat: quia q̄ magna sit altitudo dulcedinis dei: quā abscondit timentibus se: et perficit sperantibus in se: illi soli nouerunt: qui regnū celeste meruerūt intrare: τ tamē nos vitam, passiones, doctrināq̄ sanctorum cernentes. i. in scripturis legentes ad benefaciendū incitamur: τ quasi in capitibus trabiū foris apparentibus a terra subleuamur. Quāuis enim internam sanctorū gloriam perspicere nondum valemus: ex eo tantū q exteri⁹ videre valuim⁹: sublimius ecclesie membris fideliter adherem⁹. Possumus etiā hec de sanctis adhuc in hac vita positis quoꝝ puritatē dilectionis: qua in secreto cordis corā domino refulgēt: īspicere nequim⁹: et tamen ex eis que loquēdo, agendo, vel patiēdo foris ostendunt: inuenimus salutis auxiliū. Sequitur paulopost. ✳ Et malleus τ securis et omne ferramentum nō sunt audita in domo dñi cum edificaretur.] Quia hic tundimur aduersitatibus et disciplina veritatis exercemur: vt illic iuxta meritū locis cōgruis dispenamur: τ castigatione cessante: solo amoris glutino: quo ad inuicez copulemur: vno impleti spiritu perfūdamur. Sed q̄uis dicatur Noe vir perfectus in generationibus suis: et beati immaculati in via et huiuscemodi: nullus vere perfectus τ sine macula viā hui⁹ vite incedere potest. Nō est enim qui faciat bonuz τ nō peccet. Sed secundū huius tēporis modū perfecti τ immaculati vocātur: qui tunc vere perficiuntur: cū nexibus corporis absoluti ad immortalē dom⁹ dñi decorē peruenerūt. B

Postes de lignis. τc.] ☞ Quere anno. 60. secūde par. ser. General'. fo. 275. col. 1. Sequitur imediate. ¶ E eda. Notandū q in ingressu oraculi duo dicūtur fuisse ostia: sed nō duplicia. In templi vero. i. prioris domus introitu ita erant duo ostia, vt vtrūq̄ esset duplex: quia in pñti ecclia talē nos ingredi τ ducere vitaz necesse est: i qua dilectionē dei τ ꝓximi ꝑ fidē τ opationē ꝑ patientiā τ benignitatē seruemus. In futura autē vita vbi deū τ ꝓximos in luce eterne beatitudinis videbim⁹: eadē gemia dilectione sine laboꝛe: s3 in summa dulcedine ꝑfruemur. Vñ introitus interioris dom⁹ duo habebat ostia: s3 simplicia Nō eīm ibi fides necessaria est: vbi que nunc credim⁹ τ speramus manifeste videbim⁹: nec laboꝛ opeꝝ necessarius: quia ꝑpetua merce- C4 3. Re. 6.

de eorū/que hic laboramus donabimur. Nō necessaria patientia vbi nihil aduersi. Nō munificentia benignitatis: vbi nulla indigentia. ☞ Reliqua quere ibi.

¶5. 3.Re.7. Unum cubitū ꝛ dimidiū habebat.] Glo. Bed. Propter perfectionē.s. operis ꝛ meritum contēplationis. Integer enim cubit⁹ in lutere perfectionē actiōis bone/ quā habebat ille/ de quo dictum est. Job.1.b. Nunquid cōsiderasti seruum meū Job: ꝙ non sit similis ei in terra? Est vero alter cubitus diuine visionis: qui ex aliqua parte in hac vita fidelibus datur. Uñ idem Job.42.a. auditu auris audiui te: nunc autē oculus meus videt te. Ideo post cubitum bone operationis: qui in hac vita potest perfici in sanctis: cubitus incipit superne cōtemplatiōis: que in futura vita perficienda est i electis. ☞ Reliqua quere ibi.

¶6. 2.par.3. Porticum vero.ꝛc.] Glosa. Notandum ergo/ ꝙ parietes domus lapidib⁹ ꝑciosis facti/ fuerunt tabulis cypressinis vel cedrinis operti: laminis aureis vestiti. Uñ in li. Regū. Et cedro omnis domus vestiebatur.ꝛc. Lapides parietis vel pauimenti ꝛ tabule ꝛ aurum sanctorū vitā in ecclesia significant: lapides viui sunt sancti fortitudine fidei in vnā regulam ꝯiuncti. Tabule quoqꝫ cedrine vel cypressine sunt sancti latitudine variarum virtutum ꝑm donationē spiritussancti in eadem fide sibimetipsis cōnexi. Auree lamine sunt sancti supereminentē sciētie charitatem habētes: ꝛ huius fulgore gratissimo ad inuicem congaudētes. ☞ Reliqua quere ibi fere per totam glosam.

¶7 Nee.11. Et super turrim.ꝛc.] Glo. Beda. Longū est de singulis portis vel turribus specialiter disserere: tantū dixisse sufficiat: quia qui portas/ turres/ ꝛ murū ciuitatis magno labore/ erūna/ fame/ frigore/ et vigilijs multis: repugnante indefesso hoste: ꝛ insidiante/ perfecerunt: tunc repulso ꝛ confuso hoste per eiusdē ciuitatis portas turres ꝛ edificia deambulātes/ in canticis/ hymnis/ ꝛ psalterijs/ cymbalis/ citharis ꝛ in tubis: gratiarum actione: vna cū magistris operis ꝛ legis dei letantur. Quod etiā in spirituali edificio fieri nulli dubium est: cum instante tempore vltime retributionis: quasi diu desiderata dedicatione ciuitatis: dei fideles pro operibus ꝑmia cōsequentur eterna. ☞ Reliqua quere ibi ꝑ totum capi. diffuse ꝛ pulcherrime ꝑm omnes glo. Et applica vt melius videbitur.

¶8. 4.Re.6 Dixerunt.ꝛc. Accidit autē.ꝛc.] Glo. Greg. Mora. ☞ Quere anno.30. scd̄e partis sermo. Religioso. fol.149. colū.4. tertij Tomi. Et applica ꝙ electi ad gloriam: in hoc vident se predestinatos ad eā. Si quando deū offendunt: velociter ad cor redeunt.ꝛc.

¶9. 1.Re. Et erit anima dñi.ꝛc.] Glo. ☞ Quere anno.12. scd̄e partis ser. Generalis. fo.269. colūna.3. tertij Tomi.

¶10. Nee. Et ingressus.ꝛc.] Glo. ☞ Quere anñ.51. scd̄e par. ser. Religioso. fo.151. co.4.

¶11. 1.Esd. Pro peccato totius israel.ꝛc.] Glosa. Pro peccato etiam toti⁹ israel offerunt: qꝛ oportet sic eos: qui nobiscum sunt/ bonis fauere: sicut loꝝ bona imitando nostra facere: vt etiā pro statu totius ecclesie dñm deprecemur. Unde in oratione dñica nemo sibi specialiter aliqd petit: sed oībus: qui eundem patrē habent in celis. Item edificato templo: dedicatio sequitur: cum cōpleta in fine seculi summa electoꝝ perueniet ad gratiam celestium ꝑmioꝝ: in qua hostie offeruntur: de quibus eadē domus.i. ecclesia post captiuitatem mortalis erūnē reedificata/ per gloriam immortalitatis dicit. Ps.115.b. Dirupisti dñe vincula mea/ tibi sacrificabo hostiā laudis. Et qꝛ offerunt nō solū pro donis virtutū: sed ꝛ pro mūdanis sordibus vitiorū/ bene post vitulos arietes ꝛ agnos: hirci pro peccato totius israel offeruntur. Gratia eñ de qua virtutū beneficia confert: etiam scelera aufert. Nec in domo dei habitat Pelagius heretic⁹ locū: q se suosqꝫ ꝑsuadebat libertate arbitrij vel liberari a malis: vel ꝯfirmari posse in bonis. ✱ Et statuerunt sacerdotes.ꝛc.] ☞ Quere Anno.47. secunde par. ser. Religiosoꝝ. fo.151. col.3. tertij Tomi.

¶12. Josu.18 Remāserāt aūt israel septē tribus: q̄ necdū acceperāt possessiōes suas.] Lyra. Mora. Per quas significat vniuersitas electoꝝ: qui nōdū habēt possessionē in terra viuentiū: ꝛ diuidūtur in septē tribus.i. status scꝫ Prelatoꝝ/ curatorum/ clericoꝝ: religiosoꝝ: principū: militū: vulgariū: de quolibet eñ statu sunt aliqui acceptiri possessionē in terra viuentium. ☞ Applica vt ꝑ hos septē status intelligant septē beatitudines euangelij hodierni.

¶13. 1.par.6. Intulit igitur.ꝛc. Portauerūt Leuite arcam.ꝛc.] Glo. Hoc fit cū xp̄s peracto vniuersali iudicio cetū doctoꝝ ꝛ alioꝝ fideliū introducit ad regni gaudiū. Reponitqꝫ vasa diuersi gñis argentea siue aurea in thesauris domus dñi: cū eos qui multitudie dulcedinis eius frui meruerūt: abscōdit in abscōdito vultus sui a cōturbatione hoim. ps.30.f. Et apte multi sunt thesauri: in qbus vasa electionis recōdunt: sed vna domus dñi: in qua scti sunt thesauri: qꝛ vna est ecclesia/ in q̄ oēs continent electi q̄uis distantes meritis: ꝛ vna patria celestis oib⁹ ꝑmissa: q̄uis stella a stella i claritate differat. 1. Cor.15.8. vñ Job.14.a. In domo pr̄is mei mansiones multe sunt. Unā ĝ domū dñi fecit Salomō: sed multos

in ea thesauros ad recipiēda vasa diuersi gene
ris: vna tm̄ benedictiōe sanctificata parauit: q2
vna est dom⁹ patr;: sed multe in ea māsiones ad
recipiēdos oīes: quos timētes se et diligētes be
nedixit dn̄s pusillos cum maioribus.

Ex tertia parte Biblie.

Ca. Job. 9.
Qui facit Arcturū.] Lyra. Quedaz
cōstellatio est: que vocatur vrsa ma
A io2: ⁊ vocaī arctur⁹: q2 cōtinue vol=
uit̄ circa polū arcticū siue septētrio
nalē. ✳ Et o2iona.] Quedā cōstel=
latio est clara ⁊ nota: q̄ partim dicit̄ esse in signo
tauri: ⁊ parti in signo geminoꝝ: ⁊ ei⁹ o2t⁹ signi=
ficat tēpestates: ꝓpter qð dicit Phs. 2. lib. Me
teoroꝝ: q2 Orion est idiscret⁹ et difficilis. ✳ Et
hyadas.] Quedā cōstellatio est in frōte tauri: et
in o2tu suo significat pluuias. ✳ Et iteriora au
stri.] .i. polū antarticū seu australē: et stellas: q̄
mouent̄ circa ipsum: q2 quantū pol⁹ arctic⁹ ele
uat̄ sup terrā in hemisperio nostro ⁊ regiōe nr̄a/
propter qð est semp nobis manifest⁹: tantū pol⁹
Antarctic⁹ sub horizonte nr̄o dep2imit̄: et iō est
nobis semp occult⁹: ⁊ pars celi ꝓpe ipsum exi=
stēs. ✳ Qui facit magna ⁊ inscrutabilia.] No
bis/ vt patet ex p2edictis. ✳ Et mirabilia: quo=
ruz nō est numer⁹.] Q2 numerare nō possum⁹
oia: tn̄ sunt cōp2ehēsa a deo et mēsurata: eo q̄ fa
cit oia i pōdere numero ⁊ mēsura: vt habet̄ Sa=
pieñ. 11. d. ✳ Qui facit arcturū. ⁊c.] Moralit̄.
Diuerse sunt cōstellatiōes varios stat⁹ ecclie si
gnātes. Per Arcturū: q̄ semp super horizōtē no
strum apparet: significant̄ stat⁹ apostoloꝝ: q̄ in
episcopis remanet. Per Orionas: q̄ sunt tempe
statis signū: significant̄ stat⁹ martyrū. Per hy
adas: q̄ significāt pluuias: stat⁹ doctoꝝ: doctri=
ne pluuiā effundentiū. Per interiora austri: q̄
sunt nobis occulta/ status anachoretarū/ hoim
aspectus declinantiū. ✳ Qui facit magna. ⁊c.]
Eccl̄s. 1. b. Cūcte res difficiles: nec est/ qui possit
eas explicare sermone. Sed qm̄ magis occulte
sunt ꝓp2ietates gratie q̄ȝ nature/ subdit̄. ✳ Si
B venerit. ⁊c.] ☞ Quere an. 14. tertie par. ser.
Senect. fol. 281. col. 1. ✳ Qui facit arcturū. ⁊c.]
Glo. Nominib⁹ philosophoꝝ vtit̄: vt res illas
vsitata appellatione exp2imat: ⁊ vt deus verba
hoim assumit. Penitet me ⁊ hm̄oi. Arcturus in
axe celi septē stellis lucet: semper versat̄ ⁊ nunq̄ȝ
mergit̄. Hic est generalis eccl̄ia: q̄ in septez eccle
sijs ⁊ in septez cādelab2is in apocalypsi signat̄:
habēs dona septiformis gratie. Ab axe veritat;
lucet: q̄ semp tribulat̄: sed vsq̄ȝ ad finē mūdi nō
deficit: immo vt arctur⁹ versat̄: erigit̄. Vn̄ mox
addidit. ✳ Oriona.] Que hyemali tēpo2e ori

untur: ⁊ in o2tu tēpestates excitant: et mare ter=
rasq̄ȝ perturbāt. Hi sunt marty2es: quos dū celū
idest ecclesia edidit. Hyems. i. fragilitas maloꝝ
in tēpestate exercuit: ⁊ nō solum turbidos sed et
placidos in eo2um necem erexit. ✳ Hyadas.]
In fronte tauri in vere nascuntur: cum sol cali=
dio2 extendit dies. Hi sunt ecclesie docto2es: qui
subduct; marty2ib⁹ eo tēpo2e ad mundi noticiā
venerunt: quo rep2essa hyeme: fides clarius lu=
cet et callet. Hyetos grece: latine pluuia. Unde
hyade a pluuijs dicuntur: quas o2te ferunt: vn̄
fruges vberius crescunt. Tunc nouus sol men
tibus hoim clari⁹ micat: post ista restat vt eccle
sia ad vidēda superne patrie interna perueniat:
vnde addit. ✳ Et interiora austri.] Auster: fer
uo2 spūsscti. Interiora eius/ occulti o2dines an
gelorū et secreti sinus illius patrie: quos implet
calo2 spūs: vbi aie sanctoꝝ: ⁊ post suscitati quasi
astra in abditis occultant̄: vbi sol in meridie vi
detur. Hec astra sunt oculi sponse interiora au
stri: qð intrinsecus latet. Job per exterius dicta
mirans: interiora conatur dicere: omne qð extri
secus vel interius agitur. Sed q2 hoc nō potest
explicari: melius deficiēdo cōp2ehēdit. ✳ Qui
facit.] Melius explet: qui se nō posse explere fa
tetur: ⁊ facundius loquitur: qui obstupescendo
tacet. ✳ Magna.] Uirtute. ✳ Et inscrutabi=
lia.] Ratione. ✳ Et mirabilia.] Multiplicita
te: sed quid miremur: que extra nos sunt: cuz et
hoc qð erga nos agitur ignoramus? Unde ait.
✳ Si venerit ad me. ⁊c.] ☞ Quere annota.
quo sup2a. ¶ Sequit̄ in ca. 38. ✳ Nūquid con C
iungere valebis micātes stellas pleiades.] Ly.
Hic ostenditur imensitas diuine sapiētie ⁊ po
tentie in co2po2ibus celestibus. In quibus vnū
est mirabile/ q̄ stelle fixe habent situm ita deter
minatum ⁊ motum/ q̄ nunq̄ȝ ap2opinquāt sibi
adinuicem magis vno tempo2e quaz in alio: et
quantum ad hoc dicitur. Nunquid coniūgere
valebis? ⁊c. Circa quod sciendum/ q̄ pleiades
septem sunt stelle adinuicem valde p2opinque:
et a vulgaribus hoibus vocantur gallina cum
pullis suis: ⁊ quamuis sint multum p2opinque
in situ: nunquā tn̄ coniunguntur: et adhuc mi=
nus possunt coniungi alie stelle: que magis di=
stant ab inuicem. ✳ Aut gy2um arcturi poteris
dissipare?] Arcturus est quedam constellatio/
que voluitur circa polum arcticum: et vocatur
maio2 vrsa: cuius circuitus nō potest impediri
nisi a solo deo. ✳ Nū qd cōiūgere valebis micā
tes stellas?] ¶ Moral. i. pa tres noui testamēti
et veter;: quos solus de⁹ cōiungit in fide media
to2;. ✳ Aut gyꝝ arcturi? ⁊c.] Idest cetū aplicū:
quē de⁹ quodāmodo dissipauit: quādo p o2bez
eos ad p̄dicādūz dispersit. ✳ Nūquid cōiūgere D

valebis micātes stellas pleiades.] Glo. Cōstat hoc nullum hominē posse: sed tn̄ de his Job interrogat: vt humilis ad deum refugiat: qui solus hoc posse ostenditur. Pleiades a pluritate vocate sunt: q̄ et vicine sibi et diuise sunt: per quas: que septem sunt: sanctos omnes denunciat: qui inter vite presentis tenebras spū septiformis gratie nos lumine illustrant: qui a mundi origine vsq ad eius terminū diuersis tēporibus missi: quasi disiūcti sunt: et coniuncti per intentionem mentis: dum vnum predicant. Ac si dicat. Nūquid cōiungere valebis micantes stellas pleiades: sicut ego: qui vnus omnia impleo: et vnitatis sensu electoꝝ mentes coniungo? * Aut gyrum arcturi. &c.] In arcturo: qui per gyrum suū nocturna spatia nō casurus illustrat: nequaq̄ particulari edita vita sanctoꝝ: sed tota simul ecclia designatur: que fatigationes quidem patitur: nec tn̄ ad defectū proprij status inclinat. Gyrū laborum tolerat: sed ad occasum cum tēporibus nō festinat: sed illa stante nox mūdi finit. Hunc gyrum quandoq dominus dissipat: quia labores ecclesie ad requiem permutat: tunc pleiades plenius iungit: quia tunc sancti omnes visiōis sibi specie copulabūtur: quādo in fine ecclia ab

E his: quos nunc sustinet laboribus soluit. ¶ Habemus adhuc q̄ de stellis pleiadibus atq arcturo aliud sentiamus. Pleiades quippe ab oriente. arcturus vero ex parte aquilonis surgit. Quocūq autem se per gyrum arcturus verterit/ pleiades ostēdit: et cum lux dici iam vicina efficit: stellarum eius ordo distenditur. Potest igitur per arcturū: qui a plaga frigoris nascitur/ lex: per pleiades vero: que ab oriente surgunt: testamēti noui gratia designari: quasi eniꝫ ab aquilone lex venerat: que tanta subditos rigiditatis asperitate tenebat. Nā dū pro culpis suis alios preciperet lapidibus obrui: alios gladij morte mulctari: plaga torpens velut a sole charitatis aliena preceptoꝝ suorū semina plus premebat ex frigore/ quam ex calore nutriebat. Nec mirū q̄ per arcturi septem stellas testamentum vetus exprimit: quia et in veneratione legis dies septimus stetit venerabilis: et per hebdomadam integram constituti sacrificij vota tendebātur. Pleiades vero: que (sicut superius dictum est) septē sunt: testamenti noui gratiam tanto apertius indicant: quāto cuncti liquido cernimus q̄ per illam fideles suos spūssanctus septiformis muneris lumine illustrat. Quaq igitur arcturus se vertat: pleiades semp ostēdit: qꝛ p omne qd testamentū vetus loquit: testamēti noui opera nūciant. Sub textu eni littere tegit mysteriū ꝓphetie. Redēptor aūt noster i carne veniēs pleiades iūxit: qꝛ operatiōes septiformis spūs simul in se

et cūctas et manētes habuit. Nullus vero hoim operatiōes sctispūs omes simul habuit: nisi solus dei mediator et hoim: cuius est idē spūs: qui de patre ante secula ꝓcessit. Dū vero pleiades iūxit: arcturi gyrū dissipat: qꝛ dū semetipsū factū hoiem habere cūctas sctispūs operationes innotuit: in testamēto veteri littere laborē soluit: vt iā deliꝫ quisq iā cū libertate spūs illud intelligat: cui prius in formidine inter tot discrimina seruiebat. Audiat itaq beatus Job. Nunquid coniūgere valebis? &c. Ac si aperte diceret. Habere q̄dem lumina quarūdā virtutū potes: sed nūq̄ exercere simul omes operatiōes sctispūs sufficis. Aut etiā gyrū arcturi potes dissipare? Ac si diceretur. Et si iā q̄ recta sunt sentis: nūquid virtute tuā etiā in alienis cordibus laborē grossioris intelligētie destruis? Mc itaq cōsidera: q̄ carnaliū stulta eligo: dū me p canis stulticiā manifesto/ vt tāto magis hec: q̄ putas tuarū virtutū fortia humilies q̄to nec vestigia mee ifirmitatis ꝯphēdis

Dulcis fuit glareis cocyti.] Lyra. Scd̄m dicta poetaꝝ cocytus fingit infernalis fluuius: in q̄ cruciant aie ipsoꝝ: iō interptat luct9. Glaree aūt fm aliquos sunt lapilli: q̄ trahunt a flumine. fm alios sunt immūditie: q̄ trahunt i fluminis supficie. Et fm vtrāq significationē glaree cocyti dicunt hoies impij: q̄ ad penā inferni vident preuisi: et tēpore Job currebat istud pro ꝓuerbio. Hoies impij vocabātur glaree cocyti: sicut modo tales hoies dicunt stipule inferni. est igit sensus. Dulcis fuit glareis cocyti. i. impijs dū viueret fuit amicabilis et fauorabilis hoibus impijs. * Et post se oēm hoiem trahet.] i. post mortē eius de oi statu hoim aliq̄ descendūt ad infernū. * Et ante se inumerabiles.] i. ante mortē eius multi valde iā descenderāt. Hoc aūt dr̄ ad augmētū pene eius: qꝛ sic felicitas cuiuslibꝫ beati auget ex societate alioꝝ btōꝝ: sic et pena cuiuslibet dānati ex societate alioꝝ: et maxime quando fuit fautor ipsorum. | Ex. Jobi.

Et mors et pditio. &c] Lyra. Mora. ¶ Quere an. 7. tertie p. ser. Angeloꝝ. fo. 80 | Ex. Jobi.

Sperantē autem in domino.] Lyra. Spe debita: que est certa spectatio future beatitudinis: ex gratia et meritis proueniēs. * Misericordia circūdabit.] In futura beatitudine: in qua ex dei misericordia circunquaq habebit materiā leticie: supra se in visione diuina: infra se videndo infernū et tormēta: que euasit ex dei gratia: circa se ex sctōrū et angeloꝝ societate grata: et ideo in fine psalmi excitat iustos ad laudē dei: dicēs. * Letamini in domino.] Gaudio exteriori. * Et exultate iusti.] Gaudio exteriori: q̄ exultatio dicit quasi extra saltatio: in quātū gaudium mentis prorumpit exterius in voces | Ex psal.

diuine laudis. ✱ Et gloriamini om̃es recti cor
de.] Quia ſm q̃ dicit Apoſtolus. 2. Cor. 1. c.
Gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ conſcientie no
ſtre. Hec enim eſt recta gloriatio: quando con=
ſcientia non remordet de graui peccato.
Exultate iuſti. ꝛc.] ☞ Quere Anno. 2.
eſtie p. ſer. Orõnis. fo. 184. co. 4. Sequit̃
immediate. ✱ Beata gẽs. ꝛc.] Lyra. Hic deſcri
bitur diuine laudationis ſiue cultus premiuꝫ.
Circa quod ſciendum ſecunduꝫ q̃ dicit Boeti⁹
de conſol'. Libro. 3. Beatitudo eſt ſtatus omniũ
bonorum congregatione perfectus: qui in re ha
bebitur in patria in fruitiõe dei: cuius bonitas
eſt infinita. Ad hanc autem beatitudinẽ perue
nitur per veruꝫ dei cultum: ſm q̃ dicit ſaluator.
Joh: 12. b. Ubi ego ſum illic et miniſter meus
erit: ꝛ ſic habetur in ſpe: in via per verum ꝛ debi
tum dei cultũ: et hoc eſt quod dicitur. ✱ Beata
gens cuius eſt dñs deus eius.] Per veraꝫ fidẽ:
et debitum cultum. ✱ Populus quem elegit.]
Electione predeſtinatiõis: que infallibiliter cõ=
ſequitur effectum: ideo ſubditur. ✱ In heredi=
tateꝫ ſibi.] Quia predeſtinati immobiliter ad=
herebunt deo in patria celeſti: ita q̃ erunt here=
ditas dei: ꝛ deus erit hereditas ipſorũ: q2 illos/
quos ſic p̃deſtinauit ab eterno/ vocat tẽporalit̃
ad fideꝫ ſuam: et iuſtificat per gratiã finalem: et
ſic cõſequẽter eos magnificat per gloriã: ſm qᷦ
dic̃ Apoſtol⁹. Ro. 8. f. Quos p̃deſtinauit: hos
et vocauit: ꝛ quos vocauit: hos ꝛ iuſtificauit: ꝛ
quos iuſtificauit: hos ꝛ magnificauit: ꝛ ſic qui
prius fuerant beati in ſpe: facti ſunt beati in re.
✱ De celo reſpexit dñs. ꝛc] Hic cõſequẽter oſtẽ
ditur huius p̃miatiõis principiũ. Circa qᷦ ſciẽ
dum: q̃ opera meritoria non ſunt prima cauſa:
propter quã aliqui premiãtur in vita beata: ſm
q̃ declarat apoſtol⁹. Ro. 9. c. de Jacob et Eſau:
dicens. Cum nondũ nati fuiſſent/ aut aliquid
boni aut mali egiſſent: dictũ eſt: q̃ maior ſeruiet
minori: ſicut ſcriptũ eſt. Jacob dilexi: eſau autẽ
odio habui. Nec etiaꝫ meritoꝝ futuroꝝ p̃uiſio:
immo preparatio gratie in tẽpore ꝓcedit ex eter
na predeſtinatiõe: vt predictũ eſt. Et hoc eſt qᷦ
dicit̃. De celo proſpexit dñs. Et accipit̃ hic celũ
ſumme trinitat̃: qᷦ idẽ eſt qᷦ de⁹: q2 ab eterno
omnia preuidit in ſe ipſo: ꝛ ideo ſubdit̃. Uidit
omnes filios hominum. ſ. equales in naturali=
bus: ſed aliquos elegit ex ſpeciali gratia ad par
ticipationem beatitudinis ſuper naturalis: ad
quã nõ poteſt hõ attigere ex naturalib⁹. ☞
Reliqua quere ibi fere per totum pſalmũ.
Quoniã apud te eſt fons vite: et in lumine
tuo videbim⁹ lumẽ. ꝛc.] Lyra. Deus enim
eſt vita per eſſentiã: ꝛ omnia ſunt in eo vita: ſm
quod dicitur. Joh. 1. Quod factum eſt. ſ. in cre
atur̃. In ipſo vita erat. Creatura enim anteq̃
crearetur/ non erat aliud q̃ creatrix eſſentia/ q̃
eſt per eſſentiaꝫ ipſa vita. ✱ Et in lumine. ꝛc.]
Ideſt in lumine creato glorie: videbimus lumẽ
tue eſſentie/ qᷦ videri nõ poteſt ab intellectu cre
ato: niſi ad hoc eleuet̃ per lumẽ glorie fortificãs
lumẽ naturale intellectus creati. Sicut nec ocu
lus noctue poſſet videre lumẽ ſolis/ niſi aliquo
ſibi addito fortificaret̃: ꝓpt̃ qᷦ dicit̃. 2. Meta.
Qᷦ ſicut ſe habet oculus noctue ad lumẽ ſolis:
ita intellect⁹ noſter/ ad ea: q̃ ſũt manifeſtiſſima
in natura: per q̃ intelligunt̃ diuina: q̃ de ſe ſunt
manifeſtiſſima. Sed virtutẽ intellect⁹ noſtri ex
cedẽtia/ ſicut ꝛ lux ſolis eſt maxime viſibilis: tñ
improportionata noctue oculis. ☞ Uide
etiaꝫ Glo. maxime in capite.
Quã dilecta. ꝛc.] Lyra. p̃s iſte cantabat̃ in ¶7
feſto cet⁹ vel collecte in memoriã vel poti⁹ p̃s. 83.
figurã collectiõis ſanctoꝝ in regno celoꝝ. Pro=
pter qᷦ illud feſtũ dicitur celeberrimũ atq3 ſctiſ=
ſimuꝫ. Et iõ p̃s iſte diuidit̃ in duas partes. Or
primo oſtenditur: q̃ felicitas ſuperna debet ſup
omnia cõcupiſci. Secũdo ſubditur qualiter hõ
valeat ipſam adiſpici. ☞ Quere ibi ſm om
nes gloſas. addi. et Replicas.)
Fundamẽta ei⁹. ꝛc] Ly. ☞ Quere an. ¶8.
7. tertie par. ſer. Eccl'ie. fol. 69. col. 4. Se p̃s. 86.
quit̃. ✱ Sicut letãtiũ oim noſtrũ habitatio eſt i A
te.] Hic deſcribit̃ ſecũd⁹ ſtat⁹ eccl'ie. ſ. triũphãt̃:
in q̃ eſt la⁹ iugis ꝛ perpetua. Sicut dicit̃ ps. 83.
a. Beati: q̃ habitant in domo tua dñe: in ſecula
ſeculoꝝ laudabũt te. ꝛc. Et h̃ eſt qᷦ dicit̃. Sicut
letãtiũ oim nr̃uꝫ: ꝛc. Nõ eni poteſt dici ita gene
raliter quãtũ ad ſtatũ vite p̃ſent̃: nec quãtũ ad
letitiã ſpũalẽ: q2 ſemper ſunt aliq̃ mali mixti cũ
bonis: qᷦb⁹ nõ cõpetit leticia ſpũalis: nec quãtũ
ad leticiã corporalẽ: q2 in eccleſia ſemp ſunt aliq̃
afflicti meſticia tẽporali. ✱ Fũdamẽta ei⁹ i mõ
tib⁹ ſanct̃.] Interl'. Prophet̃: Apoſtol'. Sũmo
angulari lapide xp̃o. ¶ Gloſa. Caſ. Propheta
p̃dicat celeſtẽ hierl'm filijs chore: quaꝫ cõmẽdat
p fundamẽta ꝛ portas ꝛ famã/ vt eis augeat̃ af
fect⁹. ¶ Idẽ. Pſal. de celeſti hieruſalẽ plen⁹ ſpũ.
Propheta multa voluẽs apud ſe: de hac ciuita
te: de qua nihil adhuc dixerat: i h̃ erũpit. ✱ Fũ B
damẽta ei⁹. ꝛc] Prior la⁹ a fundamẽtis: vt ſoli
ditas toti⁹ ciuitat̃ notet̃. Ei⁹ nõ refert̃ ad aliqᷦ
p̃miſſuꝫ: ſꝫ ad cordis ꝓphete meditationẽ: q̃ de
illa nũq̃ corde tacuerat: ꝛ ſi ore. ✱ Dicta.] Au
guſti. Hec ſunt illa: que dñs p ꝓphetas de ea p̃
dixit. ✱ Memor ero.] Aug. Diapſalma. Do=
minus de eadem Hieruſalem. ¶ Auguſti. Me
mor ero Raab. Oſtẽdit: que ſunt illa glorioſa.
Quaſi hec ſunt illa. In illa ciuitate (inq̃t) Pro
pheta ex perſona dei Memor ero Raab ꝛ Ba=

bylonis. Que non pertinent ad populum iude
orum. Gloriosa de te: vbi non solus est iudeus/
sed omnes gentes. * Raab.] Augu. Per fene
strā (vt dicit Jos. 2. c.) emisit coccinū. i. in fronte
habet signum sanguinis xp̄i ecclesia gentium.
Vñ Math. 21. c. Publicani ⁊ meretrices pre-
cedēt vos in regno celoꝝ. Raab latitudo vel im
petus: gentes: que late ⁊ impetuose vagātur per
vitia. ¶ Augusti. Ad babyloniā pertinēt omēs
mali/ vt ad hierusalē omēs sancti. * Ecce alie-
nigene.] August. Memor. ⁊ ecce alienigene. i.
gentes. Et Tyrus/ angustia vitioꝝ vel peniten
tie. * Nūquid Sion?] Aug. Cas. Secundū
aliam litteram. Mater Sion dicet homo. Q.
vnde alieni peruenient ad hierusalē. Est quidaꝫ
homo. i. xp̄s: qui dicit mater Sion. i. synagoga
mater mea sm carnē: et per hunc veniūt. Quis
est homo iste? ipse est: qui in ea natus est: et eam
fundauit: ipse dicit mat̄ ciuitati illi. ¶ Cas. Vl'
cōmendata Sion spūali. i. ecclesia increpat car
nalem Sion. i. synagogā: quasi xp̄s est funda-
mentum illius ciuitatis. Sed Sion. i. synago-
ga mater ecclesie dicet ꝙ xp̄s tm̄ homo est: non
deus. ita dicet. Sed xp̄s ⁊ homo est ō ea natus.
Et ipse idem est altissim⁹. i. deus: qui fundauit
eam. * Hoꝝ: qui fuerunt.] Aug. Vel sm aliā
litteram: quorum principum? horum: qui fue-
rūt facti. s. pncipes in ea: idest qui facti sunt pri
cipes anteq̄ essent in ea: nō erant principes sed
abiecta mundi. Elegit enim deus infirma mū-
di/ vt confunderet fortia. 1. Coꝝ. 1. d. * Sicut
letantium.] Cas. Diapsalma/ concludit pau-
cis verbis tangens futurā beatitudinē. ¶ Aug.
Sicut letantium. Collatis omnibus cōcludit.
Sicut letantium. Sicut: quia talis erit leticia:
qualem hic non nouimus. Et ideo cum non po
tuit exprimi: dicit vt potuit. Sicut letantium.
¶9. ps.101. INitio.] Lyra. Moralit̄. Scilicet ecclesie.
* Tu domine terrā fundasti.] Idest acti
uos bona terrena bene dispēsantes. * Et opera
manuū tuarum sunt celi.] Idest contēplatiui.
* Ipsi peribunt.] Idest a presenti statu transi
bunt: nam actio non manebit in patria/ nec cō
tēplatio enigmatica. * Tu autē permanes.]
Omnino immobilis. * Et omnes sicut vesti-
mentum veterascent. ⁊c.] Secundū statum in
quo sunt. * Filij seruorum tuorū.] Idest imi-
tatores apostolorum. * Habitabunt.] Te-
cum in eternum. * Et semē eorum in seculum
dirigetur.] Repetitio est eiusdem sententie ad
maiorem expressionem. ☞ Quere sm aliū
sensū Anno. 8. tertie par. ser. Judicij Finalis.
fo. 239. col. 4. tertij Tomi. Et An. 15. tertie par.
ser. Penitentie. fol. 220. col. 2. tertij Tomi inue
nies quedam de eodem ps. 101.

ET non cognoscet amplius locum suū.] ¶10.
Lyra. ☞ Quere Anno. 18. tertie par. ps.10
ser. Funerum. fol. 312. col. 2. tertij Tomi.
BEatus vir. ⁊c.] Lyra. Sciendum/ ꝙ feli- ¶11.
citas/ que potest haberi in hac vita presen vel.11
ti: principaliter consistit in bonis anime interi- ps.11
oribus. Secūdario vero seu accindētaliter con
sistit in bonis exteriorib⁹: ꝓut sunt ipsis virtuo
sis quedā instrumēta virtutꝫ: sm ꝙ dicit Amb.
super Lucā. Sicut diuitie impedimēta sunt re-
ꝓbis: ita ꝓbis sūt adiumēta virtutꝫ. ¶ Mora.
☞ Quere anno. 9. tertie par. ser. Judicij Fi
nalis. fol. 239. col. 4. tertij Tomi.
BEati immaculati. ⁊c.] Lyra. Beatitudo ¶12.
dupliciter habet̄/ vno modo in re/ ⁊ sic ha ps.11
betur tm̄ in patria. Alio modo in spe: ⁊ sic habet̄
in via per bonoꝝ operū merita. Sicut dic̄ Phs
p̄mo Eth. de felicitate politica: que consistit in
vsu virtutum: ꝙ pueros beatificam⁹ in spe: nō
qꝛ adhuc operentur virtuose: sed qꝛ videntur bo
ne indolis et apti ad habēdū virtutes politicas
tēpore procedente. igitur de beatitudine (prout
habetur in via) loquitur ps iste. Primo de bea-
titudine in generali. Secūdo de pertinētib⁹ ad
ipsā magis in spāli. ☞ Quere ibi diffuse. *
In q̄ corrigit.] Hic psalmista icipit tractare de
pertinētib⁹ ad beatitudinē: que cōsistit in operi
bus vite actiue: ⁊ contēplatiue. Unde sciēdum
est: ꝙ ad perfectionē vite actiue triplex est impe
dimētū. s. passiōis impulsus. virtutis humane
defectus: et corporis aggrauātis pōdus. ¶ Vñ
notandū ꝙ perfectiones vite actiue ⁊ contēpla-
tiue sunt cōnexe: qꝛ actiua disponit ad cōtēpla-
tiuā: et cōtēplatiua ex amore dei facit descēdere
ad actiuā: ꝓ necessitate ꝓximi releuāda: in cu-
ius figura angeli describunt̄ ascendētes et descē
dentes in scala Jacob. Geñ. 28. et per cōsequēs
pertinētia ad vtranq̄ vitā habēt ad inuicē cōne
xionē. Et multo forti⁹ diuersa ad actiuā ꝑtinen
tia ad inuicē cōnectunt̄: et similiter ꝑtinētia ad
cōtēplatiuā. ¶ Dixi/ ꝙ primū impedimentū est
passionis impulsus: hoc est irascibilis et cōcupi
scibilis: q̄ magis viget de cōmuni cursu tēpore
iuuētutis: iō dicit̄ p modū q̄stiōis. In q̄ corrigit
adolescētior viā suā/ sequēdo passiones ire et cō
cupiscētie. ⁊c. Sequit̄ multo post. * Retribue.
⁊c.] Hic remouet̄ secūdū impedimētū ꝑfectiōis
vite actiue: qđ ꝓuenit ex defectu virtutꝫ huma-
ne: q̄ licet possit facere op⁹ bonū de genere: nō tm̄
opus meritorium vite eterne: ad qđ requiritur
gratia dei. Rom̄. 6. d. Grā dei vita eterna. Iste
defect⁹ tollitur per collationē gratie supplentis
defectum nature. Et lōge post. * Adhesit. ⁊c.]
Hic ponitur tertium impedimentum: quod est
pond⁹ corporis animaꝫ aggrauātis ab operib⁹

virtut(:ꝫm quod dicitur. Sap.9.c. Corpus:qđ
corrūpitur:aggrauat animā: et deprimit sensuꝫ
multa cogitantem terrena inhabitatio. Hoc au
tem impedimentū aggrauās auferetur in resur
rectione: quia tunc gloria anime redūdabit ad
corpꝰ faciens ipsum gloriosum/anime obediēs
ad nutum: ꝫm quod dicitur Ro.8.d. Ipsa cre=
atura liberabitur a seruitute corruptionis in li=
bertatem glorie filiorū dei: in presenti autem nō
aufertur nisi per modum alleuiatiōis/quod fit
vno modo per augmentū gratie animam forti
ficantis ad dictum pondus leuius portanduꝫ:
sicut ille:qui grauiter portat decem:si multū au
geatur virtus eius cum dicto pondere non solū
poterit ambulare:sed etiam currere:et de tali al
leuiatiōe dicitur Ro.7.d. Infelix homo:quis
me liberabit de corpore mortis huius?et Respō
det. Gratia domini nostri Jesu xpi: in quantū
fortificat contra corporis aggrauationeꝫ. ¶ Et
post multa. * Defecit.ꝛc.] Hic agitur de beati
tudine prout est in actibus vite contēplatiue:et
de eiꝰ sublimitate ibi. * Mirabilia.ꝛc.] ☞
Quere ibi diffuse ꝛ epiloga. Itē multo superiꝰ.
* Legem pone.ꝛc.] Postq̄ actū est de remo=
tione impedimēti circa perfectionē vite actiue:
hic consequenter agitur de assecutione promoti
ui:quod est triplex.s. fides dirigens:spes suble=
uans:et charitas stimulans. ☞ De quibus
tribus quere ibi diffuse.

Ca.13. ps.138. Et vide] Lyra. Idest fac me videre. * Si
via iniquitat(in me est.] Idest aliqua la
tens culpa: vt per veram penitentiam expediar
ab ipsa. * Et deduc me in via eterna.] Idest
ad beatitudineꝫ eternam:ad quam nullus po=
test peruenire: nisi fuerit totaliter expeditꝰ a pec
cato ꝫm q̄ dicitur Apocali.21.g. Non intrabit
in eam aliquod coinquinatū. ☞ Quere ibi
per totū psal.marie in Addō.et Replica.diffuse.

Ca.14. ps.148. ps.149. ps.150. Laudate dn̄m de celis.ꝛc] Additio. ☞
Quere Anno.82. tertie part(.ser.Gencl'.
folio.286.Col.1. Sequitur in ps.150. * Lau
date eum in sono tube.ꝛc.] Lyra. Secunduꝫ q̄
dicit beatus Grego. Balbutiendo prout possu=
mus excelsa dei resonamꝰ.s.per sensibilia nobis
nota. Ideo hic exprimuntur multa instrumēta
musica: non quia habeāt locū in celesti patria:
sed ad designandum magnitudinē iocūditatis
celestis:in qua licet sit laus vocalis ꝫm aliquos
doctores. ☞ De q̄ Augu.sup ps.149. Sic
exultāt in gloria: sic cantāt canticū nouū:sic di
cunt alleluya: corde/ore/vita.) tn̄ laus mētalis
siue spūalis est principalior. Ideo in fine cōclu=
ditur. * Omnis spūs laudet dominuꝫ.] Idest
spūs angelicus et humanꝰ: qui ibi cōtinue lau
dant deum: ꝫm quod dicitur ps.83.a. Beati q̄
habitant in domo tua dn̄e/in secula seculorum
laudabunt te. Ad q̄ꝫ laudem nos perducat:qui
cum patre et spūsancto viuit et regnat in secula
seculorum Amen.

Verba ecclesiastes.ꝛc.] Lyra. Sciendum: ¶15. Eccle.1.
q̄ tempore Salomonis sapientie studiuꝫ vsqꝫ ad vl
viguit in hierusalem:quia omnes reges terre et ti.capi.
potētes desiderabāt audire sapientiā Salomo=
nis/vt dicit̄.3.Reg.4. Et q̄r circa felicitatē ho=
minis multi varie dixerant/et dicebant. Nam
aliqui ponebant eam in diuitijs:alij in delitijs:
ꝛ alij in honoribꝰ:ꝛ sic de pluribus alijs bonis:
que per laborē humanuꝫ adquiri possunt in vi
ta presenti: ideo Salomon voluit hanc questi=
onem tractare in hoc libro:(fere per totum) ostē=
dendo/q̄ in talibus bonis nō consistit felicitas
hominis:sed in deo:qui est bonū infinitū. Pri=
mo Salomon hic errores alioꝝ excludit. Secū
do propositū suum cōcludit.7.ca. Propositū
autem suum est excludere a vera felicitate illa:
in quibus ab alijs ponebatur:scilicet diuitias ꝛ
honores ꝛ consimilia: que habentur in presenti
vita. Et nota q̄ hoc probat multiplicit̄ scilicet/
q̄ i his nō sit vera beatitudo sed falsa/sic. ¶ Pri
mū autem quod intendit excludere a vera be=
atitudine/est scientia humanitus acquisita:et
hoc ꝑbat triplici ratiōe in pmo capitulo. ¶ In
secundo capitulo ostendit nō esse felicitatē in de
litijs corporalibus:et hoc multipliciter probat:
prout ibi latius. ¶ In tertio capitulo. A vera fe
licitate excludit hoīs longeuitatē. ¶ In quarto
capitulo ostendit/q̄ vera felicitas non consistit
in auctoritate dominij:ꝛ ibi incidentaliter pro=
bat triplici ratione/q̄ sit fugiendū.s.dominiuꝫ.
¶ In quinto capitulo ostēdit q̄ a felicitate vera
excluduntur diuitie temporales ibi. Auarꝰ.ꝛc.
¶ In sexto capitulo excludit a vera felicitate no
ticiam occultoꝝ. ¶ Nota q̄ hucusqꝫ de falsa feli
citate. De vera tractat in septimo capitulo et ce
teris sequentibus et de ea incipit tractare ibi.
* Melius est nomen bonum.ꝛc.] Et conside=
randū/q̄ vera felicitas in solo deo consistit obie
ctiue: formaliter autem in eius clara visione et
fruitiōe: dispositiue vero in meritorio opere.ꝛc.
☞ Quere hec omnia in locis supra positis ꝛ
tu epiloga pulchriori modo: nā nō omnia pos=
sumus omnes. littera quoqꝫ manifesta est.

Osculet̄ me osculo oris sui.ꝛc.] Lyra. Hic ¶16.
incipit tertiꝰ liber Salomonis iducēs ad Can.1.
amorē superne felicitat(. ¶ Ideꝫ Lyra i pncipio
pmi libri: vbi posuit quandā p̄fationē ꝑ tribus
libris:dicit sic.) In tertio vero libro:qui dicitur.
Cāticū canticorum: superne felicitatis appeti=
tus exprimitur: secundum q̄ in principio libri
dicitur in persona eccle:que a primo Abel iusto

incepit: vt dicit Greg. Homel. 7. Osculetur me osculo. ⁊c. quod quidē osculū habetur in fruitiōe beata. ☞ Hec ibi. Sequit.) Appetit⁹ vero felicitatis superne procedit ex amore mutuo dei: ⁊ rationalis creature: qui in hoc libro describitur. ☞ Ut plenius poteris videre in prosecutione totius libri. ¶ Glo. In canticis canticorum supergressus visibilia atqȝ contēplās ea: que sunt celestia vel diuina sub specie sponsi spōseqȝ: xp̄i ecclesie vnitatem declarat: atqȝ animaȝ ad amorem celestium excitās peruenienda ad consortium dei prouocat. ☞ Reliqua quere vbi dixi: ⁊ epiloga tu.)

¶16. vl'.17. Job.3. Non audierunt vocem exactoris.] Glosa. Exactor diabolus: qui semel numū deceptionis homini contulit: ⁊ quotidie debitū mortis exigit. Uox eius est tentatio: audit qui tentatur ⁊ resistit. Exaudit: qui cōsentit. Idem de interna pace: quia quod mens valde amat/ sepius replicat. ✳ Paruus ⁊ magnus ibi sunt.] Quia hic est descriptio operum/ ibi erit dignitatum. Unde Joh. 14. a. In domo patris mei: māsiones multe sunt. ✳ Et seruus ⁊ liber a domino suo.] Qui peccat seruus est peccati: qui hic nunqȝ liber fuit: dum iudicem metuit: sed ibi liber erit/ vbi de venia nulla dubietas erit. Erit quidem ibi memoria culpe: non que mentē polluat/ sed que sine lesione arctius beatitudini et letitie astringat: vt sanati dolorū sine dolore recordamur. Unde amplius medico gratias agim⁹. ☞ Reliqua q̄re ibi: et hec et illa applica ad Petrum apostolū nec non ad Magdalenā et ad alios: qui aliqñ irretiti fuerunt in grauibus peccatis: de quibus in patria recordantur: et gaudent de misericordia dei erga eos: q̄ penitentiam dignam fecerunt: ⁊ postea regnum eternum meruerunt. Etiā applica ad iudices et tortores eorum: quomodo propter hoc cruciantur in inferno: ⁊ nostri tēporis iudices crudeles cruciabuntur cum ipsis nisi peniteant crudelitatis nimie ⁊ satisfaciant digne.

¶18. vl'.19. Job.1. Cui dixit dñs. vnde venis? ⁊c.] Glo. Nō dñs vel angelus flatu vocis colloquitur: (cuȝ sint incorporei) vt nos: qui et in secreto cordis quasi post parietem corporis stamus: donec per linguā egredimur. Nec vero in corpore nature locutio vno modo est. Deus angelis loquitur: cuȝ eis voluntas eius inspirat. Angeli deo: dum quod super se est/ admirātur in laudē dei. Uox eorū est clamosa in auribus dei: admiratio virtutis dei in laude eius. Anime sancte loquunt deo per desideria: non quidē a deo discordantia: non q̄ ignorent futura: sed quo ardēti⁹ ei inhereāt/ de ipso accipiunt/ vt ab eo petant: qđ euȝ facere velle vident: et nisi peterēt/ a volūtate eius discordarent: quibus respondet deus: dum per prescietiā certitudine retributiōis eos inter desideria confirmat. ☞ Reliqua quere ibi.

Ex quarta parte Biblie.

In die illa. ⁊c.] Lyra. Moral. In hoc capi. fm litteralē sensuȝ describitur gratiarū actio sanctorum: ⁊ eorum exultatio de dei beneficijs in celo receptis: que sunt admissio eoꝝ ad gloriam: ⁊ exclusio reproborū ab ea: q̄ sicut sancti letantur de propria gloria: sic etiam letantur de diuina iusticia in reproborum pena ps. 57. Letabitur iustus/ cum viderit vindictā. ☞ Reliqua quere ibi: et per totū capi. ¶ Esa.

Erunt vsqȝ ad satietatem visionis omni carni.] ☞ Hec sunt vltima verba hui⁹ capit. ⁊ libri. ¶ Lyra. i. repletionē et perfectionē omni homini beato: non sic intelligendo/ q̄ beati delectentur per se in penis damnatoꝝ. Sed q̄ talis intuit⁹ damnatoꝝ declarat eis diuine iusticie exercitiū: ⁊ diuine misericordie beneficiū: quo penas illas euaserunt: ⁊ ꝓprie glorie augmentum: in quantum maior apparet cōparata ad suum contrariū: q̄ appositis iuxta se cōtrarijs/ maiora ⁊ minora videntur. Primo. Elenchorum. Et ex istis tribus beati per se letātur/ secunduȝ quod dicitur ps. 57. b. Letabitur iust⁹ cum viderit vindictā. ecce primū. Man⁹ suas lauabit in sanguine peccatoris/ in quātum dei misericordia factus est immunis ab illis penis. Ecce secundum. Si vtiqȝ est fructus iusto: accipitur hic: si pro quia: quia per hoc apparet maior fruitio propria. Et sic totum cedit in gloriaȝ electoruȝ: et ipsius dei principaliter. Cui est honor ⁊ gloria in secula seculoꝝ Amen. ¶ Esa.

Ex quinta parte Biblie.

Uidēs Jesus turbas. ⁊c.] ☞ Quere an. 1. dnte p. ser. Plurimoꝝ mar. fol. 11. col. 1. ⁊ applica aliq̄ d ser. vigilie oīȝ sctōꝝ. fo. 15. co. 2. ¶ Mat.

Sic ergo vos orabitis. ⁊c.] Lyra. Considerādū/ q̄ beatitudo dupliciter dicit. Uno modo obiectiue. s. ipsa bonitas diuina i seipsa: p cui⁹ fruitionē efficimur beati: ⁊ ideo bonitatē ipsaȝ diuinā p oib⁹ amare debem⁹: ⁊ p cōsequēs gl'iam ei⁹ ⁊ honorē p oibus desiderare: ⁊ h est qđ petim⁹ in pma petitione orationis dñice: cū dicim⁹. ✳ Pater noster: q es in celis sctificet nomē tuū.] Alia est beatitudo dicta formaliter/ q̄ est act⁹ vltimate et perfecte coniūgēs nos deo. s. visio ⁊ fruitio: et illud est qđ secūdo loco petim⁹ a deo: vt. s. sim⁹ participes sue bonitat: qđ fit in ¶ Mat.

visione beata. Et hoc petim⁹: cū dicim⁹. * Adueniat regnū tuū.] Beatitudo eterna bene dicit regnū: q2 ibi habet plena τ pfecta copia oim bonoꝝ. Seqtur. * Sicut in celo τ in terra.] Beati eīm qui sunt in celo: quia sunt coniuncti immediate regule diuine: ideo nō possunt deficere nec deuiare a diuina voluntate. ☞ Quere diffusius hanc materiam ibidem.

C3. Mat.7. Omnis ergo qui audit vba mea. ꝛc.] Glo. Qui audit hec que in monte habita sunt: quod dicit/ vt ostendat sermonē in monte habitum omnibus preceptis: quibus xpiana vita informatur: esse perfectum.

C4. Mat.8. Filius autē hominis non habet vbi caput suum reclinet. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere annota.1.A. quinte partis ser. Ferie.4. dñicez.p⁹ octa. Epiph. fo.62. col.4. pmi Tomi. Et applica ad illud euangelij hodierni: scilz. Beati pauperes. ꝛc.

C5. Mat.9. Et circuibat Jesus omnes ciuitates. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere Anno.1.D. quinte p. ser. Ferie.4. dñice.12. post oct. corporis Christi. fo.290. co.3. primi To. Et applica φ ppter hoc: festum omnium sanctorum celebratur.

C6. Mat.10. Euntes predicate/ dicētes quia appropinquabit regnū celoꝝ.] Lyra. ☞ Quere annota.1.C. ꝛc. quinte partis. ser. Apostoloꝝ. Simonis τ Jude. fo.52. co.1.

C7. Mat.17. Respondens aūt Petrus. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere an.1.D. ꝛc. quinte par. ser. Sabbati dñice.1. quadragesi. fo.104. col.4. pmi to.

C8. Mat.18. Quicunq ergo humiliauerit se. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere annota.1.C. ꝛc. quinte par. ser. Reuela. Michaelis arch. fo.19. co.1. scdi to.

C9. Mat.22. Ego sum deus Abrahā. ꝛc.] Lyra. Anima non potest esse perfecte quietata: nec beata nisi vniatur corpori: ad cuius vnionē habet inclinationem naturalē. ꝛc. C Additio. Perfecta hominis beatitudo: q̄ est in visione diuine essentie: principaliter consistit in anima: que nō depēdet a corpore. Unde sine corpore pōt anima esse beata. vt in pma.2. questi. quarta. Art.5. in corpore questio. Licet verū est/ φ perfecti⁹ habebit anima suā propriaz operationē: in qua felicitas consistit: cum sit vnita corpori glorioso: q̄ separata: τ hoc denotant verba Augu.12. sup Gen. ad litteram: si recte intelligantur. Similiter dicēdum est/ φ anima separata in visione diuine essentie totaliter quiescit ex parte appetibilis: cuz habet illud quod suo sufficit appetitui: licet non totaliter quiescit ex parte appetentis: quia illud bonū nō possidet fm omnē modū: quo possidere vellet. vnde corpore resumpto beatitudo nō crescit intensiue/ sz extēsiue tantū/ vt in questiōe pallegata: nec est necessarium φ deductio ista intelligatur in verbis saluatoris: quia ad concludēdum contra saduceos sufficit probare: φ anima sit immortalis. Nam ex mortalitate anime: q̄ ipsi credebant/ procedebant ad negandū resurrectionem: prout Lyra dicit.

C10 Luce.9. Unum Moysi. ꝛc.] ☞ Quere supra annota.3.G. quinte partis ser. Transfigurationis dñi. fol.39.. col.3. Applica φ sic erit in glia.

C11. Lu.14. Beatus q̄ mādūcabit panez in regno dei.] Lyra. ☞ Quere anno.1.C. quinte partis ser. Sabbati post cinerē. fo.83. co.2. Seqtur. C Additio prima. Ubi dicit in postilla sicut credunt Saraceni τ Judei moderni. ꝛc. Ex traditionibus iudeorum Thalmudicis τ alijs apud eos autenticis nullo modo habetur: φ in futuro seculo homines cibis corporalibus indigeant. τ ideo si forte sint aliqui moderni: qui hoc credāt: hoc contigit ex fatuitate eorum. Uñ apud precipuos doctores eoꝝ: et fm Thalmudicas traditiones: prout habetur in lib. Cathedrū ca. vlti. In futuro seculo nō est cibus neq pot⁹: nec visus venereoꝝ: sed iusti ibidē in capitibus coronati delectātur in visione diuine habitationis: quod si recte intelligeretur bene adaptaretur fruitioni diuine: in qua sancti cum aureolis fruuntur visione Christi: in quo est vera habitatio diuina. vnde magis redarguendi sunt/ φ nō receperūt doctrinam Christi: q̄ traditionibus eorum bene intellectis maxime consonat.

C12. Luce.16 Et in his oibus. ꝛc.] ☞ Quere annot. 1.F. quinte partis serm. dñice.1. post octa. Corporis Christi. fo.262. co.2. pmi Tomi.

C13 Mar.8. Misereor super turbam. ꝛc.] Lyra. Mora. ☞ Quere annota.1.B. quinte partis. ser. Dñice.7. post oct. Corporis Christi. fo.278. columna.1. pmi Tomi.

C14. Johā.4 Sitiet iterum.] Lyra. Moralr. ☞ Quere annota.1.S. quinte parts. sermo. Ferie 6. Dñice.3. quadragesime. fo.131. co.4.

C15. Joh.14 In domo patris mei. ꝛc. Quia vado. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere Anno.1.A. quinte p. ser. Apostoloꝝ Philippi τ Jacobi. fol.16. col.3.

C16. Joh.15. Non vos me elegistis. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere annotamento.2.C. quinte partis ser. Uigiliarū apostolorū. fol.3. col.2. in cōmuni sanctorum infra.

C17. Joh.17. Hec est autem vita eterna. ꝛc.] Lyra. ☞ Quere annota.1.E. quinte partis ser. Uigilie Ascensionis dñi. fol.237. col.1. pmi tomi.

C18. Joh.20. Beati qui nō viderunt τ crediderūt.] Lyra. ☞ Quere annota.1.F. quinte partis. sermo. Dñice in albis. fol.224. colū.4. pmi to.

Ex sexta parte Biblie.

C I. 1. coꝛ. 13 A


Iue lingue cessabunt. ꝛc.] Lyra. Quod nõ est intelligendũ de coꝛpoꝛalibus linguis: quia sancti resurgent in integritate coꝛpoꝛis. Similiter hec cessatio nõ est intelligenda quantũ ad vsum linguaruꝫ: qꝛ ibi erit laus vocalis. Secundũ ꝙ dicit Glo. super illud Ps. 149. b. Exultationes dei in gutture eoꝛuꝫ. sed intelligendũ est de dono linguarũ: quo aliq̃ in primitiua ecclesia varijs linguis loquebãtur. Actu. 2. Propter illos: qui nõ intelligebant linguaꝫ natiuã apostoloꝛũ: que tunc cessabũt: quia quilibet q̃tũcũqꝫ linguam intelliget: propter qđ nõ erit necessarium loqui varijs linguis. In primo etiã statu generis humani erat vnus populꝰ et labium vnum omniũ. Gen̄. 11. Et multo magis videtur ꝙ sic fiet in vltimo statu consumationis omniũ. Et post pauca sequitur.

B ¶ Sensibile eñ cognoscit̃ tripliciter. Uno modo per sui presentiã in sensu: sicut lux videtur: que recipit̃ in oculo propter sui diaphanitatẽ. Alio modo ꝑ sui presentiam: sed per speciem in sensu receptaꝫ: tamen immediate a sensibili deriuatã: sicut videtur coloꝛ. Tertio modo per speciem nõ deriuataꝫ immediate a sensibili in sensu sed in alio: sicut videtur aliquid in speculo. Consimiliter habetur de deo tripler cognitio naturalis. Uno modo ꝑ essentiam suã: que soli deo conuenit. Alio modo per similitudinem immediate a deo deriuatam in cognoscente: ⁊ hec cognitio ꝯuenit angelo: cuius essentia est quedam dei similitudo: per quaꝫ naturaliter cognoscit deũ. Tertio modo cognoscitur a nobis quasi in speculo/ inquantũ ꝑ creaturas a nobis cognitas: sicut per speculum ducimur in cognitionem dei. ex oꝛdine enim craturarum ⁊ bonitate venimus in cognitionem sapiẽtie ⁊ bonitatis diuine: ideo dicit Apostolus. * Uidemus nunc.] Scꝫ deum. * Per speculum in enigmate.] Quia hec similitudo creaturarũ a deo oscura est/ et valde imperfecta: et per consequens nostra cognitio de deo in via. * Tunc autem.] Idest in patria. * Facie ad faciem.] Et clare ⁊ nude videbimus diuinã essentiam. * Nunc cognoscimus deũ ex parte.] Idest obscure ⁊ imperfecte. * Tunc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum.] A deo. Sicut eñ cognoscit essentiam nostrã: ita tunc cognoscemus suã. tamen ly sicut nõ impoꝛtat equalitatem cognitionis/ sed similitudinem tantũ longinquã. Si autem ex his arguatur ꝙ charitas sicut alia dona euacuatur: quia est imperfecta. Dicenduꝫ ꝙ nõ valet. quia quãdo imperfectio cõuenit alicui per se: tunc euacuatur adueniente perfectione. si autem insit per accidens/ manet: sicut imperfectio est de ratione puericie: nõ autẽ de ratione humanitatis. Et ideo adueniẽte statu virili/ cessat pueritia: nõ autem humanitas: cui per accidẽs competit imperfectio inquantum .s. est in puero. Imperfectio vero per se respicit scientiam nostrã et prophetiam vt predictũ est: propter quod euacuantur. Charitati vero cõpetit imperfectio per accidens: scꝫ ꝓpter imperfectionem cognitionis adiuncte. Charitati eñ competit per se in deum tendere: sed ꝙ nunc imperfecte tendit in eũ/ est ꝑ accidens: ꝓpter cognitiõis imperfectionẽ (vt dictum est) ꝓpter quod manet adueniente cognitione perfecta. Cõsequenter concludit cõclusionem principalẽ intentã. s. ꝙ charitas excellit omnia alia dona/ dicens. * Nunc autem.] Idest tempoꝛe vie. * Manent fides/ spes/ charitas/ tria hec.] Per istam fidẽ ⁊ spem intelligunt̃ ista dona: de quibus nõ expꝛesse facit mentionẽ: que sunt euacuanda in patria. * Maioꝛ autem hoꝛum est charitas.] Fides enim ⁊ spes sunt excellentioꝛa ceteris donis euacuãdis: quia sunt virtutes theologice: que dantur nobis ad coniungendum nos deo. Alia vero dona sunt quedam dispositiones nobis date/ vt reddamur bene mobiles a spiritu sancto: ⁊ sic oꝛdinant̃ ad virtutes theologicas: vt ad fines. Et ex hoc sequit̃ ꝙ ex q̃ charitas est maioꝛ fide ⁊ spe: ꝙ etiaꝫ sit maioꝛ ceteris donis: quod eniꝫ est maius maioꝛe: est maius minoꝛe.

C 2. ad titũ. 1.

Secundũ promissionem vite.] Lyra. Scꝫ eterne. * Que est in Christo Iesu.] Obiectiue: quia beati reficiunt̃ interius in aspectu sue deitatis: ⁊ exterius in aspectu sue humanitatis ſm ꝙ dicit Augu. exponens illud Johannis 10. a. Ingredietur ⁊ egrediet̃ ⁊ pascua inueniet.

C 3. Heb. 4.

Timeamus ergo. ꝛc.] Lyra. Postq̃ Apostolus adduxit auctoꝛitatem scripture. ☞ Prout inuenies Hebꝛe. 3. vbi dicit. Quapropter sicut dixit spiritussanctus. Hodie si vocẽ eius audieritis: nolite obdurare coꝛda vr̃a. ꝛc.) et expositionem illius ad ostendendũ ꝙ Christo firmiter est obediendũ. Hic ex auctoꝛitate predicta et expositione eius arguit ad propositum. et diuiditur in duas partes: quia pꝛimo ostẽdit ꝙ imminet nobis solicitudo intrandi in requiem celestẽ: que per ingressum terre ꝓmissionis figurata est. Secũdo ex hoc cõcludit ꝙ debemus ad hoc festinare: ibi. Festinemus ergo ingredi. ꝛc. Prima in duas. quia pꝛimo arguit propositũ. secundo probat quoddã qđ in argumento erat suppositum/ ibi. Et quidem operibus. Uirtus autem argumenti sui in hoc cõsistit: sicut patribus promissa est requies tẽpoꝛalis in terra promissionis: ita figuraliter nobis ꝓmissa est requies eterne beatitudinis: quia omnia in figura cõtin

gebāt illis. vt dicit Apl's. 1. ad Cor. 10. Sed illi:
qui fuerunt soliciti seruare deo fidem ⁊ obedien
tiam introierunt in requiem illā terrenā: vt patz
ex predictis ⁊ nō alij: ergo similiter si velimus in
trare requiem celestē: de hoc debemus esse solici
ti. Dicit igitur. * Timeamus ergo.] Idest soli
citi simus: qꝛ timor solicitudinē inducit. * Ne
forte relicta pollicitatione.] Idest ꝓmissione di=
uina. * Introeundi in requiem eius.] Idest re
quiem celestez. * Existimetur aliquis ex vobis
deesse.] Hoc dicit: quia illa impletio promissio=
nis diuine nulli deficit: nisi ipē deficiat. * Etenī
ex nobis nunciatū est.] De requie: scilz eterna.
* Queādmodū et illis.] Qui fuerunt in vete
ri testamento fuit p̄mo nunciatū de requie terre=
na. * Sed nō profuit illis sermo auditus: nō ad
mixtus fidei ex his: que audierunt.] Quia licz
illa promissio fuerit omnibꝰ facta: tamē illi soli:
qui fuerunt creduli, perceperunt illius ꝓmissio
nis effectum. ideo cōcludit. * Ingredimur enī
in requiem eius.] Scz celestem. * Qui credi=
mus.] Ipsi Christo. * Quemadmodū dixit.]
Ipsis scz incredulis. * Sicut iuraui i ira mea:
si introibunt in requiem meā.] Patet expositio
per predicta. Quia sicut fideles admittunť ad
requiem celestez: ita increduli excluduntur. Cō
sequenter probat illud quod suppositū est in ar=
gumento. Videlicet ꝙ requies celestis sit figura
ta per requiem terre ꝓmissionis: ⁊ diuiditur in
duas partes ſm ꝙ hoc probat dupliciter per scri
pturā. secunda ibi. Et in isto rursuz. Prima ꝓba
tio talis est. Productis omnibus creaturis in p̄n
cipio mūdi dicit scriptura, ꝙ deus requieuit die
septimo. ista autē requies non potest intelligi re=
quies terre ꝓmissionis: sed magis requies, per
quā deꝰ requiescit in seipso: ⁊ hec est requies bea
torum: qꝛ mens humana nō potest quiescere nisi
in deo: ⁊ ista figuratur per requiē terre ꝓmissio=
nis, sicut perfectū per imperfectū ⁊ veritas ꝑ vm
bram. Hoc est igitur qꝺ dicit Apostolus. * Et q̄
dem operibus ab institutione mundi huius ꝑfe
ctis.] In suis speciebus ⁊ naturis. * Dixit enī
in quodā loco.] Scz Gen̄. 2. Loquitur tamē sic
in generali: quia illa scriptura erat nota ⁊ famo
sa illis: quibus scribebat. * De die septima sic]
Scz loquitur p̄dicta scriptura. * Et requieuit
deus die septimo ab operibus suis.] In seipso
quiescendo. Et in hoc stat virtus ratiōis p̄dicte:
quia per hoc habetur ꝙ est alia requies vera ⁊ ꝑ
fecta a requie data a filijs Israel i terra ꝓmissio
nis: ⁊ per consequens figurata per illā: vt dictuz
est. Consequenter ponit aliam scripturā ad pro=
bandum hoc idez. Et est probatio talis. David
rex fuit per magnū tempus postq̄ filij israel obti
nuerunt terrā promissionis sub Josue: ⁊ in ea q̄e
uerant. ⁊ tamen ipse determinat quendā moduz
nouū intrandi in requiem, dicens. Hodie si vo=
cem eius audieritis nolite obdurare corda vr̄a:
ne priuemini requie promissa sicut patres vestri
propter suā incredulitatem: patet igitur ex dicto
David ꝙ est alia reqes perfecta: que est requies
beatorum figurata per quietem filioꝝ Israel in
terra promissionis. quia si Josue dedisset filijs
Israel perfectam quietem ⁊ vltimataz: David:
qui per magnū tēpus post eū fuit, nō hortaretur
fideles de nouo ad ingrediendū requiez. Hoc est
igitur qꝺ dicit Apostolus. * Et in isto rursuz.]
Hoc est in loco scripture ipsius David iam alle=
gate. * Si introibunt in requiem meā.] Patet
propositū. ideo sequitur. * Quoniā ergo suꝑest
quosdam introire in illā.] Idest in requiem per
fectam: de qua loquitur David. * Et hi q̄bus
prioribus nunciatū est.] De requie in terra pro=
missionis: que fuit figura huius. * Nō introie
runt ꝓpter eorum incredulitatē.] Vt patet ex di
ctis. * Iterum terminat.] Idest determinat sa=
cra scriptura. * Diem quendā hodie.] Hoc est
tempus aliud ingrediendi requiem perfectam.
* In David dicēdo.] Idest per ipsu z David.
* Post tantum tēporis: sicut dictū est.] Idest
post tempus multū postq̄ filij Israel sub Josue
habuerūt requiē in terra promissionis, dicit Da
uid. * Hodie si vocē eius audieritis: nolite ob=
durare corda vestra.] Idest si in tēpore isto: qꝺ
vocať hodie: respectu veteris testamenti. Ex hoc
patz ꝙ eis loquitur de alia requie q̄ fuerit reqes
in terra promissiōis. propter qꝺ sequitur. * Nā
si eis.] Idest filijs Israel. * Jesus.] Idest Jo=
sue. * Requiem prestitisset.] Idest requiē perfe
ctam ⁊ vltimatā dedisset in terraz promissionis
eos introducendo. * Nunq̄ de alia loqueretť.]
Idest ipse David nō loqueretur de alia requie
vel de alio tempore intrandi in requiē. * Post
hac die.] Idest post illud tempus in quo Josue
dedit filijs Israel requiem in terra promissionis.
ex quo cōcluditur. * Itaq̄ relinquitur sabbatis=
mus populo dei.] Idest requies perfecta bea=
torum: vbi dei populus recipietur: que quidem
quies per quietem terre promissionis figuratur.
Et illa quies perfecta consistit in fine vltimato
perfecte ⁊ presentialiter apprehēso. Et hoc est qꝺ
dicitur. * Qui enim ingressus est in requiē eiꝰ:
etiam ipse requieuit ab operibus suis: sicut et a
suis deus.] Hoc est dictum: quia sicut post reruz
productionem deus requieuit in seipō: sic beati:
qui quiescunt a laboribus suis: habent quietez
in deo ipso perfruēdo. licet enī alia beatitudo sit
dei ⁊ beatorū loquēdo formaliter: quia alius est
actus videndi ⁊ amandi hic ⁊ ibi: tamen est ea=
dem beatitudo obiectiue loquēdo: qꝛ idē est ob=

iectum beatitudinis dei ⁊ sanctorũ. Consideran
dum tamẽ ꝙ beati nõ quiescũt ab omnibus ope
ribus generaliter loquendo: quia cõtinue ⁊ eter
naliter vident/amãt/⁊ laudant deũ: sed requie=
scunt ab operibus laboriosis. fm ꝙ dicitur Apo
cal.14.c. Ammodo iam dicit spiritus: vt requie
scant a laboribus suis. Ostenso ꝙ debemus esse
soliciti de ingressu ad requiẽ celestẽ: consequen=
ter concludit ꝙ debemus festinare ad ipsam: ⁊ di
uiditur in duas partes. qꝛ primo hortatur nos
ad istam festinationẽ. secũdo adducit ad hoc ra
tionem/ibi. Viuus est enim sermo. Primo igit̃
dicit sic. * Festinemus ergo ingredi in illam re
quiez.] Q.d. ex quo ita est ꝙ nobis incũbit soli
citudo de ingressu requiei celestꝭ: festinemus in=
gredi in illam requiẽ: que festinatio est per fidez
et dilectionẽ operantẽ. * Vt ne quis in idipsuz
incidat incredulitatis exemplũ.] Idest ne inci=
damus in cõsimilem penã: in quã ceciderunt in
creduli veteris legis: qui ꝑpter incredulitatem
suam fuerunt exclusi a requie terre ꝑmissionis:
et pena eorum data est nobis in exemplũ/ne cõ=
similiter priuemur requie celesti: si fuerimus tar
di ⁊ pigri ad ingrediendũ. * Viuus est enĩ ser=
mo dei. ⁊c.] ☞ Quere anno.12. sexte partis
ser. Gñalis. fo.300. col.1. tertij to. ☞ Sequit̃
post tex. istius cap.) ¶ Ad euidentiã maiorẽ eoꝝ
que dicta sunt circa principiũ huius capi. Que
ritur. vtrum requies beatorũ fuit figurata per re
quiez filiorũ Israel in terra ꝑmissionis? Et ar=
guitur primo ꝙ nõ: quia status beatorũ figurat̃
ꝑprie ꝑ nouũ testamentũ: qꝛ nouũ testamentuz
medium est inter statũ veteris legis ⁊ inter statũ
beatorum: ⁊ ideo sicut ea: que fuerunt in veteri
lege sunt figura eorum: q̃ sunt in noua: ita facta
noui testamenti sunt figura eoꝝ: que sunt in glo
ria celesti: sed illud quod est ꝑpriũ noui testamẽ
ti nõ est attribuendũ veteri. ergo requies filiorũ
Israel in terra promissionis nõ fuit figura reqei
celestis. Item si requies beatorũ esset figurata in
veteri lege: ibi ꝑmitteretur aliquo modo: sꝫ hoc
est falsum: qꝛ lex vetus nõ poterat requiẽ illã da
re: vt patet ex predictꝭ: ⁊ sic ꝑmitteret illud quod
esset sibi impossibile. ergo. ⁊c. Item figura debet
correspondere figurato: sed Moyses legislator ve
teris legis requiez terre ꝑmissionis nõ intrauit:
ergo nec lex vetus requiẽ celestẽ figurauit. ¶ Cõ
trariũ patet in littera. Respondeo. Hic duo sunt
videnda. Primũ est/que sit requies beatorum.
Secundũ qualiter figurata fuit per requiẽ in ter
ra promissionis. ¶ Circa primũ cõsiderandũ/ꝙ
requies non accipitur hic prout opponitur mo=
tui ⁊ lassitudini corporali: ⁊ hoc duplici de cau=
sa. Primo quia talis requies potest haberi i vi=
ta presenti. Secundo quia requies beatoꝝ idez
est realiter/quod beatitudo ipsoruz. Beatitudo
autem ista est perfectio anime fm partem supe=
riorem: videlicet fm voluntatem ⁊ intellectum:
vbi requies (que opponitur motui corporali ⁊ fa
tigationi) nõ habet locum: et ideo quies beato=
rum accipitur prout opponitur motui in spũali
bus: que mouentur ad aliquid per desiderium.
sic enim mouentur amoribus sicut corpora pon
deribus fm ꝙ dicit Augu. in libro confessionuz.
Amor meus/pondus meũ: eo feror quocunq̃ fe
ror. ⁊ sic quies beatorũ consistit in hoc/ꝙ appeti
tus eoruz totaliter quietatur per adeptionẽ sum
mi boni potẽtis quietare appetitũ. propter quod
dicit Augu. in libro confessionũ. Inquietum est
dñe cor meum donec requiescat in te. Ex ꝑdictis
patet ꝙ eadem est realiter quies dei ⁊ beatorum:
si tamen accipiatur quies obiectiue: quia idẽ est
obiectũ beatitudinis vtriusq̃. Si autez accipia
tur formaliter: differunt: sicut creatũ ⁊ increatũ:
sicut de beatitudine dei ⁊ sanctorum dictũ est. et
sic patet primũ. ¶ Circa secundũ considerandũ
ꝙ illud quod est figura alicuius: oportet ꝙ sit in
se res aliqua: quia qđ nihil est in se: nõ põt aliud
figurare. ⁊ ideo illud qđ est figura alicuius/po=
test accipi tripliciter. Vno modo prout est res tã
tum. Alio modo vt est figura tantũ. Tertio mo=
do vt est res ⁊ figura simul. isto mõ triplici inue=
nitur in scriptura aliquid dictũ de requie terre ꝑ
missionis. qꝛ aliquando aliquid dicitur de ipsa
fm se. ⁊ hoc modo nõ potest dici figura requiei
beatorum. Sicut est illud quod scribitur Deut.
32.b. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit. ⁊c.
quia quies et abundantia illius terre fuit occa=
sio idolatrie. Inuenitur etiã aliquid scriptuz de
ipsa inquantuz est in figura tantũ. sicut est illud
quod habetur Ezech.43.b. Fili hominis/locus
solij mei ⁊ locus vestigiorũ pedũ meoꝝ: vbi ha=
bito in medio filiorũ Israel in eternum: ⁊ sic sen=
sus litteralis huius auctoritatis est tantũmodo
de requie celesti. Inuenitur etiã aliquid scriptũ
de requie predicta/inquantũ erat res ⁊ figura si
mul: sicut est omne illud vbi ꝑmittitur requies
in terra promissionis filijs Israel in premiũ vir=
tuose operationis: quia premium debet excede=
re meritũ: sicut finis melior est his: que sunt ad
finem. nunc autẽ ita est/ꝙ operatio virtutis me
lior est q̃ȝ fuerat quies corporalis: ⁊ ideo quies il
la corporalis nõ potuit esse principale premium
virtutis: sed fuit quoddã bonuz minus sensibile
tamen: eis promissum: ⁊ sub hoc intelligitur pro
missa principaliter quies beatorum. ista autem
quies beatorum hic inchoatur per gratiam fm
quod dicitur Luce.2.b. In terra pax hominibꝫ
bone voluntatis. ⁊ consumatur per gloriã. vtrũ=
q̃ autem datur nobis per ipsum Christuz: qui

est auctor noui testamenti. et sic patet ꝙ quies
terre promissionis fuit figura requiei celestis: vt
exhibēde nobis per xp̄m: ⁊ sic nō fuit figura ipsi
us immediate: sed mediante statu noui testa=
menti. et sic patet secundum. Ad argumenta pa
tet per p̄dicta: quia nō cōcludunt nisi ꝙ requies
terre promissionis nō fuit figurata immediate re
quiei celestis: vt patet intuenti.

¶4 Heb.6. Uirtutesq̧ vēturi seculi] Lyra. Uirtutes
iste sūt dotes anime ⁊ corporis. Dotes ani
me sunt aperta dei visio: firma tentio: continua
fruitio: que habentur in patria perfecte: sed hic a
viris perfectis habentur inchoatiue: sc; in spe et
charitate: quibus succedunt ille dotes. habētur
etiam aliquando ex speciali gratia/ in quadaȝ
diuine dulcedinis experientia: que cōceditur ali
quando viris sanctis in via. dotes vero corporis
nō habentur hic nisi in spe.

¶5 Act.17. Quidam autē Epicurei ⁊ Stoici philoso=
phi disserebant cū eo.] Lyra. Idest dispu=
tabant cuȝ Paulo apostolo de felicitate homis:
quā Epicurei dicebant consistere in corpis volu
ptatibus. Stoici vero in anime virtutibus tamē
in presenti vita. nā vtriq̧. s. Epicurei ⁊ stoici ne=
gabant resurrectionē: et per cōsequens aliam vi
tam. Paulus autē asserebat eam esse in anima
et corpore/ ⁊ hoc in vita futura. Nā beatitudinē
anime dicebat esse in aperta dei visione ⁊ fruitio
ne. 1. Cor. 13. d. Uidemus enim nūc per speculū
et in enigmate: tūc autem facie ad faciem. Bea=
titudinē vero corporis ex dotib⁹ claritatis/ sub=
tilitatis/ agilitatis/ ⁊ impassibilitatis: que cau=
sabuntur in corpore ex redūdātia glorie anime:
que fiet in resurrectione: ⁊ hoc ex xp̄i v̄tute. Phi
lip. 3. d. Saluatorē expectamus dn̄m Jesuȝ xp̄ȝ:
qui reformabit corpus humilitatis nostre confi
guratum corpori claritatis sue. ¶ Glo. Raba.
Epicurei vocātur ab auctore suo: qui dicitur vo
luptatis assertor. Stoici grece: latine elementa:
qui contendebāt paria esse peccata. i. omne pec=
catū vniforme esse. ¶ Beda. Epicurei precepto=
ris sui traditionē secuti: felicitatem hoīs in sola
voluptate corporis: Stoici in sola animi virtu=
te posuerunt. Qui inter se dissidētes/ Apostolū
vnanimiter impugnant: quia hominē docebat
beatum esse in anima ⁊ corpore: non in presenti:
nec ex se: sed ex gratia dei per Jesum Christū in
resurrectione. ☞ Reliqua quere Anno. 1. hu
ius partis ⁊ ser. fol. 64. co. 3.

¶6 Jo.4. Deum nemo vidit vnq̄.] Glosa. Sicut vi
dentur ista visibilia corporis sensibus no=
ta: sic non videtur deus. Sed ⁊ si aliquādo hoc
modo videndi visus est: nō sicut iste nature vidē
tur: sed voluntate visus est: specie qua voluit ap
parens latente natura/ ⁊ incōmutabiliter in se ꝑ
manente. Eo autē modo quo videtur sicut est:
nunc fortasse videtur ab angelis/ a nobis tūc vi
debitur: cum equales angelis erimus. Sed nec
tunc videbitur sicut ista visibilia: que corpora=
li visione cernuntur: sed vnigenitus: qui est in si
nu patris/ ipse narrabit: quod nō ad oculos sed
ad mentium visionem pertinet. Sicut ergo/ si
solem istuȝ videre vellemus: oculū corporis pur
garemus: sic volentes videre deū: oculū mentis
purgemus. Sed quia visio in futuro speratur:
quid agendū est: quo solatio vtendū? Dum ad=
huc peregrinamur in corpore: diligamus inui=
cem: ⁊ sic deus in nobis manet.

Et vidi celuȝ nouū. ⁊c.] Lyra. ☞ Que ¶7 Apoc.21
re Anno. 19. sexte par. sermo. Judicij fina
lis. fol. 246. col. 4. tertij tomi. Sequitur imme=
diate. Consequenter Johannes describit inno=
uationem humane nature quantū ad electos/
dicens. ✳ Et ego Johannes vidi ciuitatem sañ
ctam Hierusalē.] Idest electorum societatē per=
fecta charitate vnitā. ✳ Nouā.] Quantum ad
corporum gloriam. Corpora eīm sanctoruȝ: que
modo sunt corruptibilia grossa/ ponderosa ⁊ ob
scura: resurgent immortalia/ subtilia/ agilia/ et
clara: et quia hoc fiet per gloriam animaruȝ ad
corpora redundantē: ideo subditur. ✳ Descen=
dentē de celo.] Empyreo: vt corpora resumant ⁊
in iudicio ꝯpareāt. ✳ A deo paratā.] Dotibus
anime ⁊ corporis. ideo subditur. ✳ Sicut spon=
sam ornataȝ viro suo.] ☞ Reliqua quere ibi
per totum capitulum.

Et ostendit mihi fluuiū. ⁊c.] Lyra. Hic vl ¶8. Apo.22.
timo describitur superna Hierusalē quan
tum ad refectionē ciuiū. Et diuiditur in duas ꝑ
tes: quia primo describitur hoc conuiuiū. secun
do conuiuarum exercitiū/ ibi. Et omne maledi
ctum nō erit. ⁊c. Circa primū sciendū/ ꝙ refectio
beatorum nō intelligitur a nobis nisi per simili=
tudineȝ corpaliū. Ad refectionē aūt corpis duo
requirunt̄. s. cibus ⁊ potus. Primo ergo describi
tur potus/ cum dicitur. ✳ Et ostendit mihi flu=
uium aque viue splendidū tanq̄ crystallum.]
Per queȝ intelligitur spiritussanctus. Unde di
cit saluator Johan. 7. f. Qui credit in me/ sicut
dicit scriptura: flumina fluent de ventre eius aq̄
viue: quod exponēs euangelista subdit: hoc au
tem dixit de spiritu: quē accepturi erant creden=
tes in eum. Spiritus autem sanctus/ cui appro
priatur bonitas ⁊ suauitas: reficit beatos ꝑ mo=
dum dulcis potus. ideo significatur per fluuiuȝ
aque viue. i. dantis gloriaȝ vite. ✳ Procedentē
Designauit dñs z alios septuagita duos.] Lyra hic pmo describit septuagita duorum discipulorum electio. Secũdo ad pdicãdum missio: ibi. Ite. ecce ego mitto vos. Circa pmũ dr. * Designauit dñs.] Jhs. i. signãter elegit. Uel dr/designauit: qz q̃s ab eterno pdestinauit ad hoc opus: tẽporalit ad hoc istituit z applicauit. * Et alios septuagita duos.] In signum q post xp̃i resurrectionẽ z ascẽsionẽ ĩ celũ/pdicaturi erãt fidẽ xp̃i gentibus septuaginta duarum linguarum. * Et misit illos binos.] Tum propter mutuam consolationem/et propter mutuam conseruationem: vt vnus esset custos castitatis alterius/et aliorum bonorum. Tum propter confirmationem veritatis pdicande ab ipsis: vt in ore duorum testium staret omne verbum. Tum in signum charitatis: que debet esse in predicatore: secundũ q exponit beatus Gregorius dicens. Binos ergo discipulos in predicatione mittit: vt per hoc nobis tacitus innuat/q qui erga alterum charitatem non habet: predicationis officium nullatenus suscipere debet. * Ante faciem suam.] Ut aduentus christi non lateret. * In omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus.] Qz indifferenter xp̃s et apostoli predicabant in ciuitatibus et locis magnis et paruis. * Et dicebat illis. Messis quidem multa.] Qz multitudo gentium ad suscipiẽdum verbum xp̃i per predicationem apostolorum erat parata: vt dicit apostolus. Ad Romanos. 11. et patet per effectũ in actibus apostolorum. * Operarij autem pauci.] Qz apostoli et christi discipuli erãt pauci respectu tante multitudinis conuertende. Et adhuc est ita secundum quod exponit Gregorius. Qz licet in ecclesia sint multi curati et ecclesie ministri: tamen pauci inuenientur apti ad predicandum ratione vite sancte et sane doctrine. Unde dicit Gregorius super locum istum. Ecce mundus sacerdotibus plenus est: et tamẽ in messe dei rarus valde inuenitur operarius: qz officium quidem sacerdotale suscipimus: sed opus officij nõ implemus.

* Rŏgate ergo dominuʒ messis: vt mittat ope
rarios in messem suam.] Qꝛ nullus sit aptus
ad predicationem verbi diuini: nisi per grãʒ dī:
B et nisi ab eo missus mediate vel inmediate. Cō
sequenter describitur discipulorum missio ad p̄
dicandũ: cuʒ dicitur. * Jte. Ecce ego mitto vos
sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sac
culum neqꝫ peram: neqꝫ calciamenta: et neminē
per viã salutaueritis.] Et patet littera ex dictis
Matth. 10. ☞ Et annotamēto. 1. A. ⁊c. qui
te. par. sermonis Vigiliarum plurimoruʒ Apo
stolorum supra. fol. 2. Colũna. 1.) Ubi ea: que
hic ponuntur posita sunt: licet non eodeʒ ordīe:
exceptis que sequũtur. * Et neminem per viaʒ
salutaueritis]. i. saluum dixeritis in hac vita: i
qua quilibet est incertus d̄ salute futura: nisi su
per hoc certificatꝰ fuerit reuelatiōe diuina. Sed
qꝛ hec expositio licet cōmunis sit: tamen videtur
spiritualis seu mystica: ideo aliter potest exponi
magis ad litteraʒ dicendo ꝙ in hoc ostenditur
quanta diligentia et festinatione predicator v̄=
bi diuini debeat officium sibi iniunctum exerce
re: qꝛ per hoc intelligitur ꝙ non debeat ab officio
sibi iniuncto retardari propter familiaritateʒ cũ
aliquo: et tali modo loquendi vsus est Heliseꝰ:
vt habetur. 4. Regum. 4. c. Accinge lumbos tu
os. ⁊c. Et subditur. Si occurrerit tibi homo: nō
salutes eum: et si salutauerit te quispiam: nō re
spondeas ei: per hoc enim intendebat exclude
re verba cum alijs retardãtia eum ab itinere. ⁊c̄
Sequitur. * Jn quãcunqꝫ domuʒ intraueritis
primũ dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit fi
lius pacis: requiescet super illum pax vestra.
Sin autē ad vos reuertetur. Jn eadem auteʒ
domo manete: edentes ⁊ bibētes que apud illos
sunt.] Nihil interrogantes propt̄ conscīētiam:
sic (et paulus postea docuit. prima Cor. 10. *
Dignus est enim operarius mercede sua.]
C Moralr * Designauit.] Moraliter. ⁊c. Septuaginta
consurgunt ex ductu denarij per septenarium:
ideo significant impletionem decalogi cum se=
ptem donis spiritus sancti. per binariuʒ superad
ditum significatur gemina charitas dei. s. ⁊ p=
ximi: que debet eē in predicatoribus euangelij.
* Et misit illos binos] Jn signum mutue cha=
ritatis. * Jn oēm. ⁊c.] Grē. Predicatio p̄uenit
et sic ad habitaculuʒ mentis dominus venit. *
Messis quidem mlta.] Jdest credentium mul=
titudo. * Operarij autem pauci.] Qꝛ licet sint
multi predicatores questuarij: tamē querentes
tantum animarum salutē sunt pauci: ꝓpter q̄d
rogandus est dominus: vt tales multiplicet atqꝫ
mittat. * Ego mitto vos sicut agnos.] Jdest
mansuetos: etiam inter crudeles. Ps̄. 119. b. Cũ
his qui oderunt pacem eram pacificus. * No
lite ergo portare sacculum.] Jdest predicare pro
pt̄ questum. * Neqꝫ calciamēta] Jdest exēpla
dare mortifera. nam calciamenta fiũt d̄ pellibꝰ
mortuorum. * Et neminem per viam salutaue
ritis.] Jdest nullum existentem in via presentis
vite saluum dixeritis. Sed aliqui propter que
stum aliquos assecurant de sua salute futura:
cũ tamen sit valde dubia. * Dicite. Pax. ⁊c̄]
Jdest inducite inhabitantes ad pacem eternã
et fraternaʒ. * Et si ibi fuerit filiꝰ pacis.] Jdest
predestinatus ad pacem eternaʒ * Requiescet
super illũ pax vestra.] Jdest a vobis nunciata.
* Sin autem reuertetur ad vos.] Jdest non
eritis priuati merito vestro. * Jn eadē autem
domo manete.] Non mutantes hospitium pro
pter lautius prandium habendũ.
* Designauit. c̄.] Glo. Sicut in apostolis est D
forma episcoporum: sicut septuaginta duobus Glosa.
forma est presbyterorum secundi ordinis. 72.
mittunt: qui totidē linguarũ gentibꝰ euãgeliũ
predicarēt: vt sic p̄mo. 12. apostoli ꝓpter. 12.
tribus isrl': ita ⁊ hi propter exteras gentes desti=
nentur imbuendas. Vel cuʒ christꝰ se dieʒ: apo
stolos horas huius diei nominet: per hũc nume
rum predicantium signum dat: se fidem sancte
trinitatis mundo ãnunciaturum. Sicut sol tri
duanum sue lucis ambitum: per septuagita du
as horas efficere solet. * Misit illos bios.] Per
hoc: ꝙ binos mittit: innuitur: ꝙ nemo predica=
tionis officium debet suscipere: qui erga alium
charitatem non habet. Vel bini mittuntur: secũ
dum ꝙ bina animalia missa sunt in arcaʒ: idest
masculus et femina: immũda prius in carnali
generatione: sed mundata ecclesie sacramento
per spiritualem gratiam in discipulorum predi
catione. * Messis quidem multa. ⁊c.] Messis
turba credentium. operarij / apostoli et sequa=
ces eorum. Et licet messis verbo dī sit sata: tamē
culture laborem et solicituʒ munus operarij re=
quirit: ne aues celi sparsa semina dissipent. *
Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.]
Sicut lupus ouibus: sic hereticus insidiatur fi= E
delibus: et sicut lupus ouile circuit nocte: nō au
dens intrare: canis somnum: pastoris absentiaʒ
vel desidiam explorans: sic hereticus nocte sue
interpretationis fid:les decipere conatur: eccles̄i
am non intrans: pastores ecclesie vel vitare: vel
necare: vel in exilium mittere contendit. Lupus
natura corporis rigidus: se inflectere facile non
potest: sic hereticꝰ itētiōeʒ duri cordis nō solet ab
errore reuocare. vnde Apl's. ad Titũ. 3. c. hereti
cũ hoieʒ post p̄mã ⁊ secũdaʒ correctionē d̄uita. ⁊c̄
Lupꝰ v̄o suo ipetu ferꝫ: ⁊ ideo sepe illudiꝫ. sic he
reticꝰ ipetũ facit: sʒ sepe remãet ianis: ne nocere
possit. Lupꝰ si p̄ꝰ aliqueʒ viderit: vocē illiꝰ q̄dã

nature vi eripit: si homo illū pri⁹ viderit/ cuž ex agitat. Sic quez ꝯsuta disputatiōe heretic⁹ preuenit: mutū reddit: ne cōfiteatur verbuz dei: sed si quis cōmenta fraudis ei⁹ agnouerit: nō patit iactātiam vocis. sic lup⁹ sic heretic⁹ guttur inuadit: vitalibus vuln⁹ affigit. Qualiter autē hos effugere possim⁹: suppōit dicēs: Nolite ergo portare sacculuz neqꝫ peraz/ neqꝫ calciamēta. Inde Matth.10.a. Nolite possidere auꝝ neqꝫ argentum: nō peram neqꝫ calciamēta. vtrūqꝫ de corio animalis mortui fit. i. nihil mortale vult esse in illis: quos ad p̄dicanduz mittit: ne mortis timore retardētur ab iniūcto itinere. * Nolite ḡ portare. ꝛc̄.] Tāta predicatori debet esse fiducia i deo vt p̄sentis vite sumpt⁹: et si nō puideat: tñ sibi nō defecturos certissime sciat/ ne duz occupat mēs ad temporalia: min⁹ predicet eterna. ¶ Allegorice. Pecunia i sacco clausa/ sapiētia est occulta: que proximo nō erogat. Per peraz: opera seculi. Per calciamenta/ mortuoꝝ operum exēpla figurantur. vt predicator onus seculariuz negociorum non portet: nec stultorum operum exēpla conspiciat: ne sua opa quasi ex mortuis pellib⁹ credat munire. Qui nō amore eterne patrie: sed premiorum ambitu/ salutem predicat audientibus: quasi i itinere salutat: qr hanc ex occasione non ex intentione salutez audientibus exoptat. Omnis enim qui in via salutat: ex occasiōne itineris salutat: non ex intentione habende eiusdē salutis. * Neminem per viam salutaueritis.] Festinate iubet cōtendere: ne alicuius obuij cōfabulatione reflectant ab iniuncto itinere. Nec simpliciter ait. Neminez salutaueritis: cum sit vsus humanitatis alios salutare: sed addidit in via: qr nō salutatiōis sedulitas auferf: sed obstaculuz ipediēde deuotiōis abolet: vt qñ diuia mādāt: paulisp seqstret hūana. * In eadē autē domo manete.] Si pax vestra recipit: dignū est vt i ea maneatis: carnalia stipendia ab eis accipientes: quibus celestia offertis. Ecce qui saccum et peram prohibuit: sumptus ex predicatiōe cōcedit: sic tñ vt oblato cibo et potu sint contenti. * Manete.] Non est de domo in domuz vaga facilitate demigrandum: vt in hospitali amore seruet constātia: ne coalita amicitie necessitudo facile resoluatur. * Dignus est eñi opari⁹ mercede sua.] Nota qꝫ vni operi predicatorum due mercedes debent: vna in via: que nos in labore sustentat: alia in patria: que nos i resurrectiōe remunerat. * Et in quancūqꝫ ciuitatem intraueritis. ꝛc̄.] Descripto diuerso dom⁹ hospitio: qd etiam in ciuitatibus agere debeāt docet. pijs scilicet in omnibus communicare: ab impiorum per oīa societate secerni. ☞ Nota/ qꝫ i ēuā. huius euangelij virtualiter continentur decem vel vndecim conditiones boni predicatoris. prima qꝫ sit charitate plenus/ ibi/ Misit illos binos. ꝛc̄ secūda. qꝫ nō sit ociosus. ibi: Messis qdez multa. tertia qꝫ nō timeat mortez/ ibi. Sic agnos int̄ lupos. quarta qꝫ magnaz habeat fiduciam in dño ibi. Nolite ḡ portare. qnta qꝫ non sit negociator/ qd per calciamenta d̄signat. sexta vt non querat terrena: sed celestia. ibidez. septima qꝫ festiant suū officium faciat/ ibi. Neminem salutaueritis in via. octaua qꝫ possit solū sustētationem ꝓ suo labore recipe: ibi/ In eadē domo manete. nōa qꝫ nō vagetur de domo in domum. finaliter qꝫ pijs sez i oīb⁹ cōmūicet: et ab ipiorum per oīa societate secernatur ¶ Nota etiā: qꝫ quēadmodum iubet hereticū vitare: sic diabolū seminātē heresim. ☞ Applica ad hec aliqua de Anno. sermōis Apostoloꝝ incipiē. folio.82. ¶ Uel ser. Euangelistarum. fol.87. ¶ Uel ser. p̄latoꝝ. folio.90. ¶ Uel ser. pugne. fol'.165. sub thē. * Ecce ego mitto vos. ꝛc̄. B ¶ Uel ser. Religiosoꝝ. fol'.136 sub thē. * In eadez domo manete.] E ¶ Uel ser. pacis. fol'.177. sub thē. * Pax huic domui.] E

Nolite portare sacculū] vsqꝫ * Mercede sua.] ☞ Quere supra Anno. proximo huius par. et sermonis etiam apostoloꝝ.

Unius martyris. Ser. Annot. Ex quinta parte Bib.

¶.1. Mat.10 A



Nihil est opertuz. ꝛc̄.] ☞ Ostensa superius magnitudie tribulatiōis imminentis xp̄i discipulis a principibus gentilium. prout inuenies. Anno.1. quinte. p. ser. Uigiliaꝝ apostoloꝝ. fol'.2. ¶ Lyra. Cōsequent hortat xp̄s discipulos suos ad ipsius tolerantiaz: et hoc triplici ratione. primo exēplo sui. secūdo ex consideratiōe diuini iudicij: ibi. Nihil opertū. Tertio ex meditatione diuie ꝓuidētie et cōsilij: ibi. Et nolite timere. Circa p̄mū hortatur eos exemplo sui: quia multa et grauia a iudeis passus est sine causa et ꝓ veritate fidei: ꝛ multo forti⁹ debēt hoc pati ei⁹ discipuli. ꝛ h̄ est quod dicit. * Non est discipul⁹ sup magistrum: nec seru⁹ sup dominū suuz. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: ꝛ suo sicut dñs ei⁹.] Idest si nō pl⁹ cōculcet ꝛ condēnet quam magister eius. et ideo cōcludit. * Si patrem familias.] Idest Christuz: q est pat noster.

* Beelzebub vocauerūt.] Dicebant enī xp̄m facere miracula in virtute cuiusdam demonis sibi familiaris nomine Beelzebub: et sic christuz quodammodo vocabant Beelzebub in quātū opera ei⁹ ipsi Beelzebub attribuebāt: quod erat magna blasphemia cōtra eum. * Quanto magis domesticos eius?] Diffamabūt imponēdo apostolis: qui sunt de domo christi: q̄ faciāt miracula in virtute demonis. q̄ enim apostoli facerēt miracula v̄tute demonis dixerūt iudei ꝛ gētiles: vt patet multipliciter ex legendis eoꝝ. * Ne ergo timueritis eos.] Omittendo fidei veritatē ꝓpter persecutionis timorez. Cōsequent (in euangelio hodierno) hortatur eos ad idem ex cōsideratiōe diuini iudicij/ in quo oīa manifestabūtur: q꞉ bona ꝛ mala omniū omībus erūt manifesta. Cōsideratio huius māifestatiōis debet dare magnam audaciam ī predicatione veritatis: et hoc est quod dicit. * Nihil opertum.] Scilicet in presenti tpe. * Quod nō reueletur.] In iudicio. * Et occultum/ quod non sciatur] quia secreta cordis que soli deo sunt nota: tunc erunt nobis manifesta: et hoc debet p̄dicatores mouere ad predicandū v̄itatē secure. propter q̄d dicit. * Quod dico vobis in tenebris.] Idest in locis priuatis. Licet enī xp̄s vt cōmuniter p̄dicauerit in coībus locis: vt in tēplo ꝛ synagogis: tñ aliquando docebat discipulos separatī a turbis. vt habet. Mar. 4. a. Seorsuz autē discipulis suis disserebat oīa. * Dicite in lumine.] Idest palā: q꞉ postea apl'i palā populo predicauerūt ea: que a christo seorsuz didicerūt. propter quod sequit. * Et quod in aure.] Idest in
B secreto. * Auditis/ predicate sup tecta.] Idest publice. In palestina tecta domoꝝ erāt plana d̄super ꝛ ibi conueniebāt hoīes in diebus festiuis ad ludēdum et confabulanduz. et per hoc designat quēlibet locum publicuz: vbi cōueniūt homines. Uel secunduz alios tecta ista dicebant q̄dam deambulatoria facta circa tēplū: sup q̄
C ascendebāt doctores ꝛ inde docebant populum Consequenter hortatur eos ad tolerantiam tribulationis ex consideratione diuine prouidētie seu consilij. Ad cuius euidentiam sciendum/ q̄ aliqui dixerūt diuinam ꝓuidētiam tñ se extēdere ad incorporalia/ non ad ista inferiora. Ex q̄ꝝ psona dicit. Job. 22. b. Circa cardines celi pambulat/ nec nr̄a cōsiderat. Alij aūt dixerunt/ q̄ se extēdit circa iferiora ista: except actib⁹ humāis et hoc ne tolleret ab hoīe libertatem arbitrij. sed vtrunq̄ est falsum ſz Ph'z. 1. d̄ aīa. vbi rep̄hēdit Empedoclē dicens/ q̄ deus esset insipientissim⁹ si aliq̄d ignoraret q̄d nos cognosceremus: quod sequebat ad dictuz Empedoclis: q꞉ dicebat oīa componi ex amicitia et lite: excepto deo/ in quo lis non erat. Ex quo sequebatur/ q̄ deus litez nō cognoscebat: q꞉ ponebat simile simili cognosci: ꝛ idez incōueniens sequitur ad dictū istoꝝ: q꞉ nos habemus noticiam d̄ istis inferioribus: et d̄ humanis actibus: et per consequens deus talia cognoscit ꝛ ad finē debitū d̄ducit: q꞉ cuz sit agēs vniuersale et primuz: omnia que subiacent ei⁹ cognitioni ordināt ꝑ ipsuz: et q꞉ natura nobilior principalius cadit sub ordine ꝓuidentie: sequit q̄ natura humana: que immortalis est ex parte anime: speciali modo cadit sub eius ordinatione: propter q̄d iusti non debent mortē timere q꞉ deus ordinabit ad finem vltimum. et hoc est quod dicit. * Et nolite timere eos q̄ occidūt corpus animam autem nō possunt occidere. sed potius eum timete: qui potest ꝛ animaz et corpus perdere in gehennam.] Nōne duo passeres. ꝛc. D
Ad euidētiam huius sciendū/ q̄ passeres abūdāt ī terra ꝓmissiōis: et ideo de ipsis fiebat oblatio pauperum: qui nō poterant alia habere/ vñ erant pauci valoris. q̄a duo habebātur ꝓ asse. as assis est genus nūmi. vñ est mensura in pōderib⁹: vt dicit Glo. sup istum locum. In vnoq̄q̄ enī genere illud: q̄d minimū est mēsura alioꝝ. Dipōdi⁹ autez valet duplex as et ideo dr̄. Luc. 12. q̄ q̄nq̄ passeres habebant pro dipōdio. Hic dr̄/ q̄ duo pro asse: quia passer ipar non poterat cōpetent diuidi. ideo remanebat vendenti. dicit ergo. * Nonne duo passeres asse.] i. ꝓ asse. * Ueneūt.] Idest vēdūtur: q꞉ veneo venis habet sensum passiui sub voce actiua. * Et vnus ex illis.] Quantūcūq̄ sit parui valoris: vt visum est. * Non cadet super terram.] Idest nō morietur. * Sine patre vestro.] Idest sine ꝓuidētia dei patris. per conseq̄ns supple/ neq̄ vos moriemini: q̄n deus ordinet d̄ morte vr̄a. ꝓpter q̄d cōcludit. * Uestri autem capilli capitis omēs numerati sunt] In dei prescientia. ideo concludit * Nolite ergo timere: multis passerib⁹ meliores estis vos.] Idest maioris reputatiōis apud deum: q꞉ ad imaginem dei facti: quod nō cōpetit creature irratiōabili. Ostēso q̄ apl'i debent sustinere tribulationes constant: hortatur eos ad cōfitendum nomen xp̄i confident dicēs. * Omis ergo qui confitebit me coram hoībus: cōfitebor ꝛ ego eū corā patre meo: q̄ est ī celis] Patet sñia E
* Nihil enī est optū: q̄d nō reuelet.] Moralit Moralr
Scilicet ī die iudicij: vbi patiētia martyꝝ p̄miabit. ꝛ persecutoꝝ neq̄tia pūiet * Duo passeres] Hit. Mystice aūt corp⁹ ꝛ aīa asse vēdunt: cuz ꝑ minima delectatione diabolo tradūtur.
* Q̄d dico vobis in tenebris.] Glo. Idest dū adhuc in timore estis. Dicite ī lumine. Idest in fiducia veritatis accepto sp̄ūsctō. Et q̄d ī aure auditis .i. quod secreto auditis super tecta .i. F Glosa

calcato carnis domicilio predicate. ✳ Sup te=
cta.] Loquitur iuxta morem palestine: vbi so=
lent in tectis residere: que non sunt cacuminata
sȝ equalia. Vn̄ lex precepit/ vt qui nouaȝ domū
edificat: muꝝ tecti ponat in gyro: ne fundat̄ san
guis inoxius labēte aliquo. Ergo in tectis pre=
dicatur: q̄d cūctis audientib⁹ palam dicit̄: ⁊ est.
Nō vos erudiui i ꝑuo iudee loco: i toto mūdo
dicite. ✳ Nōne duo passeres?] Lucas. (Caplo.
12.a.) Nōne q̄nq₃ passeres veneūt dipōdio? Nec
multū distat vt duo asse: et quinq₃ dipondio. Di=
pondius eniȝ ex duobus assibus. quod autē in
numeris est vn⁹ hoc in pōdere as: et quod duo:
hoc dipōdi⁹ ✳ Et vn⁹ ex illis. ⁊c.] Quomodo
ergo Apostolus. Nunq̄d de bob⁹ cura est deo?
sȝ aliud ē cura. Aliud sciētia. ✳ Numerati sūt
⁊c.] Hoc est scientia dei numeꝝ illoꝝ comprehē
dit. Numerati. Non actu cōputationis/ sed fa
cultate cognitionis. a similitudine pecunie: que
numeratur vt seruetur. Ubi magna ꝓuidentia
dei/ ꝙ nec ꝑua ociosaq₃ dicta eū lateāt. ✳ Qui
confitet̄.] Uel confitetur quis Jesum ea fide: q̄
per dilectioneȝ operatur. Gal. 5. a. Negat qui ꝓ
ceptis dei nō obedit.

G ☞ Applica ad hec aliqua de Anno. Sermo
Auctor. nis Judicij finalis. fol. 236. sub th. ✳ Nihil op
tuȝ q̄d non reueletur. ⁊c.] A ❡ Uel ser. Pugne.
fo. 165. ❡ Uel ser. Martyꝝ. fo. 89. sub th. ✳ No
lite timere. ⁊c.] D. ❡ Uel ser. Prelatoꝝ fol. 90.
sub the ✳ Predicate super tecta ⁊c.] B ❡ Uel
ser. Fidei. folio. 59. sub. themate. ✳ Om̄is qui
cōfitebitur me. ⁊c.] D.

❡2. Mat.10 Nolite arbitrari. ⁊c.] ☞ In hoc capitu.
(inter alia) informantur apostoli et predi=
A catores ꝟbi diuini/ quātū ad veritatē vite q̄dru
pliciter. ꝑmo ꝙ non debēt moueri ad predicādū
cupiditate/ ibi. Grati accepisti. ⁊c. ☞ Quod
inuenies Anno. 1. d. q̄nte par. ser. Simonis ⁊ Ju
de supra in hoc Tomo. Secundo nec terreri ad=
uersitate/ ibi. Ecce ego mitto vos. ⁊c. prout inue
nies. Anno. 1. A. q̄nte par. ser. Uigiliaꝝ Aploꝝ
B folio. 2. Col. 1. Tertio (in euangelio hodierno)
ꝙ non debent impediri ex amicoꝝ carnalitate.
Ad cuius euidentiā sciendū ꝙ charitas est or=
dinata: sic ꝙ homo debet diligere deum sup om
nia: etiā supra seipsum. ⁊ ideo pro nulla amici=
tia cuiuscūq₃ ꝓximi debet retardari q̄n ꝓsequa
tur ea: que pertinēt ad honoreȝ diuinū. Propter
quod dicit. ✳ Nolite arbitrari quia venerīȝ pa
cē mittere in terrā.] Et loquit̄ de pace mala: que
est ꝯtra deuȝ. ✳ Nō veni pacē mittere] Scilicet
talē: q̄ dicta est. ✳ Sed gladiū.] Hoc est diuisi=
onē talis ꝯcordie. Aduertēdū tn̄ ꝙ ista: q̄ dicunt̄
hic a xp̄o/ sunt facta occasionalit̄. quia ad chri=
sti ꝑdicationē ⁊ aploꝝ aliqui ꝯuersi sunt ad fidē
et alij in infidelitate remanētes quātūcunq₃ eis
cōiuncti: persecuti sunt istos ad mortem. Propt
q̄d sequit̄. ✳ Ueni enim separare hoieȝ aduers⁹
patrem suum: et filiam aduersus matrem suam
et nuꝝ aduersus socrū suam: et inimici hois do
mestici eius. Qui amat patrem aut matrē plus
quam me/ nō est me dignus. Et qui amat filiuȝ
aut filiaȝ super me/ nō est me dignus.] Quarto E
informātur ꝑdicatores verbi diuini ꝙ nō debēt
retrahi ꝓpter dulcedinē ꝑsentis vite: q̄ est breuis
et trāsitoria: et ad merenduȝ vitam eternam or=
dinata. ⁊ ideo q2 finis melior est his q̄ sunt ad fi
nem: imo ea: que sunt ad finē/ nō sunt nisi pro=
pter assecutionē finis: ideo de ipsis nō curatur:
dum tamen finis habeatur: ꝓpter quod de vita
presenti non est curanduȝ: sȝ de assecutione vite
eterne: ⁊ hoc est quod dicit. ✳ Et qui non acci=
pit crucem suam ⁊ sequitur me.] Scilȝ volūta
rie mortem tolerando. ✳ Non est me dignus.]
Idest vita eterna: q2 in coniunctione ad christū
per visionem et fruitionem consistit vita eterna.
✳ Qui inueniet animaȝ suā perdet illā.] Idest
vitam presentem: que causat̄ ab anima existēte
in corpore. vnde est ibi ꝑdicatio per causā. Qui
amat igitur vitam presentem inordinate/ per=
det eam. Res enim perditur: quando nō attin=
git finem debituȝ. sic medicina perditur/ quādo
per eam sanitas non acquiritur. et codeȝ modo
vita presens: que finaliter ad consecutioneȝ vite
eterne ordinatur: recte perditur: quando per ip=
sam ad eternam vitaȝ non peruenitur: quod cō
tingit illi: q̄ inordinate amat ipsaȝ. ⁊ e cōtrario.
✳ Et qui perdiderit animaȝ suaȝ propter me.]
Uitam presentem propter christum contēnēdo.
talis enim dicit̄ perdere/ non secundū veritatē:
vt patet ex predictis: sȝ f̄ȝ hominum opinionem
Iste (inquā.) ✳ Inueniet eam.] Accipiendo ꝓ D
transitoria eternā. Postq̄ȝ saluator hortat⁹ est ꝑ
dicātes: consequēter hortatur recipientes ipsos:
ostendens magnitudineȝ premij ipsoꝝ dicens.
✳ Qui recipit vos: me recipit: ⁊ qui me recipit/
recipit eum: qui me misit.] Ea enim que fiunt
christi fidelibus/ reputat sibi fieri xp̄s: et hoc taȝ
in malis (Actuū. 9. c. Saule saule quid me per
sequeris. i. fideles meos:) quaȝ etiam in bonis:
sicut hic patȝ: q2 in discipulis suis dicit se esse re=
ceptum. ✳ Qui recipit prophetam.] Idest dei
nunciū. ✳ In nomine prophete.] Idest in q̄n=
tuȝ dei nunci⁹. ✳ Mercedē ꝓphete accipiet.]
Idest ab eo cuius est nunci⁹. ✳ Et q̄ recipit iu=
stuȝ in noie iusti.] Quod nō potest esse nisi ꝓpt
deū: a q̄ iustificat̄ omis ꝟe iust⁹. ✳ Mercedē iu
sti accipiet.] Idest a deo: q̄ iustificat ipȝ. secus ē
aūt si recipit ipm̄: in q̄ntū amicus vel cōpatriota
vel huiusmodi: q2 nō recipit eū pure in noie dei

* Et quicūq; potū dederit vni ex minimis istis: calicē aque frigide tm̄.] Hoc dicit ad ostēdēdū/ q̄ q̄libet quātūcūq; paup: potest facere opera misericordie: q2 dare calicē aque frigide pōt q̄libet quantūcūq; paup. * In noie discipuli.] Idest quādo est fidelis denūciās fidē xp̄i. * Amen.] Idest fideliter. * Dico vobis: nō perdet mercedē suā.] Quia in ijs: que dant ꝓpter xp̄m: non tm̄ pēsat quātitas doni: quantū pēsat quātitas bone volūtatis/ ex qua datur.

E Moralit. * Nolite arbitrari.] Moralit. Hiero. Ad fidez xp̄i tot⁹ orbis in se diuisus est/ vnaqueq; dom⁹ fideles habuit ⁊ infideles et bonū bellū mixtū ē: vt pax mala rūperet. * Qui amat patrez. ⁊c.] Hilari⁹. Illi enim q̄ domesticas dilectiōes hoīm ei⁹ dilectioni ptulerint/ futurop̄ bonop̄ indigni erūt hereditate. * Et qui nō accipit crucē. ⁊c.] Grego. Duob⁹ modis crucē dn̄i baiulam⁹: cuz aut p abstinētiā carnē affligim⁹: aut cū p cōpassionē ꝓximi necessitatē illius nr̄am putam⁹. * Qui inuenit aiam suā.] In delectationib⁹ illicitis nutriēs eā. * Perdet eā.] Quantū ad vitā futuraz. * Qui recipit vos.] Corporalit. * Me recipit.] Spūalit: ⁊ p cōsequēs recipit patrē ⁊ spm̄sctm̄: q̄ cū filio p grām inhabitāt recipiētis mentē. * Qui recipit ꝓphetā.] Idest q2 denūci⁹ est. * Mercedē ꝓphete recipiet.] Idest a deo recipiet mercedē/ cui⁹ est nūci⁹. * Et q̄ recipit iustū.] Idest ꝓpter iusticiā suā: nō ꝓpter cōsanguinitatē vel affinitatē. * Mercedē iusti accipiet.] Idest particeps erit meriti iusticie sue.

F Glo. * Pacē mittere.] Glo. Missuz est bellū bonū: vt rūperet pax mala. * Ueni enim. ⁊c.] Possum⁹ ⁊ prēm itelligere diabolū: cui⁹ eram⁹ aliqñ filij: nō natura: sed imitatiōe: vt iudeis dictum ē Joh. 8. c. Uos ex prē diabolo estis. Sed postq̄ vocē audiuim⁹ monētis: ps. 44. c. Obliuiscere populū tuū ⁊ domū patrꝭ tui. Uenit gladi⁹ dn̄i separare nos ab inuicē: ⁊ ostēdere aliū patrē: cui diceremꝰ. Pater noster: q̄ es in celis. Matth. 6. b. Mater/ synagoga. Filia pmitiua ecclia. Socr⁹ eadē synagoga. Nur⁹ pmitiua ecclia de gentib⁹. Spōsus ecclie/ fili⁹ est. dicēte Aplo. Ro. 9. a. Quop̄ prēs: ex q̄b⁹ xp̄s secūdū carnē. Socr⁹ igit. i. mater spōsi: ⁊ in nurp̄ ⁊ in filiū diuisa est synagoga carnalis: q2 eccliā psequi nō cessat: sꝫ et ipsa in matrē ⁊ in socrū diuisa est: volēs recipere circūcisionē ceterasq; carnales obseruātias. * Separare.] Idest priuatos carnis affect⁹ extinguere: q̄b⁹ ita inuicē diligunt: vt deo min⁹ seruiant. Uel penit⁹ auertant: nō q2 nō sint honorādi pater ⁊ mater: sꝫ post deū. Hic est ordo charitatis. * Qui amat patrē.] Post deū amādi sunt: sed si vtrūq; nō potest seruari: odiū in suos: pietas ē in deū obseruāda. * Et q̄ nō accipit. ⁊c.] Crux duob⁹ modis portat. Cū vel p abstinētiā corp⁹ afficit: vl' cū p cōpassionē ꝓximi affligit anim⁹. Peccata ꝓximop̄ fixorū sunt sanctop̄. Crux semp est portāda: vt amor xp̄i ostēdat. * Et sequitur me.] Aliqs eni carnē macerat: p inani glia: vel ꝓximo carnalit cōpatit: vt culpe faueat: hic crucē ferre videt: sed dn̄m nō sequit. * Qui inuenit.] Noie aīe vita p̄sens designat. * Qui recipit ꝓphetā. ⁊c.] Cū ad p̄dicationez mittit: eszone tollit: picula nō timēda dicit: affectū subijcit religioni. Uñ ḡ sumpt⁹? austeritatem mādatop̄: spe tēperat ꝓmissoruz. Qui recipit (inquit) vos. Ad susceptionē magistrop̄ ꝓuocat discipulos. Dicet ḡ aliqs: ḡ ⁊ pseudo ꝓphetas ⁊ Iudaz ꝓditorez suscipiem⁹? hoc dn̄s ꝓcurās dicit/ non psonas esse suscipiēdas sed noia: ⁊ mercede non carere suscipiētē: licet indign⁹ sit: q̄ suscipit. Nō ait mercedē de ꝓpheta vl' iusto: sꝫ ꝓphete ⁊ iusti mercedē: q2 dn̄ eos sustētat/ q̄ alit nō possent: q̄d eop̄ est facere: ⁊ ipse est: q̄ in h̄ noie facit: nō ꝓ eis solū: sed eorūdē mercedē habebit. i. talē qualē et ipsi. ¶ Q2 xp̄s i aplis: de⁹ aūt in xp̄o: ḡ q̄ aplo's recipit: recipit deū. Hoc dicit: ne apostolop̄ susceptio vilis habeat his: a q̄bus supra dixit: debere stipēdia accipere. * Et q̄cunq;.] Qui periculū nō suscipietū testimonio excussi pulueris denūciauit: meritū recipiētū vltra speratū cōmēdat. Nota deū magis ad piū affectū respicere/ q̄ ad quātitatē rei exhibite. * Uni ex minimis] Minimi sunt/ qui nihil penit⁹ habēt in hoc mūdo: et iudices erunt cū xp̄o.

G

☞ Applica ad hec aliqua de Annot. sermo. Pacis incipiēn. fol. 177. sb the. * Nolite arbitrari. ⁊c.] B. ¶ vel ser. Ferie. 6. Post cinerē ⁊ de applicatioib⁹ eiusdē ser. fol. 81. sub the. * Qui amat patrē. ⁊c] B. ¶. ¶ vl' ser. Martyp̄. fol. 89. vel ser. Pugne. fo. 165. Et infra Annot. sequēti. fo. hoc. sub th. * Qui non accipit crucē. ⁊c.] ¶. ¶ vl' ser. Relig. fol. 136. sb the. * Et sequit me.] ¶. ¶ vl ser. Prelatop̄. fol. 90. sub the. * Qui recipit ꝓphetam. ⁊c.] D. H Auctor.

C3. Mat. 16 A Si q̄s vult post me venire.] Lyra. In euāgelio hodierno ꝓponit xp̄s sue imitatiōis exēplū: ⁊ diuidit i duas partes: q2 pmo facit q̄d dictū est ꝓponēdo. s. exēplū sue imitatiōis. Secundo ꝓmittit ex hoc gliaz future resurrectiōis. Quantū ad pmū dicit. * Si quis vult post me venire.] Meā doctrinā ⁊ facta sequendo. * Abneget semetipsum.] Idest affectū humanū: non solū meā passionez nō impediēdo: sed etiā me in hoc imitādo. * Et tollat crucē suā.] Idest parat⁹ sit in animo volūtarie crucē portare: in qua crucifigat ignominiose. * Et sequat me.] Ad hoc aūt rationē inducit dicēs. * Qui enim voluerit aiam suaz saluā facere: perdet eam.] Hoc

autē potest dupliciter intelligi. Perdere eniz: habet duplicē significationē. Uno modo idez est ꝙ amittere: ⁊ in isto sensu cū dicitur hic: perdet eā: subintelligendū est: in alia vita. q. d. Qui enim voluerit animā suā saluā facere. Idest delicijs et voluptatibꝰ occupare in hac vita: quia hoc est vitā suā saluare secundū opinionē carnaliū: talis perdet eā in alia vita: qꝛ obligat eā ad penaz inferni. Alio modo perdere: idē est qꝺ destruere: et tunc cū dicitur perdet eā: subintelligit̃ in hac vita. Et est sensus. Qui eniz voluerit animā suam saluā facere. Quantū ad meritū vite eterne. Perdet eā. Idest destruat corpꝰ/laboribꝰ et passionibꝰ exponēdo. Ex q̄bus sequit̃ separatio aīe a corpore. Et hoc est animā perdere secundū estimationē falsam carnaliū: licet sit saluare eā secūdum veritatē. Secundū hunc sensum vltimū sequitur. * Qui aūt perdiderit animā suā ꝓpter me.] Hoc est ꝓpter deū mortē sustinēdo. * Inueniet eā] In beatitudine deo fruēdo. Et qꝛ aīa cū sit immortalis preponēda est omnibus corruptibilibus et transitorijs: ideo sequit̃. * Quid enim ꝓdest hoī si mundū vniuersum lucret̃: aīe vero sue detrimentū patiat̃? Aut quaz dabit hō cōmutationē ꝓ anima sua?] Q. d. nihil: imo ꝑ talia perdit multū: qꝛ perdit illud qꝺ est immortale ⁊ diuinū in eo. Consequēter: qꝛ inuitauerat

B eos ad imitandū exēplū sue passionis. Ideo ne terrerēt̃ morte corporali et trāsitoria/ ꝓmittit eis premiū future resurrectionis: qꝺ cōplebit̃ in aduentu xp̄i ad iudiciū: qꝛ tūc resurgēt hoīes ad vitā immortalē. Et hoc est qꝺ dicit. * Filiꝰ enim hominis.] Idest xp̄s verꝰ hō. * Venturꝰ est.] Ad iudiciū scilicet. * In gloria patrꝭ sui.] Qꝛ in forma gloriosa iudicabit. * Cū angelis suis Et tunc reddet vnicuiq; secundū opera eiꝰ.] Iustis gloriā aīe ⁊ corporis: alijs aūt penā vtriusq;. Et vt sint de futura gloria aīe et corporis magis certi: ꝓmittit eis ꝙ aliquibꝰ eorū ostēdet in hac vita p̄senti/ qꝺ ostēdit in sua trāsfiguratiōe. Ut patet Matth. 17. Et hoc est qꝺ dicit. * Amē.] Idest fidelit̃. * Dico vobis/ sunt quidā de hic stantibꝰ.] Scilicet Petrꝰ. Jacobꝰ et Johānes. * Qui nō gustabūt mortē.] De vita p̄senti recedēdo. * Donec videāt filiuz hoīs venientē in regno suo.] Scilicet apparentē eis in forma corporis gloriosa: qualē habebit post resurrectionē: cū adeptꝰ fuerit potestatē regni. Tunc enim dixit discipulis suis Matth. vltimo. Data est mihi oīs potestas in celo et in terra.

C Moralr * Si quis vult. ⁊c.] Moralit̃. Maximꝰ in sermone de sancto Johāne baptista. Duo aūt abstinētie ⁊ crucis sunt genera. Unuz corporale: et aliud sp̄uale. Unū est a potu et epulis tēperare appetitum gule: a delectationibꝰ et mollissimis suauitatibꝰ coercere: ⁊ ab his: que tactu/ gustu: visu decipiūt: sensum viriliter reuocare/ ac violent̃ abstrahere. Alterū abstinētie et crucis genꝰ est p̄ciosius/ atq; sublimiꝰ. motus animi regere: ⁊ perturbatiōes illiꝰ modestie trāquillitate placare. Ire ac superbie impetus quasi ferā bestiaz refrenare. Litigare quotidie cōtra vitia. Increpare se quadā censura ⁊ austeritate virtutꝭ: ⁊ rixam quodāmodo cū homine interiore cōserere. * Qui eniz voluerit animā suā saluā facere.] Idest vitā aīalē voluptatibꝰ exponere. * Perdet eam.] Eternaliter. * Qui aūt perdiderit.] Idest a voluptatibꝰ retraxerit. * Inueniet eā] Ad gloriā ordinatā. * Quid eniz ꝓdest homini?] Q. d. nihil: sed multū nocet. nā anima rationalis imagine trinitatis insignita p̄ciosior est omnibꝰ terrenis. * Filiꝰ eniz hoīs. ⁊c.] Hiero. Times mortez: audi gloriā triūphātis. Vereris crucem/ ausculta angeloꝝ ministeria. * Sunt quidā de hic stātibus.] Cum xp̄o hic stant: qui ꝓ ipso passiones patiēter sustinēt: et isti mortem culpe vel gehēne nō gustāt: sed cū ipso transeunt ad gloriam sempiternā.

D Glosa * Si quis vult.] Glo. Predicta aplīs passiōe et resurrectione: hortat̃ ad sequendum tam eos: quā turbā. * Abneget semetipsum.] Quod ꝑ vetustatez est: vt capiat qꝺ vltra se est. Remotis vitijs: virtꝰ sequat̃: tollat crucē suā: ⁊ sequat̃ me. Quod erat per vetustatē: abnegauerat ille: qui dicebat. Gal. 2. d. Uiuo aūt ego: iā nō ego. Qꝺ vero vltra se erat: ceperat. Uiuit vero in me xp̄s. * Tollat crucē suam.] Crux tollitur: vel cum ꝑ abstinētiā corpꝰ: vel cuz per cōpassionē ꝓximi animꝰ affligit̃. Crucē abstinētie habuit Paulꝰ: cū dicebat. 1. Coꝝ. 9. d. Castigo corpus meū/ et in seruitutē redigo. ⁊c. Cōpassionis quoq; cum ait. 2. Coꝝ. 11 g. Quis infirmat̃ ⁊ ego nō infirmor? * Quid enim ꝓdest?] Eccl'ia habz tēpus ꝑsecutionis: habet ⁊ tēpus pacis. Hec tēpora designat in p̄ceptis. Nam tēpore ꝑsecutionis ponēda est anima: et tēpore pacis frangenda sunt terrena desideria. Nam quid prodest homini? ⁊c. * Aut quā.] Nec lucra: nec timor: nec aliquid aliud retrahat a salute: quia quam cōmutationem dabit homo pro anima sua? Calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo. Psalmo. 115. a. Uel: nihil terrenū pro anima ꝑdita poterit homo dare. * Filius autem.] Ne durum videatur hoc pati: quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam: que reuelabitur in nobis. Romanoꝝ. 8. d. * Sunt quidam de hic stātibus. ⁊c.] Quia rudes erāt apl'i etiam in presenti vita promittit̃ eis aliqua cōsolatio: vt certiꝰ credant de futuro.

* In regno suo] In regno beatitudinis eterne. Uel ostēdēdo suam potestatē in presenti ecclia. E ¶ Et Lucc. 9. * Abneget semetipsum.] Glo. Nisi quis a seipso deficiat: ad eum: qui super se est/ non appropinquat: et nouitatē: ad quā vocatur/ non apprehendit: nisi mactet vetustatez: in qua nat⁹ fuit. Et cum cessat a vitijs: exquirat etiam virtutes. Unde subiungitur. * Et tollat crucem suam. rc.] Crux tollitur/ quādo per abstinentiā corpus afficitur: vel per cōpassionē proximi affligitur animus: quod etiam aliqui philosophi fecerūt. Et sequat me: hoc solus xpian⁹. * Nam qui perdiderit animā suaz. rc.] Sicut persecutiōis tpe ponenda est anima: ita in pace frāgenda sunt desideria terrena: vt quāto videt homo securior: tāto sit ad sui custodiā solicitior. * Quid enim proficit homini? rc.] Quia aliquādo tēporalia despicimus: sed humana verecundia ꝑpediti/ rectitudinē quam habemus in mente non audemus voce exprimere: congruū medicamentū subiūgit. Nā qui me erubuerit: et meos sermones. ¶ Persecutionis tpe poterant erubescere fideles substantijs nudari: honorib⁹ deijci: verberib⁹ affligi. Pacis tpe sepe veremur a primis despici: iniurias verborꝫ pati: pri⁹ satisfacere illis: quibus fuimus irati. Habet ergo xpianus etiam in pace: vbi in cōfessione xpi veraciter possit probari. s. si imitatur humilitatem sui capitis. * Hunc filius hois erubescet.] Nō sufficit ad ꝓbationē fidei vox cōfessionis: quam defendit a verecundia professio generalitatis. * Aliqui hic stantes qui non gustabūt mortē. rc.] Qui stat cum xpo nō gustat mortez: q2 nec tenuē mortis eterne sensum habebit: qui xpi consortia meruerit: cui nec in morte interrūpitur or F do viuendi. * Donec videant regnū dei.] Quia arduū erat aiam periculis/ corp⁹ morti offerre: sustentat infirmitatē humane mentis remuneratiōe ꝑsentiū: ne frangat desperatiōe vel tedio. Uisa eniz eterna gloria: et si in trāsitu et ad breue momentum: fortiores tū contra mundi aduersa reddunt. Promittit itaqꝫ futurā gloriā in transitu videndaz in terra: vt certius in celo speretur eterna. Uel ꝓmittit aliquos de discipulis visuros dilatationē ecclesie anteq̄ꝫ per mortē recedāt de mundo: vt in presenti contra mundi gloriam erecti: certius credantur in celo regnaturi. ☞ Quere ꝫm alium sensuz de hoc Anno. 4. quinte B partis. ser. Martyrū. fo. 89. Col. 4. tertij Tomi. ☞ Applica ad hec aliqua de Annot. sermo. Martyrū incipien. fol. 89. ¶ vel sermo. Pugne. fol. 165. sub the. * Tollat crucem suam. rc.] A. ¶ vel sermo. Religiosorꝫ. fol. 136. sub the. * Si quis vult post me venire. rc.] A. Uel. * Qui voluerit aiam suā saluā facere: perdet eā. rc.] A.

¶ vel ser. Judicij finalis. fol. 236. sub the. * Filius enim hois ventur⁹ est. rc.] B. Uel. * Donec videant. rc.] B. ¶ vel ser. Funerū. fol. 305. sub the. * Reddet vnicuiqꝫ. rc.] B. vel. * Sūt quidam qui nō gustabunt mortē. rc.] B. ¶ vel ser. Omniū sanctorꝫ supra i hoc Tomo sub the. * In regno suo.] B

Nisi granū frumenti.] Usqꝫ. * Qui in celis est.] ☞ Quere hoc Anno. 1. G. H. ¶ 4
quinte partis. ser. Ferie. 2. Dñice. Ramorꝫ. fol. 181. Johā. 12
Col. 3. Et applica prout ibi.

Si quis venit ad me et nō odit patrē suū.] ¶ 5.
Lyra. Hic ponit instructio sequentiū xpm Lu. 14.
et primo simplici vbo. Secūdo parabolico/ ibi. A
Quis enim ex vobis. rc. Circa primuz dicitur. * Si quis venit ad me.] Idest vult venire per fidem credendo: sicut sunt seculares. Uel statū perfectiōis assumēdo: cuiusmodi sunt religiosi. * Et non odit patrē suum et matrē/ et vxorem/ et filios/ et fratres/ et sorores.] Hic accipit odiū large/ in quantū ꝓpter perturbationē parentuz et amicorꝫ/ non dimittit venire ad fidem catholicam: sicut patet de sancto chrysanto et multis alijs: vel de seculo ad religionē. * Adhuc autē et animā suam.] Idest vitam corporalē: eam cōtēnendo ꝓpter deum. Paratus vitā suam exponere pro fide: casu necessitatis ocurrēte. * Non potest meus esse discipul⁹.] Discipulat⁹ autem xpi dupliciter potest intelligi. Uno modo generaliter secundū statum cōmunē fideliū: et ad hoc sufficit fides cum obseruatiōe mandatorꝫ. Alio modo cum hoc per obseruantiam consiliorꝫ: in vtroqꝫ tū statu requiritur repressio cōcupiscentiarū carnaliū/ magis tū in secundo modo discipulatus: q̄ꝫ primo: ideo sequitur. * Et qui non baiulat crucē suam.] Per carnis macerationē et cōcupiscentiarꝫ repressionem. * Et venit post me: non potest meus esse discipul⁹.] Cōsequēter adducit saluator ad suum ꝓpositū duas para B
bolas de aggressu status perfectiōis: qui cōsistit in obseruātia consiliorꝫ: et primo ostendit quid requirit in tali aggressu. Secundo quid in debito vsu/ ibi. Bonū est sal. rc. Circa pmuz dicit. * Quis enim ex vobis volēs turriz edificare?] Idest aggredi perfectionē euāgelicā. * Nonne prius sedens.] Idest quietat⁹ a tumultu passionum: deliberans. * Computat sumpt⁹.] Idest cōsiderat si habeat illud/ quod ad hoc requirit: quod est promptitudo ad relinquenduz omnia propter deū. * Qui necessarij sunt/ si habeat ad perficiendū. Ne postq̄ꝫ posuerit fundamentū.] Quod cōsistit in obseruātia mandatorꝫ. * Et non potuerit perficere.] Quia nō habet prōptitudinem animi ad relinquenduz omnia: quod est primū in statu pfectionis acquirende. Talis

fuit ille iuuenis: de quo dicitur. Matth.19.c. qui obseruauerat mãdata: cui dixit xps. Si vis perfectus esse/ vade et vende omnia que habes: et da pauperibus. Et sequitur ibidem/ quod abijt tristis: eo quod multas habebat possessiones: quarum amore fuit impeditus a statu perfectionis: et ideo non habuit sumptus ad perficiendũ turrim: cuius posuerat fundamentũ. Sequitur. * Omnes qui vidẽt incipiant illudere ei dicentes: quia hic homo cepit edificare: et non potuit cõsumare.] Consequẽter ponitur secunda parabola ad idem/ cum dicitur.

C * Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus alium regem: nonne sedens prius cogitat.] Hic accipitur rex: quicũque vult aggredi pfectiõis statum: quia debet bene regere operationes et cogitationes suas: et habet cõmittere bellum: ad rapiẽdũ sibi celeste regnũ: scdm quod dicitur. Matth.11.b. Regnum celorum vim patitur: et violẽti rapiũt illud. * Si possit cum decem milibus occurrere ei qui.] Idest cum obseruãtia decem mãdatorum: sed quia non sufficit ad perfectionis statum acquirendum: vt predictũ est: quia rex celestis. * Cum viginti milibus venit ad se.] Quia duplam obseruantiã exigit ab eo. s. mandatorum et consiliorum. Ideo subdit. * Alioqn adhuc illo lõge agẽte/ legationẽ mittens rogat ea/ que pacis sunt.] Assentiendo regi celesti in obseruantia consiliorum/ que incipit ab euangelica paupertate. Ideo cõcluditur. * Sic ergo omnis ex vobis: qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus.] Ex hac conclusione patet/ quod ista parabola et precedens vadunt ad istam intentionem. Consequenter (finito hic hoc euãgelio) et ostenso quid requiritur in perfectiõis aggressu: ostẽditur quid requiritur in eius debito vsu. s. discretio: que requiritur in omnibus operibus bonis: scdm quod dicit Apostolus ad Ro.12.a. Rationabile obsequium vestrum. Et hoc est quod dicitur. * Bonum est sal.] Idest discretio: que est cõdimentum bonorum operum: sicut sal est condimentum ciborum. * Si autem sal euanuerit.] Idest discretio defuerit. * In quo condietur.] Quia opus bonũ de genere insipidũ est et inutile si careat discretione. * Neque in terram/ neque in sterquilinium vtile est: sed foras mittetur.] Hoc est a perfectione cadet. Vñ et in collationibus patrũ collatione secunda Moysi abbatis declaratur per rationes et exempla: quod illi: qui ceciderunt a statu perfectionis: hoc fuit communiter propter defectum discretionis. * Bonum est sal.] Moraliter. Idest discretio: que cõdit opera nostra. * Si autem sal. etc.] Idest discretio ab operibus nostris bonis de genere defuerit: nõ erunt deo accepta. In cuius figura sal in omni sacrificio ponebatur. ☞ Quere infra de hac materia Anno.1.A. quinte partis. sermonis. Vnius doctoris.

D Moralr * Si quis. etc.] Moraliter. Grego. Hom.35. Quasi per odium diligitur: qui carnaliter sapiens/ dum praua nobis ingerit/ non auditur. Et sic odiendi sunt: nõ solum domestici: sed etiã anima propria: dum pars sensibilis nobis ingerit inhonesta. * Et qui nõ baiulat. etc.] Chrys. Non vt trabem super humeros apponamus: sed vt semper xpi mortem pre oculis habeamus. * Quis enim ex vobis volens turrim. etc.] Turris hec/ est ecclesia: que Cañ.4. dicitur turris Dauitica: quam edificant boni doctores et predicatores. sumptus autem huius edificationis sunt scripturarũ sanctarũ intelligẽtia: et exemplaris vita: quibus carentes sunt ad hoc edificium impotentes. * Aut quis rex iturus. etc.] Rex veniens contra nos cum viginti milibus/ est dñs noster Iesus xps/ veniens ad iudicium cum angelis et potestatibus: cuius potestati resistere nõ valemus: et ideo dum adhuc est longe/ mittamus ad eum legationem lachrymarum et bonorum operum: vt eum placare possimus.

E Glo * Si qs. etc.] Glo. Simul et odisse et diligere possumus: vt et cognatiõe cõiũctos ex diuino pcepto diligamus: et qs aduersarios in via dei patimur: odiendo et fugiendo nesciamus. Et vt hoc odiũ non de affectione: sed de charitate videatur procedere: addit. * Adhuc autem et animã suam.] Tunc bene animam odimus/ cum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus: sed reluctamur et frangimus. Hoc odium qualiter exhiberi debeat: subditur. * Et qui non baiulat crucem suam.] Crux duobus modis baiulatur: cũ vel per abstinentiã caro afficitur: vel per cõpassionem proximi affligitur animus. Et qui non baiulat. etc. Ita debetis odisse: crucem baiulare: venire post me: quia ita consumabitur edificium: per quod venitur ad regnum. * Et venit post me.] Aliquis enim carnem lacerat pro inani gloria/ vel proximo carnaliter cõpatitur: vt culpe faueat: hic crucem ferre videtur: sed deum nõ sequitur.

F ¶ Postquam dominus sequentibus se in Hierusalem dedit sublimia precepta de contemptu mũdi/ et de abiectione corporis: supponit preceptum de perseuerantia: ad quam necessaria est cum humilitate patientia: et hoc per simile edificantis/ dicens. * Quis enim ex vobis volens turrim edificare. etc.] Quia sublimia precepta dedit: edificande sublimitatis cõparatione subiũgit/ dicẽs. * Nonne prius sedens cõputat sumptus: qui necessarij sunt.] Ille computat sumptus: qui discernit esse erogandam temporalem pecuniam: et cor auertendum a cupiditatibus mundi: et animã preparandã contra aduersa mũdi. * Oẽs qui vident/ incipiant illudere ei. etc.]

Sicut ait Apostolꝰ .1. Cor.4.b. Facti sumus spectaculum mundo/angelis/et hominibus: et in omni quod agimus cōsiderare occultos aduersarios debemus: qui nostris operibus insidiantur: et nisi contra eos vigilemus: patimur irrisores: quos habemꝰ ad malum suasores.* Aut quis rex.ꝛc.] Post similitudinem de turre edificanda: supponit similitudinez maioris rei: de rege pugnaturo. In quo ostēdit per impletionem precedentium mandatorum/nullum ad gloriam posse pertingere: nisi seueri iudicis sententia tēperetur per misericordiaz. In conspectu enim dei omnis homo imperfectꝰ. Ergo sicut in superiori premeditatio erat necessaria/ad cauendum inimici derisionem: sic est et ad impetrandam iudicis misericordiam.* Si possit.ꝛc.] Quasi cum decem milibus occurrit deo: qui offert opera decem mandatorum: que exterius gessit: sed deus quasi cum duplicato numero contrauenit: cum vix illum preparatum in solo opere: discutit simul de opere et cogitatione. Et ideo dum adhuc longe est per dilationez iudicij: nos fragilitatis nostre insufficientiam attendentes: ad impetrandam seueri iudicis pacem debemꝰ premittere legationem lachrymarum/bonoruz operum: piorum affectuū.* Sic ergo.ꝛc.] Infert a premissis similitudinibꝰ: qn̄quidem non bene potest edificare qui non cōputat sumptus: nec secure potest occurrere: qui non premittit legationem: ergo nec meus potest esse discipulus: qui non renunciat omnibus. Hac igitur conclusione ostenditur/ꝙ edificare turrim: facere pacē cum fortiore: nihil aliud est quam esse discipulū xp̄i. Preparare vero sumptus/vel mittere legationem ad faciendam pacem: nihil aliud est ꝙ̄ renunciare omnibus: que possidemus. Hoc tamen distat inter renunciare omnibus: et relinquere omnia: qꝛ renunciare conuenit omnibꝰ/ qui ita licite vtuntur omnibus mundanis: que possident/vt tamē mente tendant ad eterna. Relinquere est tantūmodo perfectoruz: qui omnia temporalia postponunt: et solis eternis inhiant.

B ☞ Applica ad hec aliqua de Annot. sermo. Religiosoꝝ. incipien̄. Fol.136. sub the.* Si qs venit ad me.ꝛc.] A. Uel sermo. Martyꝝ. Fol. 89. sub the.* Et qui non baiulat crucē.ꝛc.] B. Uel sermo. Ecclesie. fol.64. Quia turris ecclesia dicit. Uel sermonis. Prelatorū. folio.60. sub the.* Quis enim volens turrim edificare.ꝛc.] D. Uel sermonis. Judicij finalis. fol.236. Uel sermonis. Pugne. Fo.165. sub the.* Aut quis rex iturus cōmittere bellum.ꝛc.] C.

Facta est contentio inter discipulos Jesu] vsqꝫ.* Judicātes duodecim tribꝰ Isrl.] Lyra. Glosa. ☞ Quere Annot.1.C.N.R. quinte partis. sermo. Ferie.4. Dn̄ice Ramoꝝ incipien̄ * Passio dn̄i nostri Jesu xp̄i secundū Lucam.ꝛc.] Fol.192. Colūna.2. primi Tom. ☞ Applica ad hec aliqua de Annot. sermo. Religiosoꝝ incipien̄. fol.136. sub the.* Facta est contentio.ꝛc.] C.ꝛc. Uel sermo. Prelatorū. Fol.90. sub the.* Uos autē non sic.ꝛc.] C.ꝛc. Uel sermonis Apostoloꝝ. folio.82. sub the.* Ego dispono vobis.ꝛc.] C.ꝛc. Uel sermonis. Dn̄ice.1. Quadra. fol.83. sub the.* Uos estis qui permāsistis mecum in tentationibꝰ meis.] C.ꝛc. Uel sermonis Judicij finalis. folio.236. sub themate.* Judicantes duodecim tribus Israel.] C.ꝛc.

Ego sum vitis vera: ꝛ pater meus agricola est.] Lyra. Postꝙ̄ xp̄s consolatus est discipulos de sua morte. ☞ Prout inuenies An.1.A.ꝛc. quinte partis. sermonis. Apostolorum Philippi et Jacobi. Incipien̄. Non turbet cor vestrum.ꝛc. Supra in hoc Tomo.) Cōsequent consolatur eos contra tribulationes imminētes eis ex iudeorum et principum mundi persecutione. Et primo premittit parabolaz. Secundo prosequit ipsam: ibi. Uos iam mūdi estis. Parabola autem ista est de tribus: scilicet de vite: de agricola: et de vitis cultura vt patebit prosequēdo. Dicit ergo.* Ego sum vitis vera.] Sicut enim vitis materialis habet lignū vile et despectum: ꝛ quasi inutile videtur: cum tamen fructꝰ optimos habeat: ita xp̄s in humana natura videbatur abiectꝰ/vilis/ꝛ despectus: ꝛ tamen per eius humilitatez secutus est fructus gloriosus. Unius enim nature sunt vitis et palmites. Et ideo xp̄s dicitur vitis ratione humanitatis: in qua natura est fidelibꝰ similis.* Et pater meꝰ agricola est.] Quia plenitudinē gratie et veritatis infudit et plantauit in xp̄o homine: vt dicitur Joh.1. ☞ Quod inuenies An.1.H. quinte partis. sermonis. Natiuitatis dn̄i. Folio.26. Colūna.2.) Sciendum autem/ꝙ cultura huius vinee non habet proprie locum circa ipsum stipitem: qui est ipe xp̄s: quia in gratia et sciētia habituali non profecit: sed totum a principio habuit/nec habuit peccatum tollendum et purgādum: sed cultura huius vinee circa palmites cōsistit: idest fideles xp̄o adherentes: quorum aliq̄ sola fide adherent non per charitatez operantē. et isti abscindūtur per condēnationis sententiā. Ideo subditur.* Omnem palmitem in me nō ferentem fructum tollet eum.] Alij autem adherent xp̄o per fidem et operantē charitatem: et de istis subditur.* Et omnem qui fert fructū: purgabit eum.] Per mundi tribulatiōes: que sunt quedam medicine ꝛ purgationes.* Ut fructū plus afferat.] Sicut enim in vite materiali aliq̄

C7 Johā.15 A

palmites etiam fructuosi rescidunt / ne humor nimis dispergatur: et sic virtus vnita fortificat et magis fructificat: sic per tribulationes iocunditatē vite presentis a fidelibus rescidentes: corda eorum retrahuntur ab amore mundialium: et sic intra se collecta feruentius feruntur in deū:
B et faciunt maiorem fructū bonoꝝ operum. Consequenter ꝓsequitur parabolā: ꝛ primo quantū ad palmitū adhesionem. Secundo quantū ad eorum purgationem: ibi. Si mundus vos odit. ꝛc. ☞ Quod inuenies Anno. 1. A. quinte partis. ser. Plurimoꝝ Apostoloꝝ. folio. 3. Colū. 3.) Prima in duas: qꝛ primo discipulos ad adherēdum sibi inducit. Secundo declarat in quo ista adhesio consistit. ibi. Sicut dilexit me. ꝛc. ☞ Quod inuenies Anno. 1. B. quinte partis. ser. Ferie. 4. Dn̄ice infra octauas. Ascensiōis. fol. 242. Col. 3. Circa primum ponit quattuor rationes / quare fideles debent xp̄o adherere per fidem sicut palmites ad vitē. Prima ratio sumitur ex palmitū adherentiū fructificatione: qꝛ aliter non possunt fructum facere: et hoc est quod dicit. * Jam vos mundi estis ꝓpter sermonē: quem locutus sum vobis.] Quia apostoli per doctrinam xp̄i iam erant segregati ab erroribus iudaice superstitionis: ideo concludit. * Manete in me / et ego in vobis.] Per fidem charitate formatam: per quam homo est in deo et deus in hoīe. * Sicut palmes nō potest ferre fructū a semetipso nisi manserit in vite.] Hoc sensibiliter videmus in vite materiali: qꝛ facere fructū non potest / nisi particeps sit humoris et pinguedinis ipsius stipitis. * Sic nec vos.] Scilicet potestis fructificare operibꝰ meritorijs. * Nisi in me manseritis.] Per participationē gratie et veritatis. * Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me: et ego in eo: hic fert fructum multū: qꝛ sine me nihil potestis facere.] Q. d. si vul-
C Auctor. ☞ Applica ad hec aliq̄ de annota. sermōis Religiosoꝝ. fol. 136. sub themate. * Vides oēs has? ꝛc.] vsq̄. * Destruaꝑ.] vt. s. A. qr templū dei quelibet religio potest dici. ¶ Vel sermonis Apostoloꝝ. fo. 82. Vel sermo. Jacobi apostoli. supra in hoc Tomo. Et Johannis euangeliste. fol. 28. sub themate. * Interrogant eum. ꝛc.] A. Vel. * Tradent enim vos. ꝛc.] A. ¶ Vel sermonis Judicij finalis. fol. 236. sub themate. * Quod signum. ꝛc.] A. ¶ vel sermonis Prelatorum. folio. 90. sub them̄. * Videte: ne quis vos seducat. ꝛc.] A. Vel. * Oportet predicari. ꝛc.] A. Vel. * Nolite precogitare. ꝛc.] A. ¶ vel ser. Antichristi. fol. 224. sub the. * Multi venient. ꝛc.] A. ¶ Vel sermonis Pugne. fol. 165. sub themate. * Cum audieritis prelia. ꝛc.] A. ¶ Vel sermonis Pentecostes. fol. 244. sub them̄. * Non estis vos qui loquimini. ꝛc.] A. ¶ Vel sermonis Martyrum. folio. 89. sub the. * Tradent autem. ꝛc.] A.

¶ 4 Lu. 6. A Descendens dominus Jesus de mōte. ꝛc.] Lyra. Post electionem apostolorum consequenter (in euangelio hodierno) ponitur instructio de operibus perfectionis: quia ꝓmoti

ad gradum maiorem/ debent habere maiorem cognitionem. Licet autem sermo xp̄i sequēs factus fuerit magne multitudini: tamen xp̄s sermonem suum ad apostolos principaliter dirigebat. Dubitatur tamē hic: vtrum iste sermo fuerit idem cuȝ illo: qui a Mattheo describit̄. 5. capitulo. (☞ Quod inuenies annota. 1. quinte partis huius sermonis plurimoꝝ martyruȝ. fol. 11. col. 1.) Et dicunt aliqui ꝙ sic. Tum quia hic ⁊ ibi eodem modo incipitur: cum dicitur. Beati pauperes. ⁊c. Et eodem terminat̄/ cū dicitur. Oīs qui audit sermones meos ⁊ facit. versus finem huius capit̄. ⁊ Matth. 7. in fine. Item quia illa que ponunt̄ hic/ fere ibi ponuntur. Aliīs autem videtur oppositū. Tū quia hic dicitur. Descendens dn̄s Iesus. Mat. 5. a. dicitur. Uidens dn̄s Iesus turbas: ascendit in mōtem. Item hic dicitur. Stetit in loco campestri. ⁊c. Ibi autē dicitur. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos. ⁊c. Et ideo iste sermo ⁊ ille vident̄ differre quantum ad locum: quia iste sermo videt̄ esse factus in terra plana ⁊ campestri. Alius autem in monte. Item quantum ad faciendi modum: quia iste videtur esse factus a xp̄o stādo: alius autem sedendo. Item quia multa in illo ponuntur: que hic omittuntur: vt patet intuenti. Qui vult tenere primā opinionem potest dicere ad ista: que videntur contrariari: dicēdo ꝙ xp̄s primo ascendit cacumen montis ad eligendum apostolos: ⁊ ibi docuit eos de aliquibꝰ sedendo. ſm quod dicit Mattheus: sed postea descendit ad aliquam partem montis planiorem: que hic dicitur campestris. vt ibi conuenientiꝰ doceret multitudinem: ⁊ hoc stando: ſm qd̓ hic dicitur. Qd̓ autem dicitur/ ꝙ hic multa omittuntur: que in alio ponunt̄: non obstat: qꝛ euangeliste non semper vniformiter referunt idem factum xp̄i vel dictum: ⁊ quod vnus omittit: aliꝰ supplet: vt sic conueniant: ⁊ cum hoc specialia ⁊ singularia dicant. Qui autem vult tenere secundā opinionem/ potest dicere ad primū alterius opinionis nō esse inconueniens/ ꝙ duo sermones a xp̄o facti diuersis tēporibus eodeȝ modo incipiant ⁊ terminent̄: ⁊ eandem materiaȝ/ saltem ꝓ magna parte/ contineant. His premissis procedendum est ad diuisionem: in qua primo in sermone premittitur quasi quedam prefatio. Secundo subditur instructio Christi directa: principaliter apostolis/ ibi. Et ipse eleuatis oculis. Tertio infertur intēta conclusio: ibi. Omnis qui venit ad me. Circa primum describitur locus/ cum dicitur. * Descendens dominus Iesus de monte.] Et faciendi modus/ cuȝ dicitur. * Stetit in loco campestri.] Et expositio patet ſm dupliceȝ opinionem. Et assistens populus: cum dicitur. * Et turba discipuloꝝ eius: ⁊ multitudo copiosa plebis ab omni Iudea: ⁊ Hierusalem: ⁊ maritima: ⁊ Tyri: ⁊ Sidonis.] Et cause aduentus/ cum dicitur. * Qui venerant/ vt audirent eum.] Et quantum ad illos: qui erant infirmi/ cum dicitur. * Et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis/ curabantur. Et oīs turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat ⁊ sanabat omnes.] Non est intelligendum/ ꝙ aliqua virtus existens in xp̄o transiret ad illos eadem numero: sed iste exitus intelligitur inquantū effectus exit a causa: qꝛ virtus diuina existens in xp̄o faciebat sanitates in infirmis. Qualiter autē humanitas xp̄i ad hoc operabatur dictum fuit Mar. 5. (☞ Et inuenies diffuse anno. 1. A. quīte partis. sermo. Dominice. 16. post octa. corporis xp̄i. Fol. 299. col. 1. ⁊c.) Consequēter describitur ipsa instructio. Et primo de actibus beatitudinū. Secundo de actibꝰ virtutum: ibi. Sȝ vobis dico. Prima in duas: qꝛ primo inducit ad actus beatitudinū. Secūdo retrahit ab actibus vitiorum contrarioꝝ: ibi. Uerūtamen ve vobis. (☞ De quibꝰ quere an. 1. A. ⁊c. quinte partis. sermonis Feric. 6. post Cinerem. folio. 81. col. 2. Uel ser. Feric. 6. Dn̄ice. 20. post. oc. corpo. xp̄i. folio. 312. col. 3.) Secundum opinionem illā: que dicit eundem sermonem hic descriptum. Et Matthei. 5. tres prime beatitudines hic posite exponant̄ sicut exposite sunt ibidem. (☞ Quod inuenies An. quo. s̄. s. primo. quinte partis. huius sermonis. folio. 11. col. 1. ⁊c.) hoc addito/ ꝙ secunda beatitudo hic posita intelligenda de esurie iusticie: sicut ibi ponitur. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiā. ⁊c. Quarta aūt beatitudo hic posita: que ibi ponit̄ octaua: non est ꝓprie beatitudo dicenda: sed confirmatio precedentium: vt ibi dictuȝ fuit. (☞ Qd̓ inuenies annota. ⁊ fol. quo. s̄.) Secundū opinionem aliā: que dicit istum sermonem alium ab illo. Dicendum/ ꝙ saluator hic inducit ad quattuor virtutes: que videtur opposita terrene seu mūdane beatitudini: quā Boetius in libro de consolatione vocat fallam vel mendacem felicitatem: per quas quideȝ virtutes deuenit̄ ad verā beatitudinē. Beatitudo enim terrena primo consistit in abundantia temporalium bonorum: que frequenter est occasio multorum maloruȝ: ⁊ ideo saluator inducit ad oppositum/ cum dicitur. * Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos/ dicebat. Beati pauperes.] Et accipitur hic paupertas voluntaria: p quam quis contemnit ⁊ abijcit a se bona temporalia/ quantum potest fieri bono modo: vt B

domo liberius vacet operibus vite cõtempla-tiue. * Quia vestrum est regnũ dei.] Scilicet hic in spe. Et postea erit vestrum in re. Secũdo consistit in hoc ꝙ bene sit homini: quantum ad corpus. Uidelicet in cibis et potibus: et huius-modi carnis delectabilibꝰ: ⁊ ideo saluator idu-cit ad oppositum dicens. * Beati qui nũc esu-ritis.] Abstinentes a predictis delectabilibus quantum bono modo potest fieri/ vt caro redi-gatur in seruitutem anime: vt sic percipiantur consolationes diuine: ideo subditur. * Q2 sa-turabimini.] Inchoatiue in presenti vita: perci-piendo predictas consolationes: sed perfecte in patria. ſm quod dicitur. Psalmo. 16. d. Satia-bor cum apparuerit gloria tua. Tertio consistit in tpali iocunditate inepta: ad cuius oppositũ inducit dicens. * Beati qui nunc fletis: q2 ride-bitis.] Fletis considerando/ ꝙ tempus presen-tis vite non est nisi luctus ⁊ tristitie. Tum ratio-ne culpe: sine cuius cõmissione vita presẽs non potest transire: saltem quantum ad culpam ve-nialem. Tum ratione dilationis glorie. ſm qꝺ dicitur Canticoꝝ. 5. c. Nunciate dilecto quia amore langueo. Quarto consistit in fauore ho-minum ⁊ laude: ex quibꝰ frequenter homines superbiunt/ ⁊ in alia vitia cadunt. Ideo indu-cit ad contrarium. * Beati eritis cum vos ode-rint homines ⁊ cum separauerint vos: ⁊ expro-brauerint/ ⁊ eiecerint nomen vestrum tanꝗ ma-lum propter filiuz hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo.] Dicit Oderit. non ꝙ aliquis debeat odiũ hominum querere ⁊ affectare: sed quia timore huius odij non debet veritatẽ vite/ iusticie/ ⁊ do-ctrine dimittere.

* Et omnis turba q̄rebat eũ tãgere.] Moralr. Beda Tactus saluatoris est opus salutis: quẽ tangere: est in eum fideliter credere: ⁊ ab eo tãgi/ est ab eius vulnere sanari. * Et ipse eleuatis ocu-lis. ⁊c.] Illa que sunt ab hoc loco vsqꝫ ad finem capli: sunt de se moralia: propter quod nũc ꝑtrã-seo: et q2 supra. Matth. 5. ☞ Et annot. quo-supra)ea tetigi breuiter mystice exponendo.

* Descendentes. ⁊c.] ¶ Glosa. Electurus apo-stolos dñs/ in montana subijt: turbas docturꝰ/ ad campestria redijt: q2 non nisi in humili lo-co turbe xp̃m videre sufficiunt: ⁊ raro inuenitur: ꝙ vel turba dñm ad altiora sequat: vel quispiaz debilis in monte curetur: sed extincta febre libi-dinuz: ⁊ succensa luce scientie: pedetẽtim quisqꝫ subijt culmen virtutuz. * Maritima.] Non a proximo mari galilee: q2 hꝯ nõ miraculi loco po-nũt: sꝫ a mari magno cognominat. In quo etiã Tyrꝰ ⁊ Sidon cõprehendi poterãt. Sed q2 sunt ciuitates gentiũ: ꝯsulte noiatim ponunt: vt quã-ta sit virtus xp̃i intimetur: q̃ etiaz exteras ciui-tates excitat. * Ut audirẽt.] Si dicamꝰ duos esse sermones: ascendit in montem: ⁊ habuit ibi discipulos: ⁊ post descendit: ⁊ fecit istũ ad turbã. Si dicamꝰ vnũ fuisse: ita intelligẽdũ est: ꝙ ascẽ-dit i mõtẽ: ⁊ post aliquãtulũ descẽdit/ ⁊ ibi fecit sermonẽ: vbi erat planicies. * Eum tangere.] Tangit xp̃m: qui fideliter credit in eum. Tangi-tur a xp̃o: qui firmatur in illo. Qui sic tangit et tangit: spũs ipsius virtute sanat. * Et ipse ele-uatis. ⁊c.] Etsi generaliter om̃ibus loquit: spe-cialiter in discipulos oculos leuat: vt qui inten-ta cordis aure verbũ dei percipiũt: latius saporꝭ intimi lumẽ accipiãt: quibus os in mõte sedens aperit: vt magna proferret in eos: stãs in campo oclos dirigit: vt audita patẽter itelligãt. * Bea-ti pauperes.] Qui nondũ consumate virtutis arcẽ conscẽdere possunt: gñalis interim ꝑfectio-nis sunt beatitudine ꝓuouendi: vt paulatim ad meliora progressi dum dño in planicie stante li-benter auscultant: ad hunc quãdoqꝫ in monte sedentẽ sublimiter ascendãt. Nã quorum cordi-bus adhuc edomandis insistit: hos quasi stans affatur. Quos lõgo studio exercitatos ⁊ iã do-ciles inuenit: his quasi quietus residẽs mystica intimat. ¶ Beda. Qꝺ apud Matth. 5. cap. a. plenarie per octo beatitudines dicit in sermo-ne perfectionis ad apostolos in summo mõtis: hoc apud Lucã temperãtius per quattuor car-dinales virtutes comprehendit in leuiore sermo-ne ad turbas in imo. Dicit ergo. Beati paupe-res. Ecce temperãtia: que etiã facit cordis mũdi-tiã. Beati q̃ nũc esuritis: q̃ ꝯpatiũtur alijs ⁊ mi-serẽtur: ⁊ tribuũt sua: nõ querẽtes aliena. Ecce iusticia: que etiã facit miaz. Beati qui nũc fletꝭ. Ecce prudẽtia: q̃ attẽdit ꝗ̃ misera hec terrena: ꝗ̃ beata celestia: q̃ etiã pacẽ facit. Bti eritꝭ cũ vos oderint hoies. Ecce fortitudo: q̃ facit etiã man-suetudinẽ. Fortis est/ q̃ vincit irã ⁊ alios motꝰ animi. Cõnexe ꝟtutes: vt q̃ vnam habeat: plu-res habere videat: sed eiꝰ q̃ fuerit vberior: ⁊ vbe-rius premiũ. Hospitalitas ⁊ humilitas ⁊ sctitas abrahe cõmẽdat: sꝫ q2 fide ꝑstitit: fide pre ceteris meruit ꝑ̃ncipatũ. * Qui nũc esu. ⁊c.] Qui esu-rit: esuriẽti cõpatit: cõpatiendo largit: largiẽdo fit iustus/ equalẽ se inferioribꝰ ꝑ̃stat: dolũ exclu-dit: veritatẽ requirit. * Qui nũc fletis.] Qui ꝓpter diuitias hereditatis xp̃i: ꝓpter panẽ vite eterne: ꝓpter spem celestiũ gaudioꝝ: fletus/ esu-riẽz: paupertatẽqꝫ desiderat: btũs ẽ. multo beatior qui has virtutes inter aduersa seruare nõ trepi-dat. * Gaudete ⁊ exultate.] Inter odia cordiũ: inter probra linguarũ: iter manus ꝑsequentiũ: letiori corde versamini ituitu supne mercedis. E Auctor.

☞ Applica ad hec aliq̃ de Anno. ser. Aplo-

rū icipiēn.fol.82.sub thē.* Et turba discipl'oꝝ.
ꝛc.]A.¶ Vel ser.dñice.3.q̄drage.fo.117.sub th.
* Qui vexabant a spiritib⁹ ꝛc.]A.¶ Vel ser.
Fidei.fol.59.sub thē.* Ois turba querebat eū
tangere ꝛc.]D.¶ Reliqua applica prout supra
Anno.1.quinte ptis hui⁹ ser.s.plīmoꝝ martyrū
fol.11.Col.1.quia eadem est littera hui⁹ Anno.
et illius.

¶5. Luce.10 A Qui vos audit/me audit.]Lyra in hoc ca
pitulo p̄mo describit doctrine xp̄i publica=
tio per p̄dicationē septuaginta duorū discipulo
rū.Circa qđ primo describit eoꝝ electio/ibi.De
signauit dñs ꝛc.secūdo ad p̄dicandū missio/ibi.
Ite.Ecce ego mitto vos ꝛc.☞ De q̄bus duo=
bus q̄re supra Anno.1.quinte ptis.sermonis cō
munis euangelistaꝝ.folio.5.colū.3.)Tertio co=
rū reuersio/ibi.Reuersi sunt autē ꝛc.☞ Ideo
dicitur in euangelio hodierno.* Qui vos au
dit/me audit:et q̄ vos spernit/me spernit.Qui
autem me spernit/spernit eum qui me misit.]
Lyra.Hoc addit saluator in fine horū dictorum
ad ostendendū q̄ doctrina discipuloꝝ ei⁹ est de=
uote ꝛ reuerenter audienda:saltē ꝓpter reueren=
tiā dei:cuius principaliter est doctrina hec.Cō=
sequenter describit septuaginta duoꝝ discipulo
rū reuersio.Circa quā ostendit benignitas xp̄i
erga discipulos reuersos:videlȝ eos benigne cor
ripiendo:cum dicitur.* Reuersi sunt autēȝ se=
ptuaginta duo.]Ministerio sue legatiōis cōple
to.* Cum gaudio.]Tū de sua p̄dicatione:per
quā populū edificauerāt:tū de miraculorū opa
tione:q̄ demones eiecerant.Vñ subdit.* Di=
centes.Dñe etiā demonia subijciunt nobis ī no
mine tuo.]Verūtamē/q̄ ex hoc nimis gloria=
bantur tanq̄ȝ adhuc infirmi ꝛ impfecti:ideo hec
B gloria reprimit:cū subdit.* Et ait illis.Vide=
bā sathanam sicut fulgur de celo cadentē.]Ful=
gur eñ cadit celeriter/manifeste/ꝛ cū fetore ꝛ in
flāmatione.Sic demones de celo empyreo ceci=
derunt in instanti:ꝛ videntibus sanctis angelis
et cū fetore pc̄ti ꝓprij:ꝛ ad inflāmandū hoīes per
tentationē parati:ꝛ causa hui⁹ ruine fuit elatio
siue supbia de sua excellētia:quasi diceret salua=
tor discipulis.Cauere diligēter debetis ne ex la
tione de potestate vobis cōcessa sup demones ni
mis eleuemini/ꝛ sic corruatis.* Ecce dedi vo=
bis potestatē calcandi supra serpentes ꝛ scorpio=
nes:ꝛ super omnē virtutē inimici:ꝛ nihil vobis
nocebit.]Et sic in aduentu xp̄i videt impletū il
lud Esa.11.b.qđ dicit de serpentibus:Nō noce=
būt ꝛ nō occident in vniuerso mōte sancto meo:
q̄ repleta est terra scientia dñi.videlicet per p̄di
cationē xp̄i ꝛ discipulorū eius.* Verūtamen
ī hoc nolite gaudere:q̄ spūs vobis subijciunt.]
Quia signa facere in hoc mundo/aliqñ cōces=
sum est:etiā malis hoīb⁹/vt habet Mat.7.Nō
ꝓpter ipsos:sed ad ɔfirmationē fidei xp̄i p̄dicate
per ipsos.* Gaudete aūt/q̄ noīa vestra scripta
sunt in celis.]Id est in libro vite:in quo aliquo
rum noīa dicunt scribi dupliciter.Vno modo
fm presentē iusticiā.Alio modo fm eternā prede
stinationē:ꝛ vtroq̄ȝ modo noīa eorum erāt scri=
pta in celis:q̄ erant p̄destinati excepto Iuda ꝑ
ditore:ꝛ cū hoc habebant grām dei:qua illa glo
riatio quā habuerūt de eiectione demonū:vt pre
dictū est:nō fuit mortale peccatum.
* Ecce dedi vobis potestatē calcādi.]Moral. C Moral.
Calcare serpentē est subijcere rationi sensualita=
tem:que fm Augu.significat per serpentem:cal
care scorpionē:est detestari detractorȝ:ꝛ calca=
re omnē virtutē inimici:est abijcere omnē occa=
sionem mortalis peccati.* Et tu capharnaum D Glo.
vsq̄ȝ ad celū exaltata:vsq̄ȝ ad infernū demerge=
ris.]Glo.Vel exaltata es supbe resistendo mee
p̄dicatiōi:vl' exaltata es meo hospitio ꝛ meis si=
gnis ꝛ virtutib⁹.ꝛ iō maiori plecteris supplicio:
q̄ his credere noluisti.Et ne aliq̄s putaret illis
tantū ciuitatib⁹ vel personis:que dñm in carne
nō receperunt:ɔuenire hec verba:addit.* Qui
vos audit me audit.]In audiendo vel sperne
do euangelij p̄dicatorem:quisq̄ȝ sciat se nō viles
personas:sed ipsum saluatorē spernere vel audi
re:quia in discipulo magister auditur:ꝛ in filio
pater honorat.* Dñe etiā.]Bene cōfitent de=
rentes honorē nomini xp̄i:sed q̄ infirma adhuc
fide:gaudēt in virtutibus ꝛ de signorū opatione
efferunt:exēplo terrentur:ꝛ ad humilitatē reuo=
cant.Quia si diabolus ꝓpter supbiam de celo ē
p̄cipitatus:multo magis isti de terra editi:si su=
perbierūt humiliabunt.* Supra serpētes ꝛc.]
Serpentes sunt mali hoīes vel diaboli:qui in=
choandis virtutibus venena praue ꝑsuasionis
obijciunt.Scorpiones:qui cōsumandas virtu
tes ad finē vitiare cōtendūt.* Et sup omnē vir
tutem.]Omnes immūdos spūs potestis eijcere
de obsessis corporibus.Vel ad litterā.Sicut vi=
pera nō nocuit manui pauli.Act.28.a.et hau=
stū venenū nō nocuit Iohāni.Vñ ꝛ ipē domin⁹
Mar.16.d.Et si mortiferū q̄d biberint nō eis no E
cebit.* Nolite gaudere.]Malos spūs eijcere ꝛ
alias virtutes facere:aliqñ nō est meritū illius:
qui illa opatur:sed inuocatio noīs xp̄i hoc agit
ad condēnationē coꝝ qui inuocant:vel ad vtili
tatem coꝝ qui vident ꝛ audiunt:vbi licet hoīes
despiciant signa facientes:deū tamē honorent.
Ad cuius inuocationē miracula fiunt.Prohi=
bet gaudere de humiliatione diaboli:qui ꝓpter
superbiam cecidit:sed gaudeant de sua sublima
tione:vt vnde illi ceciderunt subleuati/isti ascē=
dant humiliati.* Gaudete autē.]Si quis ce=

Sermonis Annota. Ex quita parte Biblie.

lestia siue terrestria opera gesserit: per hec quasi
litteris adnotatus apud dei memoriam eterna
liter est affixus.
F Sanctoꝝ. ☞ Applica ad hec aliqua de Annot. sermo.
Prelatoꝝ incipieū. fol. 90. sub the. * Qui vos
audit me audit. ⁊c.] A. ¶ vel ser. Dñice. 1. qua=
drag. fol. 83. Vel sermo. Dñice. 3. quadrag. fol.
117. sb the. * Demonia subijciunt nobis. ⁊c.]
B. ¶ vel sermo. Peccatoꝝ. fol. 189. Vel sermo.
Penitētie. fol. 211. sub th. * Ecce dedi vobis po
testatē supra omnē virtutē. ⁊c.] B. ¶ vel sermo.
Omnium sanctoꝝ supra in hoc Tomo sub the.
* Nomina vestra scripta sunt in celis.] B.
Luc. 11. VE vobis scribe ⁊ pharisei: qui edificat[is] mo
numēta ꝓphetaꝝ.] Lyra. Hic saluator ꝓ=
A mo arguit scribas: ⁊ phariseos emulos: de hypo
crisi: que est corruptiua recte intētionis. Dicēs.
* Ve vobis scribe ⁊ pharisei: qui edificatis mo
numēta ꝓphetaꝝ: patres aūt vestri occiderunt
illos.] Isti enim pharisei vt viderent̄ iusti respe
ctu precedentiū patrū: ornabāt ⁊ edificabant se=
pulchra ꝓphetaꝝ a predecessoribꝰ interfectorū.
* Profecto testificamini: ꝙ cōsentitis operibꝰ
patrū vestroꝝ: quoniā quidē ipsi eos occiderūt:
vos aūt edificatis eoꝝ sepulchra.] Videtur ma
gis sequi contrariū. Ad hoc enim ordinabant se
pulturas ꝓphetaꝝ: vt viderentur iustiores pa=
tribus suis: qui occiderunt illos: vt habetur ex=
presse Matth. 23. Et ideo dicendū/ ꝙ illud/ testi
ficamini/ refertur ad hoc/ ꝙ ipsi persequebantur
xp̄m: qui erat ꝓpheta magnus eis ꝓmissus: et
discipulos eius. Et ideo subditur. * Propterea
et sapientia dei dixit.] Idest xp̄s: qui est sapien
tia patris. * Mittā ad illos ꝓphetas ⁊ aplo̅s: ⁊
ex illis occident: ⁊ persequent̄: vt inquirat̄ san=
guis omniū ꝓphetarū: qui effusus est a consti=
tutione mundi a generatione ista: a sanguine
Abel vsq; ad sanguinē Zacharie: qui perijt int̄
altare ⁊ Edem. Ita dico vobis: requiret̄ ab hac
generatione.] Quod aūt hoc sit dictum a xp̄o:
patet Matth. 23. d. Ubi dicit. Ecce ego mitto
ad vos ꝓphetas: ⁊ sapientes: ⁊ scribas: ⁊ ex illis
crucifigetis ⁊ occidetis. ⁊c. ☞ Qd̄ inuenies
Anno. 1. quite partis. sermonis. Stephani pro=
tomartyris. fol. 27. Col. 4. primi Tomi.) Con
B sequenter arguit eos de peruersa expositione sa=
cre scripture: cum dicitur. * Ve vobis legisperi
tis: qui tulistis clauē sciētie.] Clauis sciētie est
auctoritas docēdi: per quā debet intellectꝰ verꝰ
latens interius aperiri: ⁊ ipsi e contrario claude
bant peruerse interpretando: vt patet circa pre=
ceptū de honore parentū: qd̄ euacuabāt per do=
ctrinā suā: prout dicitur Matth. 15. ☞ Qd̄
inuenies Anno. 1. qnte par. ser. Ferie. 4. Dñice.
3. quadrag. fol. 126. Col. 4.) et etiā de pluribus
alijs p̄ceptis vt dicitur. Matth. 5. capi. Seqtur.
* Ipsi non introistis.] Ad intellectū veritatis.
* Et eos qui introibant.] Idest intrare deside=
rabāt. * Prohibuistis.] Peruersitate doctrine C
vestre. Cōsequenter describitur hic phariseoꝝ et
legisperitoꝝ obstinatio: qui ex verbis xp̄i nō fu=
erunt emendati: sed magis peiorati: ⁊ hoc est qd̄
dicitur. * Cū autē hec ad illos diceret: ceperunt
pharisei ⁊ legisperiti grauiter insistere.] Vt eū
turbarent et stupefacerēt: q̄r cōturbati minus ꝓ
uident. * Et os eius opprimere de multis insi=
diātes ei: et querētes capere aliquid ex ore eiꝰ.]
Vt sic ex varijs questis et obiectis extraherent
aliquid calūniabile d̄ ore eius. * Vt accusarēt
eum.] Sicut postea fecerunt coram Pilato. Vt
habetur. Luce. 23.
* Ve vobis. ⁊c.] Moralit̄. Secundū litteralē D Moralr
sensum hoc faciebant: vt viderent̄ horrere crude
litatē patrū suoꝝ. Cōsimiliter faciūt: qui vitia
verbis detestātur vt immunes ab eis ignorātibꝰ
videant̄. * Ve vobis qui tulist[is] clauē sciētie.]
Similes sunt doctores ecclesie: qui verbis ⁊ opi
nionibus extraneis ⁊ curiosis impediunt intel=
ligentiā veritatis necessarie ad salutem.
* Ve vobis. ⁊c.] Glo. Non arguūtur/ ꝙ exor= E Glosa.
nant monumēta ꝓphetarū: sed quia interfecto
res ꝓphetarū imitant̄. Edificādo sepulchra: ac
cusant paterna facinora. Sz persequēdo xp̄m et
apostolos imitantur scelera patrū: et sententiā
dānationis: quā in patres ꝓferebāt: in seipsos re
torquent. * Profecto.] Propter vulgi fauorē
captandū edificatis: quasi exhorreatis scelera
eorū: sed ipso opere ostēdit[is]/ ꝙ perfidie eorū con=
sentitis: q̄r hoc bonū nō benefacitis: sed ꝓ vana
glia. * Vos aūt edificat[is].] Propterea estis imi
tatores illorū: vt impleat[is] qd̄ patribꝰ defuit. s. vt
me ⁊ meos ꝑsequamini: quē illi ꝑsecuti sunt in
ꝓphet[is]. * Prophetas ⁊ aplo̅s.] Mētiūtur here
tici: q̄ aliū veter[is]: aliū noui testamēti dicūt insti=
tutorē. * A generatiōe ista.] Omēs mali: vna
generatio sunt: vna ciuitas: vnū corpꝰ diaboli:
sicut omēs boni vna generatio: ⁊ vnū corpꝰ sunt
dicti. * Usq; ad sanguinē Zach.] Cur vsq; ad
hūc: cū post hunc multi occisi ante natale xp̄i: et
nato xp̄o mox pueri ab hac gn̄atiōe sūt perem=
pti? Sed q̄r Abel pastor oniū fuit: necatusq; in
agro. Gen̄. 4. Zacharias sacerdos necatus in
atrio tēpli. 2. ꝑali. 24. duos ordines martyꝝ si=
gnāt: laicos: ⁊ eos q̄ altar[is] officio mācipant̄. *
Qui perijt int̄ altare.] Duo erāt altaria i tēplo.
Unū/ incēsi interiꝰ. Alteꝝ holocaustoꝝ exteriꝰ:
inter qd̄ ⁊ tēplū Zacharias ē occisus. Vel: inter
altare ⁊ edē/ h̄ ē int̄ cōsensū populi ⁊ sacerdotū:
q̄ꝝ alij ꝑ tēplū: alij ꝑ altare significant̄. * Qui
tulist[is] clauē.] Clauis/ humilitas xp̄i: quā q̄ ha

bent/scripturas intelligūt. Hanc legisperiti: nec ipsi in lege ꝛ ꝓphetis intelligunt: nec ab alijs intelligi volūt. Intrare clauē: est nō esse cōtentum superficie littere: sed vsq ad arcana intelligēda penetrare. Uel/doctorū illos quos verbo edificat: exēplo scādalizat: nec ipse regnū dei intrat: ꝛ illos: q̄ intrare poterāt excludit. * Cū autē hec ad illos diceret. ꝛc.] Quā vera perfidie: simulationis ꝛ impietatis sue crimina audierint ipsi tētātur: qui tāto intonāte turbine non resipiscūt: sed doctorē veritatis aggrediunt.

F Auctor. ☞ Applica ad hec aliqua de Annot. sermo. Ferie.4. Cinerū incipieñ. fol.75. sb the. * Ue vobis q̄ edificatis. ꝛc.] A. ¶ vel ser. Passionis. fol.35. sub the. * Patres vestri occiderunt. ꝛc.] A. Scilicet xp̄m. ꝛc. Uel. * Os ei⁹ opprimere. ꝛc.] C. ¶ vel ser. Euangelistarū. fol.87. Uel sermonis Apostolorū. fol.82. sb the. * Mittā ad illos ꝓphetas.] Idest euāgelistas. * Et apl'os. ꝛc.] A. ¶ vel ser. Martyrū. fol.89. sub the. * Ut inq̄rat sanguis. ꝛc.] A. ¶ vel ser. Prelatorū. fol. 90. sub the. * Ue vobis legisperitis. ꝛc.] B. ¶ vel ser. Peccatorū. fol.189. sub the. * Querētes capere in sermone. ꝛc.] C.

¶7 Luce.12 A Attēdite a fermēto phariseorū. ꝛc.] Ly. In hoc capitu. saluator inducit discipulos suos ad fidei cōstātiā et hoc tripliciter. Primo dissuadendo quedā a fide retrahētia. Secūdo persuadendo quedā in fide stabilientia/ ibi. Nolite timere. Tertio ostendēdo ad fidē attrahētia/ ibi: dicebat aūt. Retrahentia aūt a fide sunt quattuor scilicet. Astutia seductorū: seuitia persecutorū: auaritia cupidorū: cura nimia necessariorū. Et fm hoc prima pars diuiditur in quattuor. Secunda incipit ibi. Dico autē vobis. Tertia/ ibi. Ait autē ei quidā de turba. ꝛc. Quarta/ ibi. dixit ad discipulos suos. ☞ In euāgelio autē hodierno solū agitur de primo ꝛ secundo. Circa primū sciendum: q heretici moderni per simulationem sanctitatis frequenter corrumpūt fidem simplicium. Et hoc modo pharisei faciebant: q̄ erant hypocrite: et per hoc auertebant multos a fide xp̄i: quod xp̄s docet cauere dicens. * Attendite a fermēto phariseorū: quod est hypocrisis.] Scilicet ne per eorum hypocrisim auertamini a fidei veritate. * Nihil enim opertum est/ quod non reueletur/ neq absconditum quod non sciatur.] Quia eorum falsitas in iudicio dei manifestabitur. * Quoniam que in tenebris dixistis: in lumine dicentur: ꝛ qd̄ in aure locuti estis in cubiculis.] Hoc refertur ad seductores: mod⁹ enim seductorū est in tenebris: et occultis docere: sed talia venient in palam in iudicio extremo: ꝛ hoc notatur cū dicitur. * Predicabit in tectis.] Domus enim terra illa habent plana tecta/ vbi cōgregantur hoīes ad spaciandum: ꝛ confabulandum. Et ideo illa: que dicuntur ibi: publice dicuntur. Et hoc modo exponit Theophil⁹. Beda aūt exponit hoc referendo ad discipulos xp̄i: quorum ea que passi sunt in tenebris carcerum ꝛ pressurarū: declarata sunt per orbem ad gl'iam eorum. Sed prima expositio magis concordat littere precedenti. Consequenter describitur secūdum retrahens a fide: quod est seuitia persecutorum: quam xp̄s docet nō timere/ cum dicitur. B * Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his: qui occidunt corpus: ꝛ post hoc nō habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quē timeatis. Timete eū: qui postq̄ occiderit/ habet potestatē mittere in gehēnam. Ita dico vobis hunc timete.] Pater horum sentētia ex dictis Matth.10. ☞ Quā inuenies supra Annot.1. quite partis. sermo. Unius martyris. folio.6. col.3. Sequit. * Nōne quinq passeres veneunt.] Idest vendunt. * Dipondio?] Dipondium est species monete: et valet duplex as. Et ideo quinq passeres vendebantur dipōdio: vt hic habetur: et duo asse/ vt habet Matth.10. q2 quintus passer non poterat diuidi: et ideo remanebat vendenti: sicut quādo dantur quinq oua pro vno denario: non dant nisi duo pro obolo. Sequitur. * Et vnus ex illis non est in obliuione corā deo? Sed ꝛ capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ḡ timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autē vobis omnis quicunq confessus fuerit me coram hoibus: ꝛ filius hois confitebitur eum coram angelis dei.] Sententia etiā patet ex dictis Matth.10. ☞ Quam inuenies in predicto Anno. ꝛ fol. ¶ De alijs autem rebus contentus in prima diuisione quere in Glosa.

C Moralit. * Attendite a fermento phariseorū quod est hypocrisis.] Moralit. Eam simpliciter deuitādo. ꝛ subditur ratio/ cum dicitur. * Nihil opertum quod nō reueletur.] Quasi dicat. Hypocritarū falsitas manifestabit: et similiter fidei veritas: q̄ tēporibus ecclesie primitiue propter multitudinem infidelium docebatur occulte.

D Glosa. * Attendite. ꝛc.] Glo. Ad hoc fermentū pertinent omnia que superius in domo pharisei disputauit. Unde ꝛ Apl's. 1. Corū. 5. c. Non in fermento veteri: neq in fermento malicie ꝛ nequitie. ꝛc. * Attēdite.] Pulcher locus tenende simplicitatis ꝛ emulande fidei: ne more iudeorū aliud ꝓmamus affectu: aliud voce simulemus: cū sciamus in die iudicij non posse esse latebrā fraudis. * Neq absconditum.] Ideo ne emulemini simulatores: quia profecto veniet tempus in die iudicij: in quo et vestra virtus: et illorum hypocrisis omnibus reuelabitur. Unde sequit.

* Quoniā que in tenebris dixistis.] Non solū in futuro omnia patebunt: sed etiam in presenti tempore in tota ecclesia per orbem terre publice predicabunt᷑/ que in tenebris.i.in vmbra pressurarum ⁊ carcerū locuti estis: quādo actus vestri legentur in excelsis. * Qm̄ que in tenebris.] Amb. Quod in tenebris.i.in timore dixistis: dicet᷑ in lumine.i.in fiducia veritatis: accepto spū sancto. Et quod in aure.i. secreto locuti/ super tecta .i. calcato carnis domicilio predicabitur. * Dico autem vobis.] Amb. Cum gemina sit causa perfidie: que vel ex molita malicia: vel ex accidenti metu nascitur: ne quis deuz: quem corde cognoscit: metu negare cogatur: dicit mortez corporis non esse timendā. Preclare autem et fidem acuendo instruxit: et ipsi fidei virtutū fundamenta subiecit. Nam sicut fortitudinis incētiuum est fides: ita fidei fundamentū est fortitudo. * Ostendam aūt vobis.] Quia duo sunt genera persecutoꝝ: vnum aperte persequentiuz: alterum fraudulenter blandientiū. Sicut supra contra hypocrisim: ita hic armat contra carnifices. Totus hic locus ad subeūdam pro cōfessiōe domini passionem: vel contēptu mortis: vel spe premij: vel māsuros in denūciatione supplicij in-
E struit. * Nonne quinqꝫ.] Amb. Quinqꝫ passeres: quinqꝫ corporis sensus. Vel duo ſm Matth. Corpus et anima: quibus dedit natura gratiaz ad eterna subuolandi: q̃ etiam caro/ si consentiat legi dei: in naturā spūalem transit. Sed dū et in occultis ⁊ fetidis locis.s.cibuz querunt: delictorum laqueis capti: ad supernoꝝ operū fructus reuolare neqūnt: sed dipōdio.i.vili terrene cupiditatis precio venundant᷑ sub peccato. Ita vt etiam anima malorū escis grauata: inclinet᷑ in corporis naturam. Sed si deus etiam infidelibus hoibus vel in oriundo sole ⁊ terre fecunditate prosperitatem: ⁊ misericordie munus impertit: non dubiū fideliū cōtemplationē apud illū valiturā. * Veneūt dipō.⁊c.] Dipōdius est pondus ex duobus assibus cōpositum: quod aūt in numero est vnum: hoc in ponderibus as: quod duo/ hoc dipondius est. * Et vnus.] Simplicitatis affectum inspirauerat: virtutē mentis erexerat: sola fides nutabat: hanc de vilioribus roborat. Quomō dic̄ Apl's.1. Coꝝ.9.b. Nūquid de bobus cura est deo? Sed aliud est cura: aliud est sciētia. * Sed ⁊ capilli.] Non actu cōputationis: sed facultate cognitiōis a similitudine pecunie: que numeratur/ vt seruetur. Vbi magna prouidentia dei: q̃ nec parua nec ociosa dicta cum lateant. * Omnis quicūqꝫ.⁊c.] Ne quis tēpore persecutiōis sufficere sibi putaret fidem cordis: dicit. * Omnis quicūqꝫ confessus fuerit.] Cōfitet᷑ quis Jesum ea charitate: que ꝑ dilectionez operatur: negat/ qui p̄ceptis nō obedit. * Filius hois.] Confitet᷑ filius apud patrē illum: qui ꝑ filiuz habet accessuz ad patrē: negat᷑ a filio apud patrē/ cui nō manifestat᷑ in diuinitatis potētia filius ⁊ pater. Et ne putetur vna conditio oim: ⁊ eorum qui studio/ et eorum qui infirmitate vel ignorātia negant: subdit. ¶ Et ois qui dicit verbum in filiū hois: remittetur illi: ei aūt q̃ in spūz sanctū blasphemauerit nō remittetur. * Coraz angelis.] Quia dixerat aperta ⁊ abscōdita esse reuelanda: hanc reuelationez nō in vili cōciliabulo: sed in cōspectu angeloꝝ dicit esse agendā. E Auctor.

☞ Applica ad hec aliqua de Annot. sermo. Ferie.4. Cineꝝ.fol.75.sub the. * Attendite a fermento phariseoꝝ qđ est hypocrisis.] A. ¶ vel sermo. Judicij finalis.fol.236.sub the. * Que in tenebris dixistis: in lumine dicent᷑.] A. Idest palam in iudicio extremo. ¶ vel sermo. Martyrum.fol.89.sub the. * Ne terreamini.⁊c.] B. ¶ vel sermo. Pugne.fol.165. ¶ vel serm̄. Relig̃. fol.136.sub the. * Nolite timere.] B. Scilicet vos religiosi: vel vos incole eremi.⁊c. ¶ vel ser. Fidei.fol.59.sub the. * Omnis quicūqꝫ confessus.⁊c.] B. ¶ vel sermonis. Angeloꝝ.fo.76.sb the. * Coram angelis dei.⁊c.] B.

Cum audieritis prelia.⁊c.] ☞ In euāgelio hodierno primo ponitur cuiusdam ¶8.
questionis solutio. Secūdo prenunciāt᷑ quedā Luce.21
mala futura populo iudeoꝝ i generali/ ibi. Sur A
get gens ꝯtra gentē. tertio xp̄i discipulis in speciali/ ibi. Sed ante hec omnia. Et patet sententia istarū partiū ex dictis Matth.24. prout inuenies supra Anno.2. quīte par. hui⁹ ser. incipieñ folio.13.Co.4. exceptis que sequūtur. * Cum audieritis prelia ⁊ seditiōes/ nolite terreri. Oportet enim p̄mū hec fieri: sed nonduz statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens cōtra gentez et regnū aduersus regnū: et terremot⁹ magni erūt per loca/ et pestilētie ⁊ fames/ terroresqꝫ de celo ⁊ signa magna erunt.] Lyra. Dicit eniz Joseph⁹ libro de iudaico bello/ q̃ ante destructionez ciuitatis stella comata in similitudinez gladij super ciuitatē apparuit; ⁊ per annū durauit: designās B
futuram populi occisionez. * Sed ante hec oia inijcient vobis man⁹ suas.] Quia beatus Stephanus. Jacobus frater Johannis. Petrus et Paulus: ⁊ fere omnes alij apl'i: ⁊ quasi innumerabiles xp̄iani fuerunt pro fide xp̄i occisi. * Et persequentur tradentes in synagogas ⁊ custodias.] Vbi iudei habebant potestatem iudicādi. * Trahētes ad reges ⁊ presides propter nomē meum.] Vbi gentiles habebant auctoritatem condēnandi ad mortem. * Continget autem vobis in testimonium.] Scilicet veritatis euāgelice ibidem constanter profitende. * Ponite

ergo in cordibus vestris non premeditari quē admodum respondeatis.] Per hoc non excluditur meditatio respondendi/si tempus adsit et facultas scientie: sed promittitur securitas si ista deficiant: quod frequenter cōtingebat in primitiua ecclesia: qꝛ tunc frequēter fideles subito trahebantur ad iudices: ⁊ cum hoc erant illitterati et simplices: qꝛ deꝰ potest tales defectꝰ supplere. Ideo sequitur. * Ego enim dabo vobis os.] Scilicet loquendi constantiā. * Et sapiētiā.] Scilicet scripturarū intelligentiā: sicut factum est in multis simplicibus. Et si non dabatur semper talis intelligentia: dabatur tamen loquēdi constantia: quia in tali casu sufficit ad salutem confiteri constanter fidē in generali: quod potest facere simplex christianus. * Cui non poterūt resistere et contradicere omēs aduersarij vestri.] Sicut patet de beato Stephano: de quo scribit Actu. 6. c. Non poterant resistere sapientie et spiritui: qui loquebatur. * Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis ⁊ amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibꝰ hominibus propter nomē meum.] Sicut legit de beato Chrysanto et multis alijs. * Et capillus de capite vestro non peribit.] Hoc autem addidit saluator ad declarandū veritatem future resurrectionis: per quam resurgent in electis: nō solum illa: que sunt de necessitate nature humane: sed etiam ea: que faciunt ad decorem: cuiusmodi sunt capilli: qꝛ meditatio huiꝰ resurrectionis multum facit ad tolerantiam martyrij: de qua saluator loquebatur. Sequitur. * In patientia vestra possidebitis animas vestras.]

Glosa. ℭ * Prelia et seditiones. ⁊c.] Glo. Hec a passiōe domini in Judea abundauerūt: quibus ne territi apostoli hierusalem et iudeam deserant: amonentur: quia non statim finis: sed post quadragesimum secundum annum. * Tunc dicebat illis. ⁊c.] Horū/alia e celo/alia e terra/alia ab elemētis: alia ab hominibꝰ. * Surget gēs.] Ecce perturbatio hominū/terremotꝰ: ecce respectus ire desuper/pestilentie/inequalitas corporum: fames: ecce sterilitas terre: terrores de celo: ecce inequalitas aeris. Qui ergo in omnibus deliquerunt: in omnibꝰ feriuntur. ℭ Mystice. Regnum aduersus regnum: et pestilentia cox: quorum sermo vt cancer serpit: et fames: audiēdi verbū dei: cōmotio terre: a vera fide separatio in hereticis intelligi debet: qui contra se inuicē dimicantes: ecclesie victoriam faciunt. * Et signa magna erunt.] Hec etiam eo tempore impleta: apud Josephū inuenitur: qui narrat stellam gladio similem per annum supra hierosolymā pependisse: et currꝰ equitesq; armatos. 40. diebus in aere debellasse: et vitulam inter manꝰ immolantiū agnam peperisse. Quo autem merito hec cōtigerint: subinfertur. * Sed ante hec omnia. ⁊c. Continget autem vobis in testimonium.] In testimoniū eorum: qui vel persequūtur: vel viuendo non mutantur. Mors enim iustorū bonis est in adiutoriū: malis in testimonium damnationis: vt inde peruersi sine excusatione pereant: vnde electi exemplum capiunt vt viuant. Quia vero tot terroribꝰ auditis turbari poterant: consolationem supponit. * Ponite ergo. ⁊c. Trademini a parentibus. ⁊c.] Maius tormentū: cum aliquis ab illis patitur: de quibus presumebat: quia cū damno corporꝭ mala cruciant amisse charitatis. Et qꝛ dura sunt: que predicuntur de afflictione mortis: subditur cōsolatio de gaudio resurrectionis. * Et capillus de capite vestro non peribit.] Q. d. cur timetis/ ne pereat quod incissum dolet: quandoquidē nec illud potest perire in vobis: quod incissum non dolet: caro enim incissa dolet: capillus non dolet. * Et capillus.] Non solum ossa vestra. i. fortia gesta: vel dicta remunerabunt: sed etiam capilli. i. cogitationes: que de corde quasi de cerebro exeunt: apud iustū iudicem iusta mercede donabuntur. Vñ. ps. 75. b. Reliquie cogitationum diem festum agent tibi. * In patientia vestra. ⁊c.] Patiētia radix et custos est omnium virtutum. In hac ergo animas/que corpus possident: possidemus: cum ipsas animas ad patiendum ratione regimus. Vera autē patientia est: aliena mala equanimiter perpeti: cōtra eū: qui mala irrogat: nullo dolore moueri. ℭ ☞ Applica ad hec aliqua de Annotamentis sermonis. Pugne incipientibus. Folio. 165. sub themate. * Cum audieritis prelia. ⁊c.] A. ℭ vel sermonis. Dominice. 2. Aduentus. folio. 5. sub themate. * Et signa magna erunt.] A. ℭ vel sermonis. Martyrum. Folio. 89. sub themate. * Sed ante hec omnia. ⁊c.] A. ℭ vel sermonis. Prelatorum. folio. 90. sub themate. * Ponite ergo. ⁊c.] B. ℭ vel sermonis. Judicij finalis. folio. 236. sub themate. * Capillꝰ de capite. ⁊c.] B. Et quere in Annotamento. 1. R. quinte partis huius sermo. Et applica sub themate. * In patientia vestra. ⁊c.] B. Et etiam quere in applicationibus Annotamenti. 2. quinte partis. huius sermonis. fol. 15. col. 1.

Eo. Joh. 15. Ego sum vitis: vos palmites.] Vsq;. * Et gaudium vestrum impleatur.] ☞ Quere supra Annotamento. 7. B. ⁊c. quinte partis. Sermonis. Vnius martyris. Folio. 10. Colūna. 3. Et Annotamento. 1. A. quinte par. Sermonis. Ferie. 4. Dominice infra octauas Ascensionis. folio. 242. Colūna. 3.

Cr. A

Omo quidã pe grc.rc.] Lyra. In hoc capitu lo describit saluator iudicium extremũ. Et qr vniuersitas iu dicanda distinguit in tres sta tus videlz actiuorum/cõtem= platiuorũ/ z etiam ꝑlatorum ideo diuiditur in tres partes secundũ tres parabolas: quas hic po nit ad istos tres status ptinẽtes. Prima pertinet ad cõtemplatiuos/ibi. Simile est regnũ celoruz decẽ virginibus.rc. Qõ inuenies annot. 1. quinte partis. ser. Plurimaꝝ virginum infra in hoc Tomo. fo.26. Scõa ad prelatos/ibi. Hõ quidã peregre.rc. Tertia ad actiuos/ibi. Cũ ve nerit filius hois.rc. Qõ inuenies annot. 1. quinte ptis. ser. Ferie.2. dñice prie q̃dragesi. fo.97. col.2. ideo (in euãgelio hodierno) ponit secunda parabola: que pertinet ad prelatos. Et primo circa statũ eorum describitur meritũ z de meritum proprie actionis. secundo iudiciũ dis= cretionis/ibi. Post multũ vero temporis. Dicit ergo primo sic. * Homo quidã peregre profici= scens.] Homo iste est Jesus Christus/ qui licet secundũ diuinitatem nõ possit proficisci de loco ad locum: quia sic est vbiq̃/semper/ z de necessi tate: secundũ tamen naturam humanã peregre profectus est: quãdo ascendit in celum: qr locus proprius omniũ compositoꝝ ex elementis/ vbi naturaliter quiescunt/ est terra. vt habetur. 2. de Generatione. qr elementa grauia excedũt in eis ꝭm quãtitatẽ molis. * Uocauit seruos suos.] Jdest prelatos ecclie: qui speciali modo sunt ei9 serui. * Et tradidit illis bona sua.] Bona scilz nature: bona gratie gratis date: bona sciẽtie: bo na potentie: z bona opulentie. Et dicuntur talẽ ta: quia per bonũ vsum talium potest homo ac= quirere sibi celeste premiũ. * Et vni dedit quin q̃ talenta: alij autem duo: alij vero vnum.] Qr aliqui habent omnia ista a deo sibi collata: alij plura istorũ: z alij vnũ tantũ. sequitur. * Uni= cuiq̃ secundũ propriã virtutem: z profectus est statim. Abijt autem qui quinq̃ talenta accepe= rat: z operatus est in eis: z lucrat9 est alia q̃nq̃. Similiter qui duo acceperat/ lucratus est alia duo. Qui autem vnũ acceperat: abiens fodit in terrã: z abscondit pecuniam dñi sui.] Quia ali qui sunt/ qui ista talenta multiplicãt z geminãt bene vtendo predictis ad sui perfectionẽ z proxi mi edificationẽ. Alij autẽ abscõdunt in terra: q̃ B predictis vtuntur ad mundi gloriam z tẽporale lucrum seu questum. Secundo describitur iudi cium discretionis siue examinationis/ cũ dicit. * Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum.] Quia magnũ tempus est ab ascensione christi in celum vsq̃ ad aduentuz eius ad iudiciũ. * Et posuit rationẽ cum eis.] Quia tunc districte exiget rationez de bonis ab eo collatis bene operantes remunerãdo. sequit. * Et accedens qui quinq̃ talẽta acceperat: ob= tulit alia quinq̃ talenta/ dicens. Dñe quinq̃ ta lenta tradidisti mihi: ecce alia quinq̃ superlu= cratus sum. Ait illi dñs eius. Euge.] interiectio est gaudentis. * Serue bone z fidelis.] Que= rens in suis actibus gloriam dñi z nõ suam. * Quia super pauca fuisti fidelis.] Bona enim in hac vita collata homini parua sunt respectu bonorum glorie: quia ibi confertur homini bo= num infinitum: propter hoc sequitur. * Supra multa te constituã/ intra in gaudium dñi tui.] Et ptz. * Accessit aũt z q̃ duo talẽta accepat.] Qr mali (licet multi) apparebũt in extremo iu dicio diuio ꝯspectui. sequit. * Et ait. Dñe duo talẽta tradidisti mihi: ecce alia duo lucrat9 suz. et ait illi dñs ei9. Euge serue bone z fidelis: qr su per pauca fuisti fidelis/ supra multa te ꝯstituaz: intra in gaudiũ dñi tui.] Quere fere de hac ma teria infra. An.4. quinte ptꝭ hui9 ser. fo. sequẽti. * Homo quidam.rc.] Moralit. Hoc cõmuni ter exponitur de christo: qui ascendens in celum suis fidelibus bona sua dedit: de quibus ratio= nem exiget in iudicio finali. Potest etiã exponi de christo nobiscum existente in huius mundi peregrinatione: sicut ipse dicit Matth. vltimo. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq̃ ad cõsumationem seculi: ipse etiaz dat nobis bona sua inequaliter tñ/ꝭm sapie sue ordinẽ. * Et ꝓ fectus est stati.] Per hoc nõ intelligit ei9 recess9 ab ecclia: sz qr dimittit nos agere ꝓ libertate nra Illi vero duplicãt talẽta: q̃ ex eis faciũt opa bo= na. Illi vero abscõdũt: q̃ viuũt ociose vel ex eis tpalia tm̃ lucra q̃runt. Uenit autẽ dñs rõnem q̃ rere in cuiuslibet homis morte z duplicantes ta lenta remunerat: alios vero damnat. C Moralit.

* Et ꝓfectus est stati.] Glo. Nõ locũ mutãs: sz liberã eis ptãtẽ opandi ꝑmittẽs. * Opatus est in eis.rc.] A visibilib9 se custodiendo: alios ꝓ= posse exhortando: vt de visibilibus ad inuisibilia trãseãt. Uel vtriq̃ serui ꝑdicãdo/ z de bonis mo ribus informãdo: geminauit accepta talẽta. * Posuit rõnez.] Cepit singuloꝝ actus discutere accusante ꝯscientia vnũquẽq̃ vel excusante. * Ecce alia quinq̃.] Quotq̃t ab errore cõuertit: tot dño obtulit: testimoniũ sibi dante ꝯscientia/ quod ꝑ gratiã sibi datã nõ tantũ sibi profuit: sed etiam quos potuit lucrifecit. * Super pauca.] Pauca sunt bona presentis vite/ q̃uis multa vi deantur: quia non sine alicuius molestie ad= mixtione sunt. Multa autem bona eterna: que D Glosa.

sunt sine omni corruptiōis molestia. * Intra in
gaudium dñi tui.] Admixtus choris angelorū
sic intus letare de munere/ vt iam nō sit q exte=
rius dolcas de corruptione. * Qui duo talēta
acceperat.] Iste viribus suis quicq̄d in lege dei
didicerat in euāgelio duplicauit: siue conscien=
tiā τ opera p̄sentis vite future beatitudinis ty=
pos intellexit.
☞ Applica ad hec aliqua de Annota. serm̄.
E Incarn̄.fo.2. ¶ vel ser. Trinitatis fo.257. sb th.
Auctor. * Homo quidā fecit.τc.] A. scʒ xp̄s q̄ est verus
hō per nostre carnis assumptionē vel incarna=
tionem. τ etiā est ver⁹ deus. ¶ Vel ser. Sacramē
ti.fo.14. sub eodē th. Qr iste homo.i. xp̄s est no
biscum in sacramento altaris τ in celo.τc. ¶ vel
ser. iudicij finalis.fo.236. sub thc. * Posuit ra=
tionē.τc.] ¶ vel ser. Funer.fo.305. sub eodē th.
quia in morte cuiuslibet ponit rationē cum eo.
¶ vel ser. Ascensionis.fo.238. sub thc. * Pere=
gre proficiscens.τc.] ¶ vel ser. Precla.fol.90. sub
th. * Uni dedit quinq̄.τc.] ¶ vel ser. Om̄ sanc
torū. supra sub thc. * Intra i gaudiū.τc.] B.
¶2. Mar.13 Videte vigilate τ orate τc.] ☞ Quere
Ann̄.2. quite partis. ser. Fer.6. dn̄ice prime
Aduentus. folio.4. col.3.
¶3. Luce.12 Nolite timere pusill⁹ grex.] ☞ Postq̄
Christus induxit discipulos suos ad fidei
A constantiam dissuadendo quedā a fide retrahē
tia.τc. prout inuenies supra Ann̄.7. A. quite p
tis. ser. Plurimorum martyrū incipien̄.fol.37.
Colu.3. Consequenter in euangelio hodierno
saluator suadet in fide stabilientia/ τ sūt q̄ttuor
scʒ. prestolatio premij: expectatio iudicij: exigen
tia officij: τ magnitudo beneficij. Et secūdū hec
ista pars diuiditur in quattuor. Secunda inci=
pit ibi. Sint lumbi vestri p̄cincti.τc. ☞ Qd
inuenies infra Ann̄.6. q̄nte ptis hui⁹ ser.fo.21.
Tertia ibi. Ait autem Petrus.τc. Quarta ibi.
Omni autē cui multum datum est multū.τc.
☞ Prout inuenies in hoc Caplo.12. Luce.
Circa primū sciendū q spes vite eterne maxime
stabilit in fide. ideo dicit saluator ipsis fidelib⁹.
* Nolite timere.] Persecutiōes presentis vite.
* Pusillus grex.] Et dicit pusillus: quia pau=
ci erant fideles respectu infidelium: τ quia pau=
ci sunt electi respectu reproborum. * Quia cō=
placuit patri vestro dare vobis regnū.] Ex me=
ra enim liberalitate diuina aliquos eligit ad re
gnum celeste/ alijs dimissis. τ quos ab eterno sic
elegit in tpe vocauit ad fidē τ iustificauit p grāʒ
vt sic digni efficerētur vita beata. fʒ qd dic̄ Apo.
ad Ro.8.f. Quos predestinauit: hos τ vocauit.
quos autē vocauit: hos τ iustificauit. quos au=
B tem iustificauit: illos τ magnificauit. * Vendi
te que possidetis/ τ date elemosynam.] q.d. ex
quo vobis paratum est regnū celorum/ parum
debetis curare de terrenis. Sciendum tamen/ q
vendere possessa ad dandū elemosynam/ nō est
necesse nisi in casu extreme necessitatis: alias est
supererogationis. propter hoc dicitur Matth.
19.c. Si vis perfectus esse vade τ vende omnia
que habes/ τ da pauperibus: non dicit si vis sal
uari: sed si vis perfectus esse. * Facite vobis sac
culos.] Id est repositoria bonorū. * Qui non
veterascunt.] Et que sint illa/ ostendit dicens.
* Thesaurum nō deficientē in celis.] Ibi enī
non potest esse corruptio ab intrinseco nec per cō
sequens inueteratio: quia quod antiquatur et
senescit: prope interitū est: vt habetur Heb.8.d
Similiter nō potest ibi violentia fieri ab extrin=
seco. ideo subditur. * Quo fur non appropiat
neq̄ tinea corrumpit.] Iste autē thesaurus ac=
quiritur per predictam elemosynarum largitio
nem. vnde Matthei.19.c. Cum dixisset salua=
tor/ vende omnia que habes τ da pauperibus:
subiungit. et habebis thesaurū in celo. * Ubi
enim est thesaurus tuus.] Idest res a te amata
et desiderata. * Ibi τ cor tuum.] Quia scd̄m
Augu. Aia verius est vbi amat: q̄ vbi animat.
Scdʒ est expectatio iudicij. ☞ Quere infra.
Ann̄.6. huius ser.fo.21. col.4.
* Nolite timere pusillus grex.] Moraliter. Id C Moralr
est congregatio humiliū: quibus pater celestis
preparauit regnum.
* Nolite timere.] Glosa. Regnū querite: τ de D Glosa
regno ne diffidatis: quia pater complacita boni
tate dabit vobis regnum: nō vestris meritis. *
Pusillus.] Vel ob comparationē maioris nu=
meri reproborum. vel potius ob humilitatis de
uotionem: per quā humilitatem crescit ecclesia:
per quā peruenitur ad regnum: nō vestris meri
tis. * Vendite.] Non tantum nō timeatis: ne
propter regnum militantibus vite necessaria de
sint: sed etiam possessa vendite propter elemosy=
nam: que est via ad regnum: dum per eam pec=
cata redimuntur. Nō tantum cibos vestros cō=
municate pauperibus: sed etiā vendite vestras
possessiones: vt omnibus vestris semel pro domi
no spretis/ postea labore manuum vestrarū ope
remini/ vnde viuatis vl' elemosynam faciatis.
* Date elemosynā.] Qui p celo oia mūdana
spernit/ vendat que habet τ distribuat. qui nō
est tante virtutis: de his que habet elemosynam
det. ¶ Nō prohibetur vt nihil pecunie ad vsus
necessarios a sanctis reseruet̄: cū ip̄e dn̄s loculos
habuisse legat̄: sed ne deo pp̄ter ista seruiat̄: τ ne
timore inopie iusticia deseratur. * Nō deficien
tem.] Temporalia vl' ex sua fragilitate deficiūt:
vel si quid solidū superest/ vt lapides p̄ciosi a fu
ribus possunt tolli. sed data p xp̄o eternū fructū

cōferunt in celis. * Quo fur.] Fures sunt heretici et demones: qui ad hoc intenti sunt: vt spiritualibus nos spolient. * Tinea.] Que latenter vestes rodit: inuidia est: q̄ studiū vel fructuȝ bonū lacerat: et compactioneȝ vnitatis dissipat. * Ubi enī thesaurus vester.] Uniuersaliter: et de pecunia ⁊ de oibus voluptatibus. Gulosi thesaurus est venter/ vbi habet coꝛ: sic ⁊ de alijs. Nā si in terra: coꝛ est deoꝛsuȝ: si in celestib⁹: est in xp̄o fixum. necesse est enī vt quo p̄cesserit dilectionis thesaurus/ illic ⁊ cogitationis sequat̃ affectus. ¶ Mystice. Si thesaurus boni operis causa tēporalis cōmodi cōgeratur/ facile coꝛruit: q2 si exterius fit ad fauoꝛē hoīm/ diabolus rapit. vnde Matth.6.a. Receperūt mercedē suā. Si intus fit ad inanē gloꝛiā/ tinea scindit: cum in se confidentem et sibi placentē fragilitas humane conditionis deserit.

L Lucor. ☞ Applica ad hec aliqua de Anū.ser. Fidei incipień.fo.59.sub th. * Nolite timere.⁊c.].A. Scilicet fidei p̄secutoꝛes sed state firmiter in ea. ¶ Vel ser. Oim sanctoꝝ supra in hoc tomo sub the. * Q2 cōplacuit.⁊c.].A. ¶ Vel ser. Religi. fo.136.sub the. * Uēdite q̄ possidetis.].B. vel ser. Elemosyne.fo.173.sub the. * Date elemosynā.].B. ¶ vel ser. Funeꝝ.fol.305.sub the. * Facite vobis sacculos.⁊c.] B. ¶ Vel ser. Ferie.4. Cinerum.fo.75.sub thema. * Ubi est thesaurus.⁊c.].B.

C.4. Lu.19. A Homo quidā nobilis.] Lyra. Hic ponit̃ remotio cuiusdā dubij: qđ p2io remouet̃ verbo. secundo facto/ ibi. Et his dictis p̄cedebat ⁊c.

☞ Qđ inuenies An.5.A. quīte pt[is].ser. dñice Ramoꝝ. Fo.165.col.1. Circa qđ sciendū: q2 iudei ⁊ etiā ap̄li de regno xp̄i carnaliter sentiebant añ eius ascensionē: credētes eū in regno Dauid t̄paliter regnaturū. vñ Act.1.a. Petierūt a xp̄o. Dñe si in t̄pe hoc restitues regnū israel? Uñ ⁊ filij Zebedei credētes eū sic regnaturū/ petierūt q2 vnus ad dexterā suā: ⁊ alius ad sinistrā sederet. et iō q2 appropinq̄bat xp̄s versus hierl'm: credebant eū cito sublimādū in regē in regia ciuitate. et hoc est qđ d2. * Hec illis audiētibus adijciēs dixit parabolā/ eo q2 esset p̄pe hierl'm: ⁊ q2 existimarent.] Falso tñ. * Qđ cōfestim regnū dei manifestaret̃.] Et vocat̃ hic regnuȝ dei/ regnū ipsi⁹ Dauid. vñ ⁊.1.Paral'.29.f. Sedit Salomō super soliū dñi in regē p̄ Dauid patre suo.⁊c. Et iō ad hanc falsaȝ estimationē remouendā p̄ponit parabolā: ad ostendēdū q2 in p2imo aduentu nō venerat ad regnandū t̄paliter: sed magis ad patienduȝ. et in scđo aduentu reuerteretur ad iudicandū sicut rex excellentissim⁹: tunc regnū suuȝ oibus manifestaturus. Ideo subdit̃ (in euāgelio hodierno) * Dixit ergo. Homo q̄dā nobilis.]

gine Saba [idest gentilitati: vel regib⁹ magis]
omnia que voluit ⁊ petiuit ab eo.fo.42.co.3.et
4.primi to. et fo.43.co.3.p̄.tomi.
2.par.8. ✱ Misit Hirā naues ⁊ nautas gnaros maris
Salomoni. de hoc fo.44.co.2.primi to. vel po
tius folio.68.col.1.tertij tomi.

✱ Oportet eam te accipere in vxorē. [vel] Pe- tob.6.
te eam a patre eius: ⁊ dabit tibi eam in vxorem.
[vel] Assauit carnes eius [Scꝫ populi gentili-
um igne sp̄ūssancti.⁊c.fo.44.co.1.primi tomi.
vel.45.col.2.tertij tomi.
✱ Introduxerunt iuuenē ad eam. [vel] Hor- tob.8.
tatus est eam/dicens. exurge. [vel] Benedici-
mus te dn̄e deus israel.⁊c. [vel] Fecisti nobiscū
fm misericordiā tuā.⁊c. [vel] Misertus es duo
bus vnicis. [vel] Cognoscat vniuersitas gen-
tium: qꝛ tu es de⁹ solus. [vel] Duas vaccas oc
cidi fecit.fo.43.co.1.⁊c.primi to.
✱ Nationes ex longinquo ad te venient mune tob.13.
ra deferentes.⁊c.
✱ Postula a me. [Lyra. verbū est dei patris ad ps.2.
filium] et dabo tibi gentes [.i. gentiles] De hoc
fol.236.col.4.tertij to.
✱ Quis mihi det vt exarent̄ [sermones mei] i iob.19
stilo ferreo ⁊ plūbi lamina vel celte. [Interl. vel
certe] sculpantur in silice.fo.44.co.4.p̄mi to.
vel potius fo.238.co.1.⁊c.
✱ A mandatis labiorū eius nō recessi [vel] Ue iob.23.
stigia eius secutus est pes meus.fol.44.col.3.
p̄mi tomi. vel fo.281.col.3.tertij tomi.
✱ Ad silicē extēdit manū ⁊c.fo.44.co.4.p̄.to iob.28
✱ Tu forsitā calefacies struthionis oua/q̄n de iob.39.
reliquit ea in terra: ibidem.
✱ Conserua me dn̄e.⁊c. [vel] Notas mihi feci ps.15
sti vias vite.⁊c. ibidem.
✱ Misit de summo ⁊ accepit me.⁊c. [Interli. ps.17.
Augu. Gloriosam ecclesiā vocādo ex gentibus
in hereditatē. [vel] Populus [Interl. gentiū]
quem nō cognoui [nō visitaui lege ⁊ p̄phetis]
seruiuit mihi. In auditu auris obediuit mihi.
fo.39.co.4.p̄.to. et fo.106.G.co.3.p̄mi to.
✱ Expectans expectaui dn̄m. [Interl. xp̄m: q̄ ps.39.
saluat: qđ nō lex: nec dij gentiū] et intēdit mihi.
[vel] Statuit supra petrā pedes meos: ⁊ direxit
gressus meos.
✱ Obliuiscere [Interl. rit⁹ legis vel idolatrie: ps.44
per quos seruis regi Babylonie] populū tuum
[Augu. Babylonie: vnde creuit ecclesia] et do
mum [Babyloniā: que est contra hierlm. Con
uersationē ⁊ cōsortium] patris tui [.i. diaboli]
fo.41 co.2.et.49.col.3.primi to.
✱ Uenite [Interl. o gentes] et videte [terribi- ps.65.
lia opera: que vt sciatis venite lōginqui. Relin
quite mēdaces: venite cōfitentes peccata: agno
scite.] opera [in quibus terribilis.⁊c.fo.185.co.
1.tertij tomi.
✱ Uenient legati [Interl. ad xp̄m dona ferētes] ps.67
ex egypto [tenebris gentiū.] Ethiopia p̄ueniet
man⁹ ei⁹ deo [extrema gentiū iustificabit per fi
dem sine operibus legis.⁊c.
✱ Reges [Interl. dominatores vitiorum. Fi- ps.71.

deles contemplatiui]et insule[etiam extremi] munera[seipsos]offerent[deuote seruiendo] Reges Arabum & Saba dona adducent. [reges alios in societate ecclesie adducēt.&c.[vel] Descendet sicut pluuia i vell⁹:& sicut stillicidia stillantia super terrā. ☞ Quere annot.2.et
ps. 9.tertie partis.sermonis Epiphanie.fo.44.co
104. lumna.3.et.4.primi tomi.
ps.112 ✱ Querite faciem eius.fo.44.col.4.p̄.tomi.
✱ Laudate pueri dominum.[vel] Qui habitare facit sterilem.[Glo. Augusti. Scʒ Saram idest ecclesiam gentilem: que prius sterilis fuit. vnde per Saram significatur. eam:quam facit habitare in domo.i. in ecclesia iudeorum inter ipsos iudeos: vt in lapide angulari duo parietes cōiungantur & fiat vnum ouile. ☞ Ideo dic q̄ sic hodie impletum fuit:qn̄ reges magi cōuenerunt cum Maria & Joseph/& simul adorauerunt xp̄m.¶Interli. Sarā matrem fidelium per omnes gētes.] in domo[in ecclesia inter iudeos]matrem filiorum letantem.fo.44. col.3. primi tomi.
Can.3. ✱ Introduxit me rex in cellam vinariā. &c. De
Can.6 hoc fo.44.co.2.primi tomi.
✱ Que est ista [Interl. vox synagoge mirātis ecclesiam ascendētem] que pgreditur[per oēs partes orbis extenditur nō parua loco vel tempore]quasi aurora cōsurgens[q: veri luminis ortus in ea mundo post tenebras ignorātie mōstratur: nec tn̄ omnino euasit tenebras in lucē.] pulchra vt luna[q: a sole iusticie illustrata noctem seculi euangelica luce perfundit. fol. 44. co.3.primi tomi.
Esaie.9 ✱ Populus [Interl. gentiū] q̄ ambulabat in tenebris[ignorātie]vidit lucem magnā[xp̄m: qui dicit Joh̄.8. Ego sum lux mūdi. Et Joh̄.1. Erat lux vera: que illuminat oēm hominē venientem in hunc mundum.
Esa.42 ✱ Educam cecos[Interli. gentes] in viā: quā nesciunt[.i. in xp̄m:qui est via veritas & vita.] in semitis/quas ignorauerunt ambulare[pficere]eos faciā[non est volentis: neq̄ currentis: sed dei miserentis. Ro.9.]
Esa.43 ✱ Ab oriente adducā semen tuū:& ab occidente congregabo te. [Glo. Multi venient ab oriē te & occidente. &c. Mat.8. ab oībus.s. mūdi partibus. [vel] Dicam aquiloni/da:& austro:noli phibere[Grego. Aquiloni dī da:cū offerre dec lue fidei munera gētilitas imperat. Austro aūt iubetur ne phibeat: q: hebreis in fide cōfidentibus procipit ne vitā gentium cōtemnēdo repellant. &c. De hoc fo.40.co.1.primi tomi.
Esa.54 ✱ Lauda sterilis: q̄ nō paris[Glo. Sterilis gētilitas:q̄ tunc filios non pariebat deo: q: nec legem/nec pphetas habebāt: nunc aūt plures ge nerat q̄ synagoga:q̄ se deū verū habere putat. [vel] Dilata locū tentorij tui. &c.[o sterilis] [vel] Ut mulierē derelictā vocauit te dn̄s[Interli. Mulier derelicta gentilitas:q: cum idolis fornicata] fol.44.columna.3. et fol.45.col.3.
✱ Uenient[Interli. passibus fidei] ad te curui[humiles] filij eorum:qui humiliauerūt te: [sanctos affligendo] et adorabunt vestigia pedū tuor. &c. De h fol.43.col.3.p̄.to.[vel]Ambulabunt gentes in lumine tuo:& reges in splendore ortus tui. &c. esa.60
✱ Quesierunt me[Interl. Gentes per fidem] qui ante non interrogabant[anteq̄ homo fierem. Populus/quē nō cognoui/seruiuit mihi. ps.17.]Et inuenerunt me[misericordem scʒ] qui nō quesierunt me[ante]fo.39.co.4.p̄.to. esa.65.
✱ Ad te gentes venient ab extremis terre. &c. hie.16.
✱ Ecce populus veniet ab aquilone:& reges. hie.50
✱ Dicam non populo meo/populus meus es tu. Et ipse dicet[Interli. Conuersus ad fidem] Deus meus es tu. osee.2.
✱ Assumpsi mihi duas virgas: vnā vocaui decorem:& alterā vocaui funiculum. &c.[Glo. vocatio cunctarum gentium decora dicitur: q: nihil iustius/q̄ vt oim patrem omnes innocent/equaliter ab eo geniti. &c. fol.44.col.2. et.45. co.3.primi tomi. zachar. 11.
✱ Ecce magi ab oriente venerunt. &c. fo.46.A col.4.[vel] Ecce stella quam viderant. &c. fol. 47.E.col.p̄.[vel] Procidentes adorauerunt eum. &c. ibidem. lra. F.[vel]Per aliam viam. &c. ibidem. G. primi to. mat.2.
✱ Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. fo.46.co.2.primi to. mat.3
✱ Beati pauperes spiritu.fo.40.co.2.p̄mi to. mat.5.
✱ Uenient ab oriente:& recūbent in regno celorum.fo.80.C.co.4.primi to. Et fol.40.co.4. &c.primi tomi. mat.8.
✱ Si tetigero tantū fimbriam vestimenti eius/salua ero. ☞ Quere an.1.quinte partis.ser. Dn̄ice.24.post oct.cor.xp̄i.fol.320.B.co.2.p̄. tomi. Et fo.71.col.1.tertij to.[vel] Accesserunt ad eum ceci. &c.[Interli. Aliqui ex gentib⁹:q̄ fuerant sine lumine veritatis. Uel] Aperti sunt oculi eorum.[vel]Obtulerunt ei hoiem mutū. &c.fo.290.B.col.2.primi to. mat.9.
✱ Confiteor tibi pater celi & terre: quia abscondisti hec a sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis.fo.64.A.col.p̄.primi tomi. mat.11
✱ Miserere mei dn̄e fili Dauid. [Interli. Hoc dicebat ecclesia de gentib⁹. ☞ Uel dic q̄ hoc dicebant hodie reges magi [vel] Adorauit eū. fo.105.A.co.4.et fo.106.C.co.1.p̄.to. mat.15
✱ Facilius est camelum p foramen acus transire/q̄ diuitem intrare in regnum celorum. matth. 17.

b 2

fo.300.A.co.2.primi to.Et de hoc fo.49.col.p̃.primi tomi.

mat21 * Auferetur a vobis [Interl. Judeis] regnuz dei.[sacra scriptura] vt nõ sitis qd esse presume batis.Et dabitur genti [gẽtilibus] facienti fructus eius[opera.] fo.112.E.co.1.p̃.to.Et folio 45.D.col.3.primi tomi. Uel

Ibidẽ. * Homo quidã habuit duos filios [Interl. populos] et accedens ad primũ.rc.[gentilẽ: q ab Noe: quia prius fuit gentilis q̃ iudeus.fo.321.A co.1.primi tomi.

mar.6 * Uolo/vt des mihi caput eius. folio.42.B.C.col.3.secundi to.

mar.8 * Quidam cũ ex eis de longe venerũt[Interl. Judei de prope legẽ: r prophetas edocti. gentes de longe veniunt ad xp̃m: nullis doctoribus de eius fide premoniti.fol.277.A.col.3.primi to. Et de hoc annota.21.in fine. quinte partis. ser. Epiphanie.fo.49.co.1.primi tomi.

Luc.1. * Deposuit potẽtes de sede: r exaltauit hũiles. fol.45.A.col.2.primi tomi.Uel

Ibidẽ. * Esurientes impleuit bonis: r diuites dimisit inanes.[Interli. Sicut medic⁹ egrum.]

Luc.2 * Post triduum inuenerunt illũ [fo.52.C.co.3.primi tomi.

Lu.4. * Missus est ad mulierem viduã.[vel.] Missũ datus est.fo.124.E.rc.col.4.rc.primi to.

Luc.7 * Hec lachrymis rigauit pedes meos.[Uel * Hec nõ cessauit osculari pedes meos. fo.305 C.co.1.primi to.et fo.44.co.2.primi to. [Uel * Misit ad Jesum: rogans vt sanaret eum. ☞ Quere an.21.quinte partis.ser. Epiphanie.fo.49.co.1.primi to.

Luc.8 * Occurrit r procidit ante Jesum.folio.295.A. columna.1.primi to.

Lu.13. * Uocauit [eã] ad se[.s.gentilitatẽ vel reges: synagoga prius repudiata.rc.]fol.307.H.col.4.primi to.

Lu.16. * Jacebat/cupiens saturari de mensa diuitis. fol.262.B.col.1.primi to.

luc.17 * Ut vidit q2 mũdat⁹ est/regressus est cũ magna voce magnificans deũ.[vel] Non est inuẽtus qui daret gloriã deo/nisi hic[.s.popul⁹ gentium/vel reges.rc.fol.293.B.col.4.p̃.to.

joh.4. * Uenit haurire aquã.fo.132.X.y.co.2.p̃.to.

Ro.8. * Quos predestinauit/hos r vocauit.rc. De hoc fo.43.col.1.primi tomi.

Ro.9. * Uocabo non plebem meã[Interli.gentes: q nõ nouerũt me]plebẽ meã.[vt me cognoscant] et non dilectam meam [gentilitatem scilicet] Dilectam meam [vt ex dilectione seruiat] r nõ misericordiam cõsecutam [vocabo] misericordiam cõsecutã [vt ad eternã vitam perueniant.] De hoc fo.39.co.4.primi to.[vel]Gentes: que nõ sectabant iusticiã.[Interli.per opera legis] apprehenderũt[subito r firmiter]iusticiã[non quãcũq3.rc.]fo.49.co.2.huius to.

Ro.10 * Inuentus sum [Interli. sponte me obtuli] a nõ persequentibus me [et inde inuidia iudeorum]palam [in manifesto] apparui ijs: q me interrogabant.[Et Esa.60.

2.cor.11. * Despondi enim vos vni viro virginẽz castã exhibere xp̃o.de hoc.fo.237.co.2 p̃mi tomi.

Gal.p̃ * Qui persequebãt nos[.i.populus gentilis: vel reges magi.rc.]aliqñ [dum infidelis erat] euangelizat fidem.

gal.4. * Letare sterilis: que nõ paris.rc.fo.44.co.3. et fo.49.co.2.primi to.

actu.8 * Uenit adorare.rc. [sc3 gentilitas. rc.] De hoc fo.49.co.3.primi to.

act.10 * Orationes tue ascenderunt [Interli.de valle gentilitat.rc.]De hoc fo.49.col.4.p̃.to.

act.14 * Intuitus eũ [sc3 xp̃s populum gentiũ vel reges.rc.]dixit/surge super pedes tuos rect⁹. Et ambulabat. De hoc fo.49.col.4.primi tomi

☞ Ne iterum atq3 iterum repetita crambe tibi generaret fastidium lector prudens: nõ ausi sumus hoc genere eliciendi r exponendi themata in oibus tractatibus vti Qui quanto vtilior tãto esset prolixitatis causa molestior.Sunto igit hec Epiphanie themata aut motiui in omnib⁹ diuini Apiarij tractatibus exemplar: e quorũ singulis omnes vel textus vel autoritates: que ad textuum expositionẽ allegantur: efficere themata poteris: sicq3 hoc epiphanie tractatu premio nostra minus indigebis industria in sequẽtibus: quamuis etiam in pluribus eodem genere applicandi vsi sumus: vt infra patebit.

Dñice.j.post oc.Epipha.

¶ Et primo de matrimonio carnali.

gen.2. Quamobrem relinquet homo patrẽ r matrem: r adherebit vxori sue: r erũt duo in carne vna.fo.248.col.4.tertij to.

tob.6 * Accipies virginem cum timore dñi et amore filiorum/magis q̃ libidine ductus. ☞ De hoc fo.272.co.3.tertij to.

tobi.8. * Non possumus ita cõiungi sicut r gentes: q ignorant deum.

Item. * Domine tu scis: quia nõ luxurie causa accipio sororem meam coniugem: sed sola posteritatis dilectione: in qua benedicatur nomen tuum.

mala.2. * Dominus testificatus est inter te r vxorem pubertatis tue: quam tu despexisti.Et hec particeps tua: r vxor federis tui.[Et infra.]Et qd vnus querit/nisi semen dei?

Ibidẽ. * Custodite ergo spiritum vestrum r vxorem adolescentie tue noli despicere.

mat.5. * Quicūq dimiserit vxorem suā excepta cau
sa fornicationis: eam mechari facit: et qui dimis
Joh.2 sam duxerit/ adulterat.
* Nuptie facte sunt in chana galilee. etc. fo.55.
Ro.7. A.col.1.primi tomi.
* Que sub viro est mulier: viuēte viro: alliga=
ta est legi. Igitur viuente viro vocabit adulte=
ra/ si fuerit cum altero viro: si autem mortu9. etc
1.co.7 fo.317.co.p̄.tertij tomi.
* Propter fornicationem aūt vnusquisq suā
Ibidē. vxorē habeat. fo.57.B.col 1.primi tomi.
* Vxori vir debitū reddat: similiter et vxor vi=
Ibidē. ro. Ibidem. col.3.
* Mulier sui corporis potestatē non habet: sed
Coll.3. vir. Similiter aūt et vir. etc. Ibidem.
* Viri/ diligite vxores vestras: et nolite amari
Ephe.5 esse ad illas.
1.Timo.5. * Qui suā vxorem diligit: seipsum diligit. etc.
* Volo aūt iuniores nubere: filios procreare:
matresfamilias esse: nullā occasionē dare aduer
sario. etc. ☞ Quere de h fo.165.B.co.3.3.10.
¶ Secundo de matrimonio spūali.
Ge.24 * Ad terrā et ad cognationē meā pficiscaris: et
inde accipias vxorē filio meo Isaac (xp̄o)
Leui.21 * Scortū et vile pstibulū/ nō ducet vxorem.
Ibidē. * Virginem ducet vxorē: viduā et repudiatā et
iudicū 14. sordidam atq meretricē nō accipiet. etc.
* Hanc mihi accipe: q2 placuit oculis meis.
1.regū 25. (de Samsone.)
* Misit Dauid ad Abigail: vt sumeret sibi eā
Hester.2 in vxorem.
* Iussit Assuerus conuiuiū preparari perma
Ibidē.2. gnificum/ p coniunctione et nuptijs Hester
* Recordatus sum tui miserans adolescentiā
Osee.2. tuā: et charitatē desponsationis tue: qn̄ secuta es
me in deserto.
* Sponsabo te mihi in sempiternū: sponsabo
te mihi i iusticia: et iudicio: et misericordia et mi
Matth.25. serationibus. Et spōsabo te mihi in fide.
* Ecce sponsus venit. (gaudeat casta/ timeat
Joh.3. adultera) fo.26.C.col.4.cōis sanctorum.
* Qui habet sponsam sponsus est (vide vtrum
2.cor.11. deus an diabolus) fo.229.D.co.2.primi tomi.
* Despondi vos vni viro: virginem castā exhi
Apoca.19. bere Christo.
* Venerunt nuptie agni: et vxor eius prepa=
rauit se.

¶ Ferie.4.cinerū themata.
Et primo de ieiunio.

iudicū 20 Ieiunauerunt die illo vsq ad vesperam (et
sic vicerunt filij israel)
Exodi 34. * Fuit in monte cum dn̄o Moyses quadragi
ta diebus et quadraginta noctibus. panem non
comedit/ et aquam nō bibit. fo.86.co.1.p̄.to.
1.regū 14. * Maledictus vir/ qui comederit panem vsq
ad vesperam donec vlciscar de inimicis meis.
* Cū surrexisset (Helias) comedit et bibit: et am 3.re.19
bulauit in fortitudine cibi illius quadraginta
diebus et quadraginta noctibus.
* Predicaui ieiunium/ vt affligeremur. folio 1.esdre 8.
77.col.1.primi tomi.
* Ieiunauimus et rogauimus deum: et euenit Ibidē.
nobis prospere.
* Conuenerunt filij israel in ieiunio et saccis. Nee.9
* Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna. tob.12
* Ego ieiunabo et tūc ingrediar ad regē (Assue hest.4
rum.i.xp̄m: ait Hester.)
* Humiliabā in ieiunio animam meam ps.34.
* Operui in ieiunio animā meā: et factum est ps.68.
in opprobriū mihi.
* Genua mea infirmata sunt a ieiunio. etc. ps.108
* Qui ieiunat in peccatis suis: et iterū eadem eccl.34
faciens: quid proficit humiliando se?
* Quare ieiunauimus et nō aspexisti. Humi= esa.58
liauimus aīas nostras et nescisti? (approbādo)
* Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas Ibidē.
vr̄a. etc. Ecce ad lites et cōtentiones ieiunatis: et
percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut
vsq ad hanc diem. etc.
* Nunquid tale est ieiunium: quod elegi: per Ibidē.
diem hominē affligere animam suā?
* Nunquid hoc est magis ieiuniū: qd̄ elegi? Ibidē.
Dissolue colligationes impietatis. etc.
* Sanctificate ieiunium (munda vita) vocate iohel.1
cetum. (pauperum) etc.
* Homines et iumenta et boues et pecora non ione.3.
gustent quicquam/ nec pascantur: et aquā non
bibant. etc.
* Nunquid ieiunium ieiunastis mihi? (et su= zacha.7.
pra) Cum ieiunaretis et plangeretis. fol.78.co
lumna.1.primi to.
* Cum ieiunasset quadraginta diebus. etc. fo. mat.4.
93.E.co.3.primi to.
* Cum ieiunatis/ nolite fieri sicut hypocrite tri mat.6.
stes. fol.78.A.co.4.primi to.
* Quare nos pharisei ieiunamus frequenter: mat.9.
discipuli autem tui nō ieiunant? fol.227.A.co
lumna.2.primi to.
* Venient aūt dies cum auferetur ab eis spon Item
sus et tunc ieiunabunt. ibidem.C.
* Hoc genus nō eiicitur nisi per orationem et ie matth.17.
iunium. fo.187.co.3.tertij to
* Beati qui nunc esuritis: q2 saturabimini. fo Luc.6
lio.16.B.col.1.cōis sanctorum.
* Ieiuno bis in sabbato. fo.287.A.columna luc.18.
p̄.primi tomi.
* In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut 2.co.6
dei ministros. (Et infra) In vigilijs: in ieiunijs.
* In fame et siti: in ieiunijs multis. 2.co.11

act.10 * Cornelius ait: orans eram: ieiunās hora nona: et ecce vir stetit ante me in veste cādida (.s. angelus. Et quere similia per totū capi. istud.)

De hypocrisi: vel cōtra hypocrisim.

3.regū.14. * Ingredere vxor hieroboam: quare te aliam esse simulas?

Job.8 * Spes hypocrite peribit: et sicut tela aranee fiducia eius.

iob.13. * Non veniet in cōspectu eius ois hypocrita.

iob.15 * Cōgregatio hypocrite sterilis.

iob.17 * Innocens contra hypocritam suscitabitur in iudicio.

iob.20 * Gaudiū hypocrite ad instar puncti.

iob.27 * Que est spes hypocrite si auare rapiat: et si liberet deus animā eius?

iob.34 * Qui regnare facit hypocritā ꝑpter pctā ppli.

iob.39. * Penna struthionis: similis est penne herodīj et accipitris.fo.77.co.2.ꝑ.to.

esaie.1 * Excoquā ad purum scoriam tuā: et auferam omne stagnū tuum.

esa.18. * Ante messem totus effloruit: et immatura pfectio germinauit.

mat.6. * Cū facis elemosynā noli ante te tuba canere: sicut hypocrite faciunt.fo.81.F.col.4.ꝑ.tomi.

Item. * Cū oratis nō eritis sicut hypocrite. Amen dico vobis, receperunt mercedē suam. fol.82.G.co.ꝑ.primi tomi.

Item. * Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes.fo.78.A.col.4.ꝑ.tomi.

mat.7 * Hypocrita [Interli. Appetens videri, qd nō es] eyce primū trabem de oculo tuo. [Redi ad cautelam tui: primū te curās: deinde fratrem.]

Ibidē. * Veniunt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autem sunt lupi rapaces.fol.280.A.col.3.primi tomi.

mat16 * Cauete a fermento phariseorum.etc.fo.279.D.co.1.primi to.

mat.23 * Omnia opera sua faciunt, vt videant ab hominibus.fo.108.C.co.1.primi to.

Ibidē. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui clauditis regnum celorum ante homines.fol.282.B.col.1.primi to.

Ibidē. * Ve vobis scribe et pharisei: qui decimatis mētham et anethū et cyminum: et reliquistis, q̄ grauiora sunt legis.fo.eodem.F.col.3.ꝑ.to.

Ibidē. * Ve vobis hypocrite: qui similes estis sepulchris.etc.(vsqꝫ) hypocrisi et iniquitate.fol.298.C.co.3.primi tomi.

Ibidē. * Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q mundatis qd de foris est calicis et parapsidis: intus estis pleni rapina.etc.fo.298.B.co.2.ꝑ.tomi.

Luc.1. * Cōcepit eiū Elisabeth et occultabat se mensibus quinqꝫ.fo.36.co.2.secundi to.

Luc.6 * Ve cum benedixerint vobis omnes hoies. fo.312.A.co.4.primi tomi.

* Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: deus autem nouit corda vestra.fo.284.B.col.3.primi to. Lu.16

* Sathanas transfigurat se in angelū lucis, nō est ergo magnū si ministri eius transfigurantur velut ministri iusticie. 2.cor.11.

* An quero hoibus placere? Si adhuc hoibus placerem: xpi seruus non essem. Gal.1.

* Scio opera tua: qr nomen habes, q viuas: et mortuus es. apoc.3

* Dabo tibi de synagoga sathane: q se dicunt iudeos esse: et nō sunt, sed mentiuntur. Item.

Dñice prime quadra.

De tentatione.

Cur precepit vobis dñs: vt nō comederetis de omni ligno paradisi (a questione incipit et mendacium supponit.) Gen.3.

* Vidit mulier lignū q esset bonū ad vescendū et pulchrū oculis aspectuqꝫ delectabile: et tulit de fructu.etc.fo.194.co.3.tertij to. Ibidē.

* Tentauit dñs Abrahā.fo.86.col.4.ꝑmi to. ge.22.

* Ductor tuus fuit dñs in solitudine magna atqꝫ terribili: in qua erat serpens flatu adurens: et scorpio ac dipsas: et nulle omnino aque.fo.65 B.co.4.tertij to. deu.8.

* Recordaberis cuncti itineris: per qd adduxit te dñs de9 tuus q̄draginta annis p desertū: vt affligeret de h.etc.fo.86.co.3.primi to. Ibidē.

* Tentat vos dñs deus vester: vt palā fiat vtrū diligatis eum, an non.etc. deu.13

* Appropinquans (Abimelech, diabol9) ostio ignē supponere nitebat (suggerēdo malū) iudi.9

* Vidimus terrā valde opulentā et vberē. nolite negligere. nolite cessare. eamus et possideam9 eā: nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionē latissimā (p charitatē sic dicūt demōes) iudicū 18.

* Quia acceptus eras deo: necesse fuit, vt tentatio probaret te. tob.12

* Tentati sunt (Interli. A deo vnde tentauit deus Abrahā) patres nostri (quorum imitatores esse debemus, vt Abrahe: Isaac) vt ꝓbarentur si vere colerent deū suum. indith 8.

* Ventus vehemens irruit a regione deserti: (idest inferni) et cōcussit q̄ttuor angulos dom9, que corruens oppressit liberos tuos. Job.1.

* Bestie terre pacifice erunt tibi. Job.5

* Immisit in rete pedes suos: et in maculis ei9 ambulat. iob.18

* Abscondita est in terra pedica eius: et decipula illius super semitam. Ibidē.

* Halitus eius prunas ardere facit: et flamma de ore eius egreditur. iob.41

* In te eripiar a tentatione.etc. ps.17.

* Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
* Sicut pisces capiũtur hamo: et sicut aues cõprehẽdunt laqueo: sic capiũtur hoĩes tpe malo.
Musce morientes perdunt suauitatẽ vnguenti. fo.202.co.2.tertij tomi.
* Deus tentauit eos: et inuenit illos dignos se (multa mercede)
* Fili accedens ad seruitutez dei: sta in iusticia et timore: et prepara animam tuã ad tentationẽ fo.152.co.4.tertij tomi.
* Cõmunionẽ mortis scito: quoniaz in medio laqueorum ingredieris: et sup arma dolentium ambulabis.
Nõ omnem hominem inducas in domum tuã: multe em̃ sunt insidie diaboli (vel dolosi)
* In tentatione deus (timẽtẽ se) seruabit: ꝛ liberabit a malis.
* Qui non est tentatus quid scit?
* Qui tentatus nõ est: qualia scit?
* Qui nõ est expertus (tentationem vel tribulationem) pauca recognoscit.
Frigidus ventus aquilo flauit ꝛ gelauit cristallus ab aqua.
* Formido et fouea ꝛ laqueus super te: qui habitator es terre.
* Nõ responderunt ei verbũ. Mandauerat em̃ eis rex/ dicens: ne respondeatis eis verbum.
* Cum ambulaueris in igne nõ combureris: ꝛ flamma nõ ardebit in te: quia ego dñs deꝰ tuus: sanctus israel saluator tuus.
* Uentus vrens in vijs: que sunt in deserto filie populi mei.
* Uentus vrens. (Interl. Suggestio diabolica) Leuauit locustas (Adulantiũ linguas) Dissidentem a se ꝛ discordantez humani generis in constantiam. ☞ De hoc fo.118.co.1.p̃mi to.
* Nihil omnino virens relictũ est in terra.
* Nõne cũ tetigerit eã vẽtus vrens. siccabit. ꝛc.
* Uentus vrens siccauit fructum eius.
* Percussi vos in vento vrente.
* Precepit dominus vento calido ꝛ vrẽti: ꝛ percussit sol super caput Ione. ꝛc.
* Non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacẽ: napta ꝛ stuppa: ꝛ pice et malleolis ꝛc.
* Facies eorum ventus vrens.
* Misit dominus ventũ magnũ in mare: et facta est tempestas magna ꝛc.
* Totum in hamo subleuauit: traxit illud in sagena sua: ꝛ congregauit in rete suum.
* Expandit sagenam suã/ et semper interficere gentes non cessat.
* Abrahã/ nõne in tẽtatione inuẽtꝰ est fidelis?
* Et ne nos inducas in tentationẽ: (immo vos nõ intretis) Interl. In tentationem inducitur: qui tentatione frangitur.
* Motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse vero dormiebat fo.62.A.co.1.p̃mi tomi. mat. 8
* Ascendit in nauiculaz (penitentie) et venit in fines Magedã (tentatio) Interl. Interpretatur poma. ꝛc. mat.15
* Uigilate ꝛ orate/ vt nõ intretis in tentationẽ. fo.168.O.co.1.primi tomi. mat.26
* Consumata omni tentatione diabolus recessit ab eo vsqꝫ ad tempus. fol.96.E.col.1.p̃.to. luc.4.
* Omnis hõ bonũ vinũ primũ ponit. ꝛ cũ inebriati fuerint: tũc id quod deterius est (sic diabolus p̃mo voluptatẽ/ postea mortẽ. Interl. Mũdana prudentia prius docet hoĩes blanda: deinde subdit inutilia ꝛ inhonesta. fol.55.D.col.4. primi tomi. ioh.2.
* Tentatio vos nõ apprehendat: nisi humana fol.96.co.2.primi tomi. 1.co.10
* Datus est mihi stimulus carnis mee angelꝰ sathane. fo.96.col.3.primi tomi. 2.co.21.
* Ipse sathanas trãsfigurat se in angelũ lucis. 2.co.11
* Uidete fratres quomodo caute ambuletis. ꝛc. (p laqueos ꝛ pedicas diaboli: mũdi ꝛ carnis) eph.5.
* Omne gaudium existimate fratres mei: cuz in varias tentationes incideritis. fol.96.col.4. primi tomi. iaco.1.
* Nemo cum tentatur: dicat/ quoniaz a deo tẽtatur. deus em̃ intentator malorũ est. ipse autez neminem tentat: vnusquisqꝫ vero tentatur a cõcupiscentia sua. abstractus et illectus. ꝛc. Ibidẽ.
* In quo exultabitis modicũ nũc: si oportet cõtristari: in varijs tentationibus: vt pbatio. ꝛc. 1.pe.1.
* Nolite peregrinari in feruore: qui ad tẽtationem vobis fit: quasi noui aliquid vobis contingat. fo.90.A.co.2.tertij tomi. 1.pe.4.
* Nouit deus pios de tentatione eripere. ꝛc. 2.pe.2

Cene domini themata.

Afferam pauxillũ aque/ ꝛ lauentur pedes vestri: et requiescite sub arbore: ponãqꝫ buccellam panis et confortetur cor vestrum: postea transibitis. ge.18.
* Dedit aquam ad lauandos pedes camelorꝫ et virorum: qui venerãt cum eo: et appositus est in conspectu eius panis. ge.24
* Nox ista est obseruabilis dñi: qñ eduxit eos de terra egypti. exo.12
* Cras hac eadem hora ego tradam oẽs istos vulneratos in conspectu israel. iof.11.
* Postqꝫ lauerunt suos pedes: recepit eos in cõuiuium. iudicũ 29.
* Rex est hodie/ ꝛ cras morietur. ecci.10.
* Uiri pacis tue: qui comedunt tecum: ponent insidias subter te. abdi.1

iob.13. * Si nõ lauero te: nõ habebis partem mecum. fo.201.D.co.3.primi tomi.
1.co.11 * Conuenientibus in vnũ: iam nõ est dominicam cenã manducare.fo.23.A.co.1.tertij tomi.
apo.19 * Beati: qui ad cenã nuptiarum vocati sunt.

☞ Multo plura themata ad huius diei materiam et admirabilia ac pene innumera inuenies in thematis tertij tomi: vbi de sacramento altaris est titulus. Est etiam facile quam plurima themata colligere ex tractatu copiosissimo Sacramenti fol.14.tertij tomi. In quibus locis nihil desiderandũ est vltra ad hoc propositum.

Sabbati sancti themata.

esa.11. * Sepulchrum eius erit gloriosum.
ione.2. * Dixit (idest precepit) dñs pisci (idest inferno) Et euomit Jonam (idest xpm) in aridam.
mic.7. * Ne leteris inimica mea (mors) super me: quia cecidi, surgam.

☞ Et plura similia inuenies in Biblia: et in Annota. eiusdem sabbati dominice ramorũ incipiẽ.fol.211.primi tomi. Atque etiam in thematis sequentibus Resurrectionis.

Resurrectiõis domini et sacre cõmunionis themata.

ge.43. Instrue conuiuiũ: quoniam hodie mecũ sunt comesturi meridie (in feruore deuotionis)
ge.49. * Ad predã ascendisti fili, requiescens accubuisti vt leo: et quasi leena: quis suscitabit eũ: supra in parasceue.
Nu.9. * Omnẽ ritum phase obseruabunt. si quis autem immundus est et in itinere non fuit et tñ non fecit phase: exterminabitur aĩa illa de populis.
deu.16 * Obserua mensem nouarum frugum et verni primum tẽporis vt facias phase dño deo tuo.
iudi.5. * Surge Barach (fulgor vel fulgur) apprehẽde captiuos tuos. (Interl. quia xps añ lucẽ surrexit)
iudicũ 16. * Dormiuit Samson vsque ad mediũ noctis. et inde consurgẽs apprehendit ambas porte fores etc. (quia claustra iferni destruxit) fo.213.co.2.p.to
1.re.9. * Benedixit (Samuel) hostie et comedunt: qui vocati sunt (nõ alij)
4.re.7 * Hec enim dies boni nuncij est.etc (et.s.fol.
iob.19. * Scio quod redemptor meus viuit etc.fol.238.co.2.tertij tomi.
iob.38. * Nunquid aperte sunt tibi porte mortis (sicut mihi) et ostia tenebrosa vidisti: (sicut ego)
ps.3. * Ego dormiui et soporatus sum.etc. Exurrexi (et adhuc tecum sum) quia dñs suscepit me.
ps.27 * Refloruit caro mea.
ps.29. * Ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum leticia.
Ibidẽ. * Conuertisti planctũ meũ in gaudium mihi.
Ibidẽ. * Cõcidisti saccũ meũ et circũdedisti me leticia

* Accelera vt eruas me. ps.30
* Tu autem domine resuscita me.etc. ps.40
* Nunc consurgam dicit dñs: nunc exaltabor: et nũc subleuabor. (Interl. Ascendens ad celos) esa.33
* Ecce quasi leo ascẽdet ad pulchritudinẽ robustã hie.49
* Viuificauit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos et viuemus. ose.6
* Et dixit dominus pisci: et euomit Jonã (idest Christum) in aridam. ione.2
* Similis factus est leoni in operibus suis. 1.mac.3
* Sol refulsit: qui prius erat in nubilo. 2.mac.1
* Simile est regnum celorũ homini regi: qui fecit nuptias filio suo: et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias.fo.311.A.co.3.pmi tomi. matth.22.
* Intrauit autem rex vt videret discumbentes: et vidit ibi non vestitum veste nuptiali.fo.312.F col.1.primi tomi. Ibidẽ
* Postquam resurrexero precedã vos in Galileam etc.fo.167.L.co.3.primi tomi. matth.26.
* Tertia die resurget.fol.68.A.co.4.pmi tomi mar.9
* Manducemus et epulemur quia hic filius meus mortuus erat et reuixit.fo.115.L.co.3.pmi tomi luc.15
* Vbi vis paremus tibi comedere pascha.fol.192.B.co.4.primi tomi. luc.22
* Oportebat pati xpm et resurgere a mortuis die tertia.fo.219.L.co.1.primi tomi. lu.24
* Soluite templũ hoc et in tribus diebus excitabo illud.fo.143.L co.1.primi to. iob.2
* Erat autem proximũ pascha dies festus iudeorum (confitentiũ) fo.138.A.co.2.pmi tomi. iob.6
* Resurrexit propter iustificationẽ nostram. Ro.4
* Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur: mors illi vltra nõ dominabitur. Ro.6
* Pascha nostrum immolatus est Christus. 1.co.5
* Resurrexit tertia die sm scripturas.fo.216.columna.3.primi tomi. 1.co.15
* Christus resurrexit a mortuis: primitie dormientium etc.ibidem.co.4. Ibidẽ
* Memor esto dominum Jesum christum resurrexisse a mortuis etc. 2.timo.2
* Quẽ deus suscitauit solutis inferni doloribus. actu.2
* Neque derelictus est (Interl. sm aiam) in inferno: nec caro eius vidit corruptionem. Ibidẽ
* Jesum interemistis: quem deus resuscitauit a mortuis: cui omnes nos testes sumus. Ibidẽ
* Quem occiderũt suspendentes in ligno: hũc deus suscitauit (a mortuis) tertia die. act.10
* Manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. Ibidẽ
* Deus suscitauit eum a mortuis: qui visus est per dies multos etc. act.13
* Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Jesu xpi in hereditatẽ incorruptibilem. 1.pe.1
* Fui mortuus: et ecce sum viuẽs in scla sclorum. apoc.1
* Gaudeamus et exultemus et demus gloriam apo.19

ei:quia venerunt nuptie agni ꝛ vxor eius pre=
parauit se(ꝛ infra)Beati qui ad cenam nuptia=
rum agni vocati sunt.

☞ Et multo plura inuenies in them̃. Sacra
menti.tertij tomi:quia ratione cõmunionis cõ=
iungi potest materie huius diei.

¶ Ascensionis domini the.

Cum eleuaretur arca dicebat Moyses/sur
ge dñe:ꝛ dissipentur inimici tui.ꝛc.

* Ducebant arcã testamenti domini in iubilo.
* Ascendit super cherubin ꝛ volauit:et lapsus
est super pẽnas venti.
* Dñs hodie tollet dominũ tuũ a te?(erit quod
petisti) ☞ De hoc fo.239.co.1.p̃mi tomi.
* Si videris me qñ tollar a te:erit tibi qd petisti
* Ascẽdit(Heliseus de hiericho)in Bethel:cũ=
qз ascenderet per viam:pueri parui egressi sunt
de ciuitate. ☞ De hoc fo.44.co.2.t̃tij tomi.
* Tempus est vt reuertar ad eum:qui misit me
(Interl'.expleto negocio)
* Propter hanc in altũ regredere.ꝛc.
* Eleuata est manificentia tua sup celos.
* Eleuamini porte eternales ꝛc. ☞ De hoc
fol.239.co.1.primi tomi.
* Me propter innocentiam suscepisti.
* Ascendit deus in iubilo.
* Ascendisti in altum cepisti captiuitatem.ꝛc.
* Psallite dño:qui ascendit super celuз celi:ad
orientem.
* Exaltare super celos deus:ꝛc.
* Surge domine in requiem tuã:tu et arca san
ctificationis tue.
* Egredimini ꝛ videte filie sion regẽ salomoneз
* Erit germen domini in magnificentia: et glo
ria fructus terre sublimis.
* Nunc consurgam dicit dñs/nunc exaltabor
et nunc subleuabor.(Interl'.Ascendẽs in celũ.)
* Exaltabit(Interl'.Super omnes celos ad de
xteram patris)ꝛ eleuabitur:ꝛ sublimis erit val=
* Quis est iste:qui venit de Edon tinctis vesti
bus de Bosra? Iste formosus in stola sua: gra=
diẽs in multitudie v̾tutis sue.fo.239.co.2.p̃.to.
* Ex egypto vocaui filium meum.
* Qui edificat in celo ascensionem suam: et fa
sciculum super terram fundauit.
* Ascendet pandens iter ante eos.
* Transibit rex eorum coram eis: et dominus
in capite eorum.

¶ Homo quidam nobilis abijt in regionem lon
ginquam accipere sibi regnũ ꝛ reuerti.fo.20.A.
col.1.secundi tomi.in cõmuni sanctorum.

* Si videritis filium hois ascendenteз vbi erat
prius(Interl'.quia verbum et homo vn⁹ est xp̃s
dicitur in celo esse dum in terra loquitur.fo.161.
D.co.3.p̃mi tomi.et fo.184..E.co.4.ꝛ fo.194
G.col.2.primi tomi.
* Nondum erat spiritus datus q2 nonduз erat iob.7.
Iesus glorificatus.fo.247.co.1.p̃mi tomi.
* Vado ad eũ qui misit me ꝛc.fo.231.A.col.1. ioh.16
primi tomi.
* Iterum relinquo mundũ ꝛ vado ad patrem Ibidẽ.
fo.234.D.co.3.primi tomi.
* Vade ad fratres meos ꝛ dic eis. Ascendo ad ioh.20
patrẽ meum ꝛ patrem vestrum/deum meum et
deum vestrum.fo.221.E.co.3.p̃mi tomi.
* Constituit eum ad dexteram suã in celestib⁹ eph.1.
supra omnem principatũ et potestatem:ꝛ virtu=
tem et dominationẽ:ꝛ omne nomen ꝛc.
* Qui descendit ipse est ꝛ qui ascendit sup om eph.4
nes celos:vt adimpleret omnia.
* Videmus Iesum per passionem mortis glo heb.2.
ria et honore coronatum.
* Introiuit in ipsum celum:vt appareat nunc heb.9.
vultui dei pro nobis.
* Videntibus illis eleuatus est ꝛc.fo.241.A. Act.1.
col.1.primi tomi.
* Profectus est in celũ subiectis sibi angelis et 1.pe.3.
potestatibus ꝛ virtutibus.
* Apertum est templuз dei in celo:et visa est ar apo.11
ca testamenti eius in templo eius.
* Raptus est filius mulieris(Interl'.Caro vi apo.12
diuinitatis)Ad deũ(ad equalitatem dei)Et ad
thronum eius(vt cũ patre iudicet)

¶ Pentecostes themata.

Adduxit(dñs)spiritum super terram ꝛ im= geñ.8.
minute sũt aque ꝛ clausi sunt fõtes abyssi.

* Cecidit ignis domini ꝛ vorauit holocaustuз 3.re.18
ꝛc. ☞ De hoc fo.246.co.1.p̃mi to.
* Ignis descendit de celo:ꝛ deuorauit holocau 2.pa.7
sta et victimas:et maiestas dñi impleuit domuз
Sed et omnes filij israel videbant descendentem
ignem et gloriam domini supra domum.
* Misisti spiritum tuum.ꝛc. iudit.16
* Spiritus dñi ornauit celos(idest apostolos) iob.26
* Verbo dñi celi firmati sunt: et spũ oris eius ps̃.32.
omnis virtus eorum.
* In spiritu vehementi conteres naues tharsis ps̃.47
* Emitte spiritum tuum ꝛ creabuntur. ps̃.103
* Spiritus domini repleuit orbem terrarum. sap̃.1.
* Gaudium Onagrorũ ꝛ pascua gregum do= esa.32.
nec effundant̃ super nos spiritus de excelso(In=
terl'.Vnde Matthei.14.mittaз vobis spiritum
veritatis.
* Effundam spiritũ meuз super semen tuũ:ꝛ be esa.44
nedictionem meam super stirpem tuã ꝛ germina
bunt inter herbas ꝛc.
* De excelso misit ignem in ossibus meis:ꝛ eru thre.1.
diuit me.
* Dabo eis cor vnum et spiritum nouum tri= eze.11.
buam in visceribus eorum.

iohe.2. * Effundam spūm meū super omnē carnem.
2. mac cab.1. * Tempus affuit: quo sol refulsit: qui pri⁹ erat in nubilo. accensus est ignis magnus ita vt omnes mirarentur.
luc. vl. * Ego mittam (spiritum) promissū patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate quoadvsque induamini virtute ex alto. fo. 243. A. co. 1. p̄. to.
ioh. 7. * Qui credit in me flumina de vētre eius fluēt aque viue: hoc autem dicit de spiritu: quē accepturi erant credentes in eū: fo. 156. C. co. 2. p̄. to.
Ibidē. * Nōdum erat spiritus datus: q2 Jesus nondū erat glorificatus. fol. 247. co. 1. primi tomi.
ioh. 14 * Ego rogabo patrem meum et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscū in eternum Spiritum veritatis: quem mūdus nō potest accipere. fo. 243. A. col. 4. primi tomi.

* Paracletus spiritussanctus: quem mittet pater in nomine meo. etc. Ibidē.
* Expedit vobis vt ego vadam: si eniz nō abiero paracletus nō veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit etc. fol. 231. A. co. 2. primi tomi. ioh.
* Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum suum: qui datus est nobis fol. 90. co. 1. tertij tomi. Ro.
* Dum complerentur dies pentecostes etc. folio 250. co. 1. primi tomi. act.
* Dextera dei exaltatus et promissione spiritus sancti accepta a patre: effudit hunc: quem vos videtis et auditis. Ibidē.

¶ Finis thematum primi tomi.

¶ In emporium seu repertorium diuini Apiarij breuis prenotatio. Ad lectorem.

Ecce adsunt tibi lector humanissime que in singulis annotamentis tractatuū huius primi tomi dispersa sunt, in hoc florigero emporio aut repertorio sub breui ac perutili compendio collecta, adeo succincte, adeo artificiose, vt sine laboris tedio ac sine temporis iactura: que litteratis viris odiosa est: singula vt in publico emporio comparare et reperire possis. Tanta enim industria et ingenio digestum est: vt pene tot⁹ liber inaccessibilis, ne inutilis dixerim, absque eo videretur. Et quoniā nō fieri potuit quin eius vtilitatem sequeref aliqua difficultas: quia (vt est in prouerbio) que pulchra, difficilia sunt: en tibi si quid in emporij ordine est inuolucrum aut subobscurū: ne fastidium pariat minus intellectum, luce clarius aperiemus. ¶ paragraphi e regione cuiusque sententie cum numeris in margine prefixi, ordinē annotamentorū: prout in singulis tractatib⁹ vel sermonibus inferius sequuntur, prenotant. Et si quando etiam in margine sequitur, Ibidē, id tibi alteram eiusdē annotamenti sententiā cōnotat. Illud etiā admonitione nō caret, q̄ cū singuli tomi (qui tres sunt) et etiā Cōmune sanctorum, habeant numerū folioꝝ distinctum: sepe in vno atque codē annotamento est duplex vel triplex numerus ad querendū sententiā. vbi id est aduertendū q̄ numerus primus, vt in plurimum, ad tomū: cuius est titulus desuper: mittit: et etiam sequens: si alterius tomi nō citet folium. Eadem ratio est huius dictionis, ibidem, intus posite: que semper refert numerum illius tomi cuius est titulus. Que vero mittunt ad alios tomos semper distincte exprimunt cuius tomi sit folium requirendū. vt si dicatur fo. 119. vel fo. 234. col. 3. tertij tomi: manifestum est primum numerū ad presentem tomum: secundū vero ad alium tendere. Eadem quoque ratio est in ceteris tomis obseruanda. Cetera vero adeo distincta sunt impressoria solertia, vt fere admonitione non indigeant.

Emporium seu repertoriū

annotamentorum sermonum primi tomi: Diui in Apiarij. a prima dominica Aduentus ⁊ deinceps per anni circulum.

Dominice prime aduentus

Ex quinta parte Biblie.

Euangelium hoc cōtinet reprobationem synagoge Judeoꝝ duplici signo celebri ostensam Itē Hierusalem/ Bethphage mons Oliueti/ pullus/ asina castellū/ discipuli/ rami/ ⁊ cātus puerorum varie exponūtur fol. 1. A. co. 1. ⁊c.

¶ Ferie. 4. eiusdē dñice. Ex. 5. parte Bib.

Euangeliū presens explicat duplicē xp̄i aduētū. Itē duplicē predicatoris officiū. fo. 2. A. co. 1. ⁊c.

Euangeliū hoc agit de reductione peccatoris in deū. Item Johannis vestitus cibus ⁊ potus ⁊c. austeram predicantiū vitam signat. fo. 2. A. ⁊c. columna. 3. ⁊c.

¶ Fer. 6. eiusdē dñice. Ex. 5. parte Bib.

Euangeliū presens Johānis testimonio idoneo Christum verū deū ⁊ hominem esse aperit. Item triplicem predicatoris aptitudinem. Item penitentie triplicem modū. fo. 3. A. col. 4. ⁊c.

Euangelium hoc quomō ad aduentū iudicis vigilare ⁊ parati esse debeamus ostendit. Item discutitur vtruȝ Christus debuerit doctrinā suam tradere scripto: fo. 4. A. co. 3. ⁊c.

In hoc euangelio Christus hortatur discipulos vt caueant a fermento. i. a doctrina corruptiua phariseoꝝ. fo. 4. co. 4. vel fo. 274. A. ⁊c. co. 2.

Dominice secunde Aduentus. Ex quinta parte biblie.

Euangeliuȝ huius dñice quindecim signa precedentia iudicis aduentū/ ipsumqȝ aduentus modum continet. fo. 5. co. 1. A. ⁊c.

¶ Ferie quarte eiusdem dominice Ex quinta parte biblie.

Euangelium presens ostendit q̄ licet aduentus Christi in carnem fuerit aliquibus incognitus: aduentus tamen ad iudicium ac signa precedētia omnibus erunt manifesta. Item de bono et malo prelato aduenientibus ad ecclesiam. fo. 5. A. col. 3. ⁊c.

Euangelium hoc agit de incertitudine diei iudicij post signa precedentia. Item de iudicio particulari in morte cuiuslibet. fo. 6. A. ⁊c. co. 2. ⁊c.

Euangelium hoc continet predicationis Johānis fructum ad receptionē Christi in carnem/ et ad iudicium venientis. Itē ostenditur penitentie fructus. ⁊c. fo. 7. A. co. 1. ⁊c.

¶ Ferie sexte dominice secunde aduentus Ex quinta parte Biblie.

Euangelium presens agit de modo quo Johannes baptista apostoliqȝ cognouerunt verbuȝ incarnatum. Item de affectu ⁊ modo predicantis verbum dei. fo. 8. A. co. 3. ⁊c. Cr

Euangelium hoc agit de laudibꝰ Johannis ore Christi/ et de obstinatorum ad fidē/ condēnatione. Item doctores in Johanne docentur. folio. 9. A. col. 4. ⁊c. Cr

Dominice tertie Aduētus

Ex quinta parte Biblie.

Euangelicus sermo ostendit xp̄m se esse verum messiam significasse. ⁊ etiam Johannem laudasse ex multis. Item doctor dubitans quid agere debeat ostenditur. fol. 11. A. col. 1 ⁊c. Cr

¶ Ferie quarte quattuor temporū eiusdeȝ dominice. Ex quinta parte biblie.

Euangelica series angelicā salutationē ⁊ quedā precedentia/ atqȝ etiam conceptum saluatoris et alia sequentia exequitur. fol. 12. A. col 1. ⁊c. Cr.

¶ Ferie sexte quattuor temporum eiusdeȝ dominice. Ex quinta parte Biblie.

Euangelium hoc continet ortum Johānis bap. et aliqua precedentia ac subsequentia. Item de visitatione virginis ⁊ cantico. fo. 14. A. co. 1. ⁊c. Cr

¶ Sabbati quattuor temporum eiusdem dominice. Ex quinta parte biblie.

Euangelium hoc aperit predicationem Johannis desertum egressi/ de aduentu Christi in carnem/ ⁊ de precedentibus eū. Item de etate ⁊ alijs proprietatibus predicantis. fo. 16. A. co. 1. ⁊c. Cr

Dominice quarte Aduentus Ex quinta parte Biblie.

Euangelica lectio ostendit Johannis Baptiste testimonio Apostolos ceterosqȝ plenitudinis Christi habuisse noticiam. Iteȝ de tribus questionibus circa Christi aduentum Johanni factis: fo. 17. A. co. 1. ⁊c. Cr.

¶ Vigilie natiuitatis Christi. Ex quinta parte Biblie.

Euangelium presens agit de virgine concipiente dei filium ⁊ Joseph dubitatione/ ⁊ de reliquis circa hec. Item de remedio dubitantis in fide. fo 18. A. col. 1. Cr.

Natiuitatis domini.

Ex prima parte Biblie.

inducit hominem/deitatem eius etiam interse=
rere. fo. 32. co. 4. vel. 247. E. col. 4.
Johannes euangelista de Dauid genere descē=
dit. Item quare in euangelio dicitur notus pon
tifici multiplex ratio. fo. 32. columna. 4. vel fol.
264. columna. 2. E.

¶ Ex sexta parte Biblie.

Johannes verbo simul & exemplo a fidei inimi
cis fugiendum esse demonstrauit. ibidem.

¶ Sanctorum innocentum.

Ex prima parte Biblie.

Innocentum festiuitatis euangelium quare re
ferat illud Hieremie. Uox in Rhama audita
est. &c. fo. 32. co. 3. &c.
Innocentum persecutores sibi ruinam pariūt:
quod multis exemplis sacre scripture probatur.
fo. 33. co. 1. vel fo. 256. co. 4. tertij to.
Innocentes/quorum innocētia a iudice cogno
scitur per testes falsos/ vtrum sint condemnan=
di. &c. fo. 33. co. p. vel potius fo. 265. columna. p.
&c. tertij tomi.

¶ Ex secunda parte Biblie.

Innocentes quare a domino permittantur in
manus persecutorum cadere & mori/ ostēditur.
fol. 33. columna. p.

¶ Ex tertia parte Biblie.

Innocentis definitio/ & de perfectione eius. &c.
fol. 33. columna. p.
Innocentes quare despiciant terrenam glori=
am. ibidem.
Innocens verus est: qui nec sibi nec alijs nocet:
et quomodo hoc sit intelligendum. ibidem. vel
fo. 285. co. 2. tertij tomi.

¶ Ex quarta parte Biblie.

Innocētes iuste possunt penas corporales suis
optare persecutoribus: et quomodo sit intelligē=
dum. ibidem.
Innocentum persecutores per Damascū signi=
ficantur: et quare. ibidem.

¶ Ex quinta parte biblie.

Euangelium hodiernum christi ac puerorum
innocentū persecutionem refert ab Herode im=
pactam. fo. 33. A. co. 2. &c.

¶ Ex sexta parte Biblie.

Innocentes pueros sub Herode Ascalonita tru
cidatos fuisse ostenditur. fo. 34. co. 2. vel fol. 30.
A. co. 2. secundi tomi.

¶ Thome episcopi & martyris

Ex quinta parte biblie.

Euangelium Ferie secunde Dominice Ramo
rum partim legitur in hoc festo/ et exponitur. fo
lio. 181. G. &c. hui⁹ Tomi. Item aliquid de hu
ius sancti historia tangitur. fol. 305. co. 2. et fol.
119. col. 2. tertij tomi.

Pastoris ecclesie correctio describitur: que potest ¶ 2.
huic episcopo applicari. fo. 34. co. 2. vel fo. 128.
col. 2. tertij tomi. Item vtrum pastori ecclesie in
persecutiōe liceat fugere: vt habetur in historia
huius martyris. fo. 226. L. co. 3. huius to.

¶ Translationis sancti Jacobi apostoli.

Ex quinta parte biblie.

Euangelij Ferie quarte Dominice. 2. quadra= ¶ 1.
gesime pars legitur in hoc festo: ideo vide folio
109. D. col. 2. huius tomi. &.

Sylvestri episcopi & confessoris.

Ex quinta parte biblie.

Euangeliū huius festi quere fol. 4. A. &c. col. 3. ¶ 1.
huius to. ¶ Columbe vginis. Ex. 5. pte bib.
Euangelium hodiernum ponitur cōplete anno
ta. 1. quinte partis. sermonis vnius virginis. fo
lio. 25. &c. co. 3. &c. secundi tomi in cōi sctōꝝ.

Circumcisionis domini.

Ex prima parte Biblie.

Quattuor prenominati sunt ante natiuita ¶ 1.
tem/ non sine mysterio. fo. 34. co. 3.
Circumcisio primo Abrahe data fuit. Item de ¶ 2.
circumcisione spirituali & corporali. &c. fol. 34.
A. &c. col. 3. &c.
Circumcisio cur ob multas causas precepta sit: ¶ 3
specialiter tñ figuram xpi pretēdit. Item quare
octaua die data est. fo. 35. co. 2.
Jesu figuram tenet Josue (qui & Jesus vocatur) ¶ 4
in multis. fol. 35. col. 3. vel fol. 165. columna. 4.
L. tertij tomi.
Circumcisus domin⁹ Jesus vocatur: quia no= ¶ 5.
mina rebus conueniunt: etiam apud gentiles.
fol. 35. columna. 3.
Circumcisio spiritualis (que bina in nobis de= ¶ 6.
bet esse) quomodo fieri debeat ostenditur. folio
35. columna. 3.
Circumcisionem carnis nō docet lex euangeli= ¶ 7.
ca: sed cordis. figuraliter. ibidem.
Circumcisio carnis amara: sed circumcisio spi= ¶ 8.
ritualis dulcis. fol. eodem. col. 4. vel fol. 56. co=
lumna. 1. tertij tomi.

¶ Ex secunda parte Biblie.

Circumcisionis spiritualis modus figura con= ¶ 1.
uenientissima ostenditur. fo. 35. co. 4.
Circumcisus xps in se figuraliter habuit: q̄ erāt ¶ 2.
intus in arca testamenti. fo. 35. columna. 4. &c.
Circumcisis spūaliter hominibus apparet chri ¶ 3.
stus. fo. 36. col. p.
Jesu circumcisi nomen primum in Exodo repe ¶ 4
ritur. ibidem.
Circumcisus christus quamuis etate puer: sol⁹ ¶ 5.
tamen & principalis presbyter dici potest. ibidē.

vel potius fo.277.col.p̄.tertij to.

¶6. Circumcisi xp̄i duplex natura ostenditur: ⁊ q̄d ſm vtram q̄ operatus eſt/vel potuit.ibidē.vel fol.237.col.1.tertij.to.

¶Ex tertia parte Biblie.

¶1. In christo triplex noticia ponitur a doctoribus: preter scientiam diuinam.fo.36.co.p̄.vel potius fol.289.col.2.tertij tomi.

¶Ex quarta parte biblie.

¶1. Incircumcisi corde ⁊ alijs membris non debent intrare templum dn̄i.fo.36.col.p̄.⁊c.

¶Ex quinta parte biblie.

¶1. In euangelio hodierno ostenditur/ q̄ circumcidi christus voluit ꝓpter septē causas. Item quo tupliciter nomina aliquibus imponantur. Item circumcisio in lege idem prestitit auxiliū/quod nunc baptisma. Et de circumcisione spirituali. fo.36.A.⁊c.col.2.⁊c.

¶2. Jesus/nomen est persone: Christus/nature. significat enim duplicem in vno supposito naturam..fo.36.co.4.vel fo.44.B.co.p̄.secūdi to. et fo.10.D.co.3.tertij to.

¶3. Iesu xp̄i nominis irreuerentia blasphemijs augetur.ibidem.vel fo.175.ZZ.co.p̄.

¶4 Iesu xp̄i nomen triplici sermone exponitur.fol. 36.columna.4.

¶5. Circumcisio tribus de causis fuit data.⁊c.ibidē vel fo.145.H.K.col.3.

¶6. Circumcisi christi duplex scientia ponitur.fol. 37.co.p̄.vel.80.B.co.3.huius to. Item circumcisionis passibilitatem ⁊ alias infirmitates nostras/quare christus assumpserit.fo.315.B.columna 3.huius tomi.

¶7 Iesu Nazareni nomen diabolus primus dixisse ostenditur:et quare.fo.37.co.p̄.vel fo.223.columna.3.tertij tomi.

¶Ex sexta parte biblie

¶1. Circūcisio obseruantibus erat ꝓtestatio legis/transgressoribus vero erat nociua.fol.37.col.p̄.

¶2. In circumcisione quō gratia data esse intelligitur:⁊ quō in baptismo.ibidem.

¶3. Circumcisionis definitio ponitur. Item fuit ꝓpter quinq̄ instituta:⁊ quare octauo die/⁊ lapideo cultro fieret. Item vtrum gratiam conferebat sicut nunc baptismus.⁊c.huiusmodi. folio 37.columna.p̄.⁊c.

¶4 Circumcisio signū distinctiuum fuit Israeli a gentibus. Item quare in mēbro genitali:et quare octauo die.fo.37.co.2.

¶5. Circumcisus Iesus xp̄s quō dicatur filius dei naturalis.fo.37.co.2.

¶6. Christus ſm diuersas linguas quid significet. fol.37.col.2.vel fo.32.B.col.p̄.secundi tomi.et fo.10.D.co.3.tertij tomi

¶7 Christus est nomen suppositi duplicē naturā habentis:de qua longius agitur.fol.37.col.2. vel fo.51.co.4.⁊c.tertij tomi.

Dn̄ice infra oc.natal' dn̄i.

Ex quinta parte biblie.

¶1. Euangelium hoc/Christi in templo oblationem:⁊ Symeonis benedictionē:⁊ eiusdem Anne q̄ ꝓphetiā de xp̄o cōtinet. Item Anna fuit exemplar viduis.⁊c.fo.37.A.col.3.⁊c.

¶Vigilie Epiphanie.

Ex quinta parte biblie.

¶1. Euangelium presens angelica reuelatione cōtinet reditum Ioseph cū matre Iesu ex Egypto in Iudeam.⁊c.fo.38.A.co.3.

Epiphanie emporium.

Ex prima parte biblie.

¶1. Epiphanie solennitas expulsionem synagoge ⁊ gentium adoptionem significans: per Isaac ⁊ Rebeccam eiusq̄ descensum de camelo pulchre prefiguratur.fo.39.col.p̄.⁊c.

¶2. Gentium electio ⁊ iudeorum reprobatio ⁊ excecatio per figuram multipliciter ostenditur.folio 39.columna.3.

¶3. Christus relicta Iudea ad gentes abijt.ibidē.

¶4 Thamar ecclesiam de gentibus multipliciter significat.ibidem.col.4.

¶5. Reges gentium primitie domino munera portantes in quadam figura recte significantur. folio.39.co.4.⁊c.

¶6. Ecclesia de gentibus per Sephoram figuratur. fo.40.col.p̄.

¶7 Reges hodie lumine fidei illuminati sūt: quod q̄ alijs in ruinam illis in resurrectionem factum est/figuraliter.ibidem.vel fo.117.co.3.⁊c.

¶8. In vtroq̄ populo nūq̄ defuisse fideles aliquos figuraliter ostendit.fo.40.co.p̄.

¶9. Reges magos hodie itellexisse: que iudei ignorauerant figuraliter ostenditur. Item sanctos veteris legis ad nos potius q̄ ad iudeos pertinere.ibidem.

¶10 Veteris legis sacerdotes hodie Christum magis ostendentes et Herodi/figuraraliter ponuntur. Item duo baiuli: qui sub onere botri incedebant: vtrumq̄ populum significant.fol.40.co.2.vel fo.39.col.3.tertij to.

